

CÆSARIS BARONII  
ANNALES ECCLESIASTICI

---

TOMUS TRIGESIMUS QUARTUS

---

SUMMARIUM GENERALE

Cet ouvrage, par les corrections et les additions considérables qui y ont été opérées, est devenu la propriété des Éditeurs, qui se réservent tous leurs droits. Toute contrefaçon ou imitation, quelle que soit la forme sous laquelle elle se présente, sera poursuivie rigoureusement, conformément aux lois.

Hoc in operc tam multa sunt aut correcta aut addita, ut id suum Editores reddiderint et, quidquid suorum jurium sit, sibi vindicent. Itaque, si quis idem aut furto ediderit aut quoquo modo erit imitatus, in crimine erit et de injuria postulabitur.

*B*  
CÆSARIS S. R. E. CARD. BARONII

OD. RAYNALDI ET JAC. LADERCHII

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERORUM

# ANNALES ECCLESIASTICI

DENUO ET ACCURATE EXUSI

---

TOMUS TRIGESIMUS QUARTUS

1557-1565

---

SUMMARIUM GENERALE



BARRI-DUCIS

EX TYPIS CŒLESTINORUM — BERTRAND

86, VIA DICTA BANQUE, 36

PARISIIS

APUD BLOUD ET BARRAL, BIBLIOPOLAS

18, VIA DICTA CASSETTE, 18

M DCCC LXXIX

BR

145

B37

1864

t.34

# SUMMARIUM

TOMI XXXIV

---

MDLVIII.

1-3. De Concilio cogendo scribit Paulus tum Philippo Hispano, tum Henrico Galliarum regi, tum cardinali Caraffae legato. 4. Mors et praeclara gesta cardinalis Poli. 5. Duo Pauli nepotes avaritiae et ambitioni nimis indulgent; Pontifex ipse respondit Philippo regi super negotium pacis. 6. Inter Anglos et Francos varia in Bolgio certamina. 7-9. Carolus V imperium Ferdinando fratri relinquunt, et mox ipse moritur. 10. Mariae Angliae reginae obitus. 11, 42. Elizabetha ad regnum Anglicum evehitur, et, licet haeretica, religionem Catholicam initio regni permittit. 13. Magdeburgi ritus Catholicci restituti. 14. Paulus episcopos Germaniae hortatur ut religionem Catholicam restaurent. 15. Melchior Zobel episcopus Heribolensis trucidatur; Calvinistica pestis etiam proceres in Gallia inficit. 16-19. Providet Pontifex ut haereticis obssistatur in Polonia. 20. Livonia a Moschis infestata; captivi et carceribus Turcicis liberati; Bergomensis episcopus flagitio haeresis convictus. 21. Potestatem legendi libros hereticos rescindit Paulus. 22. Ecclesia Goana in metropolitanam erecta, suffraganeos habens episcopatus Malacensem et Cochinensem. 23. Collegio cardinalium varia munera oblata. 24. Ultio divina in Lauretani sacelli violatores.

MDLIX.

1-8. Elisabetha Angliae regina, detracta larva, haeresim fovet, et se gubernatricem Anglicanæ Ecclesias a comitiis decerni iubet. 9, 10. Episcopi spoliantur, et sacre imagines conteruntur. 11. Pax inter Henricum Galliae regem et Philippum Hispanum firmata. 12, 13. Haeresim Calvinianam ad Senatum ipsum Parisiensem propagines extendente extirpare sibi proponit Henricus, qui, morte interceptus, habet filium Franciscum successorem. 14. Pauli contra haereticos et schismatis gravissima sanctio. 15. Libros haereticorum legere et retinere vetitum. 16. Paulus assignat stipendia pro inquisitione in Hispania. 17. Edictum adversus confessores ad turpia sollicitantes. 18-20. In Hispania haeresis suspicio attingit quosdam proceres, imo quosdam presules. 21. Sollicitatur a Pontifice Joanna regni Hispani moderatrix ut Catholicam fidem tueatur. 22. Haereticorum tentamina in Italia ipsa. 23. Lutherani in multas sectas divisi, et in dñram servitutem redacti. 24. Paulus non assentit duci Brunswicensi petenti ut frater tres simul episcopatus conjunctos gerat. 25, 26. Hosius demonstrat pericula emersura ex facilitate nimia in controversiis permittendis. 27-29. Regem Polonie monet Paulus ut a se removeat suspicionem nimia facilitatis erga hereticos. 30-32. Paulus nepotes ejicit. 33-35. In Belgio et in Indi plures sedes episcopales instituta, et data cardinalibus monita. 36, 37. Mortuus Pontifice, coorta Romæ sedatio et pactiones in conclave sancitate a cardinalibus. 38. Creatio Pii IV qui promissa in conclave firmat. 39-41. Pii IV patria, familia et virtutes. 42. Electio Ferdinandi I a Pontifice confirmatur.

MDLX.

1, 2. Pius IV thiari Pontificia redimitur et a Ferdinandino imperatore litteras gratulatorias et obsequii plenas recipit. 3, 4. Principes Christiani Concilium petunt a Pio, 5-9. Pontificis monita ad regem et episcopos Poloniæ circa haereticos. 10. Lutherani et inter se et ab aliis haereticis dissident. 11, 12. Hortatur Pius Germaniae episcopos, ut cleri mores a luxuria et avaritia deturbent. 13, 14. Pontificis ad Cesarem amantissimæ littere quibus suorum consiliorum rationem aperit. 15-20. Maximiliano Bohemia regi in fide fluctuant Pius IV Hosium mittit qui illum confirmet. 21. Bavariae ducem hortatur Pius ad constantiam in fide. 22, 23. Archiepiscopus Toletanus haeresis suspicione notatus. 24. Responsum datum oratori regine Scotie de periculis presentibus Ecclesia. 25. Renovantur indulta concessa Galliae regibus a Pontificibus precedentibus. 26-28. Calvinistæ conjurationem contra regem Galliae conflant. 29, 30. De expugnanda Geneva, ex qua principium sumpsit conjuratio, cogitant Franciscus rex et Philibertus dux Sabaudie. 31, 32. Edictum Remorentinense quo censura sacra fidei in Gallia

constituitur. 33-35. Quidam politici insipienter consulunt non durius agendum cum haereticis. 36-38. Armeniacus cardinalis in Galliam mittitur ad confirmandum in fide regem et reginam Navarre. 39-41. Calvinismus in Gallia proficit et vexat regnum. 42-43. Tentat Pontifex tum per litteras, tum per diversos principes Elizabetham ad veram fidem revocare. 46. Fracta in Scotia potentia Gallica. 47-54. Celebres ordinum conventus apud Fontem Bellaeaque, in quibus edictum Remorentinense funditus revertitur. 55, 56. Difficultates objecta circa modum et locum Concilii. 57-59. Ex testimonio oratoris Veneti aperte constat Pontificem sibi in animum induxisse non dissolvendum, sed prorogandum Concilium. 60. Haeretici student Concilio disturbando. 61-63. Cum principibus agit Pontifex de mox cogendo Concilio. 64-66. Sacramento obstringit Pius suscepturos posthac munus episcopale ad tenendum et profitendum quae hucusque decreta fuerint contra haereticos. 67-69. Rursum indicitur Concilium Tridentinum. 70-72. Scribit Pius ad imperatorem et Galliae regem ut Concilio faveant. 73-76. Lutherani principes et magistratus invitantur ad Concilium. 77, 78. Omnes curam impedit Pontifex ut omnes principes Christiani, etiam Orientales, Concilium adeant. 79. Anabaptista flammis damnatus. 80-82. Patefacta conjuratio cuius caput et dux Condeus in vincula conjectur. 83, 84. Condolet Pontifex de morte Francisci regis, ex qua magnum patitur damnum religio Catholica. 85, 86. Pius scribit regi Navarre commendans ipsi Carolum puerum. 87-90. Post partam de Turcis victorianam, Christiani mox terra marique devicti apud Tripolim, et decumus impositae regnis Hispanis in auxilium contra Turcas. 91. Venetus archiepiscopatum Nicosiensem donat Pius IV. 92-96. S. Carolus Borromeus creatur cardinalis, eligitur archiepiscopus Mediolanensis, et constitutus protector Helvetiorum Catholicorum apud Sedem Apostolicam. 97. Proceditur contra cardinalium Caraffam et ejus fratrem ducem Palliani. 98, 99. Absolvitur cardinalis Moronus et ad majorem dignitatem provehitur. 100. Philippi Melanthonis obitus. 101. Heidelberga exurgit novus haeresiarcha. 102. Congensibus Evangelium predicator. 103. Erectio ducatus Brachiani et marchionatus Anguillare pro Paulo Jordano Ursino et successoribus. 104. Veritas presentie Christi corporis in Sacramento miraculo comprobatur<sup>(1)</sup>.

## MDLXI.

1-4. Praesides Concilii designati a Pontifice, cardinales creati, et indulgentiae concessae orantibus pro felici rerum exitu. 5-9. Diversae sanctiones quibus providet Pius libertati Concilii et successione Pontificum, durante Concilio. 10. Preces indicte in formam Jubilei. 11-13. Statuta circa jus sententiam ferendi, sedium ordinem, et diem inchoationis Concilii. 14-18. Pellicere ad Concilium studet Pontifex regem Portugallie, Germanos principes et etiam Moschorum ducem. 19-22. Commandonus et Delphinus cardinales legati Ferdinandum imperatorem audeant, eique exponunt quo fine et quali modo cogere Concilium Pontifex statuerit. 23-29. Legatorum in conventu Nauburgensi orationes coram Lutheranis frementibus sed nil objiciuntibus. 30-41. Cum duce Saxoniae et electore Brandenburgico Commandonus agit; electoribus Coloniensi et Trevirensi legationem suam exponit; Clivensem ducem, Bruxellas et Aquisgranum invitat. 42-46. In Academia Lovaniensi excitant turbas Baii et Hessel opiniones de quibus a Pontifice silentium indicitur. 47-50. Commandonus Lubecam petit et hujus civitatis statum deplorat; Daniam et Sueciam frustra tentat ingredi. 51, 52. Abbatem Martinengum ad Elizabetham Anglia reginam Pius legal, sed regno arectur. 53, 54. Commandonus Romanum revocatur. 55. Canobius ad Casarem et in Poloniam mittitur. 56-59. Lutheranorum objectiones contra Concilium Tridentinum. 60. Sternbergerus novas haereses contra Trinitatem promulgat. 61, 62. S. Theresia reformationem Ordinis Carmelitarum aggreditur. 63, 64. Ethiopiae ad Concilium invitati. 65-67. Societas Jesu religiosos Pius IV commendat. 68. In Belgio divina vindicta contra Calvinianum contemptorem Eucharistie. 69. Pius IV sustollit lites ortas in Belgio circa fines incertos quarundam dioecesorum. 70. In America, Philippi Hispaniarum regis ope, multe sedes episcopales eriguntur. 71, 72. Decimas eidem regi concedit Pius ob bellum contra Turcas. 73-75. Pontifex laudat regum Lusitanorum pro fide labores, patrum regis creat legatum a latere, et prohibet Catharinam reginam ingressum in monasterium, publica utilitatis causa. 76. Maria Scotiae regina rosa aurea donatur. 77. Principis Transylvaniæ consanguineum, in ordine diaconatus constitutum nuptias inire peimitit Pontifex. 78, 79. Sabularimae sanctiones a Pio IV editæ. 80, 81. Pauli IV nepotes neei traduntur, et Caroli V memoria vindicatur. 82, 83. Quisnam tune fuerit status aule Galice. 84-88. Cardinalis Ferrariensis in Galliam legatus mittitur a Pio qui infelicem statum religionis deplorat in illo regno. 89-100. Illenitibus licet doctoribus Sorbonicis, Calviniste colloquium cum Catholicis obtinunt: quenam agitata inerunt in colloquio Possiaco. 101, 102. De retinendo in vera fide Antonio Navarre rege consilia versant Catholicci proceres. 103. Parisiis tumultus ab Hugonottis concitati. 104, 105. Pestis haeretica irrepit in comitatum Venusinum, favente Anrasie principe. 106. Pius IV scribit duci Sabaudiae ut religionis defensoribus auxilium præstet.

## MDLXII.

1-4. Diu multumque disceptatur inter Patres ultra istarum vocum *continuatio an nova indicatio* adhibenda sit in Actis Concilii redigendis. 5-8. Prima sessio sub Pio IV celebrata, et decreta in ea lata. 9-11. Articuli adoptati tum de admittendis in Concilium haereticis, tum de tollendis

(1) (In fine voluminis, ante Indicem generalem, unum reperies brevem, anno 1560 a Pio IV datum.)

dissensionibus inter oratores principum. 12-14. Oratoris regis Lusitani sermo et synodi responso. 15-17. Articuli exhibiti ab oratoribus imperatoris et responsum legatorum. 18. Admonentur Patres ne divulgent quae tractata fuerint in Concilio, antequam firmentur. 19-21. Secunda sessio. 22, 23. Agitur de salvo conductu haereticis dando. 24-27. Principes et oratores Galli instant petunt ut quæstiones quæ viderentur graviores ulterius tractentur. 28-31. Assyrii et Jacobitar ad unitatem redeunt. 32. Capita reformationis proponuntur disceptationi Patrum. 33, 34. Philippus Hispanus oratorem ad Concilium mittit; responso Concilii. 35-37. Orator ducis Florentini exhibet erga Concilium præclara propensionis signa, quæ latenter excepuntur. 38, 39. Helvetiorum Catholicorum oratores ad Concilium accedunt et perorant. 40. Responso Concilii data oratoribus cleri Hungarici. 41. Proponitur discutiendus articulus de residentia. 42. Venetiæ reipublicæ oratoribus responderetur a Patribus: contentiones inter Bavarios et Venetos de honorificientiori loco. 43. Orator Gallus postulat ut Sessio proxima differatur. 44-46. Sessio tercilia sub Pio IV, in qua mandata et litteræ principum recipiuntur: oratio Galli legati et Synodi responso. 47, 48. Sessio quarta sub Pio IV et ejus Acta. 49-51. De communione sub utraque specie disputatur, et articuli propositi discutiuntur. 52-54. Auditur orator ducis Bavariae cuius pietas a Patribus commendatur. 55-58. Cesar postulat ut tollantur jejunia, et sacerdotibus concedantur uxores: responsa ad quæstiones propositas. 59. Capita libelli imperatoris. 60, 61. Cur palam non fuerit lectus libellus Cæsareus exponunt legati: imperator sue conscienti imprudentie se excusat. 62-64. Responso Patrum ad singulos articulos petitionis Cæsareæ benigne accipitur ab ipso imperatore. 65-69. Usus calicis instanter petitur ab oratoribus Cæsareis, Gallis et Hungarisi. 70-72. Sessio quinta sub Pio IV, in qua statuitur de communione sub utraque specie, et de reformatione cleri. 73-85. Post multas disceptationes de usu calicis, hac controversia relinquitur Pontifici dirimenda. 86-88. Articuli Gallorum de reformatione et legatorum responso. 89-92. Discutiuntur articuli de Sacrificio missæ et de Ordinis sacramento. 93. De auctoritate Pontificis et episcoporum controversia oritur. 94. Nuntiatur adventus Gallorum praesulum. 95. Postulat imperator ut mentio Sacrificii missæ non fiat in Concilio, sed repulsam patitur. 96-100. Modus tractandi res Conciliares: exponuntur opinione theologorum de sacrificio Missæ. 101, 102. Sessio sexta sub Pio IV: decreta et canones de sacrificio Missæ. 103-105. Examinatur quæstio an sint juris divini et residentia et episcoporum auctoritas. 106, 107. Orator regis Poloniæ a Concilio recipitur. 108. Proponitur decretum de residentia. 109-113. Cardinalis Lotharingus, praesulibus et oratoribus Gallis stipatus, Tridentum appellit. 114-116. Querela Lotharingi cardinalis in Synodo exposita. 117-126. Successivæ prorogationes septimæ sessionis ob exortas controversias tum de residentia, tum de jurisdictione episcoporum. 127. Hortatur Pius electorem Brandenburgensem ut viris piis ad Concilium mittat. 128-133. Hugonottorum coniunctio: Hospitalis cancellarii edictum nefarium. 134-136. Cardinalis Ferrarensis, in aula Gallica nuntius, ab Hosio reprehenditur. 137, 138. Lucenses commendantur a Pontifice quod solliciti sint ne ipsorum mercatores in haeresim incident. 139, 140. Hugonottorum Condaeus protector et Guisii hostes infensissimi: tumultus Yassicenus. 141-143. Dum Calvinistis favet Joanna Alembretensis, ejus maritus Antonius Navarræ rex fedus init cum aliis principibus Catholicis, et simul cum Catharina Galliae regina Pontificis gratulationem meretur. 144. Montmorantii præclara de re Catholica merita. 145-148. Aurelia capta et expilata ab Hugonottis. 149-156. Perfidia sua et feritate totum Gallia regnum conturbanti Calvinistæ, contra quos offerunt auxilia principes Christiani. 157, 158. Hugonotti a Tolosanis magna strage profligati: Montlucii laudes. 159-162. Impia Calvinismi facinora. 163-167. Varia et irrita concordia tentamina cum Hugonottis. 168-170. Bellum instruitur contra haereticos; urbes ab ipsis captæ plerunque recuperantur; rex Navarræ vulneratus pie et catholice moritur. 171-173. Regis Navarræ mors maximam cladem assert Franciæ et Navarræ; cardinalis Bonborius tutor regni designatur. 174-179. Guisius præclaram de Hugonottis victoriâ reportat prope oppidum Druidum. 180. Rex Gallie Carolus præcipit ut Avenionensis ditio ab Hugonottis defendatur. 181. Dux Sabaudiæ haereticorum fallaciis illusus. 182, 183. Maria Scotie regina religionem Catholicam erigere curat. 184. Crux miraculosa in India Orientali detegitur. 185. Ordo S. Stephani in Etruria confirmatur. 186. Decimas imponit Pius in favorem Philippi Hispani pro bello contra Turcas. 187. Maximilianus II Romanorum rex eligitur. 188. Multæ reformationes a Pio IV constitutæ. 189. Thermae Diocletiani in Ecclesiam conversas Pius IV tradit Carthusianis.

1. Solemnes gratiarum actiones pro parte de Hugonottis Victoria. 2. Pontificis gratulatoriæ litteræ tum ad ducem Monspenserum, tum ad senatum Tolosanum. 3-11. Septima sessio iterum prorogatur, de auctoritate papæ magna ora controversia. 12. Querela cardinalis Lotharingi de creatione cardinalium, pendente Concilio. 13. De residentia oritur quæstio. 14, 15. Philiberti Sabaudiæ ducis recipitur orator, cui respondet sancta Synodus. 16. Legati Commendonorum cum instructione ad imperatorem mittunt. 17, 18. Septima septimæ Sessionis prorogatio. 19-21. Articuli de sacramento Matrimonii a theologis minoris ordinis discutiuntur. 22. Hispani theologi queruntur quod sibi anteponantur in ordine dicendi Sorbonici doctores. 23-26. Litteræ Galli regis, oratoris ejus allocutio, et Synodi responso. 27. Examen quorundam abusuum circa sacramentum Ordinis aliquot Patribus committitur. 28, 29. Po-

stulata Gallorum ad Concilium referuntur. 30, 31. De congressu Caesaris et Pontificis agitur. 32. Ferdinandi querimonie de lento gressu Concilii et responsio legatorum. 33-38. Inter imperatorem et Pontificem littere utrinque missae circa ordinem Concilii. 39-42. Anxius Pontifex de quorundam, praesertim Gallorum, erga se mentis affectu. 43, 44. Pius respondet postulatis Germanorum. 45, 46. De conjugio sacerdotum acerrime disputatur. 47-49. Cupiditatum lenociniis electi in haeresim dilabuntur aliqui praesules, inter quos Castiliorum. 50-53. Pax Guisius proditorie ab haereticis occiditur. 54. Calvinistarum impietas et scelera. 55, 56. Pax cum Hugonottis firmatur in Gallia. 57. Pius IV episcopos a Concilio digressos revocat, absentes invitat. 58, 59. Duo ex Concili presidentibus, Mantuanus et Seripandus diem obeunt supremum. 60-64. Ut legati presidentes mittuntur a Pontifice Tridentum cardinales Moronus et Navagerius qui in Concilio per honorifice recipientur. 65. Discutitur an procuratores episcoporum absentium in Synodus sint admittendi. 66. Comes e Luna orator Hispanus petit ut verba : *proponentibus legatis*, e decretis Concilii tollantur. 67-70. Gravissimae difficultates obstant congressui Pontificis et imperatoris, licet utrinque expetatur. 71. Petrus e Soto theologus apud omnes summe existimationis, Tridenti moritur. 72. Prorogatio octava Sessionis septimae. 73-81. Carolus IX Synodo denuntiat et simul excusat pactiones ietas cum Hugonottis. 82-84. Responsum magna Concilii maturitate digestum datur praecedentibus litteris. 85. Arma Gallorum conversa feliciter in Anglos. 86. Restaurata religio Lugduni et Rothomagi. 87-91. Dissensiones in Concilio praesertim circa verba : *proponentibus legatis*. 92. Nona prorogatio septima Sessionis. 93-98. Contentiones de praecedentia inter oratores Gallos et Hispanos. 99, 100. De auctoritate summi Pontificis disceptatur. 101, 102. Ferdinandus imperator et Albertus dux Bavariae Pontificis dignitatem defendunt 103. Catechismorum editio a Patribus Concilii promota. 104. Prorogatio decima Sessionis septimae. 105-110. Reviviscit ardentius controversia de praecedentia inter oratores Gallos et Hispanos. 111, 112. Leguntur et laudantur in Concilio litterae regiae Scotie. 113. Pius IV Scotis proceribus scribit, ut eos in fide confirmet. 114-116. Libratis utriusque partis sententiis, Synodus prudentius censet non percellendum Elisabetham Angliae reginam edicto conciliari. 117. Imperator Elisabethae scribit pro Catholicis. 118-121. Agitatur questio an sit papa supra Concilium. 122-124. Adducuntur in examen quedam reformationis capita, et sedatur controversia de jurisdictione episcoporum. 125-128. Sessio septima : decretum et canones de sacramento Ordinis. 129. Renovantur antique Constitutiones de residentia. 130. Turcarum exercitum et classem delent Hispani. 131, 132. Angli e Gallia ejiciuntur; Carolus IX favet haereticis, unde justa querele Parisiensis senatus. 133. Pius IV Joannam Navarræ reginam ut haereticam condemnat. 134. Nonnulli episcopi Galli infecti Calvinismo. 135. Pius IV scribit admonitorias epistolae principi Auriacensi. 136. Offeruntur Concilio litterae observantissima ducis Senarum et Margarite Austriacæ. 137. In Concilio expenditur duorum praesulum, Toletani videlicet et Aquileiensis doctrina, in qua nihil a fide alienum reprehenditur. 138-140. Illusus a politicis Ferdinandus postulat usum calicis et abrogationem coelibus Ecclesiastici. 141, 142. Comes e Luna Concilium turbat. 143. Veneti oratores Graecos invitari poscent. 144, 145. Approbantur a Patribus littere Margarite Austriacæ. 146. Non Hispano more, sed secundum jus commune tribunalia inquisitionis Mediolani constituantur. 147-149. Orator equitum S. Joannis Hierosolymitani ad Concilium accedit, et de tardo adventu se excusat. 150-152. De Matrimonio clandestino maxima contestatio. 153, 154. Principes protrahunt suam reformationem. 155. Prorogatio sessionis octavae. 156-160. Legati mittunt ad Pontificem internuntium qui certiorum illum faciat de progressu Concilii, dum ceteroquin monent Cesarem simul et Hispanum regem ne amplius nectant moras circa absoluti-  
onem Concilii. 161-170. Agitur de reformatione principum. 171. Cardinalis Lotharingus per honorifice Roma exceptus. 172-179. Pius IV claudendo Concilio studet, quamvis principes obices ponant. 180, 181. Contra fidei desertores infraacto se ostendit animo Pontifex. 182. Pii IV littera congratulatoria ad Nemureensem ducem. 183, 184. Aliquot principes a Sede Apostolica deficerentur. 185-187. Varia in Polonia de religione dissidia. 188-190. Nonnullis causis pendentibus providet Pontifex. 191, 192. Concilio finis manet imponendum, reluctante licet comite e Luna. 193, 194. Sessio octava : decreta, canones et monita de Sacramento Matrimonii. 195, 196. Decreta disciplinam Ecclesiasticam concernientia ; Hosius aeger suam sententiam scriptam mittit. 197-199. Disceptatur qua via Concilium quamprimum absolutatur. 200-204. Omnes Patres convenient ut quam citoissime Concilium absolvant, frustra renitente comite e Luna. 205. Occasione morbi Pontificis, comes e Luna a pertinacia se relaxat. 206, 208. Unanimi consensu decernitur claudendum esse Concilium. 209-214. Sessio ultima Concilii ; decreta de articulis prius examinatis, sed nondum definitis. 215. Revocantur et confirmantur decreta publicata sub Paulo III et Julio III. 216-218. Patrum acclamationes et subscriptiones. 219. Cardinalis Moronus certiore facit imperatore de fine Concilii. 220, 221. Oratores principes pro sua quisque natione Concilium recipiunt. 222-224. Pii IV summa letitia et litterae gratulatoriae pro absolutione Concilii. 225. Deymoniaci curata a sacerdotibus Catholicis, postquam Lutherani ministri nihil prolegerint. 226, 227. Lusitanus fert open Abyssinus contra Turcas. 228. Maximilianus rex Romanorum oratorem ad prestantum obedientiam Pio IV mittit. 229. Oranum recuperatum.

MDLXIV.

1-3. Pius IV decreta Concilii Tridentini a se confirmata promulgat, et prohibet ne quis supradictis decretis audeat glossas addere. 4. Carolus Borromaeus sanctioris vite disciplinam in se suaque familia instituit. 5. Congregationis Oratorii primordia. 6. Pius studet ut omnes principes Concilium recipiant. 7. Pontifex tam suo quam principum nomine legationem instituit ad Gallum regem, ut eum edoceat quae agenda sint. 8, 9. Carolus IX sui regni provincias lustrat. 10. Cardinalem Lotharingum occidere tentant Hugonotti. 11-13. Forma quadam reipublicae Hugonottae in Gallia constituitur a Colinio, et decreta Concilii oppugnantur. 14-23. Protestantium argutias adversus Concilium diluit Cardilius. 24, 25. Lutherani frustra tentant conciliare suas opiniones cum opinionibus Zwinglianorum et Calvinistarum. 26. Ex dissidiis novatorum reducitur junior theologus ad fidem Catholicam. 27. Electio Maximiliani in regem Romanorum a Pontifice validata. 28-32. Petitur et laicis conceditur usus calicis in Germania. 33. Legatio Germaniae cardinali Morono demandata. 34. Antistes Germaniae ad Concilium Tridentinum recipiendum extinuntur. 35, 36. Calicis concessio videtur dare, saltem ad tempus, aliquam spem fidei redintegranda in Germania. 37. Pius Ferdinandi obitus: turbida initia imperii Maximiliani successoris. 38, 39. Maximilianus conjugium sacerdotum petit a Pontifice, sed patitur repulsam. 40-45. Concilium Tridentinum opera cardinalium Commendoni et Hosii in Polonia recipitur. 46. Epistola regis Poloniae de Concilio admisso. 47, 48. Heretici, et imprimis Bernardinus Ochinus Polonia ejiciuntur. 49, 50. Concilium in spe a Scotis, et reipsa ab Hispanis et Italis recipitur. 51, 52. Armeniorum patriarcha ad unitatem Ecclesie reddit, nuntiumque Romanum mittit. 53-55. Praefocandis haeresou seminibus, excindendis Simonie veribus et erigendis seminaris Pontifex invigilat. 56. Philippus rex Hispaniarum Turcas in Africa devincit, et Genuenses Corsican rebellantem subdunt. 57. Pontifex curis et angustiis quamplurimis implicatus. 58. In America nova Ecclesia conditae: canonizatio B. Didaci postulata; Graecis Catholicis in Sicilia morantibus Graeci episcopi dati. 59. Tumultus in Piceno. 60, 61. Calvinus imponitens moritur.

MDLXV.

1-3. Pius IV ostendit coelatum sacerdotum semper in usu fuisse. 4. Gebenneuses Pium IV proditorie occidere tentant. 5. Perfugia et aliqua privilegia rescindit Pontifex. 6. Cardinales creantur. 7. Hugo Boncompagnus in Hispaniam legatus dirigitur. 8-12. Melitensis insula a Solimanno impetratur, sed providente Pontifice, ab invasione Turcica liberatur. 13, 14. Maximilianus imperator auxilia petit contra Turcas Hungariam invasuros. 15. In Polonia haeresis grassatur. 16. Carolus IX Galliae rex sacras aedes a Calvinistis eversas restituit. 17-19. In Belgio et in Scotia heretici seditiones movent. 20. In Anglia oritur Puritanorum haeresis. 21-23. Pontifex et S. Carolus pro sua quiske parte laborant in excindendis haeresibus et corruptelis. 24. S. Carolus summus poenitentiarius eligitur. 25, 26. Gesta a S. Carolo in Mediolanensi Ecclesia. 27, 28. S. Carolus Romanam reddit, et Pontifici morienti assistit.



# ANNALES ECCLESIASTICI.

---

PAULI IV ANNUS 4. — CHRISTI 1558.

---

1. *De Concilio cogendo scribit Paulus, tum Philippo Hispano, tum Henrico Galliarum regi, tum cardinali Caraffæ legato.* — Anno redempti orbis quinquagesimo octavo supra millesimum quingentesimum, Indictione prima, confirmata pax est inter Pontificem et Philippum Hispaniæ regem, quæ etiam gradum munivit sancienda alteri paci continentibus populi Christiani votis expetitæ inter Philippum Hispaniæ et Henricum Galliæ reges : scripserat vero Philippus rex manu regia litteras extremo superiori anno amantissimis verborum officiis refertas ad Pontificem, quibus conceptam animo pietatem atque observantiam erga summum totius Ecclesiæ in terris præsidem ac pastorem testabatur. His exceptis, maximam ex iis laetitiam Paulus suscepit, egitque Deo grates, qui tantum regem in pristino religionis studio, ac discussis improborum et communis hostis conatibus, in vetere Sedi Apostolicæ cultu et obsequio conservasset, tum significavit Philippo omnem præteritorum dissidiiorum memoriam sibi ex animo evulsam, ac se paterno illum amore arctissime complexurum, sequejam bellicis curis liberum sacra versare consilia de Christiana disciplina restituenda, extinguendis hæresibus cogendaque ea de causa OEcumenico Concilio, ad quæ in opus perducenda sollicitavit regem, ut studia sua conjungeret, ex quibus majorem gloriam, quam ex ullis florentissimis victoriis expetilis que triumphis collecturus esset<sup>1</sup>:

« Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholico.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Acceptis serenitatis tuæ litteris, quas manu tua accurassimè scriptis, et observantie, pietatis, obsequii plenas ad nos summa celeritate perferrendas curasti, maxima in Domino laetitia exultavimus, et divina ipsius majestati gratias egimus, qui repressis fractisque hostis antiqui conatibus nobis tanta pietate et virtute filium, nolumus dicere restituit, sed id quod verius est, conservavit, neque a nobis alienari unquam passus est, idem etiam de te prorsus sentimus et persuasum habemus, quod vere tu quoque de nobis, et potes et debes persuasum habere: retinuisse te semper tuam erga nos pristinam devotionem, sicut nos quoque nobis concei sumus, nihil ob ea, quæ contra utriusque nostram voluntatem acciderunt, de nostro in te paterno amore unquam esse detractum, sed et salutis et gloriæ tuae nos semper, ut charissimi et optatissimi filii, cupidissimos fuisse; sed quæ non sine utriusque nostrum quidem dolore acta sunt, ex animis nostris penitus deleta esse, ut, tanquam caligine quadam discussa, nostræ mentis candorem et sinceram charitatem ultrice nostrum gratius, jam ut fieri solet, et illustrius patefactam esse gaudemus. Nos quantopere tua ista pietate laetemur, quantique talem filium faciamus, conabimur omnibus, quæ ab optimo et amantissimo patre proficiisci poterunt, officiis declarare : illud modo a Deo, charissime fili, precamur, ut quæ molimur atque agimus de communi pace, de reprimendis ac tollendis

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sign. num. 2889. p. 93. et in lib. divers. brev. sig. 2903. p. 40.

haeresibus, de moribus Christiani populi corrigendis, et generali Concilio harum rerum causa celebrando, ea tuo quoque, quemadmodum speramus, auxilio perficere possimus, idque non solum ex divini honoris et reipublica Christianae causa optamus, verum etiam tua, quem majorem et solidiorem ex his rebus gloriam, quam ulla ex bellicis victoriis, et apud Deum et apud homines assecuturum esse cernimus, de quibus consilii nostris, deque ea spe, quam in tua summa pietate, prudentia, moderatione animi repositam habemus, plura cognoscere poteris ex litteris venerabilis fratris nostri Petri episcopi Albanensis, Pacechii vocati; cumque sermonem cum ipso habuerimus longorem de iis, quae ad te scribimus, fidem ut ejus litteris habeas, serenitatem tuam rogamus. Excusationem accepimus de dilato tui ad nos oratoris adventu, qua eadem accuratius usi sunt dilectus filius Carolus SS. Viti et Modesti diaconus cardinalis Caraffa legatus, idemque secundum carnem nepos noster per litteras et coram ipse episcopus Albanensis. Dolemus autem eam mora causam esse, quam scribis ipsius oratoris causa, nam nobis, quandocumque veneril, gratissimus ejus adventus erit, eoque illum, quo decet honore, et vultus animique hilaritate excipiems. Nec vero serenitati tuae verendum est, ne nimis diu ipsius ad nos mittendi tempus distulisse videaris, cum propter tam eximium animum tuum nobis perspectum nihil unquam existimatur simus sero a te nobis tributum fuisse. De honore, quem serenitas tua maximum habuit, adveniente ad te ipso legato nostro, quemadmodum ex ipsius uberrimi scriptis et aliorum etiam litteris cognovimus, Deo gratias agimus, honorem sanctae huic Sedi, et nobis, qui licet indigne ei praesidemus, habitum fuisse intelligimus, tuanque hanc Sedi reverentiam, et cultum Christo Domino nostro, ipsiusque Apostolorum principi beato Petro animo gratissimo offerentes Deum precamur, ut ipsius beati Petri meritum et intercessione te et tuos, tuaque omnia benedicere, ac sua gratia protegere tuerique dignetur. Dat. Romae apud Sanctum-Petrum die **III** Januarii **MDCVIII**, anno **III**.

Non destitutus Philippus novis in dies honoribus Pontificium legatum cumulare, nam prae regum Hispaniae morem ipso Epiphaniorum die illum domi convenit, secumque ad regiam capellam adductum lautissimo una simul excepti prandio, ac per honoris verbis qualem animo conceperisset laetitiam, cum cerneret apud se Pontificium legatum, ipsius Pontificis nepotem, testatus est.

**2.** Dum haec cum Philippo gererentur, Antonius cardinalis Trivulius egregiam in Galliis navabat operam, ut pacis consilia promoveret, Henricumque ad eam amplectendam incitaret,

qui, quam nuper Pontifici voluntatem ab ipsa non abhorrentem exhibuerat, denuo etiam confirmavit, in cuius quoque arbitrium se totius negotii molem committere professus est, incertum, sincerane animi voluntate, an fallendi temporis studio, Franciscum propterea Estensem haec suo nomine renuntiare Pontifici jusserrat. Quae cum apud omnes comperta sint, miratus sum vehementer, ab auctore<sup>1</sup>, non admundum quidem antiquo, induci cardinalem Lotharingium expostulante: « Neminem, qui aversos animos conciliandi negotium susciperet, extitisse. Paulum Pontificem Maximum, cuius praesertim id munus esset, nullos unquam de concordia sermones injecisse, quid enim ultra Pontifex facere potuit ». Henrico igitur Paulus<sup>2</sup> gratias agens haec scribit :

« Charissimo in Christo filio Henrico Francorum regi Christianissimo.

« Sicut dilectus filius nobilis vir Franciscus Estensis regii ordinis eques nobis exposuit, adeo de nostra in te voluntate confidis, ut non dubitatur sis controversias, que tibi sunt cum charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum rege Catholico nobis componentas permittere, quo quidem tam optato nuntio de te ad nos perlato non facile verbis consequi possemus, quanta cor nostrum in Domino laetitia extulerit, cum dilectorum filiorum nostrorum discordiis eo dolore afficiamur, quem paternae charitatis viscera postulant, et ex tantis Dominici gregis fidei nostrae commissi dannis et periculis die nocteque gravissime sollicitemur, quid nobis jucundius optatiusque accidere poterit, quam aliquid lucis nobis in tantis tenebris illucescere, et spem non parvam pacis Dei auxilio inter vos conciliaudæ. Itaque gratias agimus Deo omnipotenti, eunque suppliciter oramus, ut istam propensionem, quam pre te fers ad pacem, non confirmet modo, sed etiam in dies augeat; serenitati vero tuae persuasum plane esse volumus, jure ac merito eam in nobis spem ac fiduciam habere. Neque enim si felicis recordationis rex pater Iuus revivisceret, plus de ipsis erga te voluntate, quam de nostra tibi posses polliceri ». Et infra : « In concordia quidem tractanda ita nos geremus, ut neutri vestrum sit speci et fiduciae quam in nobis habuerit, penitendum, sed existimationem, honorem ac dignitatem suam uterque nobis, prout confusus fuerit, chara esse intellecturus sit. **xxvii** Januarii **MDCVIII** ».

**3.** Commissa fuerant cardinali Caraffae plura tum publicae rei, tum privatae mandata. Primum erat de concilianda universali pace, pro qua sancienda Paulus gravioris senectutis incommodis contemptis, se offerebat, vel Niciae, vel

<sup>1</sup> And. Mauroc. I. viii. Hist. Ven. an. 1558. — <sup>2</sup> Paul. IV. lib. divers. brev. sig. 2903. p. 61.

in alio loco cum regibus conventurum. Secundum fuit, ut libertas Ecclesiastica in Hispaniis laesa in pristinam dignitatem revocaretur. Tertium, ne rex Philippus cardinalis Poli accessum ad Urbem impeditret, adversus quem judiciaria Acta praeципua confecta cardinalis legatus detulerat, ut ea Philippo, ejusque administris ostenderet, probaretque, non ex temerario et turbido animi impetu, ut publica fama increbuerat, sed ex pio justitiae ardore se in eum fuisse commotum. Quartum fuit, ut Poetus cardinalis designatus Romam accederet, ut Pontifici in rebus Concilii instaurandaque disciplina Ecclesiastica operam suam Pontifici commendaret. Quintum, ut omni industria regem adduceret ad conferendum libere dueatum Barii, et Montem Siricum, et principis Salernitanii palatium, quae ex obitu reginae in regium jus devoluta erant, duci Montorii : caveret tamen diligenter, ne ea donatio pro Palliani, juxta arcanas pacis leges, compensatione facta appareret<sup>1</sup>.

« Dilecto filio nostro Carolo SS. Viti et Modesti diacono cardinali Caraffae.

« Dilecte fili noster, etc. Quae acta fuerint abs te post tuum adventum ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum regem Catholicum de mandatis nostris ad Dei honorem et reipublicae Christianae pacem et quietem pertinentibus, adeo diligenter et accurate nobis venerabilis frater episcopus Tarracensis exposuit, ut neminem ad ea nobis exponna ftiorem mitti abs te potuisse judicemus : satisfecisti plane spei de te accepta atque expectationi nostra. Perspeximus enim, qua cura, qua fide, qua diligentia, quanta etiam dexteritate atque prudentia ea mandata nostra fueris executus, quo nomine Deo gratias agentes teque plurimum laudantes, divinae clementiae open implorare non desistimus, ut piis nostris consiliis et istis laboribus tuis optatum exitum tribuere dignetur ; te vero hortamur, dilecte fili, ut pacis actionem, tametsi nihil putamus addi posse ad studium et diligentiam tuam, tanto magis urgeas, quanto bellum vehementius in gravescere, quantoque majores Christiano populo calamities intelligis imminentia ; reliqua coram tibi exponenda mandavimus eidem episcopo, quem officio sibi mandato diligentissime functum, nec ullum pro Dei honore et reipublicae Christianae quiete laborem recusantem, ad te remisimus. Permittimus autem tibi, cuius fidei prudentiaeque summopere in Domino confidimus, ut omnia prout expedire duxeris, agas, rata quæcumque egeris habituri. Datum Romæ die xxu Januarii MDCVIII, anno III ».

4. *Mors et præclara gesta cardinalis Poli.* — Quæ data erant de cardinale<sup>2</sup> Polo, et cardinale Guillermo Poeto ad Urbem accersitis mandata,

in opus provocari non potuerunt, cum mors utrumque prius extinxerit. Cæterum Reginaldo cardinali Polo, de cuius morte agetur inferius, invide fax ob ejus inclitas virtutes adhæserat, ut inique judicio hereticos postulareret : is enim gloriosissimus confessor fidei Catholice, pro tuenda fide Catholica spretis maximis vitæ periculis, eruditissimos libros contra haeresim et primatum Henrici VIII regis Angliae ediderat, comparatasque sibi a sicariis hereticis insidias ægerrime divina tectus ope evaserat, legati Apostolici munus in Concilio Tridentino cum dignitate sustinuerat, ab ambitione et humana- rum rerum cupiditate adeo alienus, ut, cum in conclave post Pauli III obitum cardinales, qui cum ad Pontificatum evehere consenserant, noctu illius cubiculum adiissent, responderi jusscerit a magistro cubiculi velle se a Deo luminis, non in nocturno conventiculo ad Pontificatum promoveri : cum etiam ad solium Anglicum aspirare potuisset, in Belgio se continuuit, donec Maria regina Philippo Hispaniarum ha- redi responsa fuit : adeo vero strenue in concilianda Catholice Ecclesiæ Anglia se gesserat, ut maxima haereticorum odia in se concitarit, a quibus facile variis artibus, suspicio hereticos illi aspergi potuit, in quam etiam maximi viri vocati improbe fuerunt : sed ad coepit sermonem redcamus.

Maximis præter morem affectus honoribus a Philippo Angliae rege cardinalis legatus Octavianum Reveram episcopum Tarracinensem ad Pontificem misit, significavitque regem maximam letitiam ex adventu suo, ac pace confirmando traxisse, dedisseque imperia Antonio episcopo Atrebateni et Roderico Gomesio, ut de pacis formulis cum legato agerent : de graminibus vero provinciarum cum regii sanctioris concilii senatoribus actum.

Accepto redintegrande pacis felici nuntio, Paulus ingenti gaudio delibutus de re bene gesta cardinali nepoti gratulatus, hortatus est ut pacem ad optatum exitum perduceret.

3. *Duo Pauli nepotes avaritiae et ambitioni nimis indulgent : Pontifex ipse respondet Philippo regi super negotium pacis.* — Ex hac pace confecta meditabantur cardinalis legatus Caraffa ejusque frater dux Montorii decerpere magnos fructus ingentium opum et amplissimum principatum conferendorum sibi liberitate Philippi regis, quos ab Henrico Galliae rege ex bellico fædere et strage populorum colligere non potuerant : atque adeo dux Montorii ursit litteris legatum fratrem, ne in ducale Barii sibi conferendo fieret mentio sarcindæ jactura pro restituendo Ascanio Columne Palliani ducatu : cardinalis vero Caraffa, cum principatu Rossanensi et decem millionum nummorum stipendio a rege Philippo oblato non contentus esset, ac suos adversarios Columnam

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2898. p. 401. — <sup>2</sup> Sur. in Com.

et Corneum, marchionem de Balneo, in regia aula florere gratia oculis videre non posset, Bruxellis secessit in suburbanum cœnobium, ex quo secessu extimuit Philippus rex, ne qui apud Pontificem florentissima auctoritate pollebat, novas res tumultusque bellicos moli-  
retur : ideoque ad auncupandam ejus amicitiam duodecim millium nummorum annua pensione illum donavit, quo beneficio ornatus, ac laetus legatus per dispositos equos concitatissimo cursu Romanum advolavit. Cum autem sit fallax et vitrea felicitas humana, ambos fratres Carrassis, extincto Paulô, postulatos judicio a Philippo rege apud Pium IV, procuratique iis extremo supplicio in exemplum triste avaritiae et ambitionis transiisse visuri sumus.

Interea cum superessent aliqua capita cordiae tractanda, eorum conciliatio cardinali Ferrarensi Galliæ regis nomine, ex adversa vero parte Philippi regis senatoribus demandata est : his gestis, Philippus rex ingentibus curis solutus, gaudio magno ex inita pace delibutus litteras regii amoris et observantiae notis erga Paulum Pontificem illustres transmisit, ut referunt Acta <sup>1</sup> senatus cardinalitii : « Die Martis, xv mensis Martii MDLVIII, fuit congregatio generalis, in qua primum lecte fuerunt litteræ sere-  
nissimi regis Philippi ad Sanctitatem suam super tractatione pacis propositae per medium domini Francisci Estensis pro parte regis Fran-  
cie, quibus perfectis, reverendissimus Pacce-  
chus earum lector, litteras Sanctitati sue resti-  
tuit ». Quibus respondit Paulus <sup>2</sup> conceptis hisce verbis :

« Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholicœ.

« Charissime in Christo fili noster, etc.  
Lectis litteris tuis, quas manu tua scriptas vene-  
rabilis frater Octavianus episcopus Tarracensis ad nos summa cum celeritate attulit, incredibili gaudio affecti fuimus, quod de populi Christiani salute mirum in modum solliciti, in spem in-  
gressi sumus non defutram ei in tanto periculo supernam misericordiam, quando istam tibi tam præclaram mentem, et propensum ad pa-  
cem nobis agentibus animum divina Majestas dedit ; itaque advocatis statim cunctis venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romane Ecclesiæ cardinalibus eos tantæ lœtitia et spei nostræ participes fecimus. Recitate in generali congre-  
gatione jussu nostro fuerunt litteræ tuæ ingenti omnium planis, optatissimaque lœtitia et gra-  
tulatione, nec facile diei potest quantæ ea res tibi laudi quantoque honori fuerit. Quamobrem, quoniam tantum auctoritati nostre tribuis, quantum et de pietate tua nobis pollicebamur, et noster erga te paternus amor postulat, in

hanc tam sanctam tamque Christiano populo salutarem actionem, eo quo debemus animi studio, incumbemus, neque committemus, ut aut boni pastoris officium a nobis requiri possit in depellendis, quantum in nobis erit, populi Christiani periculis, aut pii parentis cura desiderari in sedandis duorum charissimorum nobis filiorum discordiis, quorum pacem atque concordiam utinam quantulacumque nobis reliqua est vita, redimere possemus ; præclarissime nobiscum agi putaremus, si nobis continget, ut vitam ipsam in opus tam Deo gratum impenderemus. Quoniam autem melius statuere ac deliberare poterimus quid nobis agendum sit, cum ad nos legatus noster reversus fuerit, ejus adventum jam, ut speramus, appropinquante avide expectamus, reliquis de rebus tum quoque, si quid agendum fuerit, acturi. Tua vero, charissime fili, pietas erga nos, et in consanguineos nostros humanitas, de qua ex mandatis, quæ idem legatus noster episcopo Tarracinensi dedit, accepimus, nobis, perinde ut debet, grata est : gratum id quoque, quod de valetudine tua nos certiores fecisti, cui ut diligenter inservias, magnopere te famam, deum precantes, ut incolumem te feliciterque ad divini sui nominis gloriam regnante conservet. Nos item ejusdem Dei beneficio bene valimus. Dat. Romæ, etc. die xvii Martii MDLVIII, anno iii ».

6. *Inter Anglos et Francos varia in Belgio certamina.* — Desævierat jam atrox bellum in Belgii finibus, rigente licet asperrima Hyeme gestum, cum obfirmatus esset ardor Gallorum, acceptam superiori anno ad Fanum Sancti Quintini ignominiam præclaro facinore, et clade nobili illata hosti delere cupientium, opportunoque casu contigit, ut Franciscus Guisius ex Italia revocatus unius hebdomadæ flexu Itium (vulgo Caletum), arem munitissimam, quam Eduardus III Anglorum rex ante ducentos annos tot laboribus tantoque sanguine effuso ceperat, expugnarit, de quo Surius <sup>1</sup> hæc refert : « Gui-  
sius ita se comparat tanquam sit Sancti-Quintini oppidum oppugnaturus. Erat anni tempus longe alienissimum, atque ecce per exploratores certior factus Caletum non satis firmo Anglorum præsidio teneri, de repente couerto itinere cum exercitu contendit, urbemque omnium opinione inexpugnabilem septimo obsidionis die, hoc est, nono Januarii, aut circiter, in regis Gallorum potestate redigit, cum jam ducentis annis Angli eam oblinuerint. Fuit hoc facinus audax et prope incredibile, præsentem tam ini-  
quo anni tempore, mox etiam Ghiniam expugnat, castellum munitissimum, direptumque incen-  
dit. Hoc quoque Angli oppidum super ducentos annos Gallis ereptum possederant. Iis inopinatis

<sup>1</sup> Ms. card. Spada 10. CXXXIV. p... — <sup>2</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 108.

<sup>1</sup> Sur. in Comm.

victoriis Galli jam prope consternati animos recuperant. Horrendum in modum tormentis diverberatum fuit Caletum, nec praesidium militum arcii et urbi impositum, eam quam debuit prestitit in defendingo constantiam, multumque amissio illo loco munitissimo Angliae rebus decessit. Urbs deditio sub certis conditionibus venit in Gallorum manus. Eduardus III ejus nominis Anglorum rex anno Christi MCDLVI Caletum undecim menses obsessum e Philippo VI Francie regis manibus extorserat, solebantque dicere Britannie reges, dum Caletum haberent, claves Galliae se in cingulo circumferre ». Traduxit victoria estra<sup>1</sup> dux Guisius ad Theonvillam arcem situ et opera munitissimam, eamque expugnavit, sed non sine Gallorum cede, inter quos Petrus Strozza Italus, dux strenuissimus, magnum sui desiderium reliquit; tentatum deinde Lucemburgum, sed irrito successu: conflato etiam alio exercitu Galli Gravelingam magnis milibus circumsident, cumque in medio aestu certaminis premerent hostem, nonnullae Anglicae naves eo delatae Galica castra adeo sive tormentis diverberarunt, ut magna clade fusi sint Galli, ac plures nobiles in hostium ceciderint potestatem, necnon paulo post comes Egmundanus, Belgici exercitus dux, Dunkerkam vi expugnavit, et post longas concertationes pax inter istos reges, ut inferius videbimus, firmata fuit.

7. *Carolus V imperium Ferdinando fratri relinquunt, et mox ipse moritur.* — Edidit hoc anno<sup>2</sup> Carolus V Caesar postrema cessionis imperii Acta oratorum opera in principum comitiis Francofurti congregatis, elegitque ad id anniversarium diem natalium, quem religione quadam in maximis rebus gerendis diligere consueverat, de quo haec Surius: « Mensis Februario die XXIV, quo die in hanc lucem editus fuit, et anno MDXXX, Bononiæ a Clemente VII incredibili splendore imperii insignia accepérat, missa insigni legatione ad principes electores, qui Francofurti convenerant, Carolus Caesar imperium in fratrem suum regem Ferdinandum transfert, et ut septenviri id gratum et ratum habere velint, orat. Inde XIII Martii die principes electores Ferdinando maximi imperii dignitatem deferunt, et tandem imperator ipse, et principes domum repetunt ». Jam biennio ante Carolus per Guilielmum Nassovium Arausia principem, et inde per Mariam sororem Pannonie reginam, quid propositi ac voluntatis haberet, satis indicaverat. Electoribus tamen quatuor uno ferme temporum nexu morientibus, novisque, qui successerant, rebus privatim suis constitutis intentis, nullum interea loci tempus vacuum fuerat, sive rebus prospiciendis, sive cogendis in unum electoribus: Caroli autem

abdicationem recensens Surius<sup>3</sup>, haec habet: « Ut in multis aliis, sic in hoc quoque facto Caroli V Caesaris longe optimi summa apparuit modestia et humilitas, qui sua cum sponte se imperio abdicaret, cum interim non decessent, qui illi ambitionem et regnandi libidinem improperarent. Utinam digni essemus multos tales habere imperatores. Deinceps privatus in multa pace vixit aliquot menses optimus princeps, quod etsi miserum et inglorium videtur, plerisque huic mundo deditis (ut jam ante dixi) tamen sponte renuntiassse tanto imperio, et omnibus quæ sunt hujus mundi, in primis gloriosum, ac multa laude ac prædicatione dignissimum est. Non enim debemus nos, qui Christiana religione initiati sumus, id genus in rebus, hominum ethnicon aut etiam huic mundo nimis deditorum opinione duci, sed oculos habere defixos in Christum verum Deum ac Dominum nostrum, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu[m] est esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens ».

8. Ferdinandus in septemviralibus comitiis dignitatem imperatoris adepto, ægre maxime tulit Pontifex, quod imperium (non lege renuntiatum) diceret, neque Carolum in alium Cesareum decus transferendi potestatem habuisse. Itaque Martinum Gusmanum<sup>4</sup>, quem Ferdinandus ad Pontificem legaverat, Romanum intrare prohibuit, nisi prius de hac imperatoris electione cardinalium suffragium exciperet; ex quibus septem gravitate et doctrina præstantes ad negotium discutiendum adhibuit; cum Gusmanus interim Tibur diverterit, ibique ad causam usque cognitam subsisterit. Quatuor ergo capita in consultationem veniebant. Primum, an Ferdinandi orator causas, ob quas Carolus imperio renuntiasset, edicere teneretur. Secundum, an ejusmodi abrenuntiatio absque Sedis Apostolice et Pontifice consensu valida esset censenda. Tertium, in Ferdinandino ad imperium capessendum mala Maximiliani filii educatio impedimento esset, quod inter Lutheranos pene enutritus, verendum maxime erat, ne simul cum lacte pronam in haeresim suxisset voluntatem. Quartum, quidnam de electoribus ad Ecclesia divulsis et in haeresim prolapsis sentendum esset. Ergo privatis primum colloquis et necessariis consultationibus adhibitis<sup>5</sup>, omnes in unam convenere sententiam, Carolum, antequam se imperio abdicaret, Pontificem monere debuisse, cum plurimum Sedis Apostolice intersit, ne imperator delegatur aliquis, qui fidem Catholicam sanctamque Sedem tueri vel nequeat, vel negligeret. Non premissa igitur hujusmodi denuntiatione, irritam cassanque tum Caroli abdicationem, tum Ferdinandi electio-

<sup>1</sup> Id. ib. Belc. — <sup>2</sup> Carol. V. Cons. apud Goldast. Sur. in Com.

<sup>3</sup> Sur. in Com. — <sup>4</sup> Maur. lib. hist. Ven. Pet. Nores l. iv. Ville Pauli IV. — <sup>5</sup> Thuan. l. xx. hist.

nem habendam dixerunt. Præterea in posterum longe prospicentes, hoc maximo frēo coercendos fore principes affirmabant, qui ad imperii fasces aspirarent, si remissam cum hereticis manū, contractamque cum eis Maximiliani familiaritatem, Ferdinando patri, quominus ad imperium admitteretur, disserent obfuisse; satis jam exploratum, quantum sub Carolo attulerit incommodi, vulpes, quæ vineam Domini demolibantur, incauta connivētia non cepisse, et discurrere sivisse, ut eo nocere plus possent. Denique electores, qui hæresi adhēsissent, absque ulla ambiguitate loco cecidisse sentebant; cum enim constaret a Sede Apostolica, a Gregorio nempe V, in Germaniæ principes jus electionis translatum, quis ambigat ab Ecclesia iis tantum jus electionis conservandum, qui intra ejusdem Ecclesiæ eastram continentur, non aulem illis, qui desertores et apostatae ab ipsis per summam perfidiam recesserant? Hæc et alia id genus, cum cardinales, cæterique theologi ac juris canonici doctores loquorentur, unus fuit Joannes Gropperus, qui per eos dies adhuc superstes Romæ morabatur, declinata non minus, quam promerita purpura conspicuus. Ille aliam iniiri viam, et tempori et Christianæ politice congruam suadebat. Irritam Caroli renuntiationem, ipsumque sacramenti die inaugurationis exhibiti reum profecto fatebatur. Verum, cum nosset Apostolicum esse, scire abundare, scire et penuriam pati, prudentisque gubernatoris navi periclitante quædam exonerare, ut cætera salva permaneant, media incendendum via asse-rebat, nec sancte institutorum damnosam prævaricationem, sed laudabilem et saluberrimam dispensationem proponebat; itaque, cum iam Philippus Hispaniarum rex per Epistolæ fatetur, Carolum patrem non fraude aliqua, sed consilio et suasionibus Ferdinandi imperio renuntiasse, atque humani aliquid in hoc facinore passum esse sincere testaretur, poscat, aiebat Gropperus, errati veniam Carolus; Pontifex vero, ut Philippo ipsis gratificetur, benigne indulget, mox Gusmanus orator, excusationes Ferdinandi et fratris ut admittantur, enixe deprecetur, quibus ex gratia acceptis, cum iam nihil prætermissum fuerit, quod non haberuit sapientem excusationem, ab ipso Pontifice Ferdinandus imperator declaretur, quo fieri, ut et Apostolicæ Sedi debitus servetur honor, et imminentia queque præjudicia arceantur; nam quæ in Germania cierentur turbæ, si Ferdinandum ab adepta imperii possessione deturbae Pontifex niteretur? Qua animi armorumque contentione heretici electionem tuerentur, hoc potissimum stimulo, quod Pontifici Romano minus placere cognoscerent? Quantum exinde Ferdinandus omnia hereticis esset permisurus, si suam in imperio conservationem ipsis se de-here intelligeret? Hæc cum dixisset Gropperus,

Pontifex ab alia tamen sententia non recessit, nec ad mortem usque Ferdinandum veluti imperatorem admittere consensit. Interea, cum difficultates in longum protrahi cerneret Ferdinandus, ratus e dignitate imperatoris non esse, oratorem suum tamdiu obscure Tibure latitare, per expeditos tabellarios jubet, ut nisi intra tri-duum res perficiatur, confessim discedat. Gusmanus quævis rem iniquo loco videret, ne quid tamen intentatum relinqueret, sive religionis studio atque amicorum consilio, sive propriæ fidens eloquentiæ, ad privatum colloquium cum Pontifice, non tamen ut Cæsar is orator, admitti petiit, facilique aditu in aula consueta audi-tiæ admissus, postquam quid sibi a Ferdinando mandatum narrasset, sensim ad expostulationes orationem flexit, quod tanta contentione recu-saretur velut imperatoris orator admitti; at Pontifex<sup>1</sup>, ut quid esset rei Gusmanus clarius cerneret, singillatim enumerare orsus cuncta, quæ discussa fuerant, impedimenta, corumque causas, quæ graves quantique ponderis cen-sendas explicuit; se quoque usque ad illum diem in id potissimum incubuisse, ut ratio ist-hæc evadendi aperiretur, verum cum salvo Sedis Apostolica honore haudquaquam fieri posse comperisset, Ferdinandum pium Catholicumque principem æqui bonique consulturum spe-rabat, si que Sedis Apostolicae dignitati con-gruebant, sacerdotali constantia tueretur. Ne tamen tristem ac morentem abs se Gusmanum dimitteret, propediem legatum Apostolicum ad Ferdinandum se missurum spoondit, qui sa-pienter ipsum doceret causas, quæ secus, quam optabat, Pontificem agere impellebant. Octavo igitur post oratoris discessum die in secreto consistorio vigesima Julii suum a latere legatum elegit Scipionem cardinalem Rebiba, ab Ecclesia Pisana, cui prærerat, Pisanum nuncupatum. Is ad Ferdinandum primum pro imperii negotio, mox ad Sigismundum Polonorum regem, ad res religionis componendas, quæ maxi-mo tum ibi in discriminè versabantur, adire jubebatur. Interea Catholicus rex ad leniendum Pontificis animum, acriterque pro Ferdinando urgendum Joannem Figueroa Mediolani gubernatorem destinavit, qui simul etiam obedien-tiam ab Alba duce pridem præstatim juxta pacis leges confirmaret; quem Paulus omni ab se prohibuit accessu, quod sacris interdictum dic-eret, cum ejus Apostolicus cursor fuste casus fuisset, qui Roma Mediolanum ad quadam exequenda missus fuerat. Qua repulsa tam graviter ac vehementer indoluit, ut cum Cajetam se re-cepisset, paucos intra dies per summam animi agritudinem expiraverit.

9. Itunc maxime in modum multis jam men-sibus consumptis, cum Pontifex nullis a sen-

<sup>1</sup> Act. Consil. Ms. card. Spada 10. cxxxiv. p. 231.

tia precibus dimoveri potuisset, excessit e vivis  
Carolus imperator : piam mortem describit Su-  
rius <sup>1</sup> his verbis :

« Die xxi Septembris cum jam aliquot dies  
acutissima febre tertiana laborasset, e vivis fel-  
iciter excessit piissimus et celeberrimus prin-  
ceps Carolus V, Romanorum imperator potentissi-  
mus. Ante mortem in illa sua optata solitu-  
dine dies ac noctes precibus ad Deum fundendis  
consumebat, mundo sejam, imo et Deo, deinceps  
in vita hac inutilem dicebat; itaque cupiebat  
liberari mortali corpusculo, ut in æterna vita  
Deum perpetuum laudare posset. Num esset in  
precibus ardenter, saepè et valde pie pro Eccles-  
iae concordia Deum orabat inquiens : *In manus  
tuas, Domine, tradidi Ecclesiam tuam.* Saepè la-  
psus suos publice ingemiscens lamentabatur, et  
toto vitæ sue spatio nullum diem se dicebat  
Dei servitio digne, et, ut par erat, impendisse.  
Crucifixi Servatoris imagines per multos dies  
ulnis, oculis oreque complexus, septimo a trans-  
lato imperio mense præsente archiepiscopo To-  
letano, omnibus sacramentis Ecclesiæ imbutus,  
maximam vim lacrymarum effundens expiravit  
etatis sue anno LIX. Ante mortem post sacra-  
unctionem, licet iam ante Corpus Domini accep-  
isset, iterum illud sibi dari petit dicens : *In  
me mane, ego in te maneam.* Sic mortuus est  
piissimus et sempiterna memoria dignus prin-  
ceps Carolus V. Non prætereunda visa sunt  
que refert Famianus Strada <sup>2</sup>. Exequiarum occa-  
sione quas matri anniversarias persolverat,  
nova incessit animum cupido (si licet) et suas  
celebrandi, reque communicata cum Joanne  
Regula ex Hieronymiana familia, qui ejus con-  
scientiam moderabatur, quum is insolitus quidem  
illud et inauditum, pium tamen ac salutare  
dixisset, apparari funus sibi quamprimum justi-  
sit. Ergo excitatur <sup>3</sup> in templo tumuli moles,  
funalibus illuminatur, atrati circumstant famuli,  
mortuale sacrum moesto monachorum cantu  
peragitur. Ipse funeri superstes suo, spectabat  
in illo imaginario funere veras suorum lachry-  
mas: audiebat exequiale Carmen, placidam sibi  
requiem beatas inter sedes implorantium, eademque  
ipse sibi suffragia psalentibus immis-  
sus exposcebat, donec sacrificanti propior factus,  
eique tradens, quam geslabat, ascensam  
facem, sublatis in cœlum oculis : Ego te, in-  
quit, vitæ ac mortis arbiter, oro quæsoque ut  
quemadmodum oblatum hunc a me cereum sa-  
cerdos capit, sic commendatam in manus tuas  
hanc animam tu, quandocumque libuerit tibi,  
in sinum complexusque tuos benigne suscipias.  
Tunc ut erat pulla fluxaque opertus veste, lumi-  
procubuit, renovatisque omnium, qui aderant,

lachrymis, quasi depositus, suprema lamenta-  
tione comploratus est. Atque hoc videlicet ru-  
dimento Carolus vicinæ jam morti profudebat.  
Namque altero ab exequiis die febri corruptus,  
eaque paulatim exedente consumptus, Toletano  
antistite (is erat Bartholomæus Miranda) procu-  
rante, quæ Christiano ritu luctanti anima sup-  
peditantur adjumenta, religiosisque qui fre-  
quentes et cenobio circumstabant, abeunti hos-  
piti expeditum iter in piorum cœtus compre-  
cantibus, nocte ante festum Evangelistæ Mat-  
thæi annorum octo et quinquaginta (ex quibus  
duos ipse vixerat ingenti sane sensu pietatis ac  
religionis) excessit ».

Cum Romam nuntius de ejus obitu perve-  
nisset, et imperii renuntiationem Paulus nullius  
valoris unquam existimasset, actum est in Con-  
sistorio, de solemnibus exequiis, ut moris erat,  
pro ejus anima celebrandis : « Die Lunæ (habent  
Acta <sup>1</sup>) duodecima Decem. m.dlxviii, fuit Congre-  
gatio generalis ante celebrationem exequiarum  
claræ memorie Caroli V Romanorum imperato-  
ris, in qua Sanctitas sua dixit, quod ex quo in-  
tendebat celebrari facere exequias, juxta solitu-  
dinem fieri a predecessoribus suis, in refrigerium  
animæ dicti Caroli, per talen actum non intendebat  
præjudicare juribus Sanctitatis sue et Se-  
dis Apostolicæ, quoad jura imperii ». Petrus  
Nores in Vita Pauli Quarti verba magistri Cæ-  
remoniarum referens, hæc eadem scribit, videlicet : « Nec ob rumorem quendam, aut vagam  
famam de quadam cessione imperii a Carolo  
facta, de qua tamen nihil Beatiitudini Sua con-  
stitut, hujusmodi religionis officium præteriri  
volens, decrevit, exequias more solito celebra-  
das, declarando tamen per eas Sanctitati Suae et  
Sanetæ Sedi Apostolicæ, ejusque auctoritatibz ac  
jurisdictioni nullum omnino præjudicium af-  
ferri, neque alicui alteri jus aliquod acquiri debere,  
et ita expresse protestatur, decernit et  
mandat omni meliori modo, non obstantibus in  
contrarium quibuscumque ». Justa igitur so-  
lemni ritu in capella Pontificia soluta fuerunt,  
ubi solemne sacrum habuit cardinalis Paceccus,  
cui etiam Pontifex dixit : « Per obitum ipsius  
Caroli vacasse imperium, non autem per resi-  
gnationem, cum ea non fuerit facta in manibus  
papæ, ut debebatur, sed electorum imperii ».

10. *Mariæ Angliæ reginæ obitus.* — Luxit  
acerbe parentis mortem Philippus Hispaniarum rex, ac paulo post cumulatis Mariæ reginæ Hungariae materterere, ac conjugis Mariæ reginæ Angliae ac Hiberniæ funeribus, amissisque illis  
regnisi, dolore obrutus est, quæ Mariæ mors eo  
acerbior extitit (1), quo præter spem expectatio-  
nemque hydrope intabuit, cum ob tumentem

<sup>1</sup> Sur. in Com. Pag. 505. — <sup>2</sup> L. r. p. 9. — <sup>3</sup> 30 Aug. 1558.

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ sig. lo. cxxxiv. p. 236.

(1) Mariæ Anglorum reginæ obitum describendum hic suscipit annalistæ. Nec sane feminæ hujus, quæ Ecclesiæ et religionis nostræ

ventris molem fatum concepsisse e Philippo crederetur, adeo, ut idonea morbo victus ratio praescripta non fuerit. Extincta est illa exente Novembris, piorum incredibili dolore, cum illius virtute religio Angliae restituta fuisse, eaque extincta, religio pariter extincta sit.

Accessit ad suminam illius regni infelicitatem, ut Reginaldus Polus cardinalis, summus instaurator in Anglia religionis Catholicæ administrator, interjectis a regina obitu sexdecim horis excesserat et vivis, quem in illo extremo vita actu plura singularis pietatis argumenta explicuisse refert Surius<sup>1</sup> his verbis: « Cum se vehementer morbo exhauriri animadverteret, testamentum scripsit, in quo prater cetera, etiam fidem et erga Romanum Pontificem et Sedem Apostolicam summam observantiam egregie expressit ». Porro, cum initio quæstionis inter Pontificem et ipsum quædam in sui defensionem apologetice conscripsisset, cum ipsa relegens calamus vehementius aliquantulum excusisse cognosceret, nulla sua existimationis habita ratione, constanter in proximum conjecti ignem, illud usurpans, *Verenda patris tui ne detegas*, propriam innocentiam eo ipse lumine magis illuminans, quo ipsam incendit.

« Ingravescente autem in dies morbo, Ecclesia Sacramentis se, ut pium et Catholicum virum decebat, præmunitivit, et licet admodum fractis esset viribus, tamen quotidie, ut ante semper fecerat, missam audire voluit, et cum esset ventum ad eum locum, quo solet sancta Hostia elevari, ministrorum auxilio et lecto surgens, flexis humi genibus Christum in Eucharistia admodum humiliter et reverenter adorabat. Pridie ejus diei, quo e corpore migravit, ipse ultro a nemine admonitus Extremæ-Untionis Sacramentum sibi ministrari voluit, sieque ad ultimum usque spiritum mentis plene compos, tandem ita leviter animam reddidit, ut non tam inori quam obdormire videretur: obiit annos natus LVIII et sex menses ». Cujus intemeratae fidei Vita a Ludovico Beccatello conscripta, adductaque sanctissime decreta ab eo edita in Synodo Anglicana pro religione instauranda, disciplina Ecclesiastica restituenda, proscriptione pro fide tolerata, tot pericula etiam capit, quinquaginta millibus aureorum ab Henrico

VIII licitatis, spreta, scripta pro Ecclesiæ defensione ac primatu Pontificio typis excusa, Tridentini Concilii co præside gesta, tot legationes sanctissime confectæ, conversa denique eo auctore magno Anglia, testimonium certissimum reddiderunt. De qua inimici quoque sunt judices, dum Camdenus ipse<sup>2</sup>, pietate, doctrina, integritate, magis quam regia prosapia illustrare Polum asseruit.

11. *Elisabeth ad regnum Anglicum evehitur, et, licet haeretica, religionem Catholicam initio regni permittit.* — Extinctis cardinale Polo ac regina Maria Angliae luminibus, dentissima posthac haereacon caligo inhorrescere coepit, cum in sceptrum Anglicum non vera regni haeres Maria Stuarta regina Scotiæ, quæ recenter hoc eodem anno Francisco Delphino Gallici sceptri heredi nupserat, vocata fuisse, sed incensis procerum ac populorum animis externum principem ecco odio respuentium, illique gentilem suam, licet haeticam præoplantum, Elisabetha precipiti impetu, perturbatissimoque judicii ordine, licet spuria, atque ex regni et Ecclesiæ legibus sceptris indignissima, flagitio ad solium vocata est, de qua hæc Sanderus<sup>2</sup> refert:

« Sæpe quidem conata est Maria illam ab omni successoris sorte, vel propter haeresim, vel propter crimen læsæ majestatis (multa enim contra sororem et republicam commiserat) vel quod magis constabat, propter impurissimos natales excludere. Nam ex Clementis Septimi sententia juridica prætensum Henrici cum Anna matrimonium, et proles ex illo concepta expresse, ut supra commemoratum est, definitur esse illegitima, idque Henricus postea a perturbatione factus liberior in publicis regni comitiis decerni curavit, omnesque sibi subditos a juramento, quod Annæ Bohæ vel ejus soboli prius præstiterant, absolvit jussit; porro contestatus in senatu suorum, Annam illam nec fuisse, nec esse potuisse uxorem suam propter certam causam, quam dixit se Cantuariensi episcopo secreto insinuasse. Et licet Henricus anno trigesimo quinto regni sui impretrata potestate ab ordinibus nominandi successores suos, voluerit etiam Elisabetham habere in ordine regnandi locum, quod et illorum comitiorum decreto approbari fecit, (ex quo solo par-

<sup>1</sup> In Comm. hoc anno.

<sup>2</sup> In Appar. hist. Elis. — <sup>2</sup> Sander. l. II. in fin.

res adeo promovit, omittendæ erant laudes ab ecclesiasticorum rerum scriptore. Nulla enim mulier pietatem sinceram adeo coluit et sanctissimis moribus expressill, nulla tanto studio religionem proveyit; nec minori fidei ardore haeresis insecatæ est. Ipse pariter Burnetus quanvis aliququin in Mariam parum æquus, non potuit tamen non laudare formam hujus principis vita rationem ad severas mortis et religionis leges exalatam, pietatem, et in sacros vires ac preserlina in Romanum Pontificem amorem et obsequium. Reprehendit ille quidem in ea nimis puniendorum haeticorum, quam vocat, gaviam; sed hoc ipsum pariter pietatis in illa exemplum est maximum, quanvis forte præpostulum et inconsultum; rebus enim Ecclesiæ melius facile consilustus, si regno suo nondum stabilitate uitiose egisset cum illis, qui turbare res adhuc non compostas valuerint. Obiit Maria die XVII Novembris, ætatis sua anno XLIII, regum V, mensibus iv, diebus xi, quam evolantem ad superos post XVI horas secutus est Reginaldus Polus cardinalis, vir per omnia illustris; claris enim natibus ortus, litteris pariter clarus, clarisque vero maxime luna pietate, cum pariter eximo fidei Catholicæ studio, cuius rei testem omni exceptione maiorem Burnetum, scilicet infestum illum Catholicis Anglis scriptorem, exhibeo.

Vacuum Mariæ obitu solum occupavit Elisabetha que licet hoc anno die XVIII Novembris in supremo Angliae senatu regina salutata est, regiam tamen coronam nonnisi Januario sequentis anni solemní ritu accepit.

MANSI.

lamentario edicto, et nullo nativitatis jure, ista est postea adepta imperium, et ita in hunc diem tenet) tamen nec ab Henrico patre, nec a se ipsa nullo statuum decreto, aut matris cum patre coniunctio, aut natales ipsius fuerunt unquam postea approbati, aut facti legitimi, quin et ordines primo anno reginæ Mariae lege perpetua approbarunt conjugium Henrici cum Catharina, et prolem ex ea genitam omni divino et humano jure legitimam fuisse declararunt, omnia contraria Acta, processus et sententias abrogantes, ut proinde alteras cum Anna, Catharina adhuc superstite, verae nuptiae esse non potuerint, nec ex illis suscepta soboles legitima, aut Anglicani sceptri, secundum leges municipales, quæ spurious non admittunt, vel natura vel ulla prerogativa capax esse; quod tamen senatusconsultum nec ab ipsa Elisabetha rescissum est haec tenus. Quæ licet jus regnandi vendicet, regnumque sibi deberi ab omnibus in primis regni sui comitiis agnoscit voluerit, tamen nosquam jus suum naturæ, sed parlamento predicto adscribit: hoc præterea variis postea decretis eavens, ne quisquam sub poena capitis affirmet, non esse in potestate principis et statuum positum, ut quem velint regem designent. De natalibus autem suis probandis aut reformatiis nullus sermo, sed altissimum ubique silentium. Sed ut eo, unde digressi sumus, redeamus, Maria, quæ probe cognoverat ex Henrico cum Anna Bolena plusquam adulterino conjugio prolem prorsus esse imperio indignam, nunquam isti senatusconsulto, ex quo Elisabetha regnandi jus, et locum proximum prætendebat, animo acquievit, sed cum id sola sine suorum optimatum populi suffragiis abrogare non potuisset, advertissetque eam fuisse multorum iniquissimam ac perniciosissimam opinionem, ut non tantum illegitimum, sed et hæreticum regem, modo civem ac domesticum, quam peregrinum et externum, quantumvis legitimum bonumque mallent, cuius præposteri judicij humani, et Anglia sæpe, et multæ florentissimæ provinciæ gravissimas Deo poenas dederunt, quod in tali causa optimum factu restabat, prudentissime fecit, ut instanti mortis sua hora certos principes viros ad Elisabetham allegaret, qui tum alia quædam, tum in primis hæc duo ab ea peterent, alterum, ut mutuum, quod a subditis suis Maria sub fide regia reddendum sumpserat, inque publicam rem converterat, Elisabetha reddendum curaret, alterum, ut Catholicam religionem in Anglia jam constitutam et stabilitam, ne subverti aut labefactari permitteret. Elisabetha, quæ dum Maria regnabat, semper se Catholicam finixerat, ac ni vere ita esset, ut tellus ipsi delischeret coram senatoribus aliquot aliquando optaverat, solita hypocrisia sua utrumque sanctissime promisit; neutrum revera præstiteret.

ANN. — TOMUS XXXIV. — RAYN. XV.

Obstiterat etiam Philippus rex, ne Maria Anglie regina successuram designaret Mariam Stuartam reginam Scotiæ, quod illa Gallie regis, cum quo bellum gerebat, filio nupsisset, ut supra indicatum est.

12. Potita sceptris Elisabetha finxit initio, ut omnium voluntates sibi conciliaret, nulli proper reliquiem vim illaturam, permissuramque, ut quisque suo arbitratu viveret, at mox conditam animo impietatem aperuit, nam Catholicos concessionatores silere jussit, hæreticos ab exilio revocavit, episcopo coram se facturo sacram imperare ausa est, ne consecratam hostiam in sublime attolleret, quare archiepiscopus Eboracensis, cui illius sacro balsamo inungendæ, reginalibusque insignibus exornanda munus, defuncto Polo Cantuariensi primate, obvenerat, nec alii episcopi insigniores inunctionis regie sacra illi conferre annuerunt, vel ob hæresim, vel etiam quia jure id præstare, et luta conscientia non poterant, ni Pontifex Clementis sententiam, qua successionis jure muletata erat, revocaret: repertus est pæne omnium ultimus episcopus, qui censuras Ecclesiasticas spreuit, ac humana commoda ac politicam causæ divine prætulit, qui tamen Elisabetham sacramento tuendæ fidei Catholicæ adegit, ut Sandrus memorat, ac de Elisabetha hæc tradit: « Jusjurandum Christianis regibus lege et more majorum præscriptum de fidei Catholicæ defensione, privilegiorumque ac libertatum Ecclesiasticarum conservatione, ne forte de regno minus rite sibi adepto postea fieret quæstio, suorum suasu, qui regni causa quidvis simulandum, dissimulandum, jurandum, pejerandum senserant, in sua inauguratione solemniter præstil: permisit se quoque oleo liniri, sed non sine irrisione et fastidio, nam sub papillione parumper pro more ad regales induendas vestes divertens, nobilioribus circumstantibus aneillis dixisse fertur: Abite, ne factor hujus olei vos offendat ».

Ut vero concepta ea sacramenta perjurio violarit, atque ob politicas causas Sathanæ protestati Angliam subdiderit, ac vicina regna ad impietatem cogere omni arte et vi contenderit, suis locis lugebitur.

13. *Magdeburgi ritus Catholicæ restituti.* — In Germania Magdeburgi, opera Sigismundi episcopi designati sacrorum usus ritusque veteres restituti sunt, de quo factus certior Pontifex<sup>1</sup>, maximam voluptatem hausit, atque Sigismundum piis stimulis ursit, ut religioni propagandaque animarum saluti omni contentione inumberet:

« Dilecto filio Sigismundo electo Magdeburgensi.

« Dilecte fili, etc. Cum alia multa in Epis-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 120.

tola tua nos magnopere delectarunt, tum vero id quod scribis de rilibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in divinis officiis celebrandis in ista civitate restitui cœptis, tanta animum nostrum lætitia gaudioque replevit, ut magnas Deo, cuius auxiliante ope et misericordia id actum est, continuo gratias egerimus, qua quidem in re tuam operam, curam et diligentiam magnopere laudamus, fecisti enim quod verum pastorem decebat, nec solum officii tui memorem esse te ostendisti, verum etiam generis, atque majorum, itaque lætamur plurimum nostro de te judicio. Eos enim de te fructus capimus, quos speravimus, quos quidem in conspectu Domini offerentes ipsum precamur, ut quod isthic per te feliciter inchoatum est, ad sui nominis gloriam et animarum salutem perficere, et ad verum sui cultum, discussis tandem errorum tenebris, civitatem tam nobilem, illiusque exemplo atque auctoritate finitimos populos revocare dignetur. Perge, fili, tam egregiam commissis tuae fidei ovibus operam navare : insta atque urge : noli in tam sancto, tam salutari, tam glorioso, tam te digno opere defatigari, percepturus a Domino, et in hac vita, et in altera ea præmia, que bonis et fidelibus servis proposuit ac paravit. Quidquid vero ipsi opis tibi ad hanc rem, quidquid auxilii ferre poterimus, id pro officiis nostri munere promptum tibi et paratum fore confide. In tuis autem ipsis rebus non minus tibi de nostra, quam de dilecti filii nobilis viri parentis tui voluntate promitte. Datum Roma etc. apud Sanctum-Petrum etc. die xi Augusti MDLVIII, anno IV ».

14. *Paulus episcopos Germaniæ hortatur ut religionem Catholicam restaurent.* — Pro divino cultu in Germania promovendo, ac disciplina Ecclesiastica instauranda, necnon elidendi haeticorum consilio et conatibus decretus est a Paulo internuntius Augustinus episcopus Alfanus ad Ferdinandum Romanorum regem; cui etiam plura decreta de morum puritate pristiniori ac splendori restituenda ad Germaniæ præsules<sup>1</sup> preferenda tradidit, quos etiam corruptelis omnibus delendis a se strenuum operam dari admonuit.

« Venerabili fratri Danieli archiepiscopo Moguntino.

« Venerabilis frater, etc. Pastoralis sollicitudo, charitasque fraternalia non patitur ullum a nobis officium pretermitti, quod quidem ad tuendam salutem ovium tibi, reliquisque fratribus et coepiscopis nostris Germaniæ nationis commissarum, vosque in vestris laboribus adiuvavdos aptum esse judicemus; itaque cum ad charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum regem illustrem mittemus venerabilem fratrem Antonium Augus-

num episcopum Alfanum ex collegio sacri nostri palatii judicum, virum non sacrorum modo canonum peritissimum, sed virtutis integratissime spectatæ, non solum hoc dedimus pietati ipsius regis omni a nobis et hac sancta Sede honore dignissimi, verum etiam fraternitati tuae reliquisque isthic pro fidei et religionis Catholicæ defensione laborantibus, ut haberelis Sedis Apostolicæ nuntium, cuius opera, consilium, auctoritas vobis omnibusque qui isthic reliqui sunt, Catholicis præsto esset, quique vice nostra partes vestras adversus haereticos adjuvare, ut denique per eum commode vestra ad nos desideria deferri, et quibuscumque de rebus opus esset, nos certiores facere possetis. Ex eo fraternitas tua de eis rebus cognoscet, quas, partim ad corrigendos mores, et disciplinam Ecclesiasticam resituendam agere cœpimus, et ex magna parte beo juvante perceptimus, partim agere in animo habemus ad extirpandas haereses, et tollendas schismata, qualenus divina clementia permiserit. Hortamus vero fraternitatem tuam, ut memor Apostolicæ sententiae, *Oportet haereses esse, ut probati manifesti fuerint, perseveret fideliter, debitum suum Deo sibique commissæ Ecclesiæ officium præstare, ne pertinacius Catholicæ religio, et ovium Dominicarum salus ab haereticis oppugnetur, quam abs te, reliquisque Ecclesiæ præsulibus defendatur: piorum laborum vestrorum id a Deo præmium percepturis, quod servis suis bonis fidelibus preparavit. Datum Romæ IV Januarii MDLVIII ».*

Eodem exemplo Trevirensi, Coloniensique, et Salisburgensi archiepiscopis, tum Othoni Augustano cardinali, necnon Bambergensi, Heribipolensi, Eychstensi, Passaviensi, Pataviensiisque episcopis littera datæ fuere.

Cum vero inter principes Catholicos Germanos Albertus dux Bavariae flagrantissimo religionis defendendæ, contundendæque haereses studio excelleret, illum etiam Pontifex ad constantiam virtutesque majorum imitandas incitavit :

« Petimus (inquit) ut in religionis et fidei Catholicæ causa tuenda et defendenda perseveres, quemadmodum confidimus, egregiamque voluntatem, quam semper præ te tulisti, dignumque te et majoribus tuis animum declarare, ut quanto fidelius et constantius Dei honori et animarum saluti per te inservitum et consultum fuerit, tanto benignius ipse Deus secundas tibi res in hoc sæculo concedat, et in futuro æterne gloria præmium largiatur. IV Januarii MDLVIII ».

15. *Melchior Zobel episcopus Heribipolensis trucidatur; Calvinistica pestis etiam proceres in Gallia inficit.* — Contrucidatus est medio Aprili nefandissimo latrocincio Melchior Zobel episcopus Heribipolensis, invictis virtutibus clarus

<sup>1</sup> Paulus IV lib. brev. sig. num. 2879. p. 90.

in ipsa urbe Heribolensi, et Mœniponte, cum civium benevolentiam tutum esse sui corporis munimentum putare: exacte vero dein sunt justæ pœnae a latrociniis auctoribus, licet eos Lutherani tuerentur. Porro hæretici in Germania se mutuo convincebant erroris, dum non minus inter se, qua cum Catholicis certabant, quippe singuli sua deliramenta divina esse oracula contendebant, atque ob fastum sibi mutuo cedere detrectabant, atque hujus anni initio Vestphalus adversus Calvinum scriptis Apologeticis calumnias Sacramentariorum fremit, confutationem etiam edidit aliquot immannium mendaciorum Joannis Calvini. His addit Surius<sup>1</sup> de Libris Joachimi Magdeburgensis: « Librum evulgavit de vetere et novo Christo, atque veterem Christum prædicari a Lutherenis, novum a Berengario excoxitatum annuntiari a Sacramentariis. Non possunt dicere Evangelici hæc esse Papistica commenta, sed sunt purumputum verbum Dei, ut quidem ab utraque parte isti miseri jactare solent. Cur igitur tandem alii aliis non cedunt, et haec nunc se errasse confidentur? Sed hoc non sinit spiritus ille quo reguntur ».

In Gallia Calvinistica hæresis<sup>2</sup> latius gras-sabatur, patefactumque est, non modo cives opifices infecisse, sed etiam aliquos proceres, atque ipsam Joannam reginam Navarræ, ejusque virum Antonium regem afflasse; nam cum Marrottus, scurra nefarius, ac Theodorus Beza Psalmos Davidicos versibus Gallicis transtulissent, atque musicæ peritorum opera modulos suavissimos iis aptassent, plures cantus illecebris delimiti una hæresim improvide bausere, quare constitutis gravissimis pœnis ea cantilenæ prohibite sunt, tum quia corrupta gravissimis erroribus erat versio, tum quia ab ea defectionis a Romana Ecclesia, quæ Psalms Davidicos Latine canit, initium sumebatur. Districta est initio acerbitas legum in protervos hujusmodi cantillatores, sed deinde remissa, cum eos modulos etiam a rege et regina Navarræ concini animadversum esset.

16. *Providet Pontifex ut hæreticis obsistatur in Poloniæ.* — In Polonia nonnulli apostatae impii, freti nonnullorum procerum, quos rerum novarum cupidos hæretico veneno imbuuerant, viribus et auctoritate, varia superstitiones impias, maximeque Sacramentariorum hæresim disseminare annitebantur, ad quorum extensos conatus Pontifex Poloniae præsules monuit<sup>3</sup>, ut conjunctissimis animis in Ordinum regni Comitiis fidem Catholicam assererent.

« Venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnesnensi ac reliquis regni Polonæ episcopis.

« Venerabiles fratres etc. Post adventum ad

nos dilecti filii Francisci Crassinii Calisiensis archidiaconi, maxima cura et sollicitudine affecti fuimus, postquam cognovimus de conventu, qui isthie propediem est futurus, veriti, ne tali tempore hæreticorum factio hæreses suas confirmare, et Ecclesiarum vestrarum status vehementius perlubare conetur: itaque, ne pastorali officio deessemus, et ut fraternitas vestra excubare intelligeret apud nos debilam vestri et Ecclesiarum vestrarum curam, mitterendum isthuc esse duximus, rei magnitudine ita postulante, Sedis Apostolicæ legatum dilectum filium nostrum Scipionem tit. Sanctæ Potentianæ presbyterum cardinalem Pisanum appellatum, virum summa religione atque integritate præditum, nobisque eximie charum atque intimum, qui et charissimum in Christo filium nostrum regem vestrum, optime, ut confidimus, sentientem confirmaret, et vobis vice nostra adasset, nullumque erga vos, quod tale tempus postulet, officium pretermitteret. Verum cum is necessario plus temporis in itinere positurus sit, ne desiderio vestro mora longior afferretur, faciendum nobis esse visum est, ut prætermitteremus venerabilem fratrem episcopum Satraniensis et Campaniensis Ecclesiarum unitarum Apostolici nuntii munere functurum, propterea quod expeditius iter ipse facturus sit, subsecuto eum postea legato. Meminimus quam constanter et fortiter uno, ut quidem decebat, animo, superiore conventu, nefariis hæreticorum consiliis obstiteritis; parem a vobis hoc tempore animum, parem virtutem, et inter vos consensum atque concordiam jure ac merito expectamus. Agitur (ut videtis) religio, fidesque Catholica, pro qua nemini vere Christiano mortem oppetere dubitandum, et agitur ovium Dominicarum salus, pro quibus Christus Dominus noster est mortuus, exemplumque caeteris pastoribus Pastor æternus ipse proposuit, quid ipsis quoque sit tali earum tempore faciendum. Jam nostis ipsi, que bonis et fidelibus servis suis præmia quam ineffabilia proposuerit, quas a malis infidisque pastoribus pœnas quam horribiles sit, cum in fine sæculi advenerit, expetiturus. Res est vobis cum Christi inimicis, cum Ecclesiæ et Ecclesiasticæ hostibus disciplinæ, cum apostatis, cum sacrilegis, cum apostatarum sacrilegorumque fautoribus. Verendum est, ne vobis inter vos conspirantibus illa non minus inter se, quam a Catholicis dissentientes hæreticorum colluvio possit obsistere. Agite igitur, fratres dilectissimi, justitia Iorican et galeam salutis induit, scutumque fidei et gladium spiritus sumentes, parati estote ad tam pius, gloriosum necessariumque certamen, ut Dei Altissimi sacerdotibus, ut Ecclesiarum pastoribus dignum est præstare Deo, præstare plebis vestris eam, quam et debetis, et antea egregie præstistis fidem. Nos cum precibus

<sup>1</sup> Surius in Comm. hoc anno. — <sup>2</sup> Florim. Raym. — <sup>3</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 125.

apud Deum Omnipotentem assiduis, tum apud ipsum filium nostrum regem quidquid poterimus opis, atque auxilii vobis et Ecclesiis vestris ferre non desistemus, parati ad omnia, que ad Catholicam fidem et animarum salutem isthie vobiscum una defendendam opportuna fore, aut per nos ipsos, aut vestro, legative aut nuntii nostri admonitu cognoverimus, absentes quidem a vobis corpore, sed spiritu et charitate presentes. Dat. Romae apud Sanctum Petrum, etc. die xi Augusti M.D.LVIII, anno iv.

17. Nitebantur haeretici in publicis regni convenientibus evincere, ut Calix laicis permittendus decerneretur, non quod de Calice Domini curarent, ut demonstravit Hosius Waradiensis episcopus<sup>1</sup>, sed quod Sathanæ et furoris Calicem, in quo miscerent omnes haereses, populis propinare vellent, ea enim inani religionis specie religionem abjici eos quasi-visse probat his verbis :

« Sic per electum quoddam suum vas loquitur Sathanas. Si quo casu Concilium statueret, minime omnium nos vellemus specie ultraque potiri, immo tum primum in despctum Concilii vellemus, aut una, aut neutra, et nequaquam ultraque potiri : et plane eos anathema habere quicumque auctoritate talis Concilii potirentur ultraque. Vides quorsum eat Sathanas, non Calicis usum ille laicis permisum, sed in despctum Ecclesiae contraria cupit omnia ». Et infra :

« Nos legem habemus, inquietabant Iudei, et secundum legem debet mori quia Filium Dei se fecit. Expresso Dei verbo sibi demonstrare videbantur, se jure Christum gentibus tradere morte condemnandum : ac usque eo nullo hae in re conscientiae scrupulo premebantur, ut se grandi scelere obstrictos iri putarent, si securi fecissent ». Et post multa : « Hoc est, quod vult Sathanas, ut in hoc unitatis Sacramento divisio queratur, quo sic denuo Christus crucifigatur ». Et post multa :

« Quo tempore primum ad regni gubernacula, plenissime rex, accessisti, memoria teneamus, cum itidem a te postularetur quoddam, quod ad separationem attineret, placide quidem pro eo, ut mansuetudo tua fert, sed negasse tamen te, quod non faceres postulata, religione prohiberi te diceres : simul in celebri senatoriis totiusque populi corona Christi vocem illam usurpasse, Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero sue detimentum patiatur ; aut quam dabit homo commutationem pro anima sua ? Nou tibi tanti fuerat regium diadema, non regni tam ampli tamque copiosi, non tot illi terrarum adjunctorum imperium, ut eorum amittendorum metu faceres aliquid, quod facere, te, salva fide

religioneque tua, non posse putares. Quid autem impedit, quominus iisdem et nunc verbis utaris, nisi forte minus tibi gravis, quam illa videtur haec separatio, cum ut a Christi Corpore sancta Catholica Ecclesia præcisionem fieri permittas, et abs te postulatur. Sed publicæ tranquillitatí dandum est (aunt) aliquid. An vero tum quoque publica regni tranquillitas non prætendebatur ? an summa rerum perturbatio, nisi postulata fecisses consecutura non esse denuntiabatur ? prospexit nihilominus regni tui tranquillitatem Deus ». Et paulo post :

« Possem ego nominatim quosdam recensere, qui nihil aliud initio sibi præter calicem permitti postulabant, quem sibi paulo post etiam usurparunt, num autem in eo acquieverunt ? quin illi postea Confessionem Augustanam integrum sunt amplexi : mox ea rejecta, Piccardicam, proxime vero Gebennensem, Genevensem dicere volui, nisi quod eadem est, et Genevensis et Gebennensis, quam publice profitetur apostata Lysmaninus a te, Sigismunde rex, proscriptus. Quid illis ad extremum futurum sit, nescio, fortassis ad Suenchfeldium tandem inclinabunt.

« Vellem autem mibi unam terram aliquam ostendi, ut privata libidine Calix usurpari ceptus est, in qua non e vestigio multæ sint aliae, et quidepi horribiles haereses subsecutæ. Avorum nostrorum memoria primum in finitimo vobis Bohemia regno incidit ista de calice contentio quem sibi nonnullæ civitates, quo jure, qua injuria usurparunt ? quæ vero mox haeresum portenta subsecuta non sunt ? quam rara in Moravia et Bohemia oppida reperire licuit, ubi calicis usus receptus est, in quibus non simul sex aut septem sectas mirabiliter inter se dissecetas videre liceret. In Germania vero Sathanismus hic omnis quem non sine magno dolore et stupore cernimus, unde, nisi a calice sumpsit exordium ? Videntur fraudes istæ, que per Sathanæ membra vere pietati strouunt esse cuneo simillime ». Et mox : « Ubi receptus est Calix, jam altera cunei pars est subsecuta crassior, Augustana Confessio, qua nobis et sacerdotium et sacrificium abrogavit, mox ingressa est pars altera crassior adhuc Tigurina et Lauschana Confessio, que duo, qua nobis reliqua tamen fecerat Augustana Confessio, Sacra menta sustulit, Eucharistiam et Baptismum : ut sicut illa suos absquo sacerdotio et sacrificio, sic haec esse suos quoque faceret absque sacramentis. Neque nos magis Christianos, quam Lutheranos idolatria condemnavil, quod utrique persuasum haberemus, quantvis diverso modo, verum Christi Corpus et Sanguinem, in Eucharistie sacramento contineri. Itaque cum ex illo quoddam idolum faceremus, tum ex Baptismi quoque sacramento, dum ei peccatorum remissio-

<sup>1</sup> Stanisl. Hosius de exp. Dei verbo ad Heg. Pol.

nem tribuimus, et per lavaicum regenerationis nos fieri salvos credimus. Sic quod nos Lutherani, hoc Sacramentarii vicissim sunt Lutherani, nimurum idololatæ. Venit ad extremum Suenchfeldius, qui et Scripturas omnes, et extremum omne verbi ministerium sustulit, et aequo Sacramentarios ut Lutheranos, et nos idololatria reos fecit, qui conversi ad egena elementa, hoc est, ad Scripturas Canonicas, ex illis salutem petremus, et haec fuit novissima cunei pars, cuius, prima parte, quamlibet illius aries tenuis erat recepta, quidquid erat reliquum Sathanismi paulatim irrepsisse cernimus: vides, pientissime rex, quorsum ad extremum res producta sit, postquam in despectum Ecclesiæ Calix initium fuit impactus, quanta ex hoc solo facta est ad Sathanismum inclinatio? quis homo Christianus, qui pie late tamen aliqua prædictus est, non facile potest animum inducere, ut a sensu et consensu totius Ecclesiæ discedat. Cæterum simul ut vel una aliqua in re discussionis initium fuerit, iam difficultas est multo finem illius, quam fuit initium invenire, ut non sine causa proverbio celebratum semper illud fuerit, principium est plusquam dimidium totius, quod etiam ad oculum videre licet in iis, qui solius in calicis usu se ab Ecclesiæ compage principio divulserunt, apud quos si minus alia sectæ statim omnes, certe Lutheranismus omnis simul est e vestigio receptus, an ejus rei periculum non esse factum scimus in Germania? » Et infra: « An autem idem in regno tuo factum esse non vidimus, ubi Calix per summum sacrilegium usurpat? An similiter sacerdotium et sacrificium ibi non abrogatur? An laici sibi sacerdotalia munera non arrogant? An confidiendi Corporis Christi, quam nullam habent potestatem, sibi non usurpat? et pro Christi Corpore dant communicantibus merum panem pistorium? Nam quomodo conficiendi Christi Corpus, quibus potestas ejus conficiendi nulla data est? » Cum ergo hi heretici non consecrarent Calicem, constabat eos non Calicem Domini, qui in eo Calice non erat, sed Calicem Sathanæ, a quo inanis ea specie Calicis deludebantur, et abducebantur ab Ecclesia, stulto populo porrexisse.

Pellexere ad impietatem alia illecchia simplicem populum heretici, dum celebranda sacra et preces vernacula lingua, quæ ab omnibus intelligeretur, persuaserunt, quæ propositio specie aqua ac splendida invexit grave periculum, ne errores instillarentur simplici populo, mutato vetere ritu, quem pie observandum ostendit episcopus Warmiensis<sup>1</sup>, edito de ea re libello.

« Non quantum intelligas, sed quantum credas, et quantum credendo ames, queritur

Deus: It non raro, ut qui intelligunt, contemnunt, qui non intelligunt, amplius admirantur, et pie magis ad ea, que non intelligunt, afficiantur ». Et infra: « Caput est, ut verum divinarum Scripturarum sensum retineamus, quod ita multis et variis translationibus vix recte provideri poterit. Quis enim prestabit, si suo quæque gens dialecto sacras precationes et lectiones versas habuerit, nullus ut error in vertendo committatur, atqui nusquam erratur quam in hac parte periculosus ». Et post multa: « Clemens Alexandrinus inquit: Fides non sapientum secundum mundum, sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes est possessio: ista autem etiam absque litteris discitur, ejus autem scriptum, quod et ad rudes ignarosque homines perlinet, et est divinum, vocatur Charitas, quæ est decretum spirituale. Ex eo discere licet, non in eo quantum intelligas, sed in eo, quantum credas, et credendo ames, permulsum esse possum ».

18. Perslitil in religionis Catholicae cultu Sigismundus Poloniae rex, licet in castigandis hereticis fuerit remissior, qui cum initio hujus anni pacem cum Magistro Equitum Theutonicorum honestissimis conditionibus sanxisset, Paulus illi de prosperis illius successibus gratulatus est<sup>1</sup>, divini patrocinii singularis, dum religionem ab hereticorum insultibus vindicaret, spem illi ostendit:

« Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto regi Poloniae illustri.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Pacem inter te, et Magistrum militum Beatae Marie Thentoniconum compositam fuisse federe, sicut audivimus, tibi admmodum honesto lætati sumus, perinde ac pro nostro in te paterno amore debuimus, quo quidem recenti suo in te beneficio Deus serenitatem tuam admonuit, quid tibi in Catholica religione manenti (quemadmodum quidem mansurum perpetuo esse confidimus) de ceterarum rerum tuarum eventu sperandum sit, nempe omnia tibi prospere et feliciter successura, sicut ex contrario plurimis exemplis aninadversum et intellectum est eorum principium res, qui famæ simul et salutis immores Dei honorem neglexerint, divina eos gratia deserente, exitus habere quotidie tristiores, etc. Datum Roma apud Sanctum-Petrum, etc. die 11 Martii MDCVIII, anno III ».

19. At cum Sigismundus rex pravis senаторum, qui jura suis cupiditatibus metiebantur, consiliis subornatus jus Ponifiscium in sacram rerum administratione conferenda invasisset, a Paulo Pontifice<sup>2</sup> his litteris officii admonitus est.

« Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto Poloniae regi illustri, etc.

<sup>1</sup> Stanisl. Hosius in Dialogo de Sacro Vernaculo legendo.

<sup>2</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 406. — <sup>3</sup> Id. ib. p. 134.

« Nos quidem quibuscumque rebus poterimus nostram erga te paternam benicitatem declarare studebimus, nihil unquam tibi, quod salvo Dei honore et nostro tribuere possimus, negatur; et vero, charissime fili, omnia, quae a nobis aguntur, pro tua pietate candide interpretari decet, et judicio patris, sicut Christiano rege dignum est, acquiescere, neque enim prudentiam tuam latet distinctum esse Pontificium officium nostrum a regio, atque ut ad vos reges temporalium rerum administratio spectat, sic ad Pontifices spiritualium regimen pertinere, quae quidem officiorum distinctio non ab hominibus, sed a Deo ipso, a quo omnis est potestas, facta est. Ille autem quisquis diligenter secum considerarit, aequum ei profecto videbitur, si qui spiritualium rerum administrationi divina providentia presunt, minime prohibent, quin reges temporales res suas arbitrio suo tractent, et suam animi magnitudinem, suam virtutem atque prudentiam, tum bello, tum pace declarant, ne ipsos quidem reges oportere earum rerum, quae ad Pontificium munus pertinent, sibi gubernationem assumere, ac Dei sacerdotibus prescribere, quidque de re agere ac statuere debeant, hoc enim esset falcam, ut dici sollet, in alienam messem mittere, nec parum offendetur Deus, qui quantopere reges a spiritualium rerum tractatione abstinent velit, gravissima illa in Oziam regem animadversione declaravit. Haec attigimus, potius ut ipse intelligas, quantopere te per omnia Deo placere studeamus, quam quod de modestia tua dubitemus, eaque ut in optimam partem accipias te rogamus. Dat, Rom, apud Sanctum-Petrum, etc. die vii Novembri M D L V I I I , anno IV . »

20. *Livonia a Moschis infestata; captivi e carceribus Turcicis liberati; Bergomensis episcopus flagitio haeresis convictus.* — Ille anno evastata est Livonia a Moschorum duce, qui exercitum trecentorum millionum hominum, quorum pars Tartarorum erat, in eam effudit, ac cædibus et rapinis fœdavit, omnique immanitatis genere inde per Leidensem agrum in Theutonicorum Equitum Magistri ditionem irrupti hostis, ac ferrum flammasque circumulit, prædisque onustus in Russiam rediit, pacemque auro redimere Livones coegit, qui cum temere inducias violassent, nova expeditio a Moscho educta est, in qua Nerviam Germanicam, Torpathumque expugnavit. Subdit Surius<sup>1</sup> :

« Longum esset enarrare quantum cladem Livonie amplissima provincia dederit Moscoviticis exercitus, sed omni recto Dei judicio, quia a prisca religione ad Lutheri commenta dilapsi, cum religione pariter pristinam virtutem et constantiam alque robur invictum perdiderant. Plerique Theutonici milites, olim,

cum Catholici essent, religioni et pietati additi, deceun illorum millia, Moscovitarum octuaginta millia collatis signis in fugam vertere potuerunt; at postquam partim Lutheri, partim Zuinglii, partim Anabaptistarum Evangelium amplexi sunt, Moscovitis praede sunt. Et jure quidem ferunt Moscoviticum jugum, qui Pontificis Romanii ferre noluerunt. Quam vero miserum est videre homines, duu sub Evangelii prætextu a Catholica Ecclesia se separant, mox in diversas et pugnantes sectas distrahi. Inde porro exarsere animorum dissensiones, quibus necesse sit tandem etiam amplissimas respubicas interire ».

Certior factus Pontifex plures fideles in Turcicis careeribus ingemiscere, qui superiorum annorum barbaricis excursionibus, in servitatem avecti fuerant ex regno Neapolitano, partes dedit Julio Vestano episcopo interruntio suo, ut clerum pro iis redimendis ad conferendas opes adigeret, ne impatiens laborum fidem ejurarent, quas a se levari iis malis non posse indoluit, cum ararium Pontificium præterito bello exhaustum esset. Ilorum vero miserorum ingentem numerum fuisse ex his verbis Pontificis<sup>2</sup> ostenditur :

« Ab eo tempore, quo immanissimus Turcarum tyrannus, hæc nostra littora infestare cepit, infinitus Christi fidelium ex regno Siciliæ citra Pharum, præsertim ex Liparensi, Vestana, Reginensi, et Isclana civitatibus et diocesibus oriundorum numerus in manus eorumdem Turcarum devenit, et apud eosdem Turcas in captivitate et misera servitute detinetur. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum die vi Februarii M D L V I I I ».

Damnatus est haereses Bergomensis episcopus a Paulo Quarto, cum tanti flagitiis convictus esset, ut referunt Acta<sup>3</sup> Consistoria :

« Die Mercurii xx Aprilis M D L V I I I , Sanetissimus dominus noster pronuntiavit et declaravit Ecclesiam Bergensem vacare, et hactenus vacasse ex eo dic, quo reverendissimus Rembus vel resignavit, vel obiit, attentis haeresibus per Victorem Superantium prætensum episcopum confessis, declarans omnia acta per eum, tanquam prætensum episcopum, esse nullius roboris vel momenti ».

21. *Potestatem legendi libros haereticos rescindit Paulus.* — Exente anno Pontifex edita Constitutione<sup>4</sup>, legendorum librorum haereticorum potestatem concessam iis, qui se eorum errores confutatueros prefidebant, rescidi, cum experientia constaret, nonnullos, qui eam veniam extorserant, ita perlegendis iis se addixisse, ut sanctorum Patrum lectionem negligenter, verborumque fucis et eloquentia inescati,

<sup>1</sup> Paul. IV, lib. brev. sig. num. 2893, p. 156. — <sup>2</sup> Act. Consist. Ms. card. Spada 10, cxxix, p. 251. — <sup>3</sup> Paul. IV, lib. brev. an. 1558, sig. num. 2893, p. 81.

ac doctrina parum instructi, iis errorum laqueis, quos se abrupturos jactabant, irretirentur :

« Ad futuram rei memoriam.

« Quia in futurorum eventibus adeo humani fallitur incertitudo judicii, ut quod verisimil conjectura utile videbatur, progressu temporis damnosum appareat, nonnunquam Romanus Pontifex, quod consulte statutum esse videtur, consultius revocari pro temporum et personarum qualitate pensata, in Domino conspicit salubriter expedire. Innotuit siquidem nobis, quod diversi tam clerici saeculares et diversorum Ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranis et aliis hujus saeculi haereticis resistere, et corum errores ac falsas opiniones confutare posse presumebant, et ad hoc ipsorum haereticorum libros legendi facultatem sibi a Sede Apostolica concedi extorserunt, se lectione librorum hujusmodi ita dediderunt, ut propriæ initentes prudentiae, et a recta Domini via aberantes, ipsorum haereticorum fallacibus, et superstitionis, ac falsis adinventionibus irretiti remanserint, et qui alias ab erroribus revocare temere arbitrabantur, ipsi in puteum interitus prolapsi sint. Nos, considerantes, quod Spiritus ubi vult spirat, et quod sine ejus numine nullum bonum provenit, et propterea satius esse, cum simplicitate cordis ad eum recurrere, et cum ejus adjutorio orthodoxam fidem in Catholicis, et a sancta Romana Ecclesia approbatis libris acquirere, quam falsitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes premissis inconvenientibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, et ne similia de cætero contingent, opportune providere, omnes et singulas licentias et facultates legendi libros haereticos seu de haeresi suspectos, aut a nobis seu generalibus haereticae pravitatis in singulis provinciis aut regnis deputatis inquisitoribus damnatos et reprobatos, quibuscumque, tam clericis saecularibus, vel, ut praefertur, regularibus, quantumvis cujuscumque status, gradus et præminentiae existant, etiam si abbatiali, archiepiscopali, patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, seu etiam cardinalatus honore, vel mundana, aut marchionali, ducali, regia vel imperiali auctoritate seu præcellentia præfulgeant (generalibus inquisitoribus prædictis dumtaxat exceptis) per quoscumque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos etiam viva vocis oracula, et Seden prædictam, seu ejus Pœnitentiarium majorem, vel quoscumque ordinarios, aut diœcesanos, seu alios, etiam per litteras in forma Brevis, seu sub plumbō expeditas sub quibuscumque tenoribus, et formis », et infra : « tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, etc ». Intentatum est anathema iis, qui legere, vendere vel tenere hujusmodi libros audeant, et censoribus fidei in eos inquirendi potestas demanda :

data : jussi etiam episcopi in singulis diœcesis bus Apostolicum imperium promulgare, ne quis ignorantiae clypeo se tueretur. « Datum Romæ apud Sanctum-Petrum die xxii Decemb. MDLVIII, anno iv ».

Ineunte proximo anno<sup>1</sup> data sunt mandata Ferdinandino archiepiscopo Ilispalensi, censuræ in haereticos excrucendæ summo prefecto in Hispania, ut imperia haec Apostolica mandaret operi, atque legum severitatem in eos, qui hujusmodi libros legerent, aut tenerent, aut venderent, aut typis excuderent, distingret. « Dat. Romæ apud Sanctum-Petrum die iv Januarii MDLIX, anno iv ».

**22. Ecclesia Goana in metropolitanam creta, suffraganeos habens episcopatus Malacensem et Cochinchensem.** — Addimus, Paulum Indiæ ulterioribus populis consulturum, idoneos praesules Goanae, Malacensi et Cochinchensi Ecclesiæ præfecisse, ut Christianos earum partium religionis pietate excolerent, Barbarosque a demnum cultu ad Christum traductos Ecclesiæ aggregarent, de quo Acta Consistorialia<sup>2</sup> haec referunt :

« Feria sexta mensis Februarii MDLVIII, referente reverendissimo camerario, providit Ecclesiæ cathedralem Goanam, que de jure patronatus serenissimi domini Sebastiani Portugalie et Algarbiorum regis illustris ex privilegio existit, tunc per obitum Joannis olim episcopi Goani defuncti vacantem, hactenus Ecclesiæ Ulyssiponensis suffraganeam, ac civitatem et diœcесim Goanam, earumque clerum et populum a provincia Ulyssiponensi, necnon Malacam et Cochinchinæ dictæ diœcesis oppida, cum certis provinciis, insulis, et locis dictæ diœcesis Goanae, illaque omnino omnia a primo tempore existentis archiepiscopi, et capituli Ecclesiæ Ulyssiponensis, necnon quoad legem diœcesanam Malacanum et Cochinchense oppida predicta, cum suis populo et clero ab archiepiscopi pro tempore existentis, ac capituli Ecclesiæ Goanae superioritate, etc. exemit et liberavit, ac dictam Ecclesiam Goanam in metropolitanam cum pallijs et crucis delatione, ac omnibus aliis insignibus, etc. dicto jurepatronatus eidem Sebastiano regi salvo remanente, necnon Malacanum et Cochinchinæ oppida predicta in civitates, ac Annuntiationis beatæ Marie Malacanæ, et Sanctæ-Crucis Cochinchensis oppidorum predicatorum parochiales Ecclesiæ in cathedralibus Ecclesiæ, cum sede et mensa episcopalibus, aliisque cathedralibus insignibus, et in ultraque earum certum dignitatum et canonicatum, et præbendarum numerum, nonnullis beneficiis in parochialibus Ecclesiæ prædictis, suppressis et extinctis, erexit et instituit ». Et infra : « ac pro tempore existentis archiepiscopi Goani suffra-

<sup>1</sup> Ibid. p. 413. — <sup>2</sup> Acta Consist. p. 217.

ganeis concessit et assignavit ». Et post multa : « Necnon Goanam de D. Gasparis archidiaconi Ecclesiae Elboensis verbi Dei prædicatoris in presbyteratus ordine constituti, Malachanæ vero de Georgii de Sancta Lucia, necnon Cochinensi Ecclesiæ prædictis ab earum primæva erectione hujusmodi vacantibus, de Georgii Temudo Ordinis Prædicatorum ac theologie professorum et religiosorum virorum personis providit, ac Gasparem in archiepiscopum Goanum, Georgium de Sancta-Lucia in Malachanum, ac Georgium Temudo Cochinensem episcopos et pastores præfecit.

23. Non sunt silentio prætereundæ Constitutiones, quas hoc anno Paulus edidit, quarum una honores Collegii cardinalium auxit, dum illi assignavit auditoratum cameræ, et Pontificis in Urbe vicariatum, quemadmodum referunt<sup>1</sup> Acta Consistorialia : « Die Lunæ vigesima nona Novembris MDLVIII fuit Consistorium. Sua Sanctitas proposuit, quod volebat assumere officium camerae in Collegium cardinalium : et ad illud nominare cardinalem Neapolitanum (is erat filius Antonii Caraffa Pontificis ex fratre nepo) et regentem deputare, cum hoc, quod deputet personas ipsas ad regendum auditoratum, prout reduxit de præsenti, et dominum cardinali Neapolitanum in regentem nominavit, et quod possit ministrare per auditorem cameræ cum aliis personis necessariis ad id officium, et alia fecit prout in cedula. Statuit et ordinavit, ut officium vicariatus reduceretur in collegium cardinalium, et deputavit reverendissimum dominum Rosarium cum facultate reformandi quidquid necessarium fuisse in utroque officio, ut quod cardinales deputati sedeant juxta ordinem suum, id est, tempus ordinacionis eorum ». Elegit etiam cardinalem Alexandrinum in supremum inquisitorem : « Die Martis decima quinta Decembris (habent Acta) MDLVIII, fuit Consistorium, in quo introductum fuit officium inquisitoris in Collegium cardinalium, et ad id inquisitorum majorem perpetuum deputavit reverendissimum dominum Alexandrinum cardinalem, ac erexit et constituit officium inquisitoris hujusmodi in dicto collegio cardinalium, et in summum inquisitorem cum deni cardinali; postea depulavit salarium pro ipso cardinali et ministris, et quod vacante Sede officium non vacet, sicut officium Summi Penitentiarii. Et quod omnes inquisitores, tam delegati, quam ordinarii episcopi in causa fidei cognoscant ipsum cardinalem in superiori ». Is ad summum Pontificatum sub nomine Pii Quinti electus fuit, et postea anno MDLXXII, ipsa prima die mensis Maii, que annum ab ejus obitu centesimum clausit, a Clemente Decimo Summo Pontifice solemni ritu tota gratulante Urbe in

Ecclesia Sancti-Petri inter beatos adscriptus. Paulus vero, ut reprimeret ambientum Pontificatum inordinatam cupiditatem, aliam edidit Constitutionem, de qua Acta : « Die Veneris decima sexta Decembris MDLVIII fuit introductus Barenghus, qui legit Bullam contra ambientes papatum sub pœnis in ea contentis ». Extat in Bullario Romano inter Constitutiones numero decima sexta Pauli IV cuius est exordium : *Cum secundum Apostolum.*

24. Ultio divina in Lauretanæ sacelli violatores. — Hoc anno in sacrosancti Lauretanæ sacelli violatores evidentem Dei ultionem apparuisse testatur Torsellinus<sup>1</sup>, cujus narrationem ad calcem præsentis anni apponere, abs re non esse duximus : « Vir quidam, ait, ex præcipua Italia civitate, nobilis in primis et copiosus (nomen et hominis et patriæ silentio suppressum, quia ipse suppressum voluit) Laurentum venit, documentum haud inultam temeritatem talia audentium esse. Ille multis ante annis exiguum lapidem ex sanctissima Virginis cella subtrahens domi suæ asservabat omni honore cultaque. Haud tamen ille cultus celestem lenivit iram. Sed Deo inatria sua injuriam vindicante, miser ille sacrilegam religionem orbitate filiorum et amissione fortunarum omnium luit. Ad hæc pertinaci magis quam perniciose morbo urgeri vexarique cœpit. Itaque, ut erat vir cateroqui prudens ac sapiens, aperuit aliquando oculos, et Deum profecto alicuius sui sceleris ultiore adesse sensit. Caeterum, etsi omnia sibi accidere videbat apte ad repræsentandam iram divini numinis, tamen quo tandem suo merito illo acciderent, nou videbat. Ergo ab igitur simul corporis, animique anxiis, omni ope placare nitebatur iratum Deum. Sed ire materia apud eum quamvis ignarum residens, irrita omnia faciebat. Alia deinde spes, postquam hæc vana evaserat, ei affulsi. Lauretanæ Virginis, cui mire addictus erat, memor, ejus auxilium pariter et consilium implorat. Nec mora, B. Mariae monitu disceit, lapidem ex Lauretanæ domo sublatum causam esse celestis ire, eamque nonnisi sacro lapide restituto posse placari. Tum ille obortis lacrymis, religioso, ut crediderat, audacia veniam a Deo Deiparaque expicens, desideravit ipsem refere Laurentum quod abstulerat. Nec in irriterum preces ecclidere : hoc quoque culpam agnoscendi suam Deipara indulxit. Exemplo igitur depulso morbo alacer porgit Laurentum, saxon restituit, vota persolvit. Aliud quoque per id tempus huic haud absimile accedit. Fæmina ex agro Piceno post diuturnum matrimonium, nullos generat liberos. Hac ejus animus cura angebat maxime; ut undique sterilitatis remedia quereret. Ergo ait illi nescio quis mulieris gratiam initurus, nullum reme-

<sup>1</sup> Ms. card. Spada lo. CXXXIV. p. 582.

<sup>1</sup> Lib. III. c. 30.

dium præsentius ad abolendam sterilitatem, quam Lauretanæ domus reliquias pio religiose custoditas: si quid inde abstulerit, brevi eam matrem fore pollicetur. Id non promissum magis stolidæ, quam creditum. Illa igitur manifesta Dei ultioris ira, ablatum inde lapidem cum febri domum retulit: et ægritudi corporis animum urgebat; adeo non velenitius febris astu quam conscientia jactabatur. Nec prius ex jaclatione illa conquevit, quam Laureto sacerdotem accivit, et lachrymas poenitentia indices profundens ablatum reddidit lapidem. Poenitentiam valetudo, non tantum venia est consecuta. Magno etiam Illyricis mercatoribus similis audacia stetit. Hi coempto ex Picentibus frumento, saxum ex Deiparæ cella surreptum, clam in onerarium abdiderant. Ceterum, ut fallerent homines, sacrilegii vindicem Deum non fefelle-

runt. Profectos ex portu atrox vis tempestatis subito adorta in ingentem adduxit metum: et trepidos vasorum merciumque jacturam facere subegit. Itaud procul exitio res erat, cum Deum parentis sua ultorem adesse senserunt: et olenes tendentesque in cœlum manus veniam pariter orare cœperunt. Placato precibus ac lachrymis Deo, mare quoque placatur. Illi pericolo erepti retro iter flectunt, ad Lauretum appellunt, lapidem Virgini restituunt. Prospero inde cursu in Dalmatiā provehuntur. Peregrinorum quoque nonnullos, qui aliquid indidem seu lapidis seu calcis abraserant, abeunt morbus, velut divina providentia lictor, corripuit, nec ante eos dimisit, quam regressi cum lachrymis et confessione temeritatis suæ ablata Deiparæ reddiderunt».

## PAULI IV ANNUS 5. — CHRISTI 1559.

1. *Elisabetha Angliae regina, detracta larva, hæresim fovet, et se gubernatricem Anglicanæ Ecclesiæ a comitiis decerni jubet.* — Anno Christianæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Indictione secunda, funestissimæ in Anglia rerum conversiones extiterunt, eversa religione Catholica impia tyrannde Elisabethæ, qua cum nullo jure, quam infamium natalium privilegio ad corripiendum sceptrum niteretur, ut quæ ex Anna Bolena adultera, superstite adhuc priore Henrici uxore, nata, ac Pontificia sententia non idonea ad regnum capessendum declarata esset, inverterato in Romanos Pontifices odio, hæresique imbuta Anglos a conjunctione Romanae Ecclesiæ divulsit, hæresimque etiam in Scotia et Hibernia, tum in Belgio et Gallia omni dolo et contentione propagavit, cum vero regnum Angliae jure spectaret ad Mariam Stuartam reginam Scotiæ, qua Francisco II postea Galliarum regi nupserat, Henricus Galliarum rex ad ea illi jura asserenda animum adjectit, ut refert Sanderus<sup>1</sup>: « Mortua (inquit

Maria, Henricus Galliarum rex, Elisabetham pro spuria Henrici VIII habens, nurum suam Scotorum reginam Angliae quoque, et Hiberniæ reginam declarandam curavit, horumque regnum insignia in ipsis vasis, tapetibus, ac reliquis utensilibus, simul intertexi ac insculpi jubet, sed rerum potita est Elisabetha Henrici VIII ex superinducta Anna Bolena, priore adhuc superstite sed repudiata uxore Catharina, altera filia». Ne contracto exercitu Elisabetham iniqua possessione depelleret Henricus rex, obstitit difficillimum bellum quo jamdiu cum Philippo Hispanie rege implicitus erat, is partim Gallorum odio, partim Elisabethæ in uxorem ducendæ spe, solutis Pontificio privilegio Canonicis legibus, misso in Angliam Feriae Comite, illi ad regnum occupandum favit, eaque re validorum auctoritate, ut religionem Catholicam in Anglia tueri, atque asserere posset opinatus, Pontifici significavit, se pro ea tuenda curas collocasse, ac posthaec collocaturum, cui Pontifex, qui jam, quantum ejus fulcimento Maria vivente incubuerit, probe noverat, eumdem confidens exitum, de tam prompta voluntate

<sup>1</sup> Sander. I. III. in Eli.

gratias egit, datisque litteris ipsum ad fidei Catholicae defensionem, animarumque salutem promovendam incitavit<sup>1</sup>.

« Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholico.

« Charissime in Christo fili nostre. Redditæ nobis hodie fuerunt a dilectio filio nobili viro Ascanio Caracciolo serenitatis tuae litteræ die xviii Aprilis date, quas et ipsas diligenter legimus, et Ascanium tua nobis mandata diligenter et accurate exponentem benigne attenteque audiimus, ejus ex sermone, et ex litteris ipsis libentissime agnominus eximium studium Serenitatis tuae erga religionem Catholicam, curramque et diligentiam, quam et adhibuisti adhuc, et te adhuciturum esse ostendis, ut religio, fidesque Catholica in regno Anglie, sicut vivente claræ memorie regina Maria uxore tua communi vestra amborum opera, Deo juvante, fuerat restituta, ita in posterum conservetur, quam præclaram voluntatem tuam magnis in Domino laudibus commendantes, hortamus serenitatem tuam, ut in tam sanctum, et Catholicum rege tam dignum opus, quanto maximo potes studio ad Dei Omnipotentis laudem et gloriam incumbas, in quo nos, quibus maxime, ut debet, curæ est illius regni salus, quique ex hac re quam maximam laudem assequi pro nostro in te paterno amore vehementer optamus, ita pium consilium tuum adjuvare studebimus, ut actionem istam tuam nobis esse gratissimam intellecturus sis, consiliorum etiam nostrorum, quantum Dei honor et officii nostri ratio patiatur, particeps futurus, etc. Datum Romæ, etc. die iv Maii MDLIX, anno iv ».

2. Fefellit Philippum ipsius opinio, nam cum Elisabetha initio se in Catholicâ religione, quam regnante Maria sorore præ se luterat, persistare simulasset, confirmata potentia ex mituis Gallorum et Hispanorum bellis, detracta larva, liberas impietati habendas effudit, coque petulantius, quod cum suam in regno successiōnem, seque ritu Catholicio diademate redimitam Eduardi Carni, qui Maria regina legatione perfunctis Romæ agebat, opera significasset Paulo Pontifici, ille, ut erat Juris Pontificii assertor accerrimus, respondisset, regnum Anglie beneficiarium esse Sedis Apostolice, nec ipsum ob impedimenta natuum jurisque controversiam, regni administrationem, Sede Apostolica inconsulta, jure corripere potuisse, canique esset hortatus, quo rite omnia fierent, ut se Pontificio arbitrio permetteret, paternaque in eam animi nulla officia prætermissum iri, hæc Pontifex conservandæ in Anglia religionis studio, ne ab illa everteretur, cum ipsi ac Henrico Galliae rege, qui jura et causam Marie Stuartæ promovebat, vere suggestum esset, illam esse hæreti-

cam, religionemque in extremum discrimen ea regnante adductum iri, cuius impietatis non obscura, sed illustrissima signa eam dedisse, antequam sacra inunctione liniretur, narrat Sanderus<sup>1</sup> his verbis : « Licit sorore regnante se Catholicæ fidei in omnibus cultricem præbuerit, tamen ne (tunc enim illi metum injecerant subdoli quidam hæretici, quos in consilium asciverat,) de quo nata est matrimonio, Summi Pontificis, Ecclesiæque judicio antea damnato, de natalibus etiam suis, jureque regnandi ex sacris canonibus aliqua oriretur dubitatio, Ecclesiasticis legibus subesse defrectavit, et de mutanda religionis Ecclesiasticæ regiminis forma primo quoque tempore judicavit. Animum in ea re suum statim patefecit, cum aliis multis modis, tum maxime, quod Catholicis concessionibus mox silentium indixerit, hæreticos in regnum ex variis, ubi exulaverant, locis redire permiserit, episcopoque cuidam coram se facturo sacram, jamque ad altare sacris vestibus induito præcepiterit, non elevare consecratam Hostiam. Unde factum est, ut archiepiscopus Eboracensis, cui tum ex officio (defuncto prius cardinale Polo Cantuariensi primatus) munus ipsam in reginam inungendi et consecrandi obvenit, negarit operam suam : negarunt quoque cæteri episcopi, præter unum eumque pæne ultimum, omnes ».

3. Celebratam eam reginæ inunctionis pom-pam xv Januarii refert Surius<sup>2</sup> ; subdit vero Sanderus, quibus viis usa sit Elisabetha, quave arte ad evertendam religionem Catholicam, ac novam ex Zwingliana et Lutherana conflatam constituendam, cuius ipsa supremum principatum teneret.

« Habet antea in familia quosdam, vel novæ, vel nullius religionis, in iis erat Guillelmus Cœcilius Eduardo VI a secretis versatilis ingenii, Consilii conscientiae vir, qui fidem Catholicam paulo ante tam artificiose simulaveral, ut et regine Marie et cardinali Polo operam suam ambitiosissime venditaverit, a quibus rejectus, ibat ad Elisabetham, cuius jam novi principatus occasione fore sperabat, ut ad summos in republica honores, praesertim si abrogata veteri religione, spretisque antiquæ nobilitatis, procerum ac præsulum consiliis, sibi suisque obtemperare vellet, evehetur; illa infelix morem gessit. Iste ascito in adjutorium sibi Nicolao Bacono jurisconsulto affine suo maximi pessimique consilii viro, et in supremum magistratum evecto, facile se, suumque sodalem infinitis opibus et possessionibus hoc modo auxit, regni rationes in hanc usque diem magis magisque implieatas, vel potius plane desperatas reddidit, seque ipsum, et dominan, patriamque suam ex hac cupiditate inseruit dolo-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 165.

<sup>2</sup> Sander. l. v. — <sup>2</sup> Sur. in Comm.

ribus multis, ut quo se vertant non habeant.

« Atque ii duo in consilio, rerumque omnium administratione primi erant, sed in aula et cubiculo, contra omnium expectationem, spreto Guilielmo Piccaringo equite aurato, qui ante in summis Elisabethæ delficis erat, Robertus Dublæins ex Northumbriæ ducis filii, quibus de perduellionis criminè a Maria pareitum esse diximus, unus ita dominabatur, ut in spem maximam reginæ etiam in matrimonio potiundæ venerit, ipsius uxore opportunissimo ad eam rem tempore, miserabilis quidem et subito, sed Dublæio non inexpectato casu interempta.

« Paulo igitur post istorum maxime consilio convocalis Ordinibus ad Parliamentum (ut vocant) cum fœmina sit, voluit communi decreto esse et vocari suprema Ecclesiæ regnorum suorum, etiam in causis spiritualibus gubernatrix omnesque, exceptis proceribus laicis, id solemníjuramento profiteri adiunguntur. Caput enim Ecclesiæ, quia id Calvinus in Henrico patre suo non probavit, non videbatur appellanda. Forma excrabilis Sacramenti est ista :

« Ego A. B. prorsus testificor et declaro in conscientia mea reginam esse solam supremam gubernatricem, et istius regni Angliæ, et aliorum omnium sue majestatis dominiorum et regionum, non minus in omnibus spiritualibus atque Ecclesiasticis rebus vel causis, quam temporalibus, et quod nemo externus princeps, persona, prælatus, status, vel potentatus, aut facto, aut jure, habet aliquam jurisdictionem, potestatem, superioritatem, præminentiam, vel auctoritatem Ecclesiasticam aut spiritualem in hoc regno, ideoque plane renuntio et repudio omnes externas juridictiones, potestates, superioritates atque auctoritates.

« Secundum hanc formam præter ceteros tenentur nominatim omnes archiepiscopi, episcopi, prælati, totusque clerici jurare : qui facere recusat, prima vice beneficia et bona ejus omnia fisco cedent, perpetuosque carceres subibit; altera vice, qui recusaverit, penam capitii perduellium more sustinebit ».

4. Hoc impio edito concitata est persecutio in Catholicos, nec ad excutiendum spurium reginæ tyrannidis jugum in arma justa consurrexere Angli, ad sacra et Mariæ Stuartæ jura defendenda, quasi de assequenda æterna animarum salute, et promerendo Cœlo, vel de infernalibus suppliciis defugiendis ad eos non spectaret, religionemque veluti calceorum formam pro temporis ratione mutare liceret, imo plerique stulte impudentissimum et execrandum facinus moderationis animi laude commendarunt, ut observat Sanderus : « In hac (inquit) jurisjurandi formula, cum secundum prius coinitiale decretum supremi capitii appellationem indoctiores omissam viderent, pro

simplicitate sua latabantur non eousque progressum esse, ut id sexui fœmineo tribueretur, quod antea viris Henrico et Eduardo honestius concedi posse videbatur, ex eoque plurimi non modo Calvinistæ, sed aliquot etiam, utecumque Catholici, putabant magis excusabile, si hoc juramentum præstarent. Alii acutius fraudem an imperitiam legislatorum animadvertentes, caput an gubernatricem Ecclesiæ voces, nihil ad sensum prorsus interesse notarunt, cum idem utroque vocabulo omnino designetur, immo juramenti formulam hanc impietatem et usurpationem Ecclesiastice jurisdictionis supremæ longe explicati contineat, quam nudum capitii nomen, quod prioribus duobus regibus tribuebatur, cum hic reginam non minorem habere potestatem in res spirituales ac causas Ecclesiasticas, quam in sui regni res terrenas confiteri et jurare oporteat, adeo quidem, ut multi putarint, Elisabetham posse sibi ex hoc decreto omnem etiam in administrandis sacramentis sacerdotalem potestatem arrogare, quem scrupulum cum videret regina aliquos de non præstante juramento causari, jussit in prima cleri visitatione sua, publicari quandomam hujus jurisjurandi, seu expositionem, seu correctionem, nimirum se non aliud hic velle, aut vendicare, quam quod prius patri fratrique nomine capitii Ecclesiæ ab ordinibus concessum esset. Ita quod paulo ante turpe ac absurdum videbatur fœminæ ascribere, ut dicatur caput Ecclesiæ, nunc mitius ac moderatius visum est, quam hoc ipsum, quod illius appellationis loco substitutum erat. Sic homines politici, cum res divinas tractare præsumunt, ostendunt se nescire quid, aut de quibus loquantur.

« Sed in quibus rebus haec spiritualis, seu Ecclesiastica potestas isti fœmina, regibusque duobus prioribus concessa maxime consistat, ex ipsis legibus et decretis parlamentariis breviter commemorabimus, ut exteri, qui rerum nostrarum usum non habent, quis sit reipublica praesens status facile cernant ». In primis habet lex :

« I. Omnia privilegia, præminentiae, prærogativæ, superioritates spirituales, quæ ab ulla potestate, vel humano, vel Ecclesiastico jure haberi aut exerceri possunt, quoad visitationem, correctionem, seu reformationem cleri totius, seu quarumcumque personarum Ecclesiasticarum, ad cognitionem etiam, et punitionem cleri totius, seu quarumcumque personarum Ecclesiasticarum, ad cognitionem etiam, et punitionem omnium errorum, hæresum, schismatum, abusuum, etc. volumus quod in posterum regio sceptro in perpetuum sint annexa.

« II. Decernimusque reginam, suosque hæredes, ac in regali dignitate successores habere,

habiturosque esse deinceps omnimodam potestatem nominandi et substituendi quoscumque voluerint, qui eorumdem vice ac auctoritate eamdem jurisdictionem Ecclesiasticam exerceant pro benefacito suo, personas visent, haereses, schismata, errores et abusus castigent, aliudque quidvis juris vel potestatis exerceant, quod ab ullo unquam Ecclesiastico magistratu exerceri potuit aut oportuit.

« III. Decernitur item, ne clerus ad Synodum ullam, aliorum, quam regii litteris et mandatis convenient, neve ullum canonem, legem, constitutionem Synodalem, sive provincialem, vel facial, vel exequatur, sine expresso majestatis sue consensu et licentia hujusmodi canones faciendo, promulgando vel exequendo, sub pena carceris, et multæ pro regina arbitrio imponenda.

« IV. Decernitur, ne quis exeat regnum distinctione queæ majestatis ad ullam visitationem, Concilium, conventum, aut congregationem, queæ religionis causa uspiam fiet, sed ut talia omnia regia auctoritate intra regnum fiant.

« V. Item, ne episcopi, vel ullius nominatione, vel electione, vel ulla auctoritate alia, quam regia creentur, neve jurisdictionem potestatemque episcopalem teneant aut exerceant, nisi ad benefacitum reginae, nec alteri nisi per ipsam, et a regali inmajestate derivatam auctoritatem.

« Non solum autem episcopos suos aut personas Ecclesiasticas hac vicaria donat sub se de omnibus rebus, ac personis spiritualibus juris dicendi potestate, sed ex laicis, quos volet etiam constitut commissarios seu vicarios, quo omnimodam exerceant spiritualem jurisdictionem, ad quos sæpe ab ipsis episcopis provocatur, et quomodo quidem tam isti vicarii, quam ipsi etiam episcopi dependant omnino quoad jurisdictionem, potestatemque omnem spiritualem ab auctoritate hujus feminæ, ex litteris ad eos formatis, quarum exempla superiori libro in schismatis Eduardi historia interseruimus, videre licet.

« Quorum absurdissimorum decretorum jampridem etiam ipsos Protestantes puduit, ita ut rerum suarum turpitudinem apud rerum Anglicarum imperitos legere sint conati, affirmantes his legibus nihil aliud contineri, quam regem aut reginam esse non minus Ecclesiasticarum quam laicarum personarum principem et dominum; sed istud malitia velamen ea, quæ recitatimus, facile tollunt, cum videamus his decretis non tantum reginae dari, ut in rebus civilibus sit omnibus subditis suis cuiuscumque ordinis superior, sed ut personis etiam Ecclesiasticis in iis, que sunt ad Deum, non minus præsit, quam civili magistratu in rebus ad pacem et politiam pertinentibus, quodque est magis absurdum, hanc facultatem spiritualem

asserunt esse partem regalis potestatis, eamque non nunc primum bis legibus dari, sed ut jus antiquum, coronæ Anglicanæ reddi et restitu, quasi vere principes ethnici, sine ista potestate spirituali veri reges non essent, aut Catholicæ reges, qui vel nunc sunt in aliis Christianis provinciis, vel in Anglia ante hoc schisma fuerunt, dimidiati tantum, et non integri absolutique principes essent, aut Christus non distinxisset ea queæ sunt Dei ab iis queæ sunt Cæsaris, vel nihil esset discriminis inter jura regalia et sacerdotalia, inter Ecclesiam, queæ est Corpus Christi mysticum, et civilem hominum multitudinem, vel tandem inter eos, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, et humanam creaturam, queæ ad hujus vitæ commoditatem et tranquillitatem proprie est instituta ». Et paulo post :

6. « Elisabetha vero hac sibi hæredibusque suis arrepta potestate, simulque abrogata Sedis Apostolicæ auctoritate, sibi, ut in eis, queæ sunt ad Deum, summæ ministræ, applicat omnium spiritualium proventuum perpetuas decimas et primicias, id est, primi anni ejuscumque beneficii adepti integros fructus, omnesque religiosorum possessiones ante sacris usibus a sorore restitutas sibi repetit, vicarios et commissarios in spiritualibus constituit, sigillum ad causas Ecclesiasticas peculiare eudit, de puniendis hæreticis antiquas leges (quod ad rem valde pertinebat) abrogat, nullum vult pro hæretico haberis, nec aliquam sententiam, seu opinionem pro hæresi damnari, nisi secundum judicium quatuor primorum generalium Conciliorum, vel saltem alterius Synodi, quæ per Scripturas de tota causa recte judicaverit, vel (quod caput est) in conventu statuum, id est, in Parlamento, ita fuerit decretum. Postremo de fidei et religionis formula immutanda pro suo suorumque arbitratu, idque laicorum solum suffragiis decernit, omnibus ad unum episcopis, qui primi sententias in Anglicanis comitiis, ac jure dicunt, et certe soli in causis fidei dicere deberent, reclamantibus, ac toto præterea tum clero Londini in Synodum Cantuariensis provinciae coacto non solum refragante, sed peculiari scripto reginæ ac Parlamento porrecto conscientiam suam communis omnium nomine attestante, et vehementer obtestante ne in illo Concilio sacerulari de rebus religionis quidquam decerneretur.

« Tremendum missæ sacrificium, cum reliquo omni sanctissimo ritu precandi et Sacra menta administrandi aboleat, et novas sacras ceremonias precesque in lingua vulgari ad normam maxime Lutheranorum (hoc solum excepto, quod imagines sacras non sustulerit) præseribit, licet fides Calvinii magis, tum et deinceps, ab ipsis legislatoribus corumque ministris et sectatoribus sit approbata.

« Sed quia istud peculiare fere hoc tempore

huic genti, ut non popularibus tumullibus, sicut in Francia, Scotia, Belgio, aliisque locis factum videmus, sed principum mandato, et legum prætextu hæreses ac sectæ perditionis introducantur, operæ prelum annotasse censeo, quomodo ordinum consensum ad eam rem Elisabetha procuraverit, nam sine ipsorum suffragiis non potuit quidquam in religione mutare.

7. « Sunt autem in istis comitiis Anglicanis duæ curie, una optimatum et patrociniorum, id est, episcoporum et procerum laicorum, et appellatur aula, sive consesus superior: altera parlim hominum equestris ordinis, qui sunt provinciarum vicarii, partim decurionum, qui nomine civitatum ac oppidorum magis illustrium, coeunt plebisque personam sustinent, hæc vocatur domus inferior. Cum ergo adhibita esset opera, ut ex singulis civitatibus et provinciis ii maxime cooptarentur in istam secundam comitiorum curiam, qui novis rebus in fide et religione studenter, facile conventum est, ut quidquid regina proposuisset, in hac secunda curia comprobaretur.

« In prima autem curia, præter episcopos, omnes quidem doctissimos et constantissimos confessores, quorum gravissimi sententiæ et suasionibus plurimi movebantur, confidebant principes multi ex priori Maria temporibus institutione adhuc Catholici, quos suppuduit post communem fidei et communionis professionem in illo ipso loco ante triennium tantum coram sue Sanctitatis legato totius regni nomine factam, tam cito ad unius fœminæ vocem et voluntatem resilire. Aderant quoque ii ipsi, qui non illa multo ante, regni reconciliandi causa, legationem Romanam obierant, qui gravissima oratione collegas suos admonuerunt, ne a fide ac societate omnium gentium majorumque suorum secundo se abduci sinerent, neve unquam committerent, ut hujus inconstantiae, ac in rebus ad salutem pertinentibus levitatis aeterno dedecore notarentur. Itaque diu restitum est, et in hoc superiori senatu tam difficulter est impetratur, ut nisi Elisabetha faciat nuptiarum suarum spem comiti Arundeliæ uni ex optimatibus suis faciens, duci Norfolciae alteri in causa conjugii dispensationem, quam a papa tam expedite habere non poterat, offerens, alii aliter blanditiis, promissis ac muniberis gratificans, tam eos, quam alias principes illis necessitudine conjunctos hoc modo in partes suas attraxisset, everti non potuisset Catholica religio. Nam ne sic quidem schismatica pars Catholicum plusquam trium suffragiorum numero excessit. Elisabetha voto suo potita procum illum neglexit et turpiter ludificavit, sicut alios postea plurimos, seque dixit Virginem permansuram, ac velle, ut marmore, sub quo sepulta jaceret, inscriberetur, ibi sitam esse Elisabe-

tham, quem et tot annis regina, et tola ætate sua virgo extitisset.

« Alium quoque summum principem (ducem videlicet Norfolciae), quem in partem suam blanditiis allexerat, variis postea contumelias continuo vexatum, tandem per calumniam accusatum vita etiam privavit.

« His consentanea refert <sup>1</sup> Guilielmus Rosseus in suis adversus novatores Commentariis, hos principes Catholicae religionis proditores juslo Dei judicio ab hæretica regina proditos fuisse, tum ab eadem cruentissimam lanienam in alios exercitam, qui impiis ejus voluntatibus assenserant, atque hæresim ab ea, ex Lutherana, Zuingliana et Calviniana compositam, ac plura monstra, ut suum idolum conflaret, conjunxit.

8. « Elisabetha, quoniam a regni legitima successione ob plurima et particularia illius regni, et generalia totius Christiani orbis impedimenta, hæresim, adulterinos natales, Parlamentorum statuta, regis patris, et fratris sui eam ut spuriam repudiantium edicta, excludebatur, adeo ut non jure, sed gratia, non legibus reipublica Christianæ, sed populari favore ad regium locum sibi necessario fuerit aspirandum, duos et tota nobilitate, ipsis nobilibus populoque gratioissimos, et suis quoque viribus potentissimos comitem Arundelium, ejusque generum ducem Norfolcum multis promissis corumque alterum etiam objecta matrimonii spe in sui amorem pelliciebat, omnibus autem aliis maximam et fere certam præbuit fiduciam insignis lenitatis, clementissimi imperii, et in primis securæ conscientiarum libertatis Catholicis permittendæ; quanquam regina ipsa publice Evangelium Lutherio-Zuinglio-Calvinianum, varium nimurum et ex multorum hæreticorum inventis confictum pro suo nulu, que supremum Ecclesie Anglicane caput, ut prius pater, esse volebat, per illam Ecclesiam suam Anglicanam publice personare voluerit, unde et non ita pridem consitarii ejus libello summa cum auctoritate vulgato asseruerunt, neminem ab ipso majestatis reginæ aditu in regnum ob causam religionis fuisse mortuum, neminem reum factum ob volumina, ob libellos, ob precum formulas, ob Romane Ecclesie cæremonias, ob Pontificiam Monarchiam, sed sive quis sit scholasticus, sive seminarius, sive sacerdos, sive Jesuita, sive Pontificius, hoc totum in Anglia nihil cuiquam obesse.

« Harum autem promissionum et blanditorum effectus, si quis scire desiderat, conuteatur, ut sub patris, sic sub filiæ regno hodierno, Pontem Londinensem : enumeret virorum bonorum illic affixorum capita : inquirat, quas ob causas illi ita cæsi et in partes concisi

<sup>1</sup> Guill. Rosseus p. 777.

fuerint : percontetur, annou haec filia suum illum patrem laniena principum, et procerum, et sacerdotum ad vivum referat, et quod per multa superet, ediscat annou illa laniena nobilium et sacerdotum, que tum Londini, vel solum vel potissimum exercebatur, nunc per totum regnum sit diffusa, novis carceribus, quia veteres non sufficiebant, in unoquoque regni comitatu ad Catholicos includendos extrectis, et patibulis novis ad eos laniandos erectis ? Reducat ad memoriam vim quamdam novarum legum ab ista filia positarum, per quas et gravissima mysteria, et levissimae Christianae religionis ceremoniae Catholicis crudelissimam et exquisitam afferunt mortem, ubi Catholicum quemcumque genere et nobilitate esse Jesuitam, vel diaconum, vel sacerdotum, vel episcopum, hoc ipsum est, esse proditorem, esse perduellum, esse majestatis lese reum, justamque causam praebet, ut quis acerbissima tormenta perduellibus constituta sufferat.

« Neque magni illi heroes, qui Sirenum cantibus deliniti haereticæ principi et simul haeresi ad regnum illud devastandum opem tulerunt, debita mercede ab ipsis haereticis personula caruerunt. Primus enim et ætate, rerumque experientia alius antecellens, et antiquissimæ apud Anglos nobilitatis, comes Arundelius, ubi perdiu spem callide oblatam regalis coniubii conceperat, quam item de industria accedebant quidam veteratores aulici, qui novo haeresis regno confirmando, viri ejus gratiam videbant admodum necessariam, ad extremum, eam haeresis, quam cupiebant, potentiæ, asssecuta, plane negligi et contemni cœpit. Quapropter videns spes suas defervescere, aliasque in ea esse gratia, quam ipse aucupabatur, cum jam ab ipsis haereticis, et facile, et aperte ridebatur, quasi ingravescente atate vir dispari conjugio juvenculum deperiret, sero sua insipientiæ patientes, ne oculis videret, vel ciliam auditione acciperet ea, quæ ipsi erant molestissima, recessit ex aula, et mox insula; temporisque fallendi gratia diu per Flandriam, Germaniam Italianique peregrinatus, tandem reversus domum perpetuo quodam angore conscientiæ confectus, quod ita ab haereticis circumventus causam Christi prodiisset, seque ipsum haereticis objecisset illudendum, a Catholicis haereticisque leviter existimatus, immigravit e vita.

« Duxem vero Norfolcium, quamvis quoad fidem, cum tempore mutatus, vel omnino, vel certe majori ex parte haereticus et haberebatur et esset, tamen quod reginae Scotorum injustissimæ vexationi indoleret, nec Morton rebellibusque Scolis tam esset contra reginam benevolus, quam Calvinista Angli volebant, confectis impudenter criminibus, quasi papista esset, ac cum Pontifice Romano contra

reginam conspiraret, perduellionis datum sustulerunte vita ». Hæc Guillelmus Rossæus<sup>1</sup>. Advertit vero Nicolaus Sanderus, Elisabetham reginam insigni astu usam, ut proceres in haeresim impelleret, non exegisse ab iis jusjurandum, quo supremam illius in rebus Ecclesiasticis potestate agnoscerent, nec eorum conscientiæ vim inferre voluisse, sed ut tantum permetterent, ut episcopi ac clerici nonnulli que alii eo sacramento obstringerentur, qua cautione, cum illi magnates sibi prospectum præfiderent, episcopos ac pastores suo patrocinio destituerunt, et incaute haereseos laqueis irretiti se passi sunt, tum subdit Sanderus<sup>2</sup> : « Ita fit quando res divinæ in humanis et prophanicis tribunalibus tractantur, quibus Deus non promisit spiritum veritatis, judicii et justitiae ». Simili laqueo antea captos fuisse presules memorant ab Henrico VIII, cum in religiosos eorumque cætus grassari cœpisset, et eorum calamitatem a præsulibus contemptam fuisse, cum nondum carperentur a tyranno haeretico, in cuius prædam postea cesserunt.

*9. Episcopi spoliantur, et sacræ imagines conteruntur.* — Dum hæc in prophanicis comitiis impia Elisabethæ arte decernuntur, præsules ad unum omnes iis repugnarunt, ostenderuntque Catholicis, qui omnium ordinum erant infiniti, de spiritualibus ad animarum salutem vel damnationem æternam pertinentibus transi contra eorum voluntatem, quibus animarum cura et Ecclesiarum administratio a Christo demandata est : inde ab omnibus sapientibus ac piis, omniumque ordinum graves querelæ profusæ sunt conscientias eorum funeste illaqueari iis novis editiis ; at perditissimi assentatores ac Sathanæ administri compescere eas querelas novis artibus aggressi sunt, curaturam reginam, ut publicæ concerationes fierent inter doctores Protestantium atque episcopos, quo imperitis fieret salis, atque illustre et conspicuum, cur invitis papistis atque repugnante clero illa decernerentur : data vero sunt episcopis imperia, ut vel ipsi ad litterariam pugnam descenderent cum Protestantibus, vel alios e clero submitterent, cumque responderent episcopi æquum non esse, ut in controversiam adducerentur, quæ jam a multis saeculis tot Pontificum, Conciliorum ac Patrum judiciis definita essent, nec ut ea quæ in Academiis coram doctis agitantur, eorum imperita multitudine claniorum potius contentionem, quam argumentorum vim metiente pertractentur, contempla sunt episcoporum responsa, selectique fuere ii articuli ali haereticis, qui majorem probationis e Scripturis petita speciem haberent, veluti de communione sub utraque specie usurpanda, et de publicis precibus lingua vernacula conce-

<sup>1</sup> Guill. Rossæus p. 778. — <sup>2</sup> Sander. I. iii. de Schism. Anglic.

ptis repetendis, ac dies terlius Aprilis ad eam disceptationem, cuius judex et moderator constitutus est Baconus homo laicus, atque haeresi infectus, adstante ad inanem speciem pro Catholicis archiepiscopo Eboracensi. Transacta res est multis declamationibus, atque haereticis, moderantibus omnia haeretico, obfirmatis in impietate persistenterunt. Addit Sanderus de episcoporum constantia in hac asperrima haereseos grastatione : « Hic certe episcopi tantam animi magnitudinem ostendebant, quantam in tam repentina haeresis irruptione optare quisque polebat. Sua enim privata pericula adeo neglexerunt, ut eorum plerique excommunicationis censuram adversus reginam aliosque nonnullos adhibendam censerent, qui duces illi auctoresque fuerunt tam periculosae defectionis totique regno ignominiosae, regno, inquam, illi, quod tam paucis ante annis fuerat Sedi Apostolicae reconciliatum, quodque sacrosanelis omnium ordinum juramentis confirmaverat se deinceps perpetuo in ejus communione permansurum ». At vel defuit iis subeundi martyrii, vel concitandi pro tuenda pietate ac religione belli animus, vel ad defugiendi gravissima incommoda rem committendam Romano Pontifici censuerunt. At dum torpent Catholicorum animi, eo haeresis furore auctor ac viribus, ardentissime meditatum flagitium confecit, atque impia decreta adversus sacerdotes, qui sacrum facerent, vel pios, qui illi interessent, ac reliquorum sacramentorum administrationem, promulgata fuerunt, ut deplorat Sanderus his verbis :

« Rebus ita ordinum auctoritate confectis, post certam diem, id est, festum S. J. Baptista an. MDLIX, Missam facientibus autaudientibus, aliudque quodcumque officium Ecclesiasticum ritu veteri procurantibus, sacramentumve aliquod Romano more administrantibus, gravis indicitur mulcta, nimirum ut qui in hanc legem prima vice committeret, vel ducentos aureos penderet, vel sex mensibus in vinculis ageret, secunda vice quadringentos aureos, aut unius anni vincula exsolveret, tercia denum vice perpetuis carceribus addicaretur, omnibusque bonis excideret. Quo factum est, ut ad praescriptum diem cessarent sacra publice fieri per totum regnum ».

« Quia vero his impietatibus episcopi (ut dictum est) consentire noluerunt, nec jurejando affirmare se in conscientia credere, solum reginam sub Christo esse Anglicanæ Ecclesiæ supremam gubernatricem, præter unum, omnes sunt paulo post de gradu et dignitate sua depositi, ac careeribus variisque custodiis commissi, unde omnes hodie longo miseriariu[m] tædio extinti sunt, quorum gloriosissimorum confessorum nomina ad æternam rei memoriam apponam. In primis Nicolaus Eboracensis archiepiscopus, paulo ante Angliae cancellarius;

deinde Edmundus episcopus Londinensis, Tonstallus Dunelmensis, Joannes Wintoniensis, Thomas Lincolniensis, Turlbeus Eliensis, Turbarvillus Exoniensis, Burnus Bathoniensis, Polus Petropurgensis, Baynus Linchfeldensis, Cuthbertus Cestrensis, Ogteleorus Carloliensis; Thomas autem Gouldellus Assaphensis, plenus pietatis et dierum viginti sex postea annos Romæ vixit, et non ita pridem felicissime in Domino obiit.

Imitata est horum constantiam magna clerus pars, quæ sacerdotiis ac munericibus dejecta in exilium amanda est. Docti etiam viri ex Cantabrigensi et Oxoniensi Academiis eo turbine abrepti in Belgum et Galliam transfugerunt,

10. Furent in Anglia impietate, dejectas in templis sacras imagines obtutæsque, atque omni contumelias genere a sacrilegis Christi et sanctorum hostibus non aliter quam a Turcis affectas, deplorat Surius<sup>1</sup> : « Sævitum, inquit, est immaniter in Anglia in statuas et imagines, et e templis ita illæ exturbatae sunt, ac si nihil ab ethnicorum simulacris distarent, nec tamen satis fuit impiis hominibus eas e templis exegisse, sed in campum raptatas, eas pro scopo collocarunt, ad quem sagittas et jaculas conforquerent. Sed neque impietas sistere se potuit, nam in uribus celebrioribus, non divisorum modo, sed eliam Christi ipsius imagines in ignem conjecisse, Iudus fuit. Alii eo amentiæ et furoris progressi sunt, ut Christi a Cruce pendentes imaginem ea potissimum parte sagittis e trunculo tereti et cavo magna vi spiritus afflatis conficiendam sibi proposuerint, qua nou absque singulari mysterio, et omni suppliciorum genere vindicando flagitio inter se contendenterint, quis primum sacram illud latus trahiceret, aut telo cor transfigeret, idque in ipsis Londini suburbis ita perpetratum vir quidam gravis et fide dignus annotavit. Magna est interim, Christe Deus, patientia tua; sed tarditatem supplicii quandoque gravitate compensabis, quamquam hoc ipsum omne ferme vincit supplicium, ut justo tuo judicio sinantur homines in tam horrendæ impietatis barathrum ire præcipites ».

Dum ita impii, dejecta atque oblita cruce, memoriam immensi amoris, quo Dei Filius infame Crucis tolerando supplicium nos redempt, abolere conantur, inusitatum in ea Angliae parte quam Walliam modo dicunt, prodigium contingit ut in arbore, quæ ventorum turbine media discissa fuit, Crucis effigies conspecta sit, ad quam visendam maxima popularum multitudo conetur; subdit Surius : « Volut prepotens Deus illos Antichristi satellites hoc stupendo crucis in arbore existentis prodigio admonere, ut ab impietate sua mature animum revocarent

<sup>1</sup> Sur. in Comm. Nicolaus Harpsfeldius.

desinerentque persecui Crucem illius, quæ idcirco variis modis figuratur et exprimitur, ut apud homines perpes sit memoria ineffabilis illius charitatis, quæ Filium Dei compulit ob nostra exienda peccata ad tam immane et ignominiosum usque supplicium se dejicere et efferre ». Paulo post circa Pentecosten in Cantia, alia Angliae provincia, in mulieris non ignobilis subucula Crucis effigies non colore aliquo ab homine efficta, neque acu vel filo intexta, sed e cœlesti quadam influxu impressa conspecta est, ut scirent omnes frustra Judæos, Mahometanos atque haereticos ad abolendam Christi crucem connoti.

In hac publica piorum Anglorum consternatione Stephanus episcopus Wintoniensis protuenda asserendaque fidei Catholicæ veritate eruditum librum conscripsit, quo haereticorum, quos Capernaini dixit, argutias et cavillationes dissolvit, adversus quem impius Petrus Martyr non Christi, sed Sathanæ, pestilentissimum scriptum edidit, quo veterator mira arte et vafricie sacras litteras, et antiquos Patres et Concilia ad confirmaudam haeresim maligne deforsil : hæc ausus est impudenter, cum videbat tot clara Patrum testimonia afferri a Wintoniensi contra Sacramentarios, ut multi in Anglia in pristina fide Catholicæ confirmarentur, et Sacramentarii ad veritatis radios hebescerent, confusique fluctuarent.

Oppressa in Anglia religione Catholicæ, posthac haeresis magis invaluit in Scotia, cum novatorum tumultuantium patrocinium Elisabetha adversus Mariam reginam corripiisset : decretus vero hoc anno est in Scotiam Nicolaus Ambianensis episcopus internuntius Apostolicus, amplissimisque auctoritati prærogativis, quæ legatis conferri solent, ut seditiones novatores resipescentes in grafiam cum Ecclesia restitueret, pervicaces qui invaserant sacerdotia depelleret, collapsos mores emendaret, ac divini cultus gloriae promoveret.

11. *Pax inter Henricum Gallie regem, et Philippum Hispaniarum firmata.* — Dum Catholicæ omnes propter deperditam in regno Anglie veram religionem in tactrymis versarentur, Deus illis aliqualem attulit consolationem, cum pacem inter Henricum Secundum Gallie regem, et Philippum Hispaniarum firmatau vidissent, de qua actum fuit per multos menses, et tandem, Dei suavi benignitate disponente, die tertia Aprilis bujus anni firmiter, latentibus omnibus, sancta fuit.

Hæc pax inter potentissimos reges sancta meliorum rerum spes Christiano orbi attulit, cum non modo cœdibus modus positus sit, verum etiam de haeresi latius in Hispania et Gallia serpente extingueda, consilia a Pontifice ac regibus Gallie et Hispanie sumpta sint; quam vero ea necessaria fuerit, indicat Surius : « Jam

utriusve regis provinciæ tot annorum perpetuis bellis defessa erant, nec sine gravissima Catholicæ religionis jactura prostrati potuissent, haereticis interea suum virus clam spargentibus, et multis inficienibus. In hac mutua tantorum principum conciliatione, ut esset pax firma et stabilis, regi Philippo despondetur Elisabetha Henrici regis maxima natu filia, et soror ejus Margarita Emmanuel Philiberto Allobrogum clarissimo principi ». Ita affinitatibus firmata est concordia. Quod ad alias pacis leges attinet, ea in primis constituta est, ut ambo reges operam suam pro redintegrando Tridentino Concilio apud Pontificem ejus rei cupidissimum adhicerent: conventum etiam inter eos, ut quæ totius octennii flexu hinc inde capta fuerant restituerentur, maximo certe Henrici regis damnio ac Philippi compendio, nam cum Gallus tres tantum urbes Sanquintinum, Hanum et Castelletum pacis beneficio reciparet, centum ac nonaginta sex urbes presidio militari munitas restituit, ut deplorat Monlucius<sup>1</sup>, Sabaudia duci, quas in Sabaudia et Pedemontio tenebat, Corsicam insulam Genuensibus, aliquot vero Hefruria urbes, quæ Senensis reipublicæ juris erant, Cosmo duci Florentiae permisit, quod valde acerbum veteris libertatis cupidus visum est, qui cum in clientelam Pontificis conferre se vellent, is prudenter ab eorum patrocinio abstinuit, ne publicam pacem confunderet : ita Galli, qui tanto ardore de Italia imperio certaverant cum Hispanis, penitus Italicas spes projecerunt, quas certe videntur abjecisse, ut maiores consecrarentur ; nam cum Anglia jure ad Mariam Stuartam nurum regis spectaret, atque adeo flagitasset a Paulo Pontifice, ne Elisabethæ, quæ Angliae regnum Anglorum principem exterrum respuentum studiis elata invaserat, regios honores deferret, assentienteque illi Pontifice, tam funesta rerum conversio in Anglia secta esset ; pace cum Philippo composta<sup>2</sup>, Henricus, restituenda in Anglia religionis sacro studio arsisse, tantique regni in stirpem inferendi versasse consilia putandus est, maxime cum Paulus edita sanctione, de qua dicetur inferius, principes ac reges haereses convictos, principatu ac regia dignitate exaucroratos sauxisset.

12. *Haeresim Calvinianam ad senatum ipsum Parisiensem propagines extenderent extirpare sibi proponit Henricus, qui morte interceptus habet filium Franciscum successorem.* — Insigni vero pietatis ardore inflammatus Henricus, nascientem in Gallia haeresim, quæ etiam alias funestas propagines ad senatum Parisiensem extenderat, omni contentione pafocare annis us est. Eludebatnur a nonnullis senatoribus regiom edictorum adversus haereticos severitas,

<sup>1</sup> Francisc. Belcar. Blasius Monlucius l. iv. — <sup>2</sup> Belleforest... Francisc. Belcar. l. xxviii. nom. 27 et seqq. Blasius Monluc. Flori mund. Baymond.

qui pauca leviore multabantur, cumque mense Aprili Concilium Mercuriale, in quo de singulorum senatorum vita et moribus inquire solet, decretum esset, in eo aliqui Calviniani subdolam rationem ad abrogandas penas in haereticos regis edictis latas, excoitarunt. « Regi », inquit Belarius, « supplicandum esse intulerunt, ut ex Basiliensis Constantiensisque Concilii decretis Concilium universi Christianissimi cogeretur, et de omnibus religionis controversiis fixa statutaque sententia ferretur, omnesque perverse secte damnarentur, quemadmodum et altero constitute pacis capite continetur, interim donec certa illius Concilii decreta edantur, suppicia differrentur. Illoc erat liberam cuique sue religionis professionem relinquere : quanta enim diligentia id Concilium Carolus Quintus imperator potentissimus procurasset, nec quidquam profecisset, omnes noverant ».

Cum haec ad Henricum regem relata essent, ille accusens ea novitatem, quod periculum grave immineret, ne si ea libertas illis concederetur, religio Catholica grave delrimentum acciperet, iv Junii accessit ad senatum, cardinalibus Lotharingio et Guisiano necnon Senonensi, ac proceribus Guisanis, Montpensiero, Momoriantio Equitum magistro, atque aliis stipatis, senatumque increpuit, cur quatuor homines impios novarum sectarum criminis convictos, atque pertinacissimos in flagitio, sine suppicio dimiserit, nec edictum nuper adversus haereticos conscriptum promulgari; postulatis deinde a Senonensi cardinali senatorum circa religionem sententiis cum Annaeus Burgus et Ludovicus Faurus instantem, ut cogeretur Concilium, alique interim suppicia differrentur, in qua sententia etiam fuerat Arnaldus Ferrerius, rex addidit, se re ipsa perceperisse, aliquos senatores ad impia sectam a vera religione defecisse, atque in improbos animadversurum, probos regia humanitate complexurum. Totius senatus princeps et Antonius Minardus dixere, regium edictum omni ex parte observandum exemplum Philippi Augusti qui uno die sexcentos haereticos ignibus tradiderat, et Francisci Primi, qui Waldenses in suis dominibus suffocari jusserset : comprehensi tunc sunt raptique in carcere Annaeus Burgus, et Ludovicus Faurus, Ferrerius vero, Valla et Viola, fuga preecipiti se subduxere. Ex capitib[us] Annaeus Burgus sacris Ordinibus initiatus erat, quem Palatinus elector sibi condonandum poposeit, sed repulsam passus est; ob perlinicacionem vero in haeresi, sententia judicium decretoria, ut vivus cremaretur, damnatus est XII kal. Januarii, ut tamen prius strangularetur, illi ob dignitatem condonatum : biduo vero ante Minardus, qui pro religione asserenda in haereticos fulminandum supplicis senserat, scelopti globo cæsus est ab haeretico.

### 13. Eo fere tempore Jacobus Spilamius Ni-

vernensis episcopus fascinatus a Sathiana ad Genevenses se contulit, in quem utprehendetur, sancitum est. Eodem anno in suburbio D. Germani Synodus Calvinistarum V kal. Junii habita est, in qua decreta sunt nonnulla a suæ perfidie sequacibus observanda, atque missis internuntiis ad Germanie principes persuaserunt, ut mitterent legatos, qui Henricum regem rogarent, ut a Calvinianorum suppliciis sibi temperaret : is tamen in suscepto consilio prefocande in fomite ac primo germine haereseos ne in omnes regni partes grassaretur, persistit, haud dubie Galliam impendenti ea peste, nisi immaturam mortem inopino ac infelicissimo casu sibi accessivisset, erepturus. Celebrabat ille<sup>1</sup> laetitia pompa ob nuptias Isabellæ filie cum Philippo II rege Hispaniarum, ac Margaretae sororis cum Em. Philiberto Allobrogum duce, ac duobus primis diebus ludicro equestri certamine se feliciter ac strenue gesserat, sed divino areano judicio, inanis glorie equestris referende impetu elati, dum equestrem gloriam leviter exambit, regiam prostravit, rogatus enim a regis, atque a principibus, ut parceret labori, Gabrieli Mongomerium comitem Scotum praefectum Praetorianæ militiae, qui postea haeretica infectus lue in cruentissimum Catholicorum carnificem descivit, provocavit ad certamen equestre, qui post alias excusationes congregi jussus, abscesso regiae majestatis respectu, tanto impetu in regem incurrit, ut fracta in lorica lancea fragmentum in Henrici regis penetrarit oculum, cum integumentum capitis non apte colligatum esset, indeque cerebro concusso infelix rex insperato luctu laetitia universæ pompa confuderit, enatoque ex vulnere apostemate undecimo post die, nimirum VI idus Julii animam efflaverit.

Cum Henrico II Gallica felicitas concidit, ac sepulta est<sup>2</sup>, Calvinianam namque haeresim mox sese extulisse sub impubere Francisco II rege, et civilia bella cruentissima emersisse, lugebit oratio.

Succedit Henrico II in regno Franciscus filius natu maximus, atque Carolo cardinale Lotharingio Sacram Liturgiam obeunte, Rhemis regia inunctione perlitus, solemni ritu Gallicum sceptrum accepit.

*44. Pauli contra haereticos et schismaticos gravissima sanctio.* — Illoc anno Paulus Pontifex flagrantissima asserenda contra haereticorum molimina Catholice religionis ardore incensus, gravissimam sanctionem edidit<sup>3</sup> qua constitutas olim in haereticos vel schismaticos penas confirmavit, atque omnes, quacumque sacra, etiam cardinalitia, vel civili, etiam regia atque imperiali dignitate præditos, si haereseos, vel

<sup>1</sup> Francisc. Belcar. I. xxviii. num. 31. Natal. com. I. xii. Belforest. — <sup>2</sup> Francisc. Belcar. I. xxviii. num. 35. — <sup>3</sup> Bull. in Paul. IV. Const. 19.

schismatis crimine illaqueati convicti essent, sacris et civilibus dignitatibus excidisse proununtiavit, ac principalibus, regnisque, vel imperio exuendos :

« Ad perpetuam rei memoriam.

« Cum ex Apostolatus officio nobis, meritis licet imparibus, credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, et exinde teneamus pro fidei illius custodia et salubri directione, more vigilis pastoris assidue vigilare, et attentius providere, ut qui hac atate, peccatis exigentibus, proprie prudentiae inuitentes, licentius et perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, et superstitionis ac flicitis adinventionibus sacrarum Scripturarum intelligentiam pervertentes, Catholice Ecclesiæ unitatem et inconsuetum Domini tunicam seindere moluntur, ab ovili Christi repellantur, ne magisterium erroris continentur, qui discipuli veritatis esse contemnunt. Nos considerantes rem hujusmodi adeo gravem et periculosam esse, ut Romanus Pontifex, qui Dei et Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, et super gentes et regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque judicat, a nemine in hoc seculo iudicandus, possit, si deprehendatur a fide devius, redargui, et quod ubi majus intenditur periculum, ibi est plenus et diligenter consulendum, ne pseudoprophetæ, aut alii etiam sacerdalem jurisdictionem habentes simplicium animas miserabiliter illaqueant, innumeralesque populos secum in perditionem et damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, in loco sancto videre, cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere pastorali vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, et lupos ab ovilibus arcere, ne canes muti videamus nequeentes latrare, et perdamur cum malis agricolis, et mercenarii comparemur; habita super his cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romanae Ecclesie cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio et unanimi assensu omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac privationis, et quasvis alias sententias, censuras et poenas a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum litteras extravagantes, seu sacris Conciliis ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis et statutis, aut sacris canonibus ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis contra haereticos aut schismaticos quomodolibet latas et promulgatas, Apostolica auctoritate approbamus, et innovamus, ac perpetuo observari, et in viridi observantia, si forsitan in ea non sint, reponi et esse debere; necnon quoscumque, qui haecenus a fide Catholica deviassent, aut in aliquam heresim incidissent, seu schisma incurrisse, aut exci-

tasse, seu commisisse, comprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia et in omnes bonitate avertere dignetur) in posterum deviabunt, seu in heresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, et deviassent, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse seu commissis deprehendentur, aut confitebuntur seu convincentur, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis et praeminentiae existant, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primatiali, aut alia majori dignitate Ecclesiastica, seu cardinalatus honore, et Apostolica ubi vis locorum, tam perpetuae quam temporalis legationis munere, vel mundana etiam comitali, baronali, marchionali, ducali, regia et imperiali auctoritate seu excellentia præfulgeat, et eorum qualibet sententias, censuras et poenas prædictas incurrere volumus atque decernimus.

« Et nihilominus considerantes, dignum esse, ut qui virtutis amore a malis non abstinent, metu poenarum ab illis deterreatur, et quod episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges et imperatores, qui alios docere, et illis bono exemplo, ut in fide Catholica continantur, esse debent, prævaricando gravius ceteri peccant, cum non solum scipios, verum etiam alios innumerabiles populos eorum curæ et regimini creditos, seu alias eis subditos secum in perditionem et putatum interitus trahant, de similibus consilio et assensu hac nostra in perpetuum valitura Constitutione in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei majus aut perniciosius esse potest, de Apostolica potestatis plenitudine, sanctimus, statimus, decernimus et definiimus, quod sententias, censuras et poenas prædictis in suo robore et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes et singuli episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, primates, cardinales, legati, comites, barones, marchiones, duces, reges et imperatores, qui haecenus, ut præfertur, deviassent, aut in heresim incidissent, seu schisma incurrisse, excitasse vel commissis deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, et in posterum deviabunt, aut in heresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, et deviassent seu in heresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commissis deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur, cum in hoc inexcusabiliores ceteri reddantur, ultra sententias, censuras et poenas prædictas, sint etiam eo ipso absque aliquo juris aut facti ministerio, suis ordinibus et cathedralibus, etiam metropolitani, patriarchalibus et primatialibus Ecclesiæ, ac cardinalatus honore, et cujusvis legationis munere, necnon voce activa et passiva, omnique auctoritate, ac monasteriis, et beneficiis,

et officiis Ecclesiasticis, cum cura et sine cura, facultatibus et quorumvis Ordinum regularibus, qua ex quibusvis concessionibus et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam et administrationem aut alias quomolibet obtinuerint, et in quibus vel ad quae jus aliquod habuerint, necon quibusvis fructibus, redditibus et provenlibus annuis super similiibus fructibus, redditibus et preventibus eis reservatis et assignatis, comitatibus quoque, baroniis, marchionatibus, ducatibus, regnis, et imperio penitus et in totum perpetuo privari, et ad illa de cætero inhabiles et incapaces, ha-beanturque pro relapsis et subversis in omnibus, et per omnia, perinde ac si prius hæretici, hujusmodi in judicio publice abjurasset, nec ullo unquam tempore ad eorum primum statum, aut cathedrales, metropolitanas, patriarchales, primitiales Ecclesias, seu cardinalatus, vel alium honorem, aut quamvis aliam majorem vel minorem dignitatem, seu vocem activam vel passivam, aut auctoritatem, seu monasteria et beneficia, vel comitatus, baronias, marchionatus, ducatus, regna, et imperium restitui, reintegri aut rehabilitari possint, quinimo sacerularis relinquantur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendi, nisi apparentibus in eis verae pœnitentiae indicis et condignæ pœnitentie fructibus ex ipsis Sedis benignitate et clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendam perpetuam in pane doloris et aqua mœstificæ pœnitentiam retrudendi fuerint, etc.» Perculit etiam anathemate quoscumque, qui eos defenderent, vel exciperent, vel soverent, aut iis studenter, atque etiam infamia inustos pronuntiavit; addidit etiam, ut si quis episcopus, archiepiscopus, cardinalis, vel Pontifex Romanus aliquando hæresis vel schismatis crimen contraxisse reprehenderetur, omni dignitate ac jure exueretur. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Domini MDLIX, XV kalendas Martii, Pontificatus nostri anno IV ».

*15. Libros hæreticorum legere et retinere vetitum.* — Corripuerat etiam Hispaniam flamma hæreseos, ad quam restinguendam Paulus indullam quibusvis theologis, etiam episopis, vel cardinalibus, legendorum librorum hæreticorum potestatem, rescidit<sup>1</sup>, librosque hujusmodi a quoquam retineri vetuit:

« Ad futuram rei memoriam.

« Cum nihil aequa optemus, quam ut fides Catholica non solum conservetur, verum etiam ubique locorum augeatur et floreat, ad ea cogitationes nostras liberaliter dirigimus, per quæ omnis ab ipsa fide apostatandi tollatur occasio. Cum itaque, quod non sine gravi animi nostri molestia referimus, in regnis Hispaniarum,

humani generis hoste procurante, Lutherana et diverse aliae hujus saeculi hæreses pullulare, et fidelium animi novis in dies hæresibus polli, omniaque hæreses dissidiis repleri dicantur, hocque potissimum ex copia librorum hæreticorum, et de hæresi suspectorum, qui in eadem regna clam comporlantur, et fidelibus legendi distribuuntur, provenire verisimiliter credatur, nos, qui nuper venerabili fratri nostro Ferdinandino archiepiscopo Hispanensi, qui etiam generalis hæreticea pravitatis in dictis regnis Inquisitor existit, per alias nostras in forma Brevis litteras dedimus in mandatis, ut per se, vel alium, seu alios ad executionem certarum aliarum nostrarum super revocatione licentiarum et facultatum legendi libros hujusmodi in simili forma emanatarum litterarum procedens, non permittat aliquos tam clericos sacerulares, vel quorumvis Ordinum regulares, quam laicos cujuscumque status, gradus, ordinis, conditio-nis et praeminentiæ existant, etiam abbatiali, episcopali, archiepiscopali, patriarchali, primitali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, etiam cardinalatus honore, vel mundana etiam marchionali, ducali, regia, vel imperiali auctoritate, vel excellentia præfulgeant, libros hujusmodi ex quavis causa vel prætextu publice vel occulte, quovis quæsito colore apud se tenere, aut legere, vel imprimerre, seu venales habere, quinimo eos ad libros hujusmodi officio inquisitionis hæreticæ pravitatis in dictis regnis consignandum, et quod de eisdem libris aliquam notitiam habuerint, seu aliquos in præmissis culpabiles noverint, ad notitiam, quam habent, et ipsos culpabiles, officio prædicto revelandum, et notificandum cogat, contradictores quoslibet et rebelles, ac sibi in præmissis non parentes, per sententias, censuras et pœnas Ecclesiasticas, et etiam temporales in legentes libros hujusmodi eatenus latas et promulgatas, alias juxta facultates sibi in officio predicto concessas, appellatione postposita compescendo, prout in primo dictis litteris plenius continetur. Volentes huic morbo, ne latius serpat, quantum cum Deo possumus, efficacius remedium adhibere, omnibus et singulis præsbyteris, et tam sacerularibus, quam quorumvis exemplorum Ordinum regularibus in diclis regnis existentibus, aut in eis auditioni confessionum Christi fidelium de jure vel con-suetudine, aut ex privilegio Apostolico pro tempore vacantibus, in virtute sanctorum obedientie, et in remissionem peccatorum suorum, Apostolica auctoritate per præsentes injungimus, et sub pœna excommunicationis latæ sententiae, a qua nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu generali hæreticæ pravitatis hujusmodi in eisdem regnis inquisitore, præterquam in mortis articulo constituti, absolví non possint, districte præci-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2895. p. 474.

piendo mandamus, quod de cætero, donec aliud a nobis habuerint in mandatis, singulas utriusque sexus personas, quæ annos discretio- nis attingentes peccata sua eis pro tempore confitebuntur, in ipso actu confessionis diligenter interrogent, et ab eis sciscientur, an libros hereticorum, aut de hæresi suspectorum, seu alias per nos aut pro tempore existentem genera- lem inquisitorem hujusmodi damnatos aut reprobatos penes se habeant, seu apud alios, vel imprimant, seu imprimi faciant, aut venales teneant, vel de libris hujusmodi aliquam notitia- m habent, seu aliquos in præmissis cul- pabiles scient; et si exinde aliquos in præmissis, aut eorum aliquo delinquare invenirent, eos nullatenus absolvant, nisi prius libros hujus- modi, quos habuerint, officio predicto consignaverint, et quam de iisdem libris notitiam habuerint, eam dicto officio dederint, et quod, si aliquos in præmissis culpabiles noverint, eos præfato officio revelaverint, et notificaverint, aliasque juxta eorum culpe qualitatem compe- tentem satisfactionem exhibuerint, et condi- gnam poenitentiam peregerint: et nihilominus eidem Ferdinando archiepiscopo, et pro tem- pore existenti generali hæreticæ pravitatis hujusmodi in dictis regnis inquisitori, dicta auctoritate, tenore presentium committimus, et mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios, præsentes nostras litteras, et in eis con- tenta quæcumque a cunctis presbyteris audi- tionis confessionum hujusmodi vacantibus in- violabiliter observari faciat: contradictores quoilibet et rebelles, ac sibi in præmissis non parentes, et in posterum qualificatos, et hujus- modi dignitate, seu honore, vel auctoritate aut excellenta preditos, per sententiam, censuras et penas Ecclesiasticas, et etiam pecuniarias ejus arbitrio moderandas et applicandas, priva- tionis quoque beneficiorum et officiorum per eorum quemlibet quomodolibet obtentorum, et perpetuae inhabilitatis ad illa in posterum obti- nenda, aliaque opportuna juris remedia, etiam juxta facultates sibi in officio hujusmodi con- cessas, appellatione posposta, compescendo, et legitimis super his habendis servatis processi- bus, sententias, censuras, et penas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus, etc. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, etc. die v Januarii MDLIX, anno iv<sup>o</sup>.

16. *Paulus assignat stipendia pro Inquisi- tione in Hispania.* — Exercita est acerba in hæ- reticos fidei censura a Ferdinando Hispalensi archiepiscopo, qui ei muneri præterat, ac licet ab eo, et aliis censoribus in hæreticos diligenter inquisitum sit, tamen plures eorum diligentiam fuga precipiti et aliis artibus elu- debant. Cum itaque numero aucto hæreticorum,

sumptus non sufficerent ad sustentandos, pro iis comprehendis administros, Pontifex<sup>1</sup> vec- tigalia unius canoniciatus, et unius præbendæ proxime vacanda in singulis principibus et col- legiatis Ecclesiis regnum Hispaniæ, inquisi- tioni sacrae præfecturæ attribuit:

« Ad perpetuam rei memoriam, etc.

« Nuper sane nobis non sine maximo dolore innotuit, quod Lutherana, et aliae ex ea ortæ hujus seculi hæreses, procurante humani generis hoste, non solum in regna Hispaniarum, que etenus peste hujusmodi caruerant, vio- lenter irrepserunt, verum etiam quorundam potentium, et aliorum alias nobilium et illo- strium hominum illarum partium animos adeo occuparunt, ut non contenti scipios perdere, etiam populos sibi subditos ac clientes et amicos suos secum in perditionis interitum trahere satagant et anhelent. Et licet venerabilis frater Ferdinandus Hispalensis archiepiscopus, qui etiam generalis hæreticæ pravitatis in dictis regnis inquisitor existit, se hæreticis hujusmodi noviter detectis et eorum conatibus pro inuro opposuerit, et quam potuit majorem diligen- tiā contra eos adhibuerit, etiam nonnullos ex eis comprehendendi, et sub fida custodia retineri faciendo, aliosque inquisidores per ipsa regna longe lateque dispersos, super his qdæ per eos, ne ipsi hæretici fugam arripere, aut alias se in loca tutâ et secura recipere, aut alios in hæ- reses hujusmodi seducere possent, agenda erant, per proprios tabellarios, et mutatis ad voluntatem equis, admonendo, defectu tamen pecunia- rum ad hoc necessariarum eam omnem, quæ in præmissis erat adhibenda, diligenter adhibere, et ubique locorum providere nequiverit, nec de presenti possit, et verisimiliter formide- tur, ne gliscente continue morbo hujusmodi, in maior in dies pecunie summa ad reprimendos et compescendos eosdem hæreticos, ac plena- riā officii inquisitionis hujusmodi executio- nem necessaria sit futura. Nos » Et infra « vol- lentes sustentationi officii inquisitionis hujus- modi perpetuis futuris temporibus consulere, et ne plenaria illius executio defectu pecunie differatur, aut alias quomodolibet impediatur, opportune providere, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, in omnibus et singulis metropoli- tanis et aliis cathedralibus et collegiatis Eccle- siis Castella, Legionis, Granata, Navarra, Aragonum et Valentia regnum, necnon prin- cipatus Catalonie, comitatus Rossilonis et Ceritanie, ac Canaria dominiorum et insula- rum, unum canoniciatum et unam præbendam, quos primo per cessum vel decesum, seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem vacare contigerit » Et infra « officio inquisicio-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 4. p. 362.

nis hujusmodi in dictis regnis, auctoritate et tenore praedictis, etiam perpetuo applicamus et appropriamus, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum vii Januarii MDLIX, anno iv ».

17. *Edictum adversus confessores ad turpia sollicitantes.* — Delatum tunc est Pontifici immane facinus in Granatensi regno a sacerdotibus, qui sacras exomologeses excipiebant interdum patratum, quo nonnullæ mulieres venia petenda et Sacramenti suscipiendi gratia accedentes, de impuro flagitio variis lenociniis et artibus fuerant pertentatae, in quos censores fidei animadvertere jussi sunt :

« Nuper non sine animi nostri molestia accepimus, quod diversi sacerdotes in civitate et dioecesi Granatensi curam animarum habentes, seu eam pro aliis exercentes, aut alias audiendis confessionibus ad paenitentiam deputati, in tantam proruperunt iniquitatem, ut sacramento Paenitentiae abutantur, nec illi, et qui illud instituit, Domino Deo et Salvatori nostro Iesu Christo, injuriam facere vereantur, mulieres paenitentes ad actus in honestos allicioendo et provocando, seu allicere et provocare tentando et provocando, loco earum per sacramentum hujusmodi Crealori nostro reconciliationis, graviori peccatorum mole onerando, et in manus diaboli tradendo, in divinae majestatis offensam, et animarum perniciem, ac Christi fidelium scandalum, etc. Datum Romæ apud S. Petrum xviii Februarii MDLIX, anno iv ».

18. *In Hispania haeresis suspicio attingit quosdam proceres, in quo quosdam praesules.* — Adducta est in gravius eo discribent Hispania, ne haeresi contaminaretur, quo plures nobilitate et opibus conspicui impietatis venena hauserant, atque illa in clientes sibi obnoxios transfundebant: observatum etiam est, nonnullos convictos haereses illam non ex animo ejurassem, sed astu et simulatione, cumque ex severitate judiciorum evolassent, haeresim pertinacissime in alios propagasse, ob quorum improbitatem sanxit Paulus<sup>1</sup>, ut haeretici, etiam si relapsi non essent, capitali supplicio afficerentur :

« Venerabilis fratri Ferdinando archiepiscopo Hispalensi.

« Venerabilis frater, salutem. Cum sicut non sine animi nostri macrore nobis nuper innoutuit, in regnis Hispaniarum humani generis hoste procurante, Lutherana et diversæ aliae ex ea ortæ hujus sæculi haereses serpere, et fidelium animi in dies magis infici et pollui coeperrint, resque jam eo devenerit, ut diversæ alias nobiles et illustres personæ haereses hujusmodi profitearunt, et subditos seu clientes et amicos suos, aliquosque illis credentes secum trahere, et in haereses hujusmodi seducere procreat in religionis Christianæ, que olim in dicto regno

præ ceteris omnibus colli et in veneratione haberí consueverat, enervationem et animarum perniciem, ac fidelium confusione; et nisi præmissis aliquod præsentaneum et efficax etiam extraordinarium remedium adhibeatur, verisimiliter formidatur, ne nobiles et illustres personæ hujusmodi carum potentia et favoribus magnam corudem regnum partem secum in perditionem et puteum interitus trahant. Nos præmissis occurrere, et ne malum hujusmodi serpat, efficaciter providere volentes, tibique, qui etiam generalis haereticæ pravitatis in dictis regnis inquisitor existis, et de cuius fide, pietate, virtute et doctrina plurimum in Domino confidimus, quod una cum dilectis filiis consiliariis supremi consilii inquisitionis hujusmodi omnes et singulos haeresiarchas et haereses hujusmodi dogmatizantes, seu alias hereticos, de quibus verisimilis sit conjectura, quod haereses ipsas non ex animo, et pura ac sincera conscientia, sed ut a carceribus liberentur abjurare velint, et quod a carceribus liberati haereses ipsas disseminare, et eas de novo dogmatizare, aut haereticis, seu credentibus, faventibus, receptatoribus, defensoribus eorum favere, sive officio inquisitionis hujusmodi et negotio fidei obesse possint, etiamsi relapsi non fuerint, sæcularis judicis arbitrio, pena ultimi supplicii plectendos dimittere, seu tradere libere et licite valeas, plenam et amplam, ac omni modum Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus et impartimur potestatem et facultatem. Non obstantibus, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum die iv Januarii MDLIX, anno iv ».

19. Nec modo nobiles ac proceres infecerat haeresis, sed etiam ad episcopos et archiepiscopos aliquot suspicio illius se diffuderat, in quos animadvertisse anuctoritas supremo fidei censori a Pontifice<sup>1</sup> demandata est :

« Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Hispalensi.

« Venerabilis frater, salutem. Cum sicut nuper non sine animi amaritudine accepimus, in regnis Hispaniarum, humani generis hoste procurante, Lutherana et aliae ex ea ortæ hujus sæculi haereses pullulare coeperint, et jam latius serpere videantur, ita ut etiam de aliquibus Ecclesiis prelatis, et aliis potentibus et illustribus verisimiliter suspicari possit, nos volentes huic morbo, quantum cum Deo possumus, efficaciter mederi, et illum dante Domino sanare, tibi, qui etiam generalis haereticæ pravitatis in dictis regnis inquisitor existis, et de cuius fide, et pietate, et doctrina plenam in Domino fiduciam obtinemus, quod usque ad biennium a die, quo præsentes litteras receperis computandum, de consilio dilectorum filiorum supremi consilii officii inquisitionis hujusmodi,

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2885. p. 352.

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2895. p. 361.

contra quoscumque episcopos, archiepiscopos, patriarchas et primates, in eisdem regnis degentes, super haeresibus hujusmodi inquirere, et quoscumque processus formare, et si superinde legitima indicia ad capturam sufficientia comperta fuerint, et verisimiliter formidetur, ne ipsi sic inquisiti episcopi, archiepiscopi, patriarchae et primates a regnis praedictis aufugiant, seu aliter se absentent, eosdem inquisitos episcopos, archiepiscopos, patriarchas et primates in aliquo tuto et seguro loco sub aliqua fidelis custodia arrestare et custodiri facere valeas; ita tamen quod quam cito commode poteris, nos de his omnibus certiores reddas, ac ipsos arrestatos episcopos, archiepiscopos, patriarchas ac primales una cum indicis contra eos militibus, et toto denique processu contra eos habito in forma fidem faciente tuo sub sigillo ad nos transmittas, plenam et liberam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus facultatem et potestatem. Non obstantibus, etc. Datum Romae apud Sanctum-Petrum die vii Januarii MDLIX, anno iv.

20. Appelitus est inter alios suspicione haereseos Bartholomaeus Toletanus archiepiscopus, idemque Hispaniarum primas, maximo totius regni stupore, quem in Romano carcere extinctum visuri sumus: ad haec vero sancienda Paulus<sup>1</sup> incitatus est precibus Philippi regis, qui Petri Pacecchi cardinalis opera, de statu rerum Hispaniarum Pontificem certiorem fecerat, a quo de insigni pietate commendatus est, utque Pontificia edicta conficienda curaret, censesque regia fulciret auctoritate admonitus.

« Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholico.

« Charissime in Christo fili, etc. Quo magis clarum et nobile Ecclesiae Catholice membrum Hispania est, eo majori nobis studio ac diligentia ducimus esse curandum, ut omnem ab eo haeresis Lutherana labem, qua, ut multa iam loca foedissime contaminavit, ita ea regna conatur invadere, quam longissime repellamus, quod ipsum facere, etsi nostra sponte ita eramus parati, ut nullius aut monita aut preces desideraremus, venerabilis tamen frater noster Petrus episcopus Albanensis cardinalis Paceccus, vir, et in maiestatem tuam animo singulari, et nobis etiam ob hoc charissimus, nostram eam sententiam mirum in modum confirmavit atque auxil: quamobrem et multa constitutimus, quibus ad religionem rite colendam, et ad omnes errores, vel propulsandos, vel auferendos tua illa regna interentur, et plura etiam mandavimus decernendo venerabili fratri Ferdinandῳ archiepiscopo Hispalensi generali haereticę pravitatis in illis regnis inquisitori; quibus mandatis, licet non dubitemus, quin omnes

tuo permissu, et si opus esset, etiam jussu sint obtulerunt, cum de sua ipsorum salute agatur, et tua in Deum non sit obscura pietas, neque illud ignores, non esse tuis rationibus accommodatum, novas in Hispania religionis nomine sectas exoriri, rei tamen adducti magnitudine maiestatem tuam hortamur, et summopere rogamus, ut quae pro Dei omnipotentis honore et cultu, et eorum populorum salute, et tua quoque securitate in tuis illis regnis decrevimus conficienda, aut etiam nostra decernentur auctoritate, tuo etiam jussu imperioque executioni mandentur; quod cum feceris, quanquam nobis es tuo merito in Christo charissimus, multo tamen te reddet haec pia causa chariorem. Datum Romae apud S. Petrum die xi Januarii MDLIX, anno iv.

21. *Sollicitatur a Pontifice Joanna regni moderatrix ut Catholicam fidem tueatur.* — De superioribus decretis editis facta certior est Joanna Lusitana<sup>1</sup>, quae, absente in Belgio Philippo, Hispaniarum regna moderabatur, ac sollicitata ut florentem in Hispania Catholicam religionem tueretur, nec illius splendorem sectarum caliginis obscurari pateretur:

« Dilecta in Christo filia nobili mulieri Joannae principissae Portugalliae et Hispaniarum gubernatrix.

« Dilecta in Christo filia et nobilis mulier, salutem. Conante fœdissima haeresis Lutherana peste nobilissima ista regna (ut audivimus) coinquinare, et verum Dei cultum atque religionem, quae servata isthic fuit adhuc constantissime, pervertere, nostro nos admoniti officio, et venerabilis fratris nostri Petri episcopi Albanensis cardinalis Pacecchi de sua nationis salute maxime solliciti, et præcipua quadam cum in fidem Catholicam, tum in serenissimum regem fratrem tuum voluntate praediti, nobisque his causis magnopere chari, verbis adducti, nonnulla sancivimus in illis regnis custodienda, quae ad divinos servandos ritus et ad haereticorum canalis infringendos pertinerent, alia etiam mandavimus, ut venerabilis frater Ferdinandus archiepiscopus Hispalensis generalis haereticę pravitatis in ipsis regnis inquisitor decernat et curet, et ad regem scripsimus, ut nostra haec jussa sua auctoritate executioni mandare faciat: scribere autem ad te etiam visum est, rei magnitudine suadente, teque hortari, ut facimus, atque rogare, ut nostris nostrorumque mandatis suffrageris et favas, quod te facturam, et eo etiam studiosius arbitramur, quia profecto intelligis, non esse utile regi consentientem inter se religione provinciam novis haeresibus divelli: quare, quoniam tot regna summa cum tua laude gubernas, erit prudentia et instituti tui consulere tanta in re cum Christianae reli-

<sup>1</sup> Paulus IV, lib. brev. sig. num. 2895, p. 368.

<sup>1</sup> Paul. IV, lib. brev. sig. num. 2895, p. 360.

gioni, quam integrum semper inviolatamque coluisti, tum provinciae securitati atque saluti. Nos quidem, et Dei, et eorum populorum, et tua quoque gloriæ causa id vehementer optamus, et fore plane confidimus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum die xi Januarii MDLIX, anno iv.

Districta est severitas legum ab Hispanis censoribus in hæreticos ejusque criminis suspectos, adeo ut eliam nobilitate et titulis dignitatum ornatissimi viri flammarum incendio traditi fuerint, atque ob exaggeratam Philippi regis sapientiam imminentes ab hæresos grassestionis calamitates aversæ ac propulsatae fuerint.

22. *Hæreticorum tentamina in Italia ipsa.* — Nec labis hæreticæ immunis fuit Italia, nisi ea censorum diligentia perpurga fuisset, ac etiam Romæ in ejus criminis suspectos inquisitum : captus vero est Rhegii quidam medicus novus hæresiarcha, quem Paulus<sup>1</sup> datus Ferrariae duci litteris ad se perduci jussit.

« Dilecto filio nobili viro Herculi duci Ferrariae.

« Dilecte fili, nobilis vir, etc. Comprehensus Rhegii nuper ob hæresis cujusdam novæ inauditaque dementiam Basilius quidam Allobrius, professione quidem medicus corporum, sed corruptor animarum, in episcopalis domus carcere, sicut audivimus, custoditur : eum magnopere cupimus primo quoque tempore coram nobis et sacro inquisitionis hæreticæ pravitatis officio sisti. Itaque hortamur nobilitatem tuam et vehementer petimus, ut pro sua, erga nos et Sanctam Sedem Apostolicam devotione, ac debita obedientia, fideique Catholice studio curet, cum primum has litteras acceperit, ut is firma satellitum præsidio diligenter custoditus, sine ulla mora in urbem nostram Bononię perducatur, et civitatis illius nostræ gubernatorū tradatur, qui eum ad nos inde deducendum curabit, quod tuæ nobilitatis officium nobis magnopere gratum erit. Datum Rorae apud Sanctum-Petrum, etc. die m Februarii MDLIX, anno iv. »

Irreperserant etiam inter Brixianos cives Lutherana et aliae nefarie sectæ, quibus illaqueati plures tenebantur, qui cum de mysteriis Christianæ fidei diligentius edocti, discussa errorum caligine conciliari Ecclesiæ flagitarent, expli-candam in eos clementiam censuit Paulus<sup>2</sup>, ac censurarum religione ab eorum episcopo designato exsolvı jussit :

« Dilecto filio Dominico Bolano electo Brixiensi.

« Dilecte fili, salute, etc. Cum sicut accipimus quamplures Christi fideles in civitate et tua diœcesi Brixensi, qui alias operante ziza-

niae satore, etiam humana fragilitate in Lutheranam et diversas aliae damuatas et pestiferas hæreses prolapsi, et illis infecti fuerint, proprios errores et excessus, omnipotente Deo inspirante, recognoscentes, ad gremium sancte matris Ecclesiæ redire desiderent, nos, quibus gregis Dominicæ cura et universale regimen desuper commissa sunt, oves hujusmodi gregis ab eorum precipitiis eripere, et ipsi omnipotenti Deo acceptabiles reddere toto nisu exquirentes, tibi, qui Ecclesiæ Brixieni præesse dignoseeris, de cuius rectitudine, fidei zelo, devotionis sinceritate specialem fiduciam in Dominio suminus, quamdiu eidem Ecclesiæ præfueris, ac in civitate et diœcesi hujusmodi resederis dumtaxat, ut per te ipsum solum quoscumque utriusque sexus Christi fideles, tam sæculares et laicos quam Ecclesiasticos, etiam quorumvis Ordinum religiosos, cujuscunq; Ecclesiasticæ et mundane dignitatibus, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint civitatum et diœcesum prædictarum, aut in illis pro majori parte temporis commorantium, Lutherana, aut hujusmodi aliis hæresibus respersos, et ad veritatis lumen et fidei Catholice unitatem redire, ac hujusmodi hæreses abjurare volentes », et infra : « Auctoritate Apostolica absolvendi », et infra, « potestatem et facultatem concedimus, etc. Datum... die xvi Junii MDLIX, anno v ».

23. *Lutherani in multas sectas divisi et in duram servitutem redacti.* — In Germania province, quæ primum a Catholica religione desicerunt, tam densa errorum atque hæreses caligo inhorruit, ut cum fingendarum novarum religionum nullus modus esset, cum singuli garrulitate præstantes ministri divina oracula in varios ac pugnantes sensus distorquerent, ut palam constaret Babylonem vere extrectam a Luther, hujus confusionis pertæsi Saxonie et Mansfeldii principes, qui tolerare non potuerant Lutheranam sectam a summo Ecclesiæ principe damnatam, ac Leonem dammarant audacie, ipsi undecim execrabilis sectas in Lutherana Babyloniam grassantes publicis edictis damnarunt, de quibus ac nonnullis aliis pseudoevangelicorum dissidiis hæc refert Surius<sup>1</sup> : « Juniores Saxoniae principes hoc anno Latina et Germanica lingua scriptum publicum ediderunt : itemque comites Mansfeldenses aliud scriptum, quibus undecim enumerantur sectæ, et ut execrabilis hæreses condemnantur. In iis sunt etiam Melanchtonici, Majoristæ, Adiaphoristæ et Sacramentarii. Porro in Heidelbergensi Academia periculosum ortum est certamen, inter Tilmanum Heshusum et Guillelmum Clebitum de Cœna Domini. Princeps Palatinus, cui pareat Heidelberga, in hac Evangelicorum funesta altercatione a Melanchthonie querit, quid ipse in hoc

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2879. p. 139. — <sup>2</sup> lb. sig. num. 2895. p. 234.

<sup>1</sup> In Comm. hoc anno.

negotio sentiat? at Melanthon sic respondet, ut novum quoddam Sacramentarie impietatis genus effinxisse videatur: sic isti miseri ex erroribus aliis in errores alios labuntur semper seipsis deteriores. Nicolaus Gallus preeco Ratisbonensis Lutheranus, huic Melanthonis scripto egregie respondet ».

Hoc anno Fridericus II Danorum rex Thietmarscos populos, qui dum Bremensi archiepiscopo ac Romano Pontifici paruerant egregie libertatem suam tutali fuerant, jam Lutherana impietate infectos in servitulem durissimam redegit. Subdit Surius: « Hi sunt fructus novi Evangelii. Novum Evangelium docet libertati carnis studere gnaviter, et interim suos sectatores, vel Turcicæ, vel Moscoviticæ, vel aliæ molestissimæ servitutis addicet. Justus es Domine, et rectum judicium tuum ».

24. *Paulus non assentit duci Brunsvicensi petenti ut frater tres simul episcopatus conjunctos gerat.* — Petiti a Paulo Pontifice hoc anno Henricus Brunsvicensis princeps egregie de re Catholica meritus, pro qua eum gravissimos labores pertulisse vidimus, ut ejus frater episcopilibus sacris initialius, tres episcopatus conjunctos gereret, cui Paulus respondit<sup>1</sup>, id malo exemplo versum iri, nimiumque ejus fratris animorum loti animarum cura onerandum:

« Dilecto filio nobili viro Henrico duci Brunsvicensi.

« Dilecle fili, nobilis vir, etc. Non oblitus sumus, quantos tu labores hauseris, quanta discrimina, explorante nimirum fidem tuam Domino, fortiter, constanter adieris, dum sicut prudentem, el gravem, et vere Catholicum principem decet, in Catholicæ fidei et orthodoxæ religionis cultu, sanctaque matris Ecclesiae unitate et obedientia perseveras, nec in tot aliorum defectione abduci te ab hac firma petra et fundamento Ecclesiae pateris: quæ tua tam insignis pietas atque devotion, sicut nolis in tantis malis et tot filiorum amissione jucunda, ita tibi et gloria et salutaris fuit. Verum cum hi, quos diximus, cardinales, ea qua decuit diligentia et cura, cognitis postulatis vestris mandato nostro, ea de re in consistorio nostro secreto, ut mos est, retulissent, etsi nemo erat, qui non nobilitati tuae vestræque familiæ favere, omnique vos ab hac Sede honore dignissimos judicaret, tamen omnibus ea res eiusmodi visa est, ut concedi a nobis minime possel, sine maximo scandalo et nostro omnium et Sedis Apostolicæ dedecore; nam et contra sacros canones fecissemus, si tres uni commisissemus Ecclesias, et sanctæ hujus Sedis hostibus locum obtrectandi dedissemus, et pessimum exemplum introduxissemus nos, qui Deo auctore aggressi sumus ea, quæ correctione egent, ad

ipsius Dei omnipotentis laudem emendare atque corrigerem plurimis jam, ut nobilitas tua fortasse audivit decretis factis atque editis ad hanc rem spectantibus; et tam necessario ac sancto opere prope jam absoluto atque perfecto, quid inimici nostri dicerent, si ea quæ edificavissimus, destrueremus? Cum dignitatis et existimationis nostra et hujus sacrosanctæ Sedis rationem habuimus, tum etiam honoris tui et tui fratris salutis, neque enim convenire nobilitati tuae videbamus, quæ nominis tuo vestræque familiae notam nimis Ecclesiasticorum bonorum cupiditatis inurerent, qua infamia hæretici laborant, neque fratris tui animæ expedire intelligebamus, tam grave onus suscipere, sub quo succumberet; qui etiam si consecrationis munus, jam ut debuit, suscepisset, tamen tanti onoris magnitudinem horre debuisse, nedum qui tam diu id suspicere distulerit, sive impeditus, sive propter negligentiam, cuique uni Ecclesiae bene præesse satis magnum onus videri debet, aliarum super alias Ecclesiarum onere fuerit gravandus. Decet nos, qui utrumque vestrum palerme diligimus, vestre, et saluti, et famæ consulere, nec tam quid desideretis a nobis, quam quid vobis expediat cogitare, etc. Datum Romæ apud Sanclum-Peltrum etc. die xxiv Aprilis m̄lxix, anno iv ».

25. *Hosius demonstrat pericula emersura ex facilitate nimis in controversiis permittendis.* — In Polonia viribus auctior hæresis graves turbas conceitavit, quas nonnulli politici ad hæresecos precipita proni, ita compondentes senlibant, ut laicis utraque species, sacerdotibus conjugia premitterentur, quorum errore confusulavit Stanislaus Hosius<sup>1</sup> episcopus Varmiensis, atque emersura inde mala in luce collocavit, tum omnes novandi causas defugiendas demonstravit:

« Errant vehementer meo quidem iudicio, qui pulant, hoc religionis dissidium, quod apud nos per Sathanæ ministros his superioribus annis excitatum est, hoc modo sedari posse, si laicis calix, presbyteris uxores permittantur. Alere hoc fuerit magis quam sedare dissidium. Quid enim est aliud, quod hi qui segregaverunt se a nobis, votis ardentibus expelant, quam ut vel una aliqua in re ab universa Ecclesia Catholica separare se liculum ipsis esse queat? hoc fundamento separationis jaeto, quo non eos progressuros putas? Arguere erroris totam Ecclesiam, sibique potestatem esse datam interpellabuntur, ab ejus decretis ceteris etiam in rebus discedendi. Quid enim impedit, quomodo in aliis, atque in uno hoc eis licet? Mentiari, si hoc res ipsa non clamat, ubi facta est in hujus Sacramenti usu ab Ecclesia Catholica separatio. Quam non multi sunt alii errores consecuti! Non Lutherani modo, sed et Ziu-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889. p. 118.

<sup>1</sup> Stanisl. Hosius in Dial. de utriusque speciei communion. p. 339.

giani, et Anabaptistæ, et quotquot alii sunt hæretici, unde, nisi ab utraque specie descendi ad Ecclesia sumpserunt initium? numquid autem in eo acquieverunt? numquid non simul, et sacrificium, et sacerdotium, et Deum ipsum postea ex hoc sacramento sustulerunt? numquid non et Picardi et Servetiani, hoc est, novi Ariani facti, et in diversas alias formas mutati sunt? quare nihil fuerit homini Christiano tutius, quam sicut et in aliis rebus omnibus, sic et in hac, Ecclesiæ sensum et consensum sequi, quod qui faciat, errare nulla ratione potest. Vociferetur aliquis ad ravim usque *Verbum Domini, Verbum Domini, Evangelium, Evangelium*: nihil ea re moveatur plus quilibet, ac orthodoxus, etiam multa Scripturarum examina produci videat, nam suo tempore pseudoprophetas minime defuisse scribit Ieremias, qui et ipsi vociferati sunt *Verbum Domini, os Domini locutum est, haec dicit Dominus*; cum tamen nec misisse se eos, nec aliquid ejusmodi locutum illis esse per prophetam suum dicat Dominus. eosque fures verborum suorum appellat. Jam vero Pharisæi, numquid non e Scripturis Christum non esse prophetam, Christum esse morte dignum probare contendebant? Quorum enim haec voces sunt: *Scrutare Scripturas, et vide, quia Propheta e Galilea non surgit, et alio loco: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit*. Numquid non Scripturas contra Scripturarum auctorem Deum nostrum proferebant? Numquid non e Scripturis Christum non esse Deum, Deique filium, sed ne Prophetam quidem, quin potius morte turpissima dignum pronuntiabant? num autem statim fuit verum, quia Scripturas adducebant? Scripturae quidem, quarum utebantur testimonio, veræ sunf, et a Spiritu sancto profectæ, sed sensus, quem ex illis proferebant, quam longissime a veritate fuit remotus. Quamobrem nihil pii moveantur, si cum Sathanæ Christum in deserto tentante dicat membrum ejus aliquod: *Scriptum est enim: sed si quis nimium obtundat Scripturas, reverenter se accipere respondeat, ac ab eo procul abesse, ut ei vel in minimo contradicere velit: ceterum unde didicerint, hanc Scripturam esse canoniam, cuius apud omnes auctoritatem esse summan oporeat, inde quoque se didicisse hunc ei, non alium, sanum illius sensum esse a sancta Catholica Ecclesia. Quare cui fidem habuerint de Scriptura hac, quod Canonica sit, quodque a Spiritu sancto profecta testificant, eidem se fidem habere, hunc et non alium esse Scripturæ ejus sensum asserenti. Ad hunc modum si se gesserint, facile Sathanæ laqueos effugerint: neque enim inter nos et eos, qui exierunt a nobis, ulla est de Scriptura controversia, sed de eo tantum agitur, utrum in ea interpretanda suam aliquam propriam, aut*

unius alicujus solitariam opinionem, an vero totius Ecclesiæ sensum et consensum sequi oporteat ».

26. Demonstravit idem auctor<sup>1</sup> in alio libro inscripto ad regem Poloniae de expresso dei verbo, non aliam conciliandæ cum hæreticis concordia ineundam rationem, quam ut illi abjecta hæresi, controversias omnes Ecclesiæ iudicio permitterent, ejusque decreta sequentur:

« Visus fuit hæreticis esse pertinax Basilius, itidem ut ante eum Athanasius atque Hilarius: sed quam hæretici pertinaciam, eam Catholicæ et orthodoxy constantiam esse judicabant. Quominus et ego moleste fero, si quibusdam pertinax esse videor, qui nego coire posse concordiam inter Catholicos et hæreticos, nisi qui discesserunt a nobis, redeant unde discesserunt, ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, illam credant, illi se totos permittant, illius iudicio sumum iudicium subjiciant. Malo pertinax videri cum Athanasio, Hilario, Basilio, quam ut esse dicar arundo ventis agitata: et hæc quidem vestitiora.

« Nostro vero saeculo quoties inter Lutheranos et Zuinglianos actum fuit de concordia? Quomodo ea res feliciter cessit Lutheranus? qualis enim illa fuit inter Lutherum et Bucerum concordia? Fecit in gratiam Lutheri Bucerus, ut concederet Corpus et Sanguinem Christi substantialiter esse in sacra Eucharistia, modo vicissim in suam gratiam ficeret Lutherus, ut concederet ibi non esse Christi Corpus et Sanguinem, nisi cum sumitur. Uter Martinorum hic alterum in suam pertraxit sententiam? Martinusne Lutherus Sacramentarius, aut Martinus Bucerus e Sacramentario factus est Lutheranus? Certe Joannes Calvinus non aliunde sumit efficacius argumentum ad probandum in Eucharistia sacramento non esse substantialiter Corpus Christi, quam ex hac Lutheri concessione: ex qua etiam colligit, quod secundum virtutem tantum et efficaciam, non autem secundum eorum substantialia presentia exhibentur nobis Corpus et Sanguis Domini, quo modo adsunt et exhibentur in Baptismo et Pœnitentia, imo quandocumque Christi mors aliquem in nobis effectum operantur. In quam suam sententiam pedibus ire Philippum quoque Melanchthonem gloriantur. Egregia vero concordia, qua fit, ut qui sunt hæretici, magis etiam fiant hæretici, et sacrilega sua audacia invalescentes proficiant in pejus errantes et in errorem mittentes ».

27. *Regem Poloniæ monet Paulus ut a se removat suspicionem nimia facilitatis erga hæreticos. — Effuderat Sigismundus rex, importuna benignitate ac facilitate, licentiae habenas improbitati hæreticorum, adeo ut in suspicionem*

<sup>1</sup> Stanisl. Illosius de exp. Dei verbo p. 326. Pag. 436.

adducet sit apud Pontificem, ne a majorum vestigiis ac pietate deflecteret: sed cum de preclarâ illius mente ac religione ab intermuntio esset factus certior, Paulus<sup>1</sup> illum de servata incorrupta ac illibata fidei puritate, cum universa regia familia commendavit, hortatusque est, ut in ea constanter persistaret, neque ullam gloria sue maculam inureret, atque ex temporario regno ad æternum aspiraret, ac pravos seatores et heretica lue infectos e suo latere divelleret, atque aula peilleret.

« Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto regi Poloniae illustri.

« Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Magna nos laetitia affecerunt, multumque in Domino consolante sunt litteræ venerabilis fratris Camilli Satriensis episcopi nuntii nostri, in quibus præter cæleras laudes, quas tua serenitati tribuit, in primis commemorant, quantum tu una cum charissimis in Christo filiabus nostris regina uxore tua et sororibus tuis, in Catholica fide constantiam, quamquam erga sanctam banc Sedem devotionem et observantiam præteferas, quo nomine ei, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, gratias agimus, qui tantam tibi gratiam infudit, nec patitur te a recto salutis itinere deflectere. Facis, charissime fili, quod sapientem et pius regem decet, memorem te esse ostendis generis tui, imitatoremque majorum tuorum inclytæ memoriae regum, qui quidem omnes Catholici admodum orthodoxique principes extiterunt, et de Ecclesia Catholica optime meriti fuerunt. Præclare intelligis, quæ res maxime regna atque imperia firmet, stabilit atque conservet. Nullæ sunt quidem aliae magnis regibus dignæ virtutes, sed nulla eos magis commendat, nulla maiorem eis laudem et gloriam parit, quam in religione Catholica perseverantia, que cum omni tempore Deo grata est, tum his turbulentis Ecclesia temporibus multo est gratior; regis enim exemplum in Catholica fide permanentis pios consolatur, dubitantes confirmat, hereticos deterrit et reprimit: itaque dici non potest, quanta illi, et quam glorioza pro tautis meritis corona, et præmium in Cœlo paratum sit. Lælaremus magnopere, si hoc de quo cumque Christiano principe audissemus, verum præcipua ex te laetitia afficimur, quem eximiens et præcipue semper amavimus; etsi autem cohortatione nostra minime te egere confidimus, de quo ea semper nobis polliciti sumus, quæ a tali probitate, atque virtute, et ex ea stirpe orto rege expectanda erant, iam cogit nos paternus amor (nosti amorem quantopere patres de filiis solliciti sint) hortari te etiam atque etiam, ut tu ipse parentum et majorum tuorum vestigiis insistere perseveres, et commissos fidei tue populos, quantum

consilio, quantum opibus, quantum auctoritate et potestate regia efficere potes, in Catholica religione continere coneris, hereticis fortiter resistas, pravos autem suasores, eorumque consuetudinem et pestiferam et perniciosa removeas abs te et asperneris, et diligentissime vites atque rejicias. Haec, quo amore, qua charitate, quo salutis et gloria tua studio serenitatem tuam admoneamus, Deus scrutator cordium novit. Tuum est, charissime fili, haec præcepta et monita nostra perpetuo meminisse, et in animo ac memoria penitus infixa retinere atque servare. Commendaremus tibi ipsum nuntium nostrum, nisi ex ipsis litteris tibi gratias agendas potius esse sciremus pro humanitate, qua ipsum excipere et complecti soles, in quo declaras tuam perpetuanam observantiam erga beati Petri Sedem, pro qua Deus tibi, ipso Apostolorum principe intercedente retribuet et in hoc seculo et in futuro. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die xi Apr. m̄lxix, anno iv »

28. Proximo mense gravioribus litteris apud Sigismundum Paulus institit<sup>1</sup>, ut contractam suspicionem nimiae in hereticos indulgentie et gracie a se removeret, quesquisque de sacrilego Chelmensi episcopo, qui Wladislaviensem Ecclesiam invaserat, ut regiam pietalem in eo reprimendo explicaret, rogavit, cum hereticos et schismatis reum se constitisset.

« Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto regi Poloniae illustri.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Etsi non pauca ad nos de tua serenitate delata sunt, quæ si vera essent, gravi nos morore afficerent, et vehementer de tua ac regni tui salute cogerent esse sollicitos, tamen non facile adduci possumus, ut quidquam de filio nostro charissimo, quod eo indignum sit, et alienum ab ejus pietate atque prudentia, suspicemur. Ea autem nunc tibi offertur occasio, in qua declarare omnibus rectam voluntatem tuam, et omnem abs te suspicionem removere, tuæque famæ et estimationi regiae consulere possis. Allatum est enim ad omnes de nefario scelere, quod Jacobus Chelmensi dictus episcopus nuper admisit, qui Dei timore posthabito, nostra et Seditis Apostolicæ auctoritate contempla, furore quodam raptus, et cupiditate ac superbia obsecratus, Wladislavensem Ecclesiam temeritate ausus est occupare sacrilega, et quasi legitimus ac verus ejus episcopus, et non prædo esset, profana in ea Sacraamenta conficerre Feria quinta in Cena Domini ac sacratissimam Dominicam resurrectionis diem, fugatis ex Ecclesia canonicis, qui tautum sacrilegium approbare noluerant, impuro sacrificio polluere ac violare ausus est: enjus tam audax et tam nefandum facinus non modo debita a nobis est pro officiis nostri mu-

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2889, p. 146.

<sup>1</sup> Paul. IV. lib. brev. sig. num. 2589, p. 163.

nere severitate plectendum, verum non tenius abs te animadvertisendum est; tuo enim favore nixus, tuaque gratia fretus in tantam prae se tulit, ut dicitur, prorupisse dementia. Jamne vides, charissime fili, causas nos habuisse iustissimas, cur nominationem istius hominis rejeceremus, et quanquam inviti, minime petitioni tuae satisfaceremus? Nonne nostrum de se judicium ipse comprobavit? clariorē potuit indicio malam mentem suam, malumque animum aperire atque detegere? Discat igitur serenitas tua posthac patri suo facilius credere, cantiorque sit in posterum, nec se prae nimia bonitate sua ab hujusmodi hominibus decipi ac falli sinit: et quoniam iste seusum suum possimum prodidit, nec Sedis Apostolicae dignitatem gravius, quam tuam ipsius, qui illi favebas antea et tanto studio suffragabaris, lesit atque violavit, nobiscum una aduersus haereticum ante, nunc etiam schismatum hominem pro Dei honore et Sedis Apostolicae reverentia exsurge; quod quo acrius et severius feceris, eo magis existimationi et famae tuae consules. Apparebit enim te, non ut nonnullis in suspicionem venisti, haereticorum esse fautorem, sed Christianum principem et pium Ecclesie filium esse, et in tuenda fide et religione Catholica constantem, ut nos quidem de te adhuc speramus et credimus, et ex hoc exploratius etiam judicaturos esse confidimus; sicut ex nuntii quoque nostri, qui hac de re mandato nostro tecum aget, sermone cognoscens quem in exequendis super hac re nostris, ut ope et auxilio tuo omni cunctatione omissa juves, Serenitatem tuam vehementer rogamus. Datum Romae apud Sanctum Petrum, etc. die xvii Maii MDLIX, anno iv<sup>o</sup>.

29. Dejectus quidem est Wladislaviensi Ecclesia Jacobus Chelmensis pseudo-episcopus, sed clerum Chelmensem malo exemplo corrupit, viciisque carnis illecebris sacerdotes effutabant neminem ad continentiam obstringi ex oraculo Salvatoris: at contra objectionem haereticorum petitam ex verbis, *Qui potest capere capiat*, respondet ita Iosinus<sup>1</sup>: «His ipsis verbis nihil aliud significare Christus voluit, qui rult capere capiat, cum non sit inusitatum hoc dicendi genus in Scripturis, ut posse pro velle accipiatur. Chrysostomus hom. 3 in Jo. enarrans illum Scripturæ locum, propterea non potuerunt credere, quia dicit Esaias: *Non potuerunt, hoe est, noluerunt*: neque te admiratio capiat, nam nonnunquam potestate pro voluntate ultitur, ut Joan. 7. *Non potest vos mundus odio habere, me autem odio habet*. Hoc et communis sermone usurpatum videmus: Non possum aspernum hominem diligere, etc. » Mox: «Ante eum quoque consonat Gregorius Nazianzenus, et utroque vetustior Clemens presbyter Alexan-

dinus: *Velis, inquit, et poteris*». Et infra: «Hieronymus tract. 7 in Math.: lis datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui ut acciperent, laboraverunt. *Omnis enim potentiabitur, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur*. Nec diversum sensisse videtur Joannes Chrysostomus, cum ait: Non omnes capiunt, sed quibus datum est, ut singulare id esse certamen perdiscas, non ut forte datam necessitatem suspicaris, iis enim datur, qui sponte id eligunt; quod ideo dixit, ut ostenderet, superiori nobis auxilio esse opus, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores evadere, etc. Et post multa idem Chrysostomus sermon. de Martyr.: in tua pugna, inquit, Dominus congridetur, Dominus dimicat, Dominus praeliatur, et Victoria tibi adscribitur: certamen tuum, certamen dei est, prælium tuum, Christi prælium est. Quid trepidas? quid formidas quasi tua virtute devinas? procede in bellum, fortiter dimica, ut dimicanti adsit ille, qui vinci non novit. Quem secutus Augustinus<sup>2</sup> quoque: Non habes, inquit, unde pugnes, Deus tuus in te est; spiritus bonus datus est tibi: Spiritus Dei est, qui pugnat in te adversus te contra illud, quod est in te contra te». Et multis interjectis: «Extat confessio fidei Catholicae Christianæ de Patrum, qui fuerunt ante annos quatuor in Synodo Provinciali Petricoviensi congregati, consensu edita: ad eam te remitto, lege quibz scripta sunt de impedimentis Matrimonii».

30. Jam aliquot elapsi menses erant<sup>3</sup>, quibus Paulus Pontifex in suspicionem inciderat, de non recta vivendi forma nepotum, ideoque non jam eos consueto prosequebatur amore, et illorum actus diligenter observabat, ut aliquid remedii porrigeret. Dux Guisia, ut existimabatur, primus in Pontificis animum suspicionis semina injecerat; nam cum ad ejus pervenisset aures Paulum de se et suo rege oblocutum fuisse, sibi persuasit, nepotes Pontificis animum in se et suum honorem offensum reddidisse. Ipse igitur quando a Pontifice veniam in Gallias redditurus petiit, in nepotes armorum infelicem exitum tanta efficacia rejecit, ut dominum reversus Petro Strozzi dixerit: Adeat jam quicumque Pontificem: jam effici, ut rem plane cerneret ac palparet; nimis a fratri filii proditam Sedem Apostolicam fuisse; adversus regem ingratins actu, me quoque laesum, quorum causa caput decusus periculis objectavi. Insuper Philippus rex Hispaniarum suis ministris Romæ commorantibus mandavit, operam studiose darent, ut Pontifex erga cardinalem Caraffam suum minueret amorem, eo quod cardinalis, ut rex ardenter optabat, illique Bruxellis discedenti maximopere commendav-

<sup>1</sup> His. Pol. Stanisl. Iosinus de conjugio Sacer. p. 340.

<sup>2</sup> Luc. xl. — <sup>3</sup> Homil. 43. de verbo Domini. — <sup>3</sup> Pallavic. to. II. l. xiv. c. 7. Petrus Nörres in Vita Paul. IV. l. iv. Apud Ms. card. Spadae to. cxvi. Diarium Pauli IV apud eundem. to. ix.

rat, non totis viribus studuerit, in gratiam Pontificis Marcum Antonium Columnam restituere. Accidit etiam, ut die quinta Januarii, cum quereretur Paulus apud cardinales sancte inquisitionis coram se coactos de quadam facinore detectabili ac offendiculo publico a cardinali de Monte patrato, quem etiam dignitate cardinalitia privare minitabatur, cardinalis Pacechus suavibus verbis in cardinalis juventutem culpam rejiciens, factum excusare niteretur; quod Paulus audiens, et sacro ardore æstuans vocem extollens exclamavit: *Reformatio, Reformatio.* Ad quem cardinalis Pacechus: recte quidem, sed reformatio a nobis ut exordium sumat, necessum est. Sicut Paulus, existimans, illud *nobis*, suorum nepotum personas exprimere, quasi majores excessus illo, qui in cardinale de Monte reprehendebatur, commisissent. Parietem jam ad labendum inclinatum ultima arietatatione proiecit Bongianus Jansiliatus ducis Florentiae orator, quando Pontifici retulit, quantas a cardinali Caraffa injurias pertulerit, cum inter alia clausi in faciem foribus ipsum ingressu prohibuerit, dum pro gravibus negotiis tractandis ad eum accederet<sup>1</sup>; quæ omnia simul congesta, et alia multa in causa fuere, ut Paulus tandem decreverit, nepotes a se removere, de quo sic Panvinus<sup>2</sup>:

31. *Paulus nepotes ejicit.* — « Laudem magnam omnium testimonio promeruit, cum, raro justitiæ et aequitatis exemplo, cognitis quæ fratris filii toti Ecclesiastice ditioni præpositi contra jus et fas ad eam diem graviter patrarent, frequenti Patrum senatu, cardinalem Caraffam a rerum cura et Bononia legatione submovit. Paliani ducem principis totius Ecclesiastici exercitus loci dignitate et triremium prefectura, Marchionem vero Montisbelli custodia Palati Apostolici privavit: in eos adeo vehementi oratione frequenti senatu invectus, qua præposoleros illorum mores detestatus severissime eosdem accusabat, ut cardinales quosdam animum ejus commotum sedare atque illos excusare conantes, atroci vultu aversatus, longe graviora, ni statim Urbe cederent, minaretur, et cardinalem quidem magna cum ignominia Urbe exactum apud Lavinium, reliquos vero in sua castella relegavit, omnibus deinde iis, quibus ipsi aliquot magistratus mandarant, loco et dignitate pulsis, quibusdam etiam in carcерem conjectis, novos provinciarum præsides in eorum locum suffecit ».

32. *Ejectis a Paulo nepotibus*<sup>3</sup>, apud quos totius Ecclesiastici status moderatio residebat, ne gubernatio delirimenta sentiret, Paulus Congregationem instituit, in qua de bono regimine

ageretur. Congregationem componebant, cardinalis Scottus episcopus Tranensis, cardinalis Rosarius vicarius Pontificis in Urbe, cardinalis Consiliarius, et Camillus Ursinus, quibus omnimodam auctoritatem justificæ et gratiæ super omnem Ecclesiasticam dominationem contulit. Quotidie, Pontificis jussu, Congregatio ista cogebatur, ejusque Epistolas cardinalis Tranensis, uti antiquior, subscribebat; et quia paucos post dies e vivis decesserunt cardinalis Rosarius, et Camillus Ursinus, huic Paulus substituit Jo. Ursinum e Gravina, et cardinali Rosario cardinalem Reomanum Gallum. Eo rerum ordine firmato, cui præerat cardinalis Neapolitanus nuncupatus, Pauli pronepos, juvenis, si anni considerentur, plusquam senex, si prudentia spectatur, gubernatio nulli detrimento subjacebat. Quomodo vero cardinalis quamvis juvenis se in gubernatione gereret, ex notula in qua ordo gubernationis describitur, appareat, quæ eum docere possit, qui ad hujusmodi gubernationem evehuntur, eam hic, ut Petrus Nores adnotatam reliquit, referemus:

« Reverendo præsuli de Casa omnia negotia status in genere.

« Episcopo Avenionensi status Ecclesiastici negotia.

« Silvestro Aldobrandino omnia fiscalia et alia criminalia, tam in Urbe quam extra.

« Causarum civilium judicibus ad id electis cognitionem reliquit, criminalia cum omni se veritate tractabat; et cum de gratis super his agebatur, ad solum Pontificem recurendum erat. Nunquam compositionem, nisi post sententiam et spontaneam partis cessionem, admisit. Quotidie matutinis horis, quando per audienciam oratorum licebat, omnes officiales vocabat, ut sibi rationem redderent de iis, quæ hesterna die de novo audissent. Semper ob rem pecuniariam thesaurarius aderat. Si eo tempore epistola reddebantur, omnis tractatio suspendebatur, usque dum illæ lecta fuissent, ut statim necessitate exigente, super iis consulentes.

« Ministros et officiales defendebat, usque dum de eorum delicto certus esset, at de veritate oppositi delicti certus factus, non solum ab officio removebat, sed præmis datis puniebat.

« Bis in hebdomada, vel saltem semel, res abundans et munitionis audiebat, quarum cura commissa erat præsuli Vitellozzio: promptas omnibus aures præhebat, sed tali auscultabat gravitate ut omnes non honesta petentes lerneret.

« Summa vigilancia epistolas recipiebat, ac scire volebat, quis eas detulisset, et unde, ne calumniis et epistolis absque nomine scribentis fidem daret.

« Ministris pro expeditionibus pecuniam recipere prohibuit. Prius serio cogitabat, quid

<sup>1</sup> Vid. Diar. Franc. Firmani. — <sup>2</sup> Panvin, in Paulo IV. — <sup>3</sup> Palla, to. II, l. XIV, c. 7. Petrus Nores in Vita Pauli IV, l. IV. Diarium Pauli IV, to. IX, Ms. card. Spada p. 20.

in Congregationibus agendum esset, ut absque inutilibus sermonibus quid esset stabiendum, decerneretur.

« Timorem Dei, et Pontificis, et subditorum satisfactionem semper ante oculos habuit. Haec de talibus rebus Petrus Nores.

« Tradita gubernationis supradicta forma, primum expedita fuere petitiones Ecclesia subditorum, qui, ubi primum ad eorum aures gubernationis immutatio pervenisset, per suos procuratores a gravaminibus exonerari petierunt. Pontifex ipse supplices accepit libellos, et prius petitionibus et rationibus consideratis, omnibus publice respondere voluit, quare xvi Februarii in aula Constantini a cardinalibus multis, ac Camillo Ursino, et conservatoribus Urbis sociatus accessit. Cunctos suorum nepotum actus execratus aperte dixit, se ab illis deceptum fuisse, et gravamina, de quibus subditu querebantur, affirmavit, non solum se non consentiente, sed neque sciente imposita fuisse. Aliquis aliqualem adhibuit moderationem, executionem aliorum suspendit, et multa abolevit. Paulus vero de Tario unus ex conservatoribus nomine agentium, Pontifici gratias egit, qui postea in templum divi Petri descendit, ab omnibus illis, qui audiencia intererant, comitatus, feruntque ante corpora sanctorum Petri et Pauli eadem, quae in aula locutus fuerat, repetuisse multis cum lachrymis, se deceptum fuisse ingeminans. Romani ab aliis segregati suam nuntiare causam optantes operam dedederunt, ut ad privatam audienciam admitterentur. Itaque Paulum de Tario, Hieronymum de Bubalo, Hieronymum Papparonum conservatores, et Joannem Philippum Serlupium priorem, et praeter istos Jacobum Matthaeum, Joannem Baptisam Cecchinum, Joannem Augustinum, Marcellinum Horatium Narum, et Paulum Pichium Pontifex in cubili jacens recepit, coram cardinali Tranensi, cardinali Vicario et Camillo Ursino petierunt, ut deleret impositionem viginti pro quolibet centenario super monetas. Paulus benignas aures illis porrigens haec verba respondit, que conservatores attente perceperunt, et in publicum postea ediderunt: Filii, nihil de hoc ego scio, et ne miremini, quia scelesti nepotes mei in uno nos clauerunt cubiculo, ubi solummodo ad nostras aures perveniebat, quod illis placebat; plurima impedimenta apponentes illis publicis audiencias, quas pro pauperum sublevacione per singulos menses decreveram, et mundum, Sedem Apostolicam et Romanam everterunt. Speramus Deum et successorem nostrum eos muletatum, qui non solum ipsos non restitut, sed in longiores terras extorres ejicet. Cardinalis Spoletinus Pontificis verbis addidit, orans conservatores, ut ad se accedere vellent, quo matutius eorum petitione examinata, juxta sanctam

Pontificis mentem satisfactionem in omnibus consequerentur».

33. *In Belgio et in India phares sedes episcopales institute, et data cardinalibus monita.* — Cum vero Paulus labores amplius sufferre non posset annorum plenus, tres post expulsionem nepotum menses, id est, prima Maii, correptus est gravissimo morbo, quem anasarca, sive intercument medici vocant: ac licet graviore eo morbo, etate ad modum affecta implicitus teneatur, non tamen pastorales curas abjecit, et enim vegetus animo, licet infirmo corpore, et sacro pietatis incensus ardore, duodecima mortis letalibus die et ad confirmandam in Belgio fidem, populosque Catholicae doctrinae puriore et ampliore luce collustrando, plures sedes episcopales in variis urbibus, frementibus haereticis, atque aliis etiam improbis invidia ringtonibus, condidit, de quibus haec in Actis Consistorialibus<sup>1</sup> referuntur:

« Romae die Veneris, xii mensis Maii MDLIX, fuit Consistorium. Sanctissimus Dominus noster cum mentis sua aciem pro pastorali officio suo, et omnium Ecclesiarum sollicitudine convertisset in eam inferioris Germaniae partem, que serenissimi domini Philippi Hispaniarum regis Catholicorum devotioni haereditario jure subjecta est, sciens messem quidem ibi multam, operarios autem paucos, proplera quod cum ea regio antiquitus erectionis cathedralium Ecclesiarum suarum tempore sparsim etiam infrequenter admodum habitaretur, a tot jam tantisque populis et gentibus incolitur, ut pro opidorum celeberrimorum, quibus ubique referta est, frequentia, et castellarum pagorumque multitudine, paucae ibi sint admodum Ecclesie cathedrales, quo sit, ut tam pauci episcopi non ea, qua opus esset diligentia, tantam animarum multitudinem regere possint; quod quibusdam eorum hoc etiam difficultius, quod ipsorum diocesani linguae idiomatici institutisque differunt, et quidam eorum etiam hujusmodi privilegia habent, ut ipsos ad Sedem Apostolicam non liceat evocare, ita nec fidei, doctrinae et pie vivendi preceptis commode instrui, nec si quid deliquerint, facile corrigi ab episcopis suis possint. Ad ipsos vero episcopos visitandos, admonendos et in officio contineundos, ne una quidem in tota illa tam celebri et tam longe lateque patente regione Ecclesia est metropolitana, sed illi, quibus subjecti sunt, extra fines ipsius Philippi regis sunt, earumque archiepiscopi propter multa et varia impedimenta nulli a suffraganeis suis jam primi visi fuerunt. Ad que tanta incommoda cum hoc quoque accedat, quod cum ea regio omni fere ex parte cincta et obsessa sit a populis haereticis et schismaticis, propter assiduas

<sup>1</sup> Acta Consist. Ms. card. Spadæ 10. cxxiv. p. 264.

hæreticorum insidias, dolos et fraudes, pestilensque doctrinas, Catholica illie fides et animarum salus in maximo dissermine ac periculo versantur. His causis aliisque, quæ animum Pontificis impulerunt, adductus, precibus etiam annuere volens, tamque pio desiderio satisfacere ipsius Philippi regis, qui pro sua pietate et Catholica fide studio hac de eum sua Sanetitate, et sape et perquam diligenter per litteras et nuntios egit, habita, sicut rei magnitudo postulabat, cum reverendissimis DD. meis sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalibus deliberatione matura, tam graviter periclitanti in illis partibus fidei orthodoxæ, et animarum saluti apollissimum esse remedium duxit, si veterum Ecclesiarum in illa regione positarum diœceses commodioris regiminis causa divideret, novisque erectis cathedralibus Ecclesiis hujusmodi præficerentur episcopi, qui tum exemplo, tum verbo commissas sibi oves pascant, et proborum eorumque doctorum virorum copia muniri, idoneorunq[ue] opera ministrorum illas adversus invadentium luporum rabiem tueantur, atque defendant et custodian, et metropolitana aliquot Ecclesia opportunis ejus regionis locis erigantur, ad quos commode adiri possit, quibus qui præfuturi sunt, suffraganeos suos in officio confineant. Ex certa igitur sua scientia de reverendissimorum dominorum meorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio, et Apostolica potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis honorem et sanctæ ipsius Ecclesiæ utilitatem, Cameracensem, Traiectensem, Atrebatensem et Tornacensem Ecclesias, civitates atque diœceses, a Rhemensi Coloniensiisque provinciis, quibus erant metropolitico jure subjecta, ac Mechliniense, Antuerpiense, Harlemense, Daventriense, Lenuardiense, Grunmingense, Migdelburgense, Buseoducense, Ruremundense, Namurensi, Audomarense, Yprense, Gandavense et Brugense, celeberrima Cameracensis, Trajectensis, Leodiensis, Morinensis et Tornacensis diœcesum oppida, sua quoque eorum diœcesi et provincia. Præterea ab Ecclesia Cameracensi, quam nuper ab omni potestate et jurisdictione Remensis archiepiscopi, ejus suffraganea erat, liberavit, eam ipsius diœcesis Cameracensis partem, quæ erat in Namurensi et Hermensi comitatibus, ac Brabantia et Gueldria ducatibus, ditionibus ipsius Philippi regis, itemque ab Ecclesia et diœcesi Tornacensi eam partem ipsius Tornacensis diœcesis, quæ a Boesbeliæ pago et Audenardo oppido ad Oceanum vergit, ipsis pago et oppido inclusis : itemque ab Ecclesia et diœcesi Trajectensi eam partem, quæ ipsius diœcesis Trajectensis, quæ in Flandriæ comitatu erat, et insulis Zelandia, et totam Hollandiam aquatiam, et partem illam Hollandiæ, quæ firmior appellatur, usque ad oppidum Leydense exclu-

sive, et Amstelodamense inclusive, et insulas Uhelant, et Texel, ac Wiringens, et totam regionem Transiselananam, ac Gruningiam, Frisia eum magna parte ducatus Gueldriæ, quæ inferior appellatur, usque ad Narderuvicum, Shemblergensi oppido inclusive et usque ad Arnhem, et Vagemigense oppida ipsis tamen exclusis, necnon partes, quas habet ultra Walayam flumen ad ipsum Gueldriæ dueatum pertinentes, et magnam aquam Dordraensem versus Brabantiam. A dilectis autem filiis capitulo ipsius Ecclesia Trajectensis, seu illius mensa capitulari omnem jurisdictionem, omnia jura episcopalia ipsius capitulo, quæ habebat in regione Westfrisiae, ab Osnaburgensi vero ac Monasteriensi province eas partes Osnaburgensis ac Monasteriensis ac Coloniensis et Paderbornensis diœcesum, quæ intra fines regis Philippi erant, eum omnibus et singulis earum terminis, et territoriis, ac clericis, et populis, et personis, monasteritis, ac Ecclesiis, et piis locis, ac beneficiis Ecclesiasticis cum cura et sine cura, sacerdotalibus, et ordinum quorumcumque regularibus; ab ipsa autem Ecclesia Morinensi ab hinc circiter septennium, mortui pastoris solatio destituta, cum partem ipsius diœcesis Morinensis, velut infra Morinensem, quæ in Artesia erat et Flandria comitatibus ditionis ipsius Philippi regis, cum ipsius terminis, territorio, castellis, pagis et locis, ac beneficiis Ecclesiasticis, eum cura et sine cura, sacerdotalibus, et ordinum quorumcumque regularibus, fructus, redditus, proventus, decimas, jura, emolumenta, quæ episcopus Morinensis; jura quoque, quæ archiepiscopus Rhemensis in parte diœcesis Morinensis, ac termino, territorio, castellis, pagis, et locis prædictis, seu ratione visitationis, aut quovis alio jure, et causa percipere consueverant, a mensa archiepiscopali Rhemensi, et episcopali Morinensi in perpetuum exemit, et segregavit ab omni jurisdictione Rhemensis et Coloniensis archiepiscoporum, et Cameracensis, Traiectensis, Leodiensis, Morinensis, Tornacensis, Osnaburgensis, Monasteriensis, Paderbornensis Ecclesiarum, atque a solutione decimali et quorumvis aliorum iurium eisdem ratione jurisdictionis debitorum; ita ut posthaec episcopus Morinensis jurisdictionem aliquam in partem a diœcesi separalam, et illius territorium, castella, pagos et loca, ac clerum exercere, et beneficia super hac separatione et divisione comprehensa quæcumque, quoteunque, et qualiacumque essent, quæ ad ejus collationem antea pertinebant, conferre, seu fructus, redditus ab eo in parte et diœcesi separata, terris, territorio, subventionis causa, et aut ulla qualibet ratione percipi solita, et episcopus Morinensis atque archiepiscopus Rhemensis prædicti in parte diœcesis ipsius adempta, ac terris, territorio, etc. etiam ra-

tione visitationis pertinebant, omnino liberavit.

34. « Cameracensem vero et collegiatam Sancti-Rumoldi oppidi Mechliniensis, et Trajectensem Ecclesias in metropolitanas, et Cameracensem et Trajectensem sedes in archiepiscopales, easque et ipsam Ecclesiam Sancti-Rumoldi in metropolitanorum praevidit sedes, ac provinciarum capita de eadem scientia, consilio et potestate Apostolica plenitudine crexit et instituit. Ex quibus archiepiscopis nuncupandis, Cameracensis quidem pro sua diocesi habeat viginti octo oppida cum castellis, pagis et monasteriis interiacentibus, inter spatium septuaginta duorum millium passuum Italicorum in longitudinem, septuaginta vero in latitudinem, per nummum suum propediem a Sanctitate sua illuc mittendum limitanda; Trajectensis autem pro sua diocesi habeat territorium Trajectense, et majoris partis Hollandiae, magnaeque partis Gueldriæ, cum dominis de Buren, de Culemburch, de Vianen, Ermeyden, Iselstein triginta oppidorum, praeter pagos in longitudinem novaginta, in latitudinem quadraginta millium passuum similiū terminanda, ut dictum est, tisdem autem duobus, et tertio Mechlinensi nuncupandis archiepiscopis pallium et crucem, sicut nos, deferendi, reliquisque omnibus insignibus, honoribus, etc. Mechlinense autem, Antuerpiense, Harlemense, Davenense, Namurcense, Audomarense, Iprense, Gandavense, Middelburgense, et Brugense oppida in civitates erexit: et in eis sic erectis Ecclesias Sancti-Albani Namurcensem, Sancti-Audomari ejusdem civitatis Sancti-Audomari, beatae Marie Virginis Antuerpiensem, Sancti-Joannis Gandavensem, Sancti-Donatiani Brugensem, Sancti-Lebuini Daventriensem, Sancti-Joannis Evangelistæ Buscoducensem, Sancti-Spiritus Ruremundensem collegiatas, ac Sancti-Bavonis Harlemensem, Sancti-Viti Levardiensem, Sancti-Martini Grunigensem, parochiales, ac monasterii beatae Mariae Premonstratensis ordinis Middelburgensem, monasterii Sancti-Martini ordinis Sancti-Augustini canonorum regularium, Iprensem sub eisdem invocationibus in cathedrales de eadem scientia et potestate erexit ». Et paulo post :

« Ecclesiis vero supra commemoratis, sic erectis de eadem scientia, etc. in perpetuum concessit et assignavit pro suis diocesis, Namurcensi comitatum Namurcensem, et Gallicæ Brabantiae longitudinis quadraginta, latitudinis triginta millium Italicorum passuum similiū. Mechlinensi districtum septemdecim oppidorum, cum pagis interiacentibus longitudinis sexaginta novem, latitudinis triginta millium passuum similiū. Antuerpiensi territorium septem oppidorum, cum pagis interiacentibus longitudinis quinquaginta sex millium, latitudinis triginta millium passuum similiū. Gan-

davensi territoriorum quatuor oppidorum, cum pagis interiacentibus longitudinis quadraginta sex millium, latitudinis viginti quatuor millium passuum similiū. Brugensi territoriorum novem oppidorum cum pagis interiacentibus, longitudinis 31 mil. latitudinis 23 mil. passuum. Iprensi territoriorum decem oppidorum, cum interiacentibus pagis longitudinis 42 mil. latitudinis 30 mil. passuum similiū. Buscoducensi territoriorum decem oppidorum cum interiacentibus pagis longitudinis 50 mil. latitudinis 30 mil. passuum similiū, comitatu Hornensi in ejus comprehenso. Harlemensi territoriorum duodecim oppidorum praeter pagos interiacentes longitudinis 90 mil. latitudinis 30 mil. passuum similiū. Daventriensi territoriorum viginti quinque oppidorum praeter pagos interiacentes longitudinis 62 mil. latitudinis 46 mil. passuum similiū. Leuwardensi territoriorum decem oppidorum, praeter pagos interiacentes longitudinis 72 mil. latitudinis 42 mil. passuum similiū. Grunigeni territoriorum patriæ Grunigenensis, et Drentiæ, insularum Bolluge et Borchum. Middelburgensi territoriorum decem oppidorum praeter pagos adjacentes longitudinis 56 mil. latitudinis 33 mil. passuum similiū pro sua cuiusque eorum episcoporum diocesi, sicut dictum est, assignanda, personas vero Ecclesiasticas pro clericis et laicos inhabitantes pro populis eorumdem attribuit.

35. « Præterea de eadem scientia, consilio et potestate attribuit Cameracensi metropolitanæ Ecclesiæ Atrebatensem, Tornacensem, Audomarensem et Namurcensem; Mechlinensi vero Antuerpiensem, Gandavensem, Brugensem, Iprensem, Buscoducensem et Ruremundensem: Trajectensi autem Harlemensem, Daventriensem, Levardiensem et Middelburgensem civitates diocesesque predictas, pro cuiuscumque ipsarum metropolitanis provinciis esse statuit, ipsasque sic erectas cathedrales Ecclesiæ, eosque, qui pro tempore fuerint Cameraci, Mechliniæ et Trajecti archiepiscopi, qui suffraganei, ut membra capitii, sic eisdem archiepiscopis metropolico jure subjecti sint, et Cameracensis, Mechliniensis et Trajectensis Provincialibus, quorum singulorum cause ad usum cuiusque eorum archiepiscoporum secundum sacros canones deferant, de consilio, scientia et potestate eadem perpetuo concessit et assignavit, et quod ad archiepiscopalia, metropolitica, et provincialia jura pertinet, civitates, dioceses, clerici, et populos sapienti commemoratos eisdem praesibus, qui pro tempore fuerint, subjecti, sicut easdem civitates, dioceses, clerici, et populos, quoad ordinariam episcopalem jurisdictionem et potestatem attinet, suis quoque ipsorum, qui pro tempore fuerint, episcopis subjectos esse decrevit ». Interjeclis nonnullis : « Ecclesiasticis vecigalibus constitutis, et jure

quod nominationis vocant, Philippo regi attributo, sanxit, ut in singulis illis Ecclesiis novem essent Canonicatus, et totidem præbendæ doctores, ut fides Catholica ab iis eruditis sacerdotibus adversus hæreticos assereretur, quibus stipendia partim ex decimis, partim ex opulentorum monasteriorum vectigalibus constituit. Ac si quæ in his controversiæ orirentur, earum dirimendarum jus Sedi Apostolice reservatum esset. Extat de his in tabulario Vaticano amplissimum Pauli IV Diploma ».

Ad propagandum etiam in India<sup>4</sup> Evangelium plures a Paulo IV episcopatus conditi fuere. Cum igitur se longiore morbo, sed lethali, languere animadverteret, palati et Urbis custodiam Camillo Ursino commendavit; cui extincto Joanneum Antonium Ursinum sublegit, utque justitia rite administraretur, tum quorundam cardinalium, tum minorum ordinum, qui tanto muneri exercendo illi pares videbantur, Collegium instituit, qui pro se morbi incommodis afflito, totius Ecclesiasticae ditios causas discuterent ac dirimerent. Ad tollendas omnes corruptelas maxime incubuerat, adeo ut etiam Luthieranorum adversus Romanam Ecclesiam latrantum ora obstrueret. Cum jam fractus morbi laboribus morte sibi instare persentiret, cardinales ad se accessivit, rogavitque ut veniam darent, si in cogendo senatu tardior ac remissior fuisset, id affecta valetudini ac senio adulto tribuerent, sanctissimum inquisitionis officium, quo maxime religio asseritur opprimiturque hæreticorum impi conatus ac insidiæ, enixe commendavit;hortatus etiam est, ut in creando optimo Pontifice mutua animorum consensione conspirarent, deficienteque jam voce purpuratos Patres

a se dimisit, de cuius obitu hæc referunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia: « Romæ die Veneris xviii Augusti MDLIX, felicis recordationis Paulus PP. IV quadam agritudine detentus, sicut Domino placuit, rebus fuit humanis exemplius hora xxi vel circa ». His consentit Panvinus<sup>2</sup> his verbis: « Decessit Paulus XV kalendas Septembbris hora xxi, anno MDLIX, Pontificatus anno iv, supra mensem secundum et diem xxv. Cadaver canonici Sancti Petri feretrum sustollentibus in Basilicam Vaticanam tenui pompa delatum est, et lateritio tumulo sepultum. Vacavit tunc Sedes menses qualuor et dies septem ».

36. *Mortuo Pontifice, coorta Romæ seditio, et pactiones in conclavi sanctæ a cardinalibus.* — Dum extremis (1) adhuc viribus collectaretur Paulus cum morte, erupit popularis furor, qui plurimorum animis conceptus diu pressus metu fuerat, quod censuram fidei acerbissimam exercuisset ob funestissimam eorum temporum sortem et nonnullos insontes inquisitoribus oppressisset, dum nimium patulas aures delatoribus præberet, de qua seditione hæc Firmanus<sup>3</sup> narrat: « XVIII Augusti agentे in extremis Paulo IV coorta seditio, fracti carceres, inquisitionis domus expoliata facto impetu, parlimque combusta, concursumque ad conventum Sanctæ Marie super Minervam, atque ad delendum flammis cœnobium paratæ faces, sed auctoritate Juliani Cæsarini populi signiferi compressi seditosi ». Irrupere etiam seditosi in Capitolum, ac statuam Pauli e Pario marimore extimio artis lenocinio sculptam violarunt, præciso impie capite, quod omni confumeliarum genere dehonestarunt, perque Urbem raptarunt, demumque in Týberim projecerunt, publico etiam edicto omnia Caraffarum insignia deleta, lacc-

<sup>4</sup> Paovio, in Vit. Paul. IV.

<sup>1</sup> Act. Consist. Ms. Vatic. — <sup>2</sup> Panvin. ibid. — <sup>3</sup> Ms. Tat. to. II.

(1) Paulus Papa IV hoc anno brevem Pontificatus sui cursum confecit, die XV kal. Septembbris. Iujus viri indoles ad severitatem et pietatem maxime composita hominem reddidit, in privata quidem fortuna omnium opinione sanctum, in principatu vero quorundam judicio difficilem, inquietum, suspiciosum, temerarium, audaceum, dignum tandem Pontificatus antequam obtinuisset, postquam obtinuit, indignum. Sed optimus Pontifex laude cur fraudetur nihil est; cum multa sint et magna que dedit sanctimonie specimina; liberalis ad stuporem, castus ad exemplum, temperans ad miracula. Fuis fides et religio omnia tunc, et modo etiam posterior oculos ad se convertunt. Quantum enim pro fidei Catholicae puritate assessoru egerit, fusissime exponit Silos in bistor. Cleric. regular. Theat. lib. x. Primus hæreticus et perniciose libris et fidelium manibus excutendi non Constitutione tantummodo quam Julius III ejus suasu auto ediderat, sed et Iudice ejusmodi librorum vulgo providit. Dein eo priuum auctore, dum cardinalis ageret, Inquisitionis tribunal Rome constitutum est; mox Pontifex renuntiatus fidei propagandum istud, ut alibi pariter constitueretur admissus est. Pro fide ascenda in Anglia, Scotia, Germania, Italia, Hispania, quam multas litteras, Constitutiones, leges, labores tulerit, ediderit, sanciviter, ex Annalibus discere licet. Apud magnos principes cum de rebus fidei, religioni et iuribus Apostolice Sedis ageretur, semper pro imperio egit; nihil eorum autoritatem, nihil minus veritas. Publica fidei professio, quam nunc usque conceperunt episcopi, ab eo priuum ancorte instituta est, quia ut in eam jurarent verbi Dei præcones, et qui sacras exomologeses excepunt, edita Constitutione sauciedum statuerat, quod ejus consilium dein S. Pius V executione mandavit. Qui vero tantum studi fidei adstrudenda impenderat, non minori pietati ardore Dei cultui promovendo incubuit. Nam templorum nitor et cibilli delectatio est maxime; enjus rei exempla suppeditat Silos in Hist. Cleric. Regular. lib. x. Canonicas preces clericis quotidiano pensu iudicatas reformandas instituit, sed non absolvit. Verbi Dei præconem, qui in sacello Apostolico sacras conciones, Pontificis interdum clam auscultante, baberet, primus destinavit. Ritus in sacris Pontificis servando plorosque reformauit. Pontificale indumenta veterem in formam restituit. Heliqua apud eundem Silos fusius exposita legas.

Sacras litteras coluisse Paulum testis est scripta ab eius lucubratio de Justificatione, adversus hæreticos, quam in Ms. Codice servari affirmat idem Silos lib. 1. Alijs ejus scripta extant in bibliotheca Pontificia Ludovicus Jacob. Facundia præsertim valut singulari, quam Stanislao Hosius, vir sine controversia doctissimus, hoc singulari eloqui mactavil: *Audivimus Christianum Ciceronem.*

Cum Sedes Pontificia mensibus quatuor, diobus septem vacasset, inter varias cardinalium concertationes, tandem, opera potissimum Alfonsi et Caroli Caraffæ cardinalium, in Joannem Angelum Mediolanensem conventum est. Novus Pontifex quæ de renuntiatus fuerit, quæ Pontificie corona decoratus ex Annalibus discere licet. In annis Pontificatus supputandis a die acceptæ Pontificie corone epocham incepit, ut constat ex litteris ejusdem Pontificis rectabilius ab annalisto anno MDLXI, num. 21, in quibus diem ultimam Decembri cum anno secundo Pontificatus illigat; quod aliter constare non posset, nisi annos Pontificatus a die vi Januarii anni MDLX, quo Pontificiam coronam accepit, exordiretur.

rata atque excisa. Non haec dedecori versa sunt a piis, sed gloriæ, cum flagrantissimo religionis asserenda studio severitatem exercuerint.

Cum deflagrasset ille popularis furor, qui a prudentibus civibus et a cardinalibus castigandus videbatur, admissi eriminis ardente conscientia Romanus populus sibi timere coepit, ac vehementer angit, utque suæ consuleret saluti, die vigesima tortia Augusti coacto Capitolino senatu Urbis barones, qui anteas diffugerant, revocavit, ut de federe inter se sanctiendo agerent. Inter eos Marcus Antonius Columna respondit, feederi circa jam patrata indigna facinora se nolle consensum prestare, cum ipso inscio acta fuissent, se tamen populo in iis, quæ in posterum accidere possent, defendendo non defuturum.

37. Pacata Urbe, comitia pro creando novo Pontifice habituri cardinales judicarunt cardinalem Mororum ex Arcis Adrianae custodia, in qua ob afflictam hæreses suspicionem innocens detinebatur Pauli imperio, ut pro futuri Pontificis electione suffragium conferret, cum decretoria sententia damnatus nunquam fuisse, edendum: itaque inclusi conclavi cardinales, pro Christiana re constituenda firmandaque, nonnullas inter se pactions ' sanxere, quarum haec fuere præcipua capita, ad quæ cardinales, vacuo sacrosancto solio, sacramento nuncupato se obstrinxere :

« Polliciti in primis singuli, si Pontificalum adipiscerentur, conjunctionem pacemque inter principes Christianos se promoturos, Concilii OEcumenici opera, atque aliis rationibus licet hæreses et alias corruptelas ex imperio Christiano excisuros. Datus operam, ut in Ecclesia universali et in curia Romana disciplina morum instauretur : curiam extra Romam non translatum iri, nec de loco in locum, nec e provincia in provinciam : non creatum iri cardinales, nisi ætatem Ordinibus exercendis idoneam ex sacris canonibus fuerint adepti, ac vita probitate, morumque puritate, ac fama, et eruditione fulgeant : ne duo fratres simul cardinalatum gerant, promovendique octiduo ante denuntientur in cardinalium senatu, nec ullos cardinales in arcano mentis ercandos sibi reservent.

« Testari possint cardinales de sacerdotiorum vectigalibus. Qui sex millia aureorum annua non habent, ducentos aureos in singulos menses ex æario Pontificio percipient, donec sacerdotia idonea sint nacti. Decimorum, et cunctis tributis ac census immunitate gaudent cardinales.

« Ne judicio postulentur, nisi in crimine hæresis, vel schismatis, vel læsæ majestatis, ac tunc in secreto consistorio per cardinales deputatos cognoscatur causa.

« Ne urbes, oppida, bona ac jura Ecclesiæ Romanæ, vel permutationis, aut premii, vel compensationis, vel praefecture titulo, vel utilitatis, aut necessitatibus specie alienentur, aut fiduciario jure tradantur, licet alias tradita forent, nec in longum tempus locentur, ultra vitam Pontificis, et sine cōsensu omnium cardinalium, exceptis fiduciariis bonis consuetis, quæ nullam habent juris dicendi annexam potestatem ; ac penitus res sil irrita, si pertentetur, et si quis cardinalium assenserit, infamia nota inustus habeatur, creatusque Pontifex labente a suscepta tiara octiduo, Diploma de his confectione promulget.

« Ut crimina vacuo solio, vel Romæ, vel alibi admissa acerbis castigentur, nec ad veniam Pontifex se fleeti patiatur, eaque de re Constitutio edatur.

« Ne Pontifex Christianorum principum bellicos se implicet, vel armorum federa cum aliquo adversus alium coeat, sed se communem omnibus parentem exhibeat, ni urgens causa a majori cardinalium parte comprobata id exigetur.

« Det operam, ut Basilica Sancti-Petri ad coronidem perducatur.

#### PIUS IV.

38. *Creatio Pii IV, qui promissa in conclavi firmat.* — His ab omnibus sacramento confirmatis, postquam Sedes vacasset supra quatuor menses, cardinales, collatis suffragiis ac summo consensu Pontificem crearunt Jo. Angelum Medices cardinalem maximis virtutibus conspicuum, de quo Acta Consistorialia<sup>1</sup> numeratis a Nativitate annis haec referunt :

« Romæ apud S. Petruum, etc. Conclavi hoc de more confecto die Lunæ xxv mensis Decembbris MDLIX, a Nativitate Domini, hora septima noctis vel circa, fuit a reverendissimis DD. sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalibus electus et assumptus in summum Pontificem reverendissimus Joannes Angelus tit. Sanctæ Priscæ presbyter cardinalis de Mediceis nuncupatus, qui nuncupari voluit Pius IV, et die Martis sequentis, cum decantationibus solitis fuit deductus ad Basilicam Sancti-Petri, et deinde solitis cæmoniis et solemnitatibus ibidem peractis, reductus ad cameras Pontificales, parte reverendissimorum cardinalium illum comitante, aliis vero habita licentia a Sanctitate sua in portico dictæ Basilicæ, ad domos suas revertentibus.

« Die vero Epiphaniæ Domini Nostri Jesu Christi debitis præcedentibus cæmoniis, solemnitatibus, et paramentis ad quoddam theatrum super scalas Basilicæ Sancti-Petri para-

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ to. cxxxvii. p. 33.

<sup>1</sup> Acta Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 273.

tum adductus, ibidem fuit triplici diademate coronatus ».

Post electionem continuo<sup>1</sup> cardinalis Caraffa genibus flexis novum Pontificem oravit, ut injurias contra suam domum et inquisitionis Tribunal patralas condonare vellet. Pontifex initio tenuit, sed cum Sancti-Angeti cardinalis et alii suppliciter eadem peterent, dixit ad preces cardinalis Caraffa se ad parcendum reis esse paratum, dummodo detrimenta, quoad possent, carceribus et personis illata compensarent. Proximo vero ineunte anno pactiones in conclavi initias subiecto firmavit Diplomate<sup>2</sup>:

« Ad futuram rei memoriam.

« Decet Romanum Pontificem Domini nostri Iesu Christi in terris vicarium ea, quae et antequam ad summi Apostolatus apicem assumptus esset, inter ipsum et alios Sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinales pro bono pacis et felici regimine ipsis Romane Ecclesiæ et status Ecclesiastici maturo consilio ordinata et promissa existunt, semper rata habere, et illis, quo firmius subsistant, Apostolici muniminis robur adjicere. Cum itaque nos tunc in minoribus constituti, et Sanctæ-Priscæ tituli presbyter cardinalis, de Medicis nuncupatus, Sede Apostolica vacante, in conclavi, in quo, divina favente clementia, ad sublimis Apostolatus apicem assumpti fuimus, una cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalibus in conclavi pro electione futuri Romani Pontificis celebranda interessentibus, certa capitula inter nos et ipsos fratres maturo consilio facta subscriptserimus, et postmodum ad hujusmodi Apostolatus apicem, meritis licet imparibus, per eosdem fratres electi, capitula ipsa, prout illa in minoribus constituti promiseramus subscribendo, pure, et simpliciter, ac bona fide ad litteram observare et adimplere solemni voto promiserimus et juraverimus, et ita illa omnia ad unguem observare intendamus. Idcirco in primis promittimus et juramus, quod omnibus viribus nostris conabimur et curabimus inter principes Christianos conservare unitatem et pacem, et procurabimus omni studio et diligentia, ut tam per generale Concilium, quam atius viis omnibus licitis imo etiam hoc nostro tempore necessariis extirpemur haereses et alii abusus, qui jamdiu in Ecclesiæ et rempublicam Christianam irrepserunt, ac curabimus et cum effectu faciemus, quod universalis Ecclesia et Romana curia reformatur, incipiendo ob clamorem universalem a tribunalibus Urbis, ipsamque curiam non transferemus extra aliam urbem nostram, nec de loco ad locum, nec de provincia ad provinciam. Non etiam assumemus cardinales, nisi constitutos in etate sacro-

rum ordinum juxta dispositionem sacrorum canonum, ac viros bona vita, conversationis et famæ, ac litterarum scientia et bonis moribus praeditos, servabimusque omnino decretum piæ memorie Julii papæ III et predecessoris nostri in sacro consistorio editum de duobus fratribus germanis ad cardinalatus honorem non assumendis, ita ut eodem tempore nullo modo in eodem collegio esse possint: et insuper juxta antiquam et laudabilem consuetudinem, promotionem faciendam saltem per octo dies ante eisdem cardinalibus in consistorio, tunc presentibus denuntiare, et cardinales creando in ipsa creatione publicare, nec quemcumque eorum in pectore reservare, aut aliquo alio exquisito modo secretum, etiam ad breve tempus, tenere debeamus ». Nonnullis interjectis, quæ ad cardinalitatis dignitatis commodum amplificationemque spopondit, haec adduntur: « Et ad coercendam scelerorum hominum audaciam, quæ occasione Sedis Apostolicae vacantis ad perpetrandam homicidia et alia facinora in alma Urbe ac aliis civitatibus et terris eidem Romana Ecclesiæ immediate subjectis sub spe facilitioris venire abuti non verentur, curabimus et cum effectu faciemus, quod excessus hujusmodi Sede vacante commissi, et forsan, quod absit, committendi, longe acrius et severius etiam ad instar criminis assassinii et læsæ majestatis puniantur, nosque in illis remittendis inexorabiles et omnino implacabiles reddemus, ut aliquando tantis abusibus finis imponatur ». Et mox: « quodque nullo pacto bellum geremus adversus principes Christianos, aut cum aliquo ipsorum contra alium fœdus inibimus, aut ligam faciemus, sed nos communem patrem et aequalem omnibus exhibebimus, nisi ex juxta et urgenti causa, quæ a majori parte eorumdem cardinalium in consistorio secreto, et per modum secretum probata fuerit.

« Necon contra personas eorumdem cardinalium quacumque de causa, nisi in casibus haeresis, schismatis, aut læsa majestatis in primo capite, et tunc nonnisi precedentem legitima cause cognitione, ac processu coram eisdem cardinalibus ad idem de duarum partium aliorum cardinalium presentium consensu per modum secretum præstito, deputandis non procedi faciemus, quosecumque processus contra formam similis capituli in precedentem conclavi editi, et Bullæ illius confirmatione factos, nullos et irritos declarando.

« Præterea civitates, terras et loca aut bona vel jura ejusdem Romanae Ecclesiæ, etiam ex causa permutationis, et cum recompensa, aut pro evidenti utilitate, vel necessitate, etsi alienari vel infundari conserverint, non alienabimus vel infundabimus, aut ad longum tempus locabimus, vel pignori trademus, seu in gubernium aut alio titulo ultra vitam nostram conce-

<sup>1</sup> Pallav. to. II. l. IV. c. 10. num. 8. — <sup>2</sup> Paul. IV. lib. divers. brev. sig. 2903. p. 93.

demus, etiam omnibus cardinalibus præfatis consentientibus, nisi possessiones et fundos jurisdictionem non habentes, qui a longissimo, hoc est tringita vel quadraginta annorum tempore circa alienari vel infundari conseruerint, et illa, que de cætero ob lineam finitam, aut alias legitime devolventur: et si aliter factum fuerit, id sit nullius roboris vel momenti, et quandocumque retractari possit et debeat. Et si quis corundem cardinalium, quod absit, ad id consenserit, non solum perjurus, sed infamis infamia juris et facti perpetuo existat, teneanturque dicti cardinales promovendi ante receptionem pilei jurare, præmissis consensum non adlibere, et post coronationem nostram infra decem dies Bullam seu constitutionem edere, et publicari facere, ac quod nullo modo impediemus optiones titulorum et sex episcopatum ad ipsos cardinales spectantium, sed antiquam et laudabilem consuetudinem optandi juxta prioritatem corundem cardinalium presentium servabimus et servari faciemus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominiæ MDLIX, pridie idus Januarii, Pontificatus nostri anno 1 ».

39. *Pii IV patria, familia et virtutes.* — Quoad primicias Pii IV attinel, fuit patria Mediolanensis, nam Medicea familia, que opibus et dignitate florentissima principatum Florentiae gerit, civilibus turbis profuga Mediolanum ex parte concesserat, atque in ea urbe in nobilissimum hoc germen effloruerat, quod datum orbi ad gerendas res maximas prodigio ostensus est: « Vagienti », inquit Panvinus<sup>1</sup>, « adhuc in cunis prodigiosa res accedit, summi alicujus principatus haud dubie prænuntia. Flamma repente cubiculum, in quo cubabat, de nocte illustrans, errabunda diu per omnes cubiculi partes circumvagata, ipsam ad postremum extinctam jamdudum lucernam, mirante metuenteque nutrice sponte accedit », quod non modo ob Pontificatum illi divinitus destinatum, sed etiam ob Concilium Tridentinum ab eo absolutum, discussasque hæresem tenebras, promotumque sanctum Carolum Borromæum nepotem, qui magnum Ecclesiæ lumen futurus erat, configisse putandum est. De suscepto vero ab eo Pontificatu hæc narrat Panvinus: « Paulo IV vita functo post diuturnam, quatuor videlicet mensium, discordibus comitiis, Pontificatus vacacionem, tandem ex presbytero cardinali tit. Sanctæ-Prisciæ ipse omnium potissime electus est Romanus Pontifex, qui sua humanitate et clementia superiorum annorum acerbitatem leniret, afflictamque non modo Urbem Romam, sed pæne universam Italiam recrearel, quam spem confirmare omnino et augere visus est Pii nomine sibi indito. Pontifex autem Maximus

creatus est die, quæ natalitium Servatoris nostri Jesu Christi insecura est anno MDLIX ».

40. Delatum illi Pontificatum ob eximia ornamenta virtutum censem Panvinus, qui fuse illius primicias prosequitur, ac gesta munera ab eo recenset, atque inter ea gestam questuram (quam commissariatum vocant) bis in Pontificio exercitu in Hungaria contra Turcas, semel in Germania contra Lutheranos in subsidium Caroli Quinti Casarisi, utque in cardinalatu doctorum virorum consuetudine delectaretur, ut ejus mensa quoddam gymnasium esse videretur: tum de ejus pia in pauperes liberalitate ac morum suavitate haec addit: « Miti ac prono ad misericordiam ingenio, tum ex consueludine ac sermone, tum ex rebus quas gessit, semper habitus est, nam præter occultas largitiones, publice etiam quotidie omnibus inopia laborantibus, et ostiatim victimum querentibus tantum ad sublevandas eorum miseras distribuebat, quantum pro diurno victu satis esse posset, ex quo Pater pauperum vulgo vocari cœpit; sed tum præcipue, cum Urbe Tyberis inundatione sub Paulo IV fame vexata quidquid in horreis ad familiae sue in annum usum condiderat, liberaliter ad egenæ plebis suslentationem primis mensibus depropnsit. Cum fraternalm hereditatem adiisset, veritus ne fratrius causa, qui variis præfuerat bellis, aliqui jacturam bonorum suorum fecissent, redditum annum aureorum mille, et ex fraterno censu magnæ Mediolanensis domui pauperum hospitali assignavit, ut inde prius sarcirentur damnahis, quorum revera direpta esse bona constaret, deinde pauperes infirmi alerentur, qui etiam propria et opulentiora sacerdotia trium plus minus aureorum millium redditus eidem hospitali assignavit. In amicos liberalis, omnibus comis et perhumanus, justitiæ cultor, et nefariorum hominum hostis acerrimus, in ea civitate, quæ mores hominum diligenter examinare solet, omnium consensu existimatius est, quarum haud dubie virtutum opinione gradum sibi ad maximum sacerdotium fecit ».

41. Primis ab accepta Pontificia dignitate diebus Pius reges de re tota certiores fecit, utque ob funestam conditionem temporum, quibus tot hæreses inhorrerant, tot principes ac populi ab obsequio Sedis Apostolicae defecerant, impar viribus munus subire formidarat, divini tamen subsidii spe ac fide confirmatus ad quosvis ferendos labores pro divina gloria propaganda, promovendaque animarum salute se compararit. Extant ejus litteræ ad Philippum Hispaniarum regem conscriptæ, quibus se maximam in flagrantissimo illius pro asserenda religione studio spem collocasse profitetur.

Neconon aliæ ad Príulum ducem Venetorum, quibus significat se optimas spes de re Catholica concepisse, cum inter reges Catholi-

<sup>1</sup> Bernard. Corius. Panvin. in ejus Vita.

cos maxima concordia efflorescat, compositaque bellis illos adversus haereticos conjungi posse, tum singularem fiduciam in senatus Veneti pietate et virtute a se positam significavit.

42. *Electio Ferdinandi I a Pontifice confirmatur.* — Eodem die coactus est solemnis cardinalium senatus, in quo actum est de electione Ferdinandi regis pro moderando Romanorum imperio confirmanda, cumque, sublato e vivis Carolo V, sublate quoque essent difficultates, quas Paulus IV objeccerat, non potuisse illum jure abdicare se imperio, resciso sacramento

Pontifici nuncupato cum imperiali corona fuerat redimitus, Pius IV, consultis prius cardinalibus, re magna consilii maturitate discussa, Ferdinandum legibus creatum imperatorem prouinciavit, cum pro Germaniae componendis rebus, pro fide Catholica adversus haereticorum impetus propugnanda, pro Turcarum propulsanda tyrannide nullus aptior princeps evehi ad imperium potuisse: moxque concitissimo equorum per intervalla dispositorum cursu, rei fama ad Ferdinandum delata est.

#### PII IV ANNUS 1. — CHRISTI 1560.

1. *Pius IV thiara Pontificia redimitur, et a Ferdinandino imperatore litteras gratulatorias et obsequii plenas recipit.* — Anno Virginei partus millesimo quingentesimo supra sexagesimum, Indictione tertia, Pius IV Epiphania die festo, Pontificia thiara solemnni ritu redimitus est, de quo haec Onuphrius Panvinus<sup>1</sup>: « Meruit unus, quod non temere alii uni evenisse constat, ut tribus celebrioribus anni totius, Paschatis festivitatibus, nasceretur, et Pontifex crearetur, ac supremæ demum caperet insignia dignitatis ».

In primo cardinalium senatu ab eo indicto concepta pia consilia de fidei puritate incorrupta servanda, de morum sanctitate restituenda, de pace alenda, de justitia integre administranda, levandaque annona explicavit, ut referunt Acta Consistorialia.

2. Ferdinandus allato sibi munio, Pium IV novum Pontificem exeunte superiore anno ipsius electionem in imperatorem post Caroli V renuntiationem approbasse, statim Epistolam plenas actionis gratiarum Pontifici scripsit, qua in Consistorio lecte fuerunt, ut Acta Consistorialia<sup>2</sup> referunt. « Romæ die Mercurii, ultima mensis Januarii MDLX, lecte fuerunt litteræ serenisimi domini Ferdinandi imperatoris electi,

gratulatur suæ Sanctitati de illius electione in Pontificem, et offerebat se obsequentissimum huic Sedi.

« Beatissimo in Christo patri et domino Pio Quarto, divina providentia sacrosanctæ universalis Ecclesiæ summo Pontifici, domino reverendissimo.

« Beatissime in Christo pater et domine, domine reverendissime. Post humilem commendationem fidelis observantie nostræ et continuum incrementum. Si unquam alias, his certe proximis diebus gratissimum nobis nuntium allatum est, quando nimurum (quod felix ac faustum sit toti Christianæ reipublicæ) intelleximus, Sanctitatem vestram, reverendissimum dominorum cardinalium unanimi sensu, Spiritus sancti gratia cooperante, ad fastigium summi Pontificatus, et supremam sanctarum Romanarum et universalis Ecclesiæ curam atque administrationem electam et susceptam esse. Nam præferquam quod haec letitia sit et esse debeat publica, et communis omnibus Christianis, et præserfanti iis, qui afflictæ religionis et omnium rerum publicarum statui consultum cupiunt, eo quod divina benignitate talis pastor Ecclesiæ Dei obtigerit, qui præditus sit tot virtutibus, ut spes sit, ejus eximiam prudentialm, sapientiam, summarique pietatem, et præclarissimum in rem Christianam studium,

<sup>1</sup> Onuphrius Panvin, in ejus Vita. — <sup>2</sup> Ms. card. Spade fo. 134, p. 283. Apud Bzovium fo. xx, an. 1560, num. 2.

eidem reipublica Christianæ nonnisi maximo ornamento et commodo futurum; nobis tamen specialis causa est laetandi, propter veterem notitiam et familiaritatem, nobis a pluribus jam annis cum Sanctitate vestra intercedentem. Cui quidem tuendæ et conservandæ Sanctitas vestra nullis unquam officiis defuit. Eam vero nostram laetitiam, cum ita commota esset primo illo nuntio, ut ejus incremento vix videretur reliquus esse locus aliquis, auxerunt tamen, supra quam dici queat, litteræ consiliarii et oratoris nostri, nobilis fidelis nobis dilecti Francisci, liber Barqnis de Turri, neenon ea quæ nobis nobilis fidelis nobis dilectus Gregorius a Madruicio liber Baro coram nobis retulit, summam illam paternam benevolentiam concorrentia, quam Sanctitas vestra non modo in his sermonibus, quos cum eo saepius post auspiciatissimum suam electionem conferre dignata est, verum etiam in publica sacri illius collegii reverendissimorum dominorum cardinalium congregatione erga nos palam declaravit, ubi scilicet tam amanter, tam paterne tamque sapienter negotio, et difficultati illi, quam nobis olim Sanctitatis vestræ prædecessor Paulus Quartus moverat, justum et optatum finem imponere voluit; in qua quidem re pluribus explicanda, non est quod has nostras litteras absumamus, præsertim cum id apud Sanctitatem vestram, quæ ejus est summa æquitas, supervacaneum censemus, ut quæ cause nostræ rationes non omnino habeat incognitas; sed tamen si Sanctitas vestra uberiore adhuc et exactam istius negotii notitiam teneret, clarius adhuc cognosceret, quam præter omnem rationem et æquitatem, et absque omni culpa nostra diversis cavillationibus onerati et traducti fuerimus, quibus jam tandem impositum esse justum finem merito Sanctitatis vestræ, cum optimæ et paternæ erga nos voluntati, tum eximiæ integratæ ac justitiæ acceptum ferimus. Porro licet hoc triduo vel quatriduo hinc profecturus sit solemnis noster orator, cui munus Sanctitati vestra nomine nostro, qua par est submissione, congratulandi, debitumque solitum reverentiae ac devotionis officium, more dominorum prædecessorum nostrorum, electorum Romanorum imperatorum præstandi imposuimus, tamen cum is non possit illuc pervenire tam brevi quam nos vellemus, euidem teneri non poterimus, quin hasce litteras nostras præmitteremus, quin saltem possit quadamtenus satisfieri ardentiissimo nostro desiderio Sanctitati vestre animi candorem quamprimum contestandi. Quamobrem non modo Sanctitati vestra ex animo et obsequenter congratulamur, sed etiam pro ista mirificæ in nos paterna et piæ voluntatis suæ demonstratione, quas possumus, maximas agimus et habemus gratias, eidem Sanctitati vestræ ingenue pollicentes, nos summo

studio operam daturos, ut nunquam Sanctitas vestra ullum vel gratiæ anini vel filialis observantia Sanctitati vestræ et isti Sancte Sedi debitæ officium in nobis requirere possit. Deum optimum Maximum summis precibus orantes, ut pia Sanctitatis vestra consilia et instituta, ad laudem suecæ divinæ majestatis, ac beneficium totius orbis convertere, camque diu salvam et incolumenti tueri ac conservare, ac prosperis rerum successibus, omnique demum felicitatis genere fortunare dignetur. De qua quidem nostra studiosissima intentione, ac filiali erga Sanctitatem vestram et sanctam Apostolicam Sedem observantia et devotione, supradictus noster orator Franciscus liber Baro de Turre Sanctitati vestræ plenus significare poterit, cui dignabitur Sanctitas vestra de his et aliis rebus cum eo humaniter tractare: interim, dum alter orator noster subsequatur, benignas aures præbere, et nos quoque loco et tempore paterne ac benevolè commendatos habere. Dat. in civitate nostra Viennæ die xvi mensis Januarii anno Domini MDLX.

« Sanctitatis vestræ humilis et obsequens filius.

« FERDINANDUS ».

3. *Principes Christiani Concilium petunt a Pio.* — Ornavit verba operibus imperator; comitem Arcus ad solitam obedientiam præstandam Pontifici misit<sup>1</sup>, qui cum huic muneri jam satisficeret, nomine ipsius imperatoris petit a Pontifice, ut Concilium, unicum tantarum infirmitatum remedium, congregare vellet, et non multum ad persuadendum laboris insumpsit, cum jam Pius de eo indicendo cogitaret; quapropter cum episcopum Tarracinensem, ut suum ordinarium nuntium ad Catholicum regem misisset, illi mandavit, ut inter alia negotia, de restituendo Concilio Tridentino ageret, et ut Caraffas in gratiam cum eo adduceret, de restituendo Palliano firmandoque concordia sermonem inferret. Prima Aprilis die nuntius admissus fuit ad præsentiam regis, cui ostendit, quantum sua Sanctitas in ejus auxiliis, quod Christianorum potentissimus esset princeps, fideret, ea maxime tempestate, qua tota Christi Ecclesia circumfusa ab infensiissimis hostibus cernebatur, in illo propterea firmissimam spem collocaret; sed quamvis Pius cognoscet regis Catholicæ erga Deum et sanctam Sedem pietatem, tamen quod lapsis pluribus mensibus non modo nulla legatio, sed ne litteræ quidem ad eum pervenissent, quibus novum ipsi principatum gratularetur, jussit nuntium regi significare, ut animadverteret, ne ex hoc novatores existimarent, regem Catholicum Apostolicam Sedem contemnere. Adderet, cardinalium con-

<sup>1</sup> Bzovius ibid. num. 3. Palav. lo. ii. l. xiv. c. 2. num. 3. idem c. 13. num. 1.

gregationem Pontificem instituisse, quæ coram eo frequenter cogebatur, ad reformationem Ecclesiasticorum ante Concilium firmandam; ideoque suam majestatem orare, ut auxilia et consilia ad tam arduam rem perficiendam præstaret; et quia camerae Apostolicæ propter hoc multi sumptus instarent, et aerarium vacuum ob præterita bella esset, regiam deprecabatur majestatem, ut omni favore muniret Pontificios quæstores. Hoc suam Sanctitatem eo liberius exigere, quo libentius et amantius Cruciatæ Bullam non requisitus suæ majestati miserat, et Ferdinandum patrum in imperatorem reconoverat.

Hispanie rex multis officiorum verbis dilationem debitæ reverentiæ excusavit, jam duos menses elapsos ab electione in oratorem comitis de Tendilia ad suam Sanctitatem, ut ei debitam regio nomine deferret obedientiam, executionem vero dilatam fuisse, ob oratoris infirmam valetudinem: et certiorem reddidit nuntium, nunquam se majori gaudio perfusum fuisse, quam cum audivit, eum in Pontificem electum, quod, et Epistola manu propria conscripta, et postea sui oratoris opera testatum voluit; Sanctitatis sua pedes reverenter osculari ob beneficium Bullæ Cruciatæ contra infideles promulgatae. Quod ad Concilium spectabat jam rex Christianissimus ipsum requisierat, ut simul cum eo apud suam Sanctitatem instaret pro celebratione Concilii; et jam multos viros doctos convocaverat Philippus, ut eorum consilium in re tam ardua audiret; post paucos autem dies nuntio respondit, se Concilii celebrationem approbare.

4. Interim novus Pontifex Pius vigilanter reformationi, aliisque gravissimis negotiis religionis, et gubernationi Pontificatus incumbebat, ut ex Actis Consistorialibus<sup>1</sup>. Hortatus est etiam reges atque principes, ut suam opem auctoritatemque cum eo pro asserenda religione conjungerent, quo argumento Sigismundum Polonia regem sollicitavit, ut præsules adversus hæreticorum vim atque insidias tueretur.

5. *Pontificis monita ad regem et episcopos Poloniz circa hæreticos.* — Decreverat jam ad Sedem Apostolicam Sigismundus rex oratorem suum, qui hæreses in regno suo grassationes exponeret, atque ad eas comprimendas consilium Pontificium ac opem deposceret: cum itaque regius orator Pontifici regium obsequium detulisset, atque etiam de revocanda in pristinum splendorem Ecclesiastica disciplina et cogenda Synodo verba fecisset; responsum illi est, operam restituendæ sanctitati morum adhibitum iri pro debellanda hæresi, et disciplinæ ad pristinum nitorem revocande, et Con-

cilio etiam OEcumenico, si opus fuerit, celebrando se incubitum, verum necesse fore, ut insolentia hæreticorum regia vi comprimatur. 6. Extulit quoque meritis laudibus regiam pietatem, ac de obsequio regio nomine sibi detato Sigismundum certiorem fecit; tum illi suscepta consilia de congreganda Synodo OEcumenica aperuit, significavitque internuntium Apostolicum qui Pontificia regiaque fultus auctoritate hæreticorum sectas coerceat, transmitendum; tum monuit<sup>1</sup>, ut antequam impiorum vires confirmatae essent, eos coiceret, ac si qui in regia familia luc hæretica essent infecti, ipsos aula pelleret:

« Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto Poloniæ regi illustri.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Dilectus filius magister Joannes Conraski notarius noster et idem orator tuus, in consistorio publico, ut mos est, tuo nomine ac mandato, nobis ac Sedi Apostolicæ obedientiam ac reverentiam debitam diligenter admnodum præstabilit. Fecisti, charissime fili, quod Catholicum regem, quod devotum Ecclesiæ filium decuit. Quam gratum nobis istud officium fuerit, in responso, quod tum ei publice dedimus, declaratum quidem a nobis fuit, sed tamen re ipsa id sumus libentius declaraturi. Audientes enim non sine maximo dolore, quantopere regnum tuum perturbatum sit propter crescentes quotidie hæreticorum sectas, statuimus jam eo propediem mittere nostrum et Sedis Apostolicæ nuntium, quo auctoritate nostra et tua simul, malo isti, antequam vehementius ingravescat, obvietur: universæ Ecclesiæ paci ac tranquillitati, postea OEcumenico Concilio, quod, Deo juvante, indicere ac celebrare in animo habemus, consulturi ». Et infra: « Tu quoque, charissime, parentum, et majorum tuorum, et regii officii memor, salutaribusque monitis nostris obtemperans, quantum potes (persuasum autem habemus posse te plurimum) hæreticæ pravitatis pestem in regno tuo, dum potes, reprime: hæreticis hæreticorumque fautoribus omnem aditum ad familiaritatem et ad obsequia tua interclude, imo eos e regno expelle et ejice: si quos familiares tuos semel iterumne correptos sanare non potes, illos quamvis grati tibi, quamvis accepti sint, præcepti Domini nostri memor, qui non pedi, non oculo, non manui, si nos scandalizaverint, parci vult, sed ea abscondi ac projici, eos ipse quoque, si gravius in illos statuere non sustines, saltem repelle ab te ac remove, ut vel sic confusi et debilitati animo resipiscant. Deus novit quam paterno animo haec a nobis dicantur, et quantopere existimationem, honorem ac dignitatem tuam charam habeamus, regique tui incolumenti ac

<sup>1</sup> Ubi supra p. 283.

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. cxli.

stabilitati consulere cupiamus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die xxii Februarii MDLX, Pontificatus nostri anno 1.

7. Moniti sunt ab eodem Pontifice<sup>1</sup> Joannes archiepiscopus Gnesnensis, et alii Poloniae praesules, ut in fide Catholica asserenda studia coniungerent; Sedem Apostolicam de his quae forent necessaria, monerent :

« Religionis causa (inquietabat) tantopere regnum Poloniae perturbatum audientes, eamque ob causam maxima sollicitudine affecti, vehementer cupimus pro nostri munericis officio opportuna adhibere remedia, quibus ingravescens in dies malum, quantum divina misericordia facultatis dederit, reprimatur : nec vero ullum, quod a nobis proficiendi possit officium, abs te et reliquis fratribus requiri patiemur etc. in Martii MDLX ».

8. Ex crebris de fide disceptatis controversiis in Polonia in eam impietatem plerique nobiles sunt prolapsi, ut cuique licet de fidei sacrae mysteriis credere, quod libaret; adversus quam impietatem neconon de haereticorum horrendis dissidiis, atque de tuenda colendaque sanctissima religione Catholica hæc Iosius<sup>2</sup> episcopus Warmiensis ad Palatinum Posnaniensem scriptis :

« Martino Sboroneschi Palatino Posnaniensi.

« Postquam hanc nonnulli sunt opinionem secuti, ut pularent licere sibi credere, quidquid appareat in earum conscientia, quorum res redacta sit, vidimus : nam et nostris temporibus eadem dicere licet, quæ suo saculo dixit Ililiarius : « Periculosum admnodum atque misera- « bile est, tot nunc fides existere, quot voluntas : et tot nobis doctrinas esse, quot mores : « et tot causas blasphemiarum pullulare, quot « vitia sunt : dum aut ita fides scribuntur ut « volumus, aut ita, ut volumus, intelliguntur, « et cum secundum unum Deum, et unum « Dominum, et unum Baptisma, etiam fides una « sit, excidimus ab ea fide, qua sola est : et « dum plures sunt, ad id cuperunt esse, ut « nulla sit ». Dominatio vestra non procul abest a Pinczovia, ubi ante annos jam prope decem, istud Cacangeliū potius, quam Evangelium cepit originem, nonne ipsi ejusdem illius scholæ magistri se mutuo vocant haereticos? certe Stancarum parum absuit quin flammis traderent, qui tam non major est haereticus, quam ii qui diversum ab eo Pinczoviae sentiunt ». Et infra : « Sic fieri necesse esse vult, non quod Ecclesia Catholica vult et docet, sed quod sibi appetet in sua conscientia credere. Apparet uni in sua conscientia, quod non de-

beat esse neque sacerdotium, neque sacrificium, qua ratione Deus ipse quodammodo in ordinem cogi videtur. Apparet alii falsum esse, quod Christus dixit, *Hoc est corpus meum*; sed significari tantum Corpus esse figurau vel virtutem corporis. Apparet tertio, quandoquidem dixit Christus : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvo erit*, propterea parvolorum baptismum nihil valere, et eos dixit esse rebaptizandos. Apparet quarto, quandoquidem a Propheta scriptum est : *Audiam quid loquatur in me Deus*; et rursus : *Beatus vir, quem tu eridieris, Domine*; quin et ipse Christus doceret : *Nolite plures fieri magistri, quoniam unus est magister vester in Corde*; non esse fidendum Scripturis, multo minus autem ferendum esse externum verbi seu prædicationis ministerium, sed de Cœlo revelationes expectandas, ut ille nos doceat, qui solus est verus magister. Sed quorsum aliter enumerare singula? Si liberum erit unicuique credere, quod apparent in illius conscientia, tot erunt fides quot voluntates; nec ulla est certior et celerior ad inferiorem via, quam ut quod vult, cuique credere, quod vult, facere cuique liberum sit; ibi enim nullus jam videatur esse magistratus, nulla legitima potestas, etc. Datum Viennæ, MDLX ».

9. In Hungaria nobiles aliqui viri impio tumidi fastu in id scelus prorupere, ut sacerdotes ad utramque speciem sibi porrigidam adiarent, cumque ex impuris sacerdotum moribus offendiculum grave populus patretur, ad hæc mala tollenda incumbentem Strigonensem archiepiscopum hortatus est Pontifex, ut constantiam in coptis egregiis explicaret.

In Moravia exorta est secta quæ, ut retulit hoc anno Warmiensis episcopus ad cardinalem Moronum « Christum Deum esse negat, Baptismum dæmonum esse præstigias, Trinitatis vero nomen inane, re prorsus vacuum esse docet : habetque applausis multis non modo ex vulgo, verum et ex equestri ordine ».

10. *Lutherani et inter se, et ab aliis haereticis dissident.* — In Germania Lutherani in varia fationes disseceti generalem Synodus omnium Augustanam confessionem præsentium cogere meditati sunt, ac lenenses pseudotheologi supplicem libellum principibus porrexere, ut ad id open auctoritatemque conferrent, in qua soli Lutherani congregati Sacramentarios et alios adversantes damnare possint; in quo advertenda est horum insanitia, quiccum Concilia OEcumenica respuant, in conciliabulis suis decreta edere audeant, quibus plebeulam ipsorum deliramentis fascinatam constrictam velint. Discussit vero divina providentia horum tenebrionum malesana consilia, ut nunquam novatores expeditam ab iis eam Synodus cogere potuerint, imo mutuis dissidiis confusi se contrariis anathematismis defixerint : in ducatu enim Wit-

<sup>1</sup> Pius IV. Ep. CVIII. Joanni archiep. Gnesn. — <sup>2</sup> Stanisl. Hosius ep. Warmien. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. 3222, p. 27.

tembergensi Brentius superintendens aduersus Sacramentarios edictum promulgavit, at in Palatinatu Brentius et cum eo Lutherus ab Heidelbergensibus damnati fure, ut refert Surius<sup>1</sup> his verbis : « Non ita pridem superintendentes Heidelbergenses hujusmodi decretum promulgarunt : Lutheri et Brentii Catechisini extra Ecclesiam ejicantur et eorum scripta nullam habeant auctoritatem. Ecce ut ille Pontificie auctoritatis impotentissimum exagitator et everstor, jam a suis plane rejicitur et profligatur : idem eveniet omnibus aliis Turris Babylonicae structoribus ».

Cerlarunt etiam contrariis libris : nam Tilmannus Heshusius, Iene contra Sacramentarios librum typis excudit, in quo queritur, Zuingli et Calvinii errorem late diffusum, ac dogma Lutheranum et Scripturis et Patribus adstruere conatus est, at contra Zuingliani suum ex iisdem probare moluntur, Basilee enim prodit Joannis e Lashe nomine liber p̄fixa hac inscriptione : « Responsio ad virulentam ac mendaciis confarciatam Joachimi Westphali Epistolam quamdam qua purgationem Ecclesiarum peregrinarum Francofurli convellere conatur, etc. » Perspicue ex iis antilogiis patet, ad veram Ecclesiam Catholicam, quæ ex Apostolo columna est et firmamentum veritatis, confugendum.

11. Hortatur Pius Germaniæ episcopos ut cleri mores a luxuria et avaritia deturbent. — Ad hos et alios novatores aberrantes a veritatis via, ruentesque in aeternæ mortis precipitia, ad veritatis et Ecclesiae castra revocandos Pontifex suscepta consilia celebrande OEcumenice Synodi promovit, de quibus Moguntinum archiepiscopum certiore fecit, monuitque ut cleri suæ provinciæ mores Ecclesiastica disciplina castigaret, dareque operam, ut Sacraenta, qua par erat diligentia, puritate ac religione administrarentur.

12. Conceptæ sunt iisdem sententiis<sup>2</sup> aliae litteræ ad Joannem Gebhardum designatum archiepiscopum Coloniensem, ac Joannem archipræsulum Treverensem, necnon ad Theodoricum Wormatiensem electum Mindensem, Iulium Nurnburgensem episcopos, quos expoliendis cleri moribus, atque ad sanctioris vita formam revocandis dare operam jussit. Ut vero Germaniæ clerici impudicitiae ceno inquinatior erat, ita Corsica clerici avaritiae sordibus perlitus erat, quas abstergi ab Aleriensi, Adjacensi, Sagonensi, Accensi, Marianensi episcopis imperavit adeo diligenter, ut posthac ea fuditatis nota ac suspicione non laboraret, paribusque monitis aliarum provinciarum presules instructi fuisse videntur. Propterea Joannem Osnaburgensem episcopum, atque Sigismundum electum Magdeburgensem archiepiscopum ad

reliquias gregis ab insidiis haereticorum vindicandas incitavit, tum etiam Colonensem in fidei puritate retinenda constantiam meritissimam ornavit, qui cum haereticis cincti essent, flagrantissimo tamen sacra ardore religionis causam propugnabant.

13. *Pontificis ad Cesarem amantissime litteræ, quibus sttorum consiliorum rationem aperit.* — Explicit in alias Germaniæ populos paternum studium Pius ; tum ad constitutas imperii res, Ferdinandi electionem, quam Paulus IV confirmare abnuerat, ratam ac firmam habuit, ut inferius ex Actis Consistorialibus visuri sumus, ostenduntque ad electum imperatorem subjectæ amantissimæ litteræ<sup>1</sup> quibus Pontificiorum consiliorum omnem rationem exposuit :

« Charissimo in Christo filio nostro Ferdinandio, Hungarie et Bohemiæ regi illustri, electo Romanorum imperatori.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Adventem non ad dilectum filium nobilem virum Scipionem Comitem, Archi-Oralorem tuum, benigne, eoque quo decnit honore exceperimus. Grato vero accepimus animo, cum celsitudinis tuæ litteras, quas nobis in publico Consistorio reddidit, tum officium debitum, quod ipse per eum nobis more regum et Catholicorum imperatorum omnium predecessorum tuorum præstisti, quod quidem, sicut pium principem et Catholicum defensorem decet, non dubitamus, te re ipsa esse præstitorum omnibus in rebus, quæ, vel ad Dei obsequium sanctæque ejus fideli defensionem, vel ad nostram et S. R. E. dignitatem pertinebunt, quod sicuti de tua nobis pietate pollicemur, ita hoc de nobis serenitat tue persuasum esse volumus, et paterno nos animo semper dignitati, amplitudini et gloriæ tue consulturos, et datusque omnem operam, enixurosque ut tuæ de nobis spei et expectatio respondeamus, sicut officii nostri ratio postulat, tum in tuenda atque augenda pace atque concordia inter principes Christianos, tum in tollendis haeresibus atque dissidiis, et pristina tranquillitate ac decoro Ecclesie Dei restituendo, tum in hortandis excitandisque regibus ac principibus Christianis, ut in impios hostes religionis nostræ arma convertant : quæ quidem omnia tanto studio curabimus ut maximum omnium, que a Deo accepimus, beneficiorum existimatur sumus, si pro his rebus nobis daretur sanguinem et vitam ipsam profundere, etc. Datum Roma apud Sanctum-Petrum sub annulo Piscatoris m̄dix, Pontificatus nostri anno 1 ».

14. Significavit etiam aliis litteris<sup>2</sup> Cesari quantum spem in eius virtute collocasset, illumque ad pietatem Christianam provehendam invitavit :

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sign. 2897. Ep. LXXXVI. — <sup>2</sup> Ibid. sign. 2896. Ep. LXXXVII.

<sup>1</sup> Sur. in Comm. — <sup>2</sup> Ibid. cap. 206 et 207. Ep. CCV, CCXXXVI.

« Ferdinando Hungariae et Bohemiae regi illustri, electo Romanorum imperatori, etc.

« Plane persuasum habemus, ino vero scimus, te sicut clarae memorie fratri tuo Carolo imperatori, et majoribus tuis piissimis principibus in imperio ac regnis successisti, ita tum eorum pietatis et studii in religionem Catholicam imitator semper extiteris, futurum omni tempore religionis, fideique Catholicæ, tam turbulentissimi temporibus constantissimum advocate et defensorem, nostrorumque piorum consiliorum cum reliquis reipublicæ Christianæ partibus, tum in primis isti nobilissime nationi salutarium adjutorem; neque ulla loco, vel honori nostro, vel Sedis Apostolicæ dignitati, vel sanctæ matris Ecclesiæ obsequiis defuturum; qua quidem de te, charissime fili, spe explorata, certaque fiducia adducti, simul ac in hoc loco fuimus constituti, ea tibi paterni amoris nostri signa dedimus, que abs te in litteris ipsis animo commemorata gratissimo, jucunda tibi fuisse gaudemus, etc. in Febr. MDLX ».

15. *Maximiliano Bohemiae regi in fide fluctuanti Pius IV Hosium mittit qui illum confirmet.* — Paribus paterni amoris officiis complexus est Pius Maximilianum regem Bohemiae Ferdinandi filium natu maximum, qui illi de parte Pontificatu gratulatus fuerat, ac de concepto animi decreto de collocanda omni opera pro haereticis ad salutem revocandis, abofendisque vitiis et corruptelis omnibus<sup>1</sup> certiore fecit.

« Maximiliano regi Bohemiae.

« Charissime, etc. Jucundum nobis et gratum fuil officium, quod tua nobis serenitas per litteras prestitum, ex quibus in spem venimus fore, ut de quo munere nobis gratulata est, ad idem sustinendum et recte fungendum pro tua parte nos etiam adjuves, ut principem illo patre illisque majoribus ortum decet ». Et infra : « Quod ad nos attinet, datur omnem operam sumus pro credito nobis dispensationis officio, quantum quidem divina opitulante misericordia efficere poterimus, ut Ecclesiam Dei jam pridem diabolicis artibus turbatam, in commodiore statum redigamus, isisque a recto itinere aberrantibus in salutis viam paterna charitate et sollicitudine reducendis, ceterisque omnibus rebus, quæ emendatione indigent, corrigendis; id nobis propositum habentes, ut Dei honori, et cum reliquarum nationum, tum in primis nobilissime nobisque charissimæ Germanorum gentis quieti, concordiae salutique consulamus, etc. Dat. etc. ».

Fluctuare videbatur in fide Maximilianus rex Bohemiae, ex quo nefaria ducis Saxonie persuasione impios haereticorum libros perlegerat, quorum argutiis illitus, cum doctrina parum valeret, pœne Lutherana fraude irretitus teneba-

tur, ad quem in fide Catholica instruendum confirmandumque Pontifex Stanislau Hosium Varmensem in Polonia episcopum, Theologica eruditio controversiarumque, que cum haereticis vertuntur, peritia florentissimum, misit internuntium in aula Caesarea, qui pluribus colloquiis cum rege habitis offusas regie menti tenebras Catholicæ veritatis luce discussit, suorumque colloquiorum rationem Carolo Borromeo cardinali exposuit<sup>1</sup>. In primis explicuit ancipitem et variam, totiesque mutataum circa Eucharistiam Lutheranorum fidem, ut penitus excederint a fide, ac suspensi, quid crederent, fluctuarint, ex quo fidem Catholicam abjecerunt, atque ex erroribus in graviores prolapsi errores, Christi divinitatem negare coepirerint, Confessionemque Augustanam in pluribus articulis violarint.

16. « Borromeo cardinali.

« Cum ad regem venissem V kal. Februarii, obtuleram ei brevem quedam Catechismum, in quo de Cœna Domini hæc illi verba legi : Cœna Domini est Sacramentum, seu divinum signaculum, quo Christus vere præsens offert ac donat pane et vino Corpus et Sanguinem suum. Hæc dixi : Vedit serenitas vestra, quod qui scripsit catechismum hunc, cum toties variare videret Confessionem Augustanam, quæ principio quidem sub speciebus panis et vini, deinde, quod in et sub pane, postremo, quæ Calvinii quoque sententia est, quod cum pane nobis exhibetur Corpus et Sanguis Christi, nescierit in hac varietate, quam sententiam amplectetur. Itaque omisit præpositiones omnes, ut quam lector vellet, eam adderet, sed hoc in Germanico peræque facere non potuit, ubi necessarium erat addere præpositionem, itaque scripsit his verbis : « Hoc est Cœna Domini, et « Sacramentum, et divinum signaculum, in quo « Christus vere præsens veraciter nobis Corpus « et Sanguinem suum exhibet ». Hic, dixi, cum absque præpositione rem exprimere non posset, maluit signaculum illud omittere, nimimum, ut nos Catholicci dicimus, speciem panis et vini, ut aiunt Lutherani panem et vinum, et simpliciter dicit, quod exhibet nobis Corpus et Sanguinem suum, silentio præterito signo, in quo exhibet. Miratus est rex, cum hoc audivit ex me. Tum ego, audire me dixi, velle quosdam in isto conventu Numburgensi principibus omnibus Protestantibus hoc persuadere, ut quea prima fuit confessio oblata Carolo imperatori ante triginta annos, ei subscripti omnes, nec ab ea se unquam discessuros promittant. Atqui, dixi, jam omnes isti fere principes, cum in aliis nonnullis, tum in dogmate de veneribili Sacramento Eucharistiae, a prima illa Confessione Augustana quam longissime discesserunt, nam in

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. sig. 2961. p. 43.

1 Stanisl. Hosius. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3222. p. 67.

illa, dogma de Eucharistia plane fuit Catholicum, senserunt enim sub speciebus panis et vini, non autem in, sub, et cum pane et vino realiter nobis exhiberi Corpus et Sanguinem Christi; itaque nunquam fuit verum de Eucharistia dogma a Catholicis impugnatum. Ex quo factum est, quod etiam in apologia sua Philippus articulum hunc defendendum non suscepit, cum eum refellisset nemo. Rex vero : Habeo, inquit, Confessionem Augustanam primam illam : mox adferam, et video quibus verbis articulus hic sit conscriptus : itaque protulit librum, et ita reperit esse scriptum, sicut a me fuerat dictum. Tunc ego : Bonam spem, inquam, concipio ; non qui pacis et dilectionis, sed qui dissensionis Deus est, eum colnus, quod futura est vel hac in re magna inter eos dissensio, et non minus ipsi inter se quam nobiscum pugnabunt. Nam quod ad Eucharistiae dogma attinet, si volunt illud amplecti juxta veram illam et germanam confessionem Augustanam, quam imperator Carolo protulerunt, necesse est, quod cum Catholicis de eo consentiant et Lutheri sententiam rejiciant, qui dixit in pane, sub pane simul; Calvinus quoque, qui dixit cum pane Christi Corpus nobis exhiberi, quodque Catholicum est doceant, sub speciebus panis et vini id fieri, in quam sententiam, ut omnes convenient, non credo. Nec ego credo, inquit rex, nam ex maxima parte facti sunt jam Calviniani. Illic videt, inquam, Serenitas vestra, quando semel in uno deficitur ab Ecclesia Catholica, quam postea variae multaque discussiones consequantur. Visum est rectum, ut amplectentur nescio quam confessionem Augustanam, nunc eo progressi sunt, ut negent esse verum quod dixit Christus : Hoc est Corpus meum. Videbit Serenitas vestra, quod non quiescent, donec hoc etiam usque progrediantur, ut dicant falsum esse quod dixit Evangelista, Verbum caro factum est, quod et in Moravia et in Hungaria praedicari non ignorat Serenitas vestra. Et certe si fas est arguere mendacii Veritatem ipsam, Christum Deum dicente : *Hoc est Corpus meum*, non video quomodo prohiberi possit, quominus licet etiam arguere mendacii disciplum Christi Joannem Evangelistam dicente : *Verbum caro factum est*. Cum autem inspicret rex confessionem Augustanam, incidit in illud quoque, in quo negant se tollere confessionem auricularem, quam esse necessariam dicunt privatam absolutionem, nisi quod nolunt homines adgit ad auxiam illam peccatorum omnium enumerationem, quam recordari non possunt, cum scriptum sit : *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me*. Tunc ego : Nec Ecclesia, inquam, adgit quemquam ut ea recenseat, quorum non potest meminisse; verum et iste articulus apud illos jam non observatur, ut in eo quoque discessum sit a Confessione Augustana. Reperiet autem et hoc

(inquam) Serenitas vestra, quod ipsi negant se Missam abolevisse, sed magna cum reverentia retinere : quæsivit locum et reperit, ac ita se rem habere cognovit. Dicunt enim se Missam non abrogasse, quin ritus illius omnes, et ceremonias retinere, nisi quod pleraque Germanica lingua dicantur; nundinationes autem missarum prohibuisse. Et certe, inquit rex, non potest negari, quin magni fuerint abusus præsertim in illis nundinationibus. Tunc ego : Quod negant se missam abrogasse, ritusque illius et ceremonias, id falsum esse multis in locis res ipsa clamat, ut verbis confutari necesse non sit : itaque et in hoc discessum est ab Augustana Confessione. Soli proponendum sunt in Germania Norimbergenses ex iis, qui discesserunt a nobis, qui ritus et ceremonias Ecclesiasticas, etiam in missa, quam celebrare putant, retinere videntur, reliqui fere omnes abrogarunt, nisi quod Marchio quoque Brandenburgensis elector adhuc retinere dicitur; quod autem ad nundinationes attinet, ultimam negari possit fuisse aliquando, sed paucorum crimen non debet Ecclesie præjudicii quidquam adferre, nec propter abusum bonus usus est abrogandus ». Et paulo post : « Nunc hoc, nunc illud mutandum esse putaverunt, ad extreum et sacerdotium et sacrificium abrogarunt, et ipsam etiam veritatem corporis Christi in Eucharistia negarunt : demum eo res pervenit, ut audeat insipiens in corde suo dicere, et in tactis palam prædicare ; Christus non est Deus, sancta Trinitas non est Deus, sancta Trinitas non est adoranda. Periculosa est, dixi, omnis, quacumque in re, que præsertim ad religionem pertinet, mutatio, quamvis ea parva videri possit, nihil autem tutius, quam credere sanctam Catholicam Ecclesiam, illi se totum subjicere et in illius traditionibus acquiescere. Visus est huic sermoni meo rex assentiri. Datum Viennæ xxix Januar. anno MDLV.

« STANISLAUS HOSIUS,  
episcopus Warmiensis ».

17. Habuit idem episcopus Warmiensis cum Maximiliano Bohemiae rege plura alia colloquia de fidei Catholicæ controversiis, de quibus Borromaeum cardinalem certiorem fecit, ac inter alia mense Septembri, cum eo de bonis operibus, quæ negant Lutherani ad salutem esse necessaria, disseruit, neclandissimamque eorum impietatem ac superbiam in regiis oculis defixit, horrenda etiam eorumdem novatorum mendacia, quibus falsa doctoribus Catholicis astingunt, confutavit, Philippique Melanctonis ad Sacramentarios inclinantis imposturas detectis<sup>1</sup>, de quibus haec ad Joannem Moronum cardinalem scripsit :

<sup>1</sup> St. episc. Warmien. Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3222, p. 435.

« Reverendissimo in Christo patri illustrissimo D. D. Joanni Morono S. R. E. cardinali, et episcopo Albanensi, D. observantissimo.

« Quid vel cum regia serenitate, vel cum regia maiestate superioribus iis diebus egerim, ex iis quæ scripsi reverendissimo DD. Borromeo, cognoscet dominatio vestra. Video quod magis in Augustanam, quam in Wittembergensem Confessionem rex propendet. Itaque omnia facio, ut ei persuadere possim, quo minoris faciat etiam Confessionem Augustanam, et ei praferat Christianam. Hoc animadvertere mihi sum visus, quod incipit fluctuare, neque mediocriter commovetur istis ipsorum inter se dissidiis. Multus mihi fuit cum illo sermo de bonis operibus, quæ dixi negare Lutherum, quod sint necessaria. Respondit ille, quod neque Lutherus, neque sectatores ejus hoc negent. Ego vero : Scio, inquam; præcise necessaria esse non negant, sed ad salutem necessaria esse negant. Ita, inquit, res est : negant ad salutem esse necessaria : Quam ergo, inquam, ad rem sunt necessaria? Num ad condemnationem? Si hæc est bonorum operum ratio, præstat illis esse vacuum, et omni scelerum ac flagitorum genere coopertum. Fides, inquit ille, non potest esse absque operibus. Tum ego : Nonne fidem habent dæmones, et contremiscunt? Qui dæmonia ejiciebant in nomine Domini, qui prophetabant, qui multas virtutes faciebant, nonne fidem habebant? quos tamen a se discedere jubet Dominus, quod eos operarios iniquitatis esse dicat. Nonne dicit Paulus : *Si fidem habuero, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil prodest?* Qui vel unus locus perspicue satis docet, posse esse fidem sine operibus. Judicium illud extrellum certum est de fidelibus futurum, non de infidelibus, nam qui non credit iam judicatus est, fidelium igitur opera discutientur in extremo judicio, num pavent esurientes, num dederint potum sientibus, etc. que prosequitur Evangelista. Tum rex : Fides, inquit, vera non potest esse operibus destituta? Ego vero : Illa fides, inquam, de qua Paulus loquitur, quod per charitatem operatur, certum est quod otiosa non est, sed est operibus exornata, et hanc ad salutem esse necessariam docet Ecclesia, quæ cum operatur per charitatem, non est sola, sicut isti docent, sed sunt illi opera conjuncta, et vocant scholastici fidem hanc formatam, de quibus et ipsis pleraque sum locutus, ac judicavi scholasticos illos, qui nunc in contemptum adducuntur, sermone quidem imperitos fuisse, non autem scientia, nam ornatum quidem et splendorem orationis non habuere, sed inter ea plus esse in uno Thoma Aquinate doctrine, quam in omnibus istis nostri sæculi doctoribus, qui postquam ab Ecclesia Dei discesserunt, inflati sensu carnis suæ, se solos sapere, reli-

quos aulem omnes despere persuasum habent.

« Legisse memini, quæ false scholasticis attingit Philippus Melancton, qui vult illis ignotum Christum fuisse, quod nihil docuerunt de fide intuente, non nostram dignitatem, sed mediatorem. » Et mox : « Nihil profert Philippus præter mera mendacia : nam cum non haberet, quod in Ecclesiæ doctrina merito posset reprehendere, finxit ipse sibi monstra, quæ impugnaret, quo magis miror, quod hujus hominis scriptis, quæ non aliunde quam ex mendaciis conflata sunt, tantum tribuatur. Nolle autem me, ut rex mihi credat, nisi contraria omnia in ipsis scholasticis doctoribus ostendero, quod suo tempore me facturum esse recepi. Hæc ego propterea contra Philippum pluribus disserui, quod mihi sum animadvertere visus, pluris a rege Philippum fieri, quam cæteros : quem ego præ cæteris insector, quoties cum rege<sup>1</sup> mihi sermo est, et multis argumentis, quod Sacramentarius fuerit, demonstrare conor. Dixit autem mihi rex, quod habeat librum ab Augusto Saxonie duce missum, in quo Philippus disertis verbis suam de Sacramento Eucharistiae sententiam explicat, seque idem sentire quod Lutherum declarat. Ego vero dixi, mihi suspectum esse librum hunc, quod non prodierit in lucem vivo Philippo, quod multorum convitiis jam ab annis aliquot nunquam adduci potuit, ut suam de hoc Sacramento sententiam explicaret, seque ab ea suspicione, in quam venerat, quod cum Sacramentariis facret, purgaret; nunc demum eo mortuo profetri nescio quod scriptum sub ejus nomine, quod ego illius esse non credo. Nam etiam in colloquio Wormatiensi nullis rationibus perficere potuisse Philippi collegas, ut inter hæreticos, qui fuerant æque Lutheranorum atque Christianorum iudicio damnati, Sacramentarios numeraret. Hic fere fuit cum rege sermo meus, etc. Datum Viennæ in Austria die xxv Septembris anno Domini MDLX.

« Ejusdem illustrissimæ et reverendissimæ dominationis vestræ servitor addictissimus.

« STANISLAUS, episcopus Warmiensis. »

18. In alio colloquio cum eodem rege inito mense Octobri Stanislaus Hosius, ostensis Lutheranorum libris, demonstravit eorumdem impiam vœsaniam, qui Lutheri verba cum verbis Christi conferre auderent : demonstravit etiam cathedram Lutheri cum Petri Cathedra non comparandam, cum Petro Christus promiserit fidem ejus non defutaram, non Luthero : cumque Lutherum loco Christi habeant Lutherani, ab ejus tamen decretis discedere, nec ullam in eorum fide certitudinem reperiri, et quemque sua somnia pro divina Scriptura obtrudere ; ac si Romanum Pontificem irrare posse ganniant,

<sup>1</sup> Maximilianus II.

multo magis de Lutherio id sentiendum; cumque novatores occinant magis Deo obediendum quam hominibus, convinci varios ab iis Deos coli, cum quisque suam opinionem, ut divinam colat: eosdem pari impudentia in Cæsarem insurrexisse ac in Pontificem, cum Carolum V ab eo proscripti proscripsere, proscriptumque a nomine divulgari, nec minus sprevisse decretorias Cæsarei senatus sententias, quam Conciliorum, atque a Gallo Lutherano Wittembergensibus objectum, eos ab Augustana confessione defecisse, ac Philippum Melanctonem in litteris ad Palatinum se Calvinistam professum in Eucharistiæ articulo, in aliis ad Saxonem datis atque ad Maximilianum regem transmissis, Lutheranum se profiteri, ex quibus constat, perfidiam pro fide eos sectari, que omnia idem episcopus<sup>1</sup> Carolo Borromeo cardinali recensuit his verbis:

« Borromeo cardinali.

« Cum venissem ad regem, produxi libellum Nicolai Galli, quo graviter insectabatur preceptores suos Wittembergenses, et post allata ejus delira verba, quibus Lutherum commendabat tanquam novum Heliam a Deo excitatum, regi dixi, me non posse satis mirari istorum hominum audaciam et impudentiam, qui Lutheri sui doctrinam non alio loco, quam quo Christi doctrinam haberi volunt, et ejus verbum, Dei verbum vocari non dubitent: Quæ est, inquam, si non est haec ipsissima idolatria? quoniam præceptores illorum, in nonnullis a Lutheri discesserunt, magnum eos et indignum facinus patrasse queritantur, et cum ipsis in multo pluribus discesserint a Christi, et ejus corporis Ecclesiæ doctrina, non modo nihil se peccasse agnoscent, verum etiam tanquam de præclaro aliquo facto gloriantur. Quæ vero comparatio cathedrae Lutheri cum Cathedra Petri, cum huic promiserit Deus nunquam esse defuturam fidem ejus, de illa nullum tale promissum extet? Quam praelare autem fecit Deus, ut qui discesserunt a Petri Cathedra, ac diversum ab ea sibi doceri permiserint, ii nunc accusentur, quod et ipsis discesserint a Cathedra Lutheri, quem isti Stoici Lutherani non alio, quam quo Petrum, atque adeo Christum ipsum loco haberi volunt, et adorari. Quid autem faciat hominibus iis, qui nec Ecclesiam nec præceptores suos audire volunt? quid aliud ex eo consequi necesse est, nisi ut tot sint sectæ, quot sunt homines, dum unicuique Scripturam interpretari juxta sui cordis visionem licebit, et quod ipse senserit, id tanquam Dei verbum haberi. Inde adeo nate sunt harreses istæ omnes, quod a Petri Cathedra discessum est. Nil jam dicam de Zuinglianis, Anabaptistis et ceteris portentis. Eliam ipsis Lutheri discipuli, qui videntur in

ejus Cathedram successisse, jam arguuntur quod non successerint in doctrinam Lutheri. Volunt errare posse papam, volunt errare posse præceptores suos, cur non autem concedere debeant, errare potuisse Lutherum quoque, cuius dogma cum tanta pertinacia defendant? jam non ille fuit homo æque errori obnoxius ut alii? Et mox: « Quamobrem in hac istorum contentione nihil tutius videtur, quam Ecclesiæ ducem sequi, Petrique Cathedrae conjunctum esse. Cum hoc andisset a me serenitas illius visa est non mediocriter commoveri ». Et post nonnulla:

« Iterum dixi serenitati illius, quod nulla sit hæreticis magis usitata cantilena, quam quod obedere magis oportere Deo dicunt quam hominibus. Quasi vero Lutherus Deus sit, cui necesse sit obedere. Putant se obedere Deo Adiaphoriste, putant idem et qui insectantur eos rigidi Lutherani, neque diversum sentiunt, et Sacramentarii, et Anabaptistæ, et reliqua fæc hæreticorum. Interca tamen quisque non Deo, sed suo, aut alicujus, cuius opinionem amplectitur, capit obedere se non obscure declarat, cum nemo Deo obedit, nisi qui Ecclesiæ, per quam Deus loquitur obedit.

« Quæsivi autem ex illius majestate num intelligeret, quod ibi scribit Gallus de latro proscriptionis decreto sub Dei titulo contra supremam potestatem; cum non satis assequi se responderet; memoria tenere proculdubio Serenitatem ejus dixi, quo tempore contra seditiones quosdam principes bellum suscepérat Carolus imperator, quod contra eos proscriptionis decretum tulerat: illi vero tantidem fecerunt proscriptionem Cæsaris, quanti Pontificis et episcoporum excommunicationem. Itaque scripserunt libellum quendam, ac typis mandarunt, qui passim terebatur manibus omnium, in quo singebant Christum pro tribunali sedentem, et sententiam proscriptionis contra Carolum imperatorem ferentem; quem jam non imperatorem, sed Carolum a Gandavo vocabant. Sic videt, inquam, serenitas vestra, quod qui sunt novum hoc Evangelium amplexi, non magis de Pontificis, quam de Cæsaris auctoritate labefactanda vel evertenda potius consilia capiunt; quod idem quoque in Gallia nunc fieri, ubi dicuntur ex subditis nonnulli contra regem suum arma cœpisse. Sed et in Germania quidam principes, cum sit a judicio Camerae lata contra eos sententia, dicuntur judicatum facere nolle, quod eos judices male pronuntiasse affirmant. Nec video, si licitum est Conciliorum decreta pro nihilo habere, cur non idem licet de judicium cameræ imperialis decretis facere, quos etsi viros graves esse et doctos libenter concedam, graviores tamen sunt et doctiores ac plures etiam, qui ex toto orbe Christiano ad OEcumenicum Concilium convenient. Ha jam,

<sup>1</sup> Stanisl. Hosius. Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3222. p. 50.

proh dolor ! eo ventum est, ut quisque sibi judicium de Scripturis, de judicium Camerae imperialis deque Conciliorum decretis arroget, et quod suo capiti videtur, id sibi sequendum esse putet. Legi postea locum quendem ex eodem libro, ubi Wittembergensiis criminis dat Gallus, quod Confessionem Augustanam abnegaverint, quodque diaconos suos prohibuerint, ne mentionem ejus in concione facerent : ostendi simul quibus in rebus Wittembergenses ab Augustana Confessione, sive a Lutheri doctrina discessisse dicantur ». Et infra : « Haec et alia cum dicerem, ac declararem tum illius serenitati, audivit me patienter, neque visus est illi sermo meus ingratius accidere, etc. » Subdit Melanthonem in controversia Cœne Domini ad Fridericum comitem Palatinum Rheni se aperte Calvinii partium sequacem declarasse : in alia vero, quam Augustus Saxonie dux ad regem miserat, professum esse, se idem plane, quod Lutherus de Eucharistia, sensisse, perfidiamque hominis dato regi Melanthonis judicio in controversia apud Palatinum agitata ostendisse. « Datum xxxi Octobris MDLX ».

19. Disceptavit idem Episcopus cum eodem rege de justitia haëreticorum imputata, sed nulla, qua gloriantur illi, quibus a Catholicó poeta arguto objectum fuerat eos imputata quoque gloria contentos, veris suppliciis discruciantos esse, cum vere injusti esse velint, in quam sententiam has litteras<sup>1</sup> ad Cardinalem e Puteo mense Novembri adulto exaravit :

« Puteo cardinali.

« XV kalendas Decembris misit ad me rex, ut ad se venirem hora IV; feci quod jussit, ac ostendi illi versiculos quosdam, nescio quo auctore conscriptos, de imputata Lutheranorum justitia :

Ponis justitiam tibi imputatam  
Non qua ponitur orthodoxe inhærens :  
Cur hoc ? es male conscient tibi ipsi,  
Cui ut justitiae nihil, sed ingens  
Contra injustitiae lues inhæret.  
Hinc spes omnis abest tuae salutis  
Ni quis justitiam det imputatam  
Esto justitiae imputator absens,  
Ut respondet ergo condescenderet  
Jus causis meritoque retributum;  
Sic ut justitia est tibi imputata,  
Sic mercede fruari imputata,  
Proque injustitia qua tibi inhæret  
Est et pœna tibi futura inhærens.

Lepidum hoc et festivum carmen hoc mihi videri dixi, neque potuisse quidquam scribi verius, nam qui nolunt habere nisi imputatum justitiam, æquum est, ut iidem non habeant nisi imputatam gloriam, ut sicut abest ab illis omnis justitia, sic ab sit etiam omnis merces æternæ gloriæ, et sola sint utriusque imputa-

tione contenti : contra, sicut præsentem inhærente fatentur injustitiam, et sic futuram etiam inhærentem sibi penam sentiant sempiternam: cumque multa dixisset contra imputatam islam injustitiam, laudavit ipse quoque rex versus hos tanquam festive scriptos, etc. Datum Viennæ xxv Novembris MDLX ».

20. Mense Decembris accersitus a Maximiliano rege Stanislaus Hosius Warniensis episcopus Novatorum circa fidem manifesta ostendit dissidia, utque Philippus Melancthon mutata quinque Confessione Augustana Zoinglianismum et Calvinismum admisisset, eundemque vi veritatis adactum confessum esse, immutata vetere fide, quibuslibet fingendi qualibet monstra indultam licentiam; ex quo illustre et conspicuum sit, non esse tutum a vetere fide Catholica discedere, ac Lutherum palam scriptis suis professum esse, non malam esse transubstantiationis fidem, sed jurgit excitandi causa eam puro Pontificis odio pernegasse, que cum rex pendisset, professus est se tantam vœsaniam execrari, de quibus omnibus Carolus Borromæus cardinalis certior ab Illosio<sup>1</sup> redditus est hisce litteris :

« Borromæo cardinali.

« Quinto idus mensis hujus, cum nihil minus expectarem, significavit mihi serenissimus rex ut ad se venirem. Tuli tecum libros, inter quos erant duo, quorum eterque fuit inscriptus: *Corpus doctrinæ Christianæ*. Unius auctor erat Philippus Melancthon, mollis Lutheranus ; alterius Vigandus, ex durioribus Lutheranis. Exhibui regi, simulque indicavi, quod istorum eterque vocaret doctrinam suam doctrinam Christi, a qua tamen abesset eterque longissime, quod corpora hæc duo inter se pugnarent ». Et infra : « Dixi quod quæ Confessio primum imperatori Carolo fuit oblata, scripta fuit iis verbis, quod sub speciebus panis et vini vere exhibeat Corpus et Sanguis Christi : deinde mutata fuit in hunc modum, quod in et sub pane et vino vere exhibeat. Itaque subinde variat Philippus in sua ista magnifica Confessione, quam in plerisque locis quinque mutasse dicitur ». Et paulo post : « Hanc recens editam Confessionem Augustanam Calvinus amplectitur una cum Lasko, et eam secum facere gloriatur. Sic Philippus in sua Confessione fenestrarum apercut Zounglianismo, sive Calvinismo. Legi postea in præfatione Philippi verba illa : « Non dissimulari potest motis rebus magna varietatem opinionum exortam esse ; et concedit anarchia licentiam malis ingenis « fingendi monstruosa dogmata ». Hic videt serenitas vestra, quomodo fatetur Philippus molis rebus magnam varietatem opinionum exortam esse ; quis autem est qui movit res ?

<sup>1</sup> Illosius cardin. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3222. p. 55.

<sup>1</sup> Stanisl. Illosius. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3222. p. 41.

An non Lutherus primo, deinde sectator hic ejus Philippus? Voluit sibi licere Lutherus, ut nova quædam dogmata proferret, quæ hactenus Ecclesia Dei ignoravit: utque suum singulorum intellectum produceret, judiciumque suum privatum publico totius Ecclesiae judicio præferret, quid ex eo postea fuit consecutum? Exorti sunt Zwinglius, Muncerus, Pacimontanus, Svenckfeldius, Servetus, et alia id genus hominum portenta, cum viderent rem Luthero succedere, et illius verbum tanquam Dei verbum ab imperitis adorari sinxerunt, et ipsi monstruosa dogmata, et eorum nonnulli plures discipulos et sectarios nocti sunt, quam Lutherus; sic plenus est nunc mundus monstruosis dogmatibus: adeo non est tutum ab eo discedere, quod est Catholicum, et suum, vel unius alicujus singularem intellectum sequi. Vocamus Fidem Catholicam et Ecclesiam Catholicam. Illius nobis doctrina amplectenda est, nec sit ullum de ea privatum judicium interponendum, ut pluris id, quam illius judicium faciamus. Non est unius alicujus hominis movere, quod est ab Ecclesia constitutum, quod simul ut in aliqua re factum est, fieri non potest quin et aliæ multæ moveantur, et magna rerum perturbatione consequatur. In Concilii determinandum est, si de qua re dubitabim, neque permittendum est, ut aliquis doctrinam suam verbi Dei titulo vendit». Et post multa in hanc sententiam subdit: « Scimus quod omnia, quæ dixit, scripsit Lutherus, non in aliud finem retulit, quam ut papatum everteret, et hoc nunc vocatur Dei verbum, non agnoscere papam. Etiam apertam veritatem in odium pape oppugnavit, et produxi ei quemdam libellum, quem scripsit Lutherus de adoratione Eucharistiae, ubi inter cætera scribit, non multum referre, etiamsi quis credat transubstantiationem, modo simul credat ibi esse Corpus et Sanguinem Christi; sed quoniam, inquit, papiste vehementer urgent transubstantiationem istam absque Scriptura, nos non ob aliud, quam ut adversemur illis, et in despectum illorum volumus hanc opinionem tueri, quod ibi maneat verus panis et vinum cum Corpore et Sanguine Christi. Hoc dixi: vocatur nunc Dei verbum, novas opiniones fingere, et ab Ecclesia consensu discedere in odium et despectum papæ: atqui Dei verbum non est nisi charitas, a qua quantum isti remoti sunt, videt serenitas vestra, qui nihil aliud spirant quam odium et contemptum erga eum, cuius ministerio fil, ut conservetur charitas et unitas. Tum rex, cum locum hunc inspicaret: Certe, inquit, ego non probò ista. Atqui talia sunt, inquam, fere dogmata Lutheri, nihil aliud quam odium, quam contumeliam quædam spirantia, quo magis ab illius doctrina cavere cordati debent. Obtuli illi postea Confessionem Christianam nostram in Germanicam linguam

translatam, quod sibi munus gratum esse ostendit, etc. Datum xiv Decembris MDLX».

21. *Bavariae ducem hortatur Pius ad constantiam in fide.* — Edoctus fidei Catholicæ doctrinam ab Hosio Maximilianus rex obstruxit aures susurris Lutheranorum, et constantissime fidem Catholicam propugnavit, quamvis concitadas de se pravas suspiciones non omnino sedaverit. Florebat vero in Germania defensæ flagrantissimo studio Catholicæ fidei fama Albertus Bavariae dux, ad quem incitandum in eo pietatis et gloriae cursu Pontifex<sup>1</sup> proposuit illi imitanda majorum exempla, quibus et felicem æternitatem sibi comparalurus et apud homines summum decus collecturus esset, si egregiis cœptis insisteret.

« Alberto duci Bavariae.

« In maximis curis et sollicitudinibus, quas ex suscepto tanto munere sustinemus, nou medioriter nos consolatur talis filii erga nos et sanctam matrem Ecclesiam tanta pietas atque devotion, qua quidem in re letandum quoque est nobilitati tuae, dilecte fili, et divinum beneficium agnoscendum, quod bonæ memoriae parentum et majorum tuorum vestigiis insistis, qui usque eo pī et orthodoxi principes fuerunt, ut vel sanguinem ipsum pro Catholicæ fidei et sanctæ Matris Ecclesiae defensione profundere parati fuerint, maximaque, quoad vixerunt, eo nomine laudem adepti sunt, et ad meliorem vitam translati, pietatis et constantiae sue præmium nunc percipiunt, quos cum tam egregie imiteris, fidei tuae constantiam et præclaram voluntatem erga Sedem Apostolicam, ac sanctam matrem Ecclesiam meritis in Domino laudibus prosequimur, etc. xx Februarii MDLX».

Addidit quoque piros stimulos Henrico Brunsivensi duci juniori Pius, ut in colenda fide Catholicæ constanter perstaret, nec se hæreticorum dolis illaqueari patetur, illique paterna omnia officia detulit. Quanto etiam amore complecteretur Hungaros, atque ad eos aduersus Turcicam tyrannidem tuendos paratus esset, significavit Nicolao archiepiscopo.

« Tue fraternitat, reliquisque qui istis in partibus superestis, tanto majore studio adfuturi, et quidquid poterimus auxiliū laturi sumus, quanto longius a nobis remoti estis, et propter impiorum hostium propinquitatem majore in periculo cum commissis vobis ovibus versamini».

22. *Archebisopus Toletanus hæresis suspicione notatus.* — Sparsæ tui erant per Hispaniam hæreses Lutherane faces, ad quas restinguendas Philippus rex, ut erat exagerala sapientia ornatissimus, ac probe norat, convulsa religione, regum solia ruerere viresque reipublicæ mille dissidiis infringi, omnem diligentiam

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. sig. 2896. Ep. 61.

atque operam defixit, fideique sacrae censure ad severitatem in reos impietatis exercendam armavit, adeo ut Bartholomaeus e Miranda Ordinis Prædicatorum archiepiscopus Toletanus, ejus criminis suspicione notatus, in vincula conjectus sit, cumque de judicio legitimo variae controversiae oborta essent, quod ille Hispaniarum primas diceretur, Pius<sup>1</sup> in Philippi regis pietate tantam præsidii et justitiae fiduciam reposuit, ut illi auctoritatem contulerit ad constitutendos judices, qui eam causam decretoria sententia definirent :

« Ad futuram rei memoriam.

« Alias postquam felicis recordationis Paulus papa IV prædecessor noster, per cum accepto, quod in regnis Hispaniarum Lutherana et aliæ exortæ hæreses pullulare cooperunt, et latius serpere videbantur, ita ut de aliquibus etiam Ecclesiarum prælatis verisimiliter suspici posset, huic morbo efficaciter mederi volens venerabili fratri Ferdinandῳ archiepiscopo Hispalensi principali hæreticæ pravitatis in dictis regnis inquisitori, quod usque ad biennium de consilio dilectorum filiorum supremi consilii inquisitionis hujusmodi contra quoscumque episcopos, archiepiscopos, patriarchas et primates in eisdem regnis degentes, super hæresibus hujusmodi inquirere, et quoscumque processus formare, et superinde legitima iudicia ad capturam sufficiens comperta forent, ac verisimiliter formidaretur, ne ipsi sic inquisiti episcopi, archiepiscopi, patriarchæ et primates a regnis prædictis autigerent, seu alias se absentarent, aut alias eidem Ferdinandῳ archiepiscopo videretur expedire, eosdem inquisitos episcopos, archiepiscopos, patriarchas et primates in aliquo tuto loco et seculo aliqua fideli custodia arrestare et custodiri facere valeret, ita tamen quod tanto citius ipse Ferdinandus archiepiscopus posset eumdem prædecessorem de his omnibus certiore reddere, ac ipsos arrestatos archiepiscopos, patriarchas et primates una cum indicis contra eos militantibus, et cum toto processu contra eos habito in forma fidem faciente suo sub sigillo ad ipsum prædecessorem transmitteret, plenam et liberam per ejus in forma brevis litteras facultatem concesserat et auctoratatem; eaurumdem litterarum vigore dictus Ferdinandus archiepiscopus inquisitor venerabilem fratrem archiepiscopum Tolestanum de Lutherana et alia forsas hæresi suspectum et accusatum capi et careeri, aut arrestari mandavit, prout ipse Bartholomaeus archiepiscopus carceratus et arrestatus definitur de presenti. Nos postmodum nefandis hæresum erroribus omni, quo poterimus, salubri remedio pro salute gregis Dominici obviare cupientes, charissimo in Christo filio nostro Philippo

Hispaniarum rege Catholico nobis desuper humiliiter supplicante, facultatem et potestatem per litteras dicti prædecessoris prædictas eidem Ferdinando et inquisitori, ut præfertur, concessas, et cum omnibus ac singulis in eis contentis; alias desuper confectas litteras hujusmodi auctoritate Apostolica per alias nostras in simili forma brevis litteras confirmaremus, approbavimus et innovavimus, easque plenæ firmitatis robur obtinere, ac eidem Ferdinando archiepiscopo, et pro tempore existenti generali inquisitori prefato, tam dicto biennio elapo, quam etiam alio illud immediate sequente biennio dumtaxat suffragari, ipsumque Ferdinandum archiepiscopum, et pro tempore generalem inquisitorem ad illam executionem alias in forma servata procedere libere et licite posse et debere decrevimus : addita porro ea lex fuit, ne adversus episcopos, archiepiscopos, patriarchas et primates decretoria a censoribus fidei pronuntiaretur sententia, sed ad Pontificem iudicaria acta rite confecta transmiserentur, ut iudicariam sententiam ferret. Cum vero his mandatis instructus Ferdinandus Hispalensis archiepiscopus Toletani causam Paletino et Placentino episcopis cognoscendam demandasset, Toletanus archiepiscopus eumdem Ferdinandum et Abulensem episcopum, et Andraem Peresium fidei censura præfectos sibi suspectos judices esse contendit, gravesque inde contentiones exarserunt, quæ cum Pontifici relata essent, ut litium anfractus abscederet, hæc sauxit : Ne, inquit, ob altercationes et differentias, quæ super iudicio suspicionum prætensarum hujusmodi ortæ sunt, et in futurum verisimiliter oriri possunt, causa dicti Bartholomæi archiepiscopi in infinitum protrahatur, sed ea quanto citius fieri posset, debite finiatur et terminetur, pro nostri pastoralis officii debito opportune providere volentes, ac de præclara integritate, probitate, ac prudentia dicti Philippi regis plurimum in Domino confisi, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, et de Apostolice potestatis plenitudine eidem Philippo regi ut unum, duos, aut tres, vel plures, et tot quot sibi expedire videbitur episcopos, aut alios probos justos et peritos viros Ecclesiasticos judices, non tamen suspectos in causa hæresis hujusmodi, contra dictum Bartholomæum archiepiscopum nominare qui causam prædictam audire, cognoscere et fine debito terminare possint libere et licite valeat, plenam, liberam, et omnimodam auctoritatem et facultatem auctoritate Apostolica præfata tenore presentium concedimus pariter et impartimur, etc. Datum Roma apud S. Petrum die v Maii MDLIX ».

De hujusmodi auctoritate Philippo regi tributa extant Apostolicæ ad ipsummet eadem die datae litteræ.

23. Visum est nonnullis vi hujus decreti, et

<sup>1</sup> Pio IV. lib. brev. p. 411.

conceptis verbis auctoritatem attributam, ut iudices Ecclesiastici a Philippo rege designati ferendae in archiepiscopum decretoriae sententiae potestate ac jure pollerent, sed cum hoc repugnaret archiepiscopali auctoritati juriique Pontificio, consultus de his Pontifex obscura et involuta verba nitidius expressit, sanxitque ut iudices illi a rege constituti, actionis judicariae instruendae conficiendaeque in archiepiscopum jure atque auctoritate valerent, a ferenda tamen decretoria sententia sibi temperarent, cūjus ferendae jus sibi Pontifex<sup>1</sup> reservavit :

« Ad futuram rei memoriam.

« Nuper emanarant a nobis litterae in forma brevis tenoris subsequentis, videlicet, etc. Cum autem intentionis, et mentis et voluntatis nostrae semper fuerit et sit, ut praedicti iudices per ipsum Philippum regem nominandi in causa haeresis contra dictum Bartholomeum archiepiscopum, processum solummodo facere et formare et usque ad sententiam definitivam exclusive dumtaxat procedere possint, eapropter motu, scientia et deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, auctoritate Apostolica lenore praesentium attestamur, decernimus, atque declaramus, intentionis, ac mentis, et voluntatis nostrae fuisse et esse, quod iudices præfati processum in causa praedicta conficeret ac formaret usque ad sententiam definitivam exclusive dumtaxat procedere valeant, volentes processum sic per eosdem iudices, ut preferatur, formatum in authentica et valida forma redigi, sieque redactum et clausum eorum sigillis munitione ad nos transmitti, ut illo diligenter viso et mature considerato, quod secundum Deum et justitiam fuerit in causa ipsa, que nobis et Sedi Apostolicae specialiter reservata existit, in consistorio nostro secreto de fratrum nostrorum consilio deliberare, terminaret atque judicare possemus; decernentes nihilominus irritum et inane quidquid secus forsan est hactenus attentatum, vel in posterum super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter configerit attenari. Non obstantibus, etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, etc. die iii Julii MDLX, an. i ».

Extracta est haec causa archiepiscopi Toletani ad Pii V et Gregorii XIII tempora : expensa autem re a Romana inquisitione nihil solidi repertum fuit, ut archiepiscopus manifeste noxae damnaretur, sed solum, ut obstringeretur ad ejurandum haereses crimen ob vehementem suspicionem, quam excitarat de sue fidei pravitate. Verum idem carcere liber Romæ obiit, exhibitus non solum incontaminatae fidei, sed singularis pietatis indiciis.

24. *Responsum datum oratori reginae Scotiæ de periculis præsentibus Ecclesiæ.* — In Gallia et Scotia<sup>2</sup> vehementius perturbatae ac labefactale

erant religionis Catholicae res, ad quas confirmandas Pius cum Francisci II Galliæ et Scotiæ regis, ac Mariæ reginæ oratorem, qui vetere more obsequia Pontifici regio nomine devoverat, exceperat, constituendæ, pristinæque dignitati ac splendori restituendæ religionis sacrum ardorem aperuit, ac se jam ad depravatos mores ad pietatis veteris normam revocandos multa gessisse, atque Concilii OEcumenici celebrandi ad omnia religionis dissidia extingueda fixam voluntatem animo concepisse significavit :

« Responsum datum oratori Francorum regis et reginae Scotiæ post obedientiam tributam sanctissimo domino nostro Pio papæ IV de mense Maii MDLX.

« Illustrissime domine orator. Etsi sanctissimus dominus noster hunc summi sacerdotii honorem sola Dei benignitate ad se delatum fuisse intelligat, jucunda tamen ipsi est charismorum in Christo filiorum suorum Francisci et Mariæ Francorum, et Scotiæ regum gratulatio pietatis index, qua sanctissimum dominum nostrum prosequuntur; obedientia vero quam iidem sanctissimo domino nostro per te oratorem suum præstant, gratissimo animo a sanctissimo domino nostro accipitur. Qui quidem pro tali pietate et obsequio ambobus regnorum suorum incolumitatem et quietem, secundosque rerum omnium eventus, ac divinæ gratiae incrementum precatur, eisque et matri regis religiosissimæ, sapientissimæ reginæ gentili suæ officia omnia pollicetur et defert, quæ ab amantissimo et benignissimo patre expectantur, summo co studio, quo fiescumque occasio dabitur, præstitorus. Quod ad Ecclesiæ statum attinet Sabbathæ artibus tantopere perturbatum, sanctissimus dominus noster memor officii sui, simul atque Ecclesiæ gubernacula suscepit, ad eam constituendam, et ad pristinum ei decorum et tranquillitatem reddendam, cœpit incumbere, itaque et ea corrigere continuo aggressus est, quæ in moribus et disciplina sacerdotum emendatione egere visa sunt, et ad haereses et schismata tollenda OEcumenicum et generale Concilium, sicut rex Christianissimus optat, indicere prope diem et celebrare Deo juvante constituit, cupiens, si fieri possit, tantam ovium multitudinem errantium ac dispersarum ad ovile Domini suis ipsius quanquam senilibus humeris reportare, quarum salutem sanguine et vita sua libenter redemerit. Ad hoc autem pium et salutem consilium exequendum, cum ceterorum Christianorum principum auxilio se usurum ejus confidit, neque enim dubitat, quin is majorum suorum præstantissimorum regum gloriæ cum ceteris virtutibus tum optime de Ecclesia Dei, et de hac sancta Sede merendo præclare responsurus sit.

« ANTONIUS LAVELLINUS ».

25. *Renovantur indulta concessa Galliæ re-*

<sup>1</sup> Pius IV. lib. 1. p. 476. — <sup>2</sup> Pal. I. xiv. num. 21.

*gibus a Pontificibus precedentibus.* — De Catvianianae haereseos in Gallia grassationibus, ad quas compescendas a Francisco rege Concilium expetebatur, mox dicitur. Ille vero ordinem temporum secuti non prætermittimus Franciscum Secundum regem oratoris opera flagitasse a Pontifice, ut indulta Pontificia Francisco I et Henrico II regibus concessa de proponendis ad gerendos episcopatus, vel capessenda alia opulenta sacerdotia viris, sibi Francisco II confirmarentur, cui cum significatum esset corum indultorum, sive privilegiorum, ac pactorum inier Leonem X et Franciscum I initorum leges fuisse saepius a regis administris violatas magno juris Ecclesiastici damno, conventum est ea novo regi a novo Pontifice collatum iri, modo exemplo Henrici II regiis litteris eadem formula conceptis polliceretur vetera conventa sanctissime servatum iri, ac si que a regio senatu his contraria pertentarentur, ea recessum iri, de quibus cum in cardinalium senatu actum esset, haec Consistorialibus<sup>1</sup> Monumentis a vicecancellario cardinale consignata sunt :

« XIX Januarii MDLX. Cum serenissimus dominus Franciscus II Francorum rex Christianissimus, defuncto claræ memorie Henrico eorumdem Francorum rege genitore suo, cui nonnulla nominandi ad Ecclesias cathedrales etiam metropolitanas, et monasteria, ac prioratus conventuales, et vere electivos in regno Francie, ac Delphinatu, et comitatu Valentiniensi, ac etiamnum ad cathedrales, et metropolitanas Ecclesias, ac monasteria in ducatu Britanniae, et provincia Provinciae consistentia extra Romanam curiam pro tempore vacantia, antea similis memorie Francisco similiter Francorum regi ejusdem Henrici regis genitori per felicis recordationis Leonem X et Clementem VII, seu alias Romanos Pontifices ad ejus vitam certis modo et forma in eis expressis concessa privilegia, et indulta eisdem modis et formis, quibus dicto Francisco regi genitori suo concessa erant apud Sanctitatem suam pro similibus privilegiis et indultis, et ut illa prout Domino Henrico regi genitori suo concessa erant ejus vita durante concederentur instaret.

« Lecto per me vicecancellarium tenore certarum litterarum ejusdem Henrici regis olim felicis recordationis Julio pape III Sanctitatis sue prædecessori transmissarum, quibus inter alia declarabat intentionem suam fuisse et esse non transgredi nec terminos nec sensum concordatorum inter dictum Leonem et Sedem Apostolicam, et prædictum Franciscum regem ejus genitorem initorum, nec illis uti, seu illa locum habere in Britannia, neque provincia Provinciae, sed illa, et in eis, ac alia in dictis patentibus litteris, quorum tenorem hic inseri

volut contenta, observare et observari facere promittebat.

« Sanctitas sua precibus dicti Francisci regis in ea parte annues, privilegia et indulta prædicta eisdem modis et formis, quibus per dictum dominum Julium prædecessorem prædicto regi Henrico concessa fuerunt, eidem Francisco regi, sic tamen, quod dictus Franciscus rex hujusmodi concordata et alia per dictum Henricum regem promissa, et in concordatis ac patentibus litteris prædictis contenta, et in omnibus, et per omnia juxta illorum tenorem observare, et observari facere, ac infra sex menses ab ipsa die computandos suas patentes litteras ratificationis et acceptationis omnium, tam in concordatis, quam litteris prædictis contentorum prædictorum, et infra alias sex menses ex luce immediate sequentes alias patentes litteras significantes, quod hujusmodi concordata et alia præmissa, ac in concordatis et litteris præmissis contenta prædicta in regno, et Delphinatu, ac comitatu, neconon ducatu, et provincia prædictis observantur, ac in viridi observantia existunt, pleuam fidem de hujusmodi observatione per eas faciendo, ad Sanctitatem suam et Sedem Apostolicam transmittere omnino teneatur. Alioquin primo et ultimo dictis sex mensibus, et deinde toties quoties illa, eorum aliqua non observari, aut in viridi usu non esse, et ex eis aliquid detrahi contigerit, omnia et singula privilegia, et indulta prædicta, ac inde secuta quæcumque, resoluta, revocata, cassa et extincta, et annullata, neconon irrita et inania, nulliusque efficacie, roboris vel momenti sint, et esse censeantur, prout Sanctitas sua illa in hujusmodi eventum ex nunc prout ex tunc, et e contra revocavit, cassavit, ac irruit decrevit, quamdiu idem Franciscus rex vitam duxerit in humanis, duntaxat concessit ».

26. *Calvinistæ conjurationem contra regem Gallie conflant.* — Adiecta sunt in Actis Consistorialibus Henrici II ad Julium III due litteræ, que suis locis insertæ fuerunt<sup>1</sup>, quibus juris Pontificii dignitatem libertatemque a suis administris labefactari non passurum spondebat, ex quarum formula et exemplo conceptas litteras Franciscum II ad Pium IV transmisso non dubium est, cum Pontificie majestatis cultor atque religionis vindex acerrimus esset, a Guisanorum enim principum in asserenda religionis dignitate optime de Ecclesia meritorum consiliis regebat, quare in Ilugonottos acerbissimis suppliciis animadvertisit. Infaustum<sup>2</sup> hujus sectæ nomen hoc anno usurpari cepit, sive a Gnosticis, quorum sordes in suis conventionalis clandestinis imitari dicerentur, sive ab

<sup>1</sup> Acta Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 274.

<sup>1</sup> An. 1550 et 1553. — <sup>2</sup> Franciic. Belcar. I. xxviii. Flor. Rem. de Antonio c. 3. num. 4. Lidanus Dial. 2. dub.

Hugone quodam magistello Parisiensi, qui non secus Gallos infecerat, quam Bohemus Petrus Dresdensis, sive ab Turnonensi porta, quæ Ilugonis dicitur, circa quam cœtus suos cogebant, vel quod Lemurum instar, quos Turonenses ad puerorum terrieulamentum Ilugones vocabant, noctu convenienter, sive quod ab Helvetis *Ens quenaus*, id est, homines seditiosi vocitati sint, vel etiam, quod Nannetis convenientes hæretici, tesseram ad se internoscendum adhiberent verbis latinis conceptam, *huc nos*, ideo a cardinale Lotharingo, eorum machinationibus detectis, publice vocati *Huguenots*. Calvinistarum interea, sive Hugonottorum factio, quæ maximam populi multitudinem corruperat, plurimumque non modo nobilium, sed etiam principum, ipsiusque reginæ, regisque Navarre, et Ludovici Condæi ejus fratris patrocinio superbiebat, dolore et rabie efferaata, specie evertenda Guisanorum potentia, quos in publicum odium adducere omni arte nitebatur, illi procerum factioni, quæ Guisanum nomen oderat, conjuncta, ad regnum evertendum perditissima consilia instruxit, adeo ut Galli impiis Calvini deliramentis fascinati, exuta religione simul omnem erga summ regem amorem et observantiam exuerint, atque in nefandissimos perduelles, patria hostes, regisque prodiolites desiverint, adeo verum est, ut qui Deo et Ecclesiæ fidem violant, regi servare nesciant, ut docto Commentario contra Hugonottos probat Guillermo Rossæus, eos, nec Christianos, nec politice esse Gallos, quorum perfidiam turbasque ab iis hoc anno excitas subiectis verbis describit.

A primo Calvinismo in Gallia <sup>1</sup> jacto lapide omnia acta Calvinistarum quid alind fuerunt, quam violations et contemptiones legum, quas suprema in Galliis auctoritas regia, et Parlementa sanciverant? quam multa statuferat Franciscus I contra hanc hæresim suis temporibus in Gallia serpere incipientem? quam multa paternis sanctionibus <sup>2</sup> addidit Henricus II? quid ejus filius Franciscus II? «*Quoniam, inquit, contra edicta Francisci et Henrici II nocturna in civitate Parisiensi et alibi audimus fieri conventicula, in quibus Sacraenta contra ritus Ecclesiae Catholicae ministrantur, prohibemus ea in posterum, præcipimusque donus eas, in quibus deinceps tales cœtus et coitiones sient, penitus destrui, et in vastitate perpetua jacere, ut nunquam postea exædificentur*».

27. Hunc regis edicto si fuisset obtemperatum, quomodo potuisset Atheismus iste in Gallia radices agere? tantum vero abest, ut hunc sanctioni regiae Calvinista paruerint, ut postea multo magis quam antea temporibus nocturnis sua tenebrarum opera peregerint concionando,

et contra Ecclesiam Catholicam, Pontificem et episcopos, et totam Ecclesiasticam hierarchiam baccando, quod est ordinarium Calvinianaæ disputationis subjectum. Deinceps vero media luce eadem patrare audebant, et præterea in concessionibus suis contra regem cœperunt nominatim invehi, et libros famosos passim spargere non contra regem modo, sed contra Deum primo, tum contra regem, principesque, et qui regi erant a consiliis, vel in regis aula vivebant, quibus modis necesse erat malum ingravescere. Et multa quidem multis in locis proditorie contra regem, sedifiose contra rempublicam, impie contra Deum gerebantur <sup>1</sup>, sed tamen propter reorum maximam multitudinem consilio regis visum est, cum illis indulgenter agere, et meliora ab iisdem sperare in posterum. Ergo venia omnium præteriorum scelerum Calvinistis omnibus facta est, exceptis tamen ab hac indulgentia concionatoribus, ministris, et qui sub velo religionis conjuraverant contra regem, reginam malrem, uxorem, fratres regis, principes consiliarios, aut contra statum rempublicæ; sed hoc decretum camino oleum addidit, et incendium multo vehementius auxit: ministri enim veri incendiarii, et flabella seditionum, tum demum multo pluribus mendaciis, rhythmis, famosis libellis contra regem, principesque regios emissis, et regem, et principes toti populo, maxime Calvinianis, quam odiosissimos reddere satagebant, et denique de rege, principibus uno impetu interficiendis consilia dira machinabantur. Secuta est mox conjuratio Ambosiana.

28. Conflari ea cœpta superiori anno <sup>2</sup> Genuae auctore Joanne Calvino hæresiarcha, qui tamen indolens eam contrario exitu disjectam, ejus invidiam a se depellere conatus est scriptis ad Henricum Bullingerum et Ambrosium Blaureum apostamatam litteris; imitatus in eo impietatis magistrum Lutherum, qui cum rusticano Germano ad seditionem contra Ecclesiasticum et politicum statum inflammasset, in eos caeos ac prostratos tanquam in seditiones ac reos, nec jam Evangelicos accerrime invectus erat. Nautilus is erau Godfredum Barriuum Renandium nobilium Petrocorium manu impigrum, ac ingenio et eloquentia prædictum, qui ob falsi crimen in exilium relegatus Lausanam, deinde Genevam se contulerat, andacissimisque consiliis instrutus in Galliam reversus, abjecto priori nomine, se Forestum dixit, variisque circumuestrationibus ministrorum Calvinianorum ope fretus, comitibusque a classis Gallicæ præfecto quem Amyralium vocant, acceptis, Infrata Gallia Calvinianos nobiles, maxime in conventu apud Nanneles habito, ad convellendum Gallicum

<sup>1</sup> Guill. Rossæus in lib. Hugunotæ, nec Christianos, nec politice esse Gallos p. 372. — <sup>2</sup> Hist. Pigi. l. 1. c. 20. Belleforest. l. vi. c. 88.

<sup>1</sup> Edict. V id. Martii. c. 12. Belleforest. ubi sup. — <sup>2</sup> Pius IV. Io. t. brev. sign. 2896. p. 238. Sur. in Comm. Belcar. l. xxviii. Galvin. Ep. ccxcvii et ccxcvi.

statum, regemque hæreticum, sicut in Dania, Suecia et Anglia constituendum, accedit, de quo Surius<sup>1</sup> ex scriptis tunc divulgatis in Gallia hæc memorat : « Extat scriptum Galli ejusdem, in quo inter refertur, nefandissimum Genevae initum fuisse consilium de hoc ipso Francisco rege, regina uxore, regina matre Francisci, et ejus liberis, proceribus bonis, magistratis ad certum diem commodo loco per insidias trucidandis, atque ejus crudelissimæ, et post homines natos atrocissimæ conspirationis Bezam principem, Calvinum autorem, Ottomanum subsignatorem, Spifamum suasorum, omnes Galliæ prædones et Ianistas conscientios fuisse. Si quam plura noſſe juvat, legal religionis et regis, adversus exitiosas Calvini, et Bezæ, et Ottomanni conjuratorum factiones defensionem primam ». Consciam fuisse hujus coniurationis Elisabetham reginam, Mariæ Stuarta emulæ, quæ Anglicanos titulos Scotis adjunxerat, odio, refert Belcarius<sup>2</sup>. Tentarunt conjurati Antonium Navarræ regem ad hoc flagitium pellicere, eumque coniurationis principem constitueret, cum Guisanus infensus esset, a quibus a regni Gallici procuratione submotus erat, sed is nefariis iis consiliis se admiscere detrectavit; quare Ludovicum Condeum ambitionis facibus ardente, invadendæque tyrannidis cupidissimum, sibi ducem summum suadente Castilione Amyralio delegerunt. Is cum metueret, ne vires ad evertendam regis et Guisanorum potentiam deficerent, palam nomen profiteri non est ausus, ut scelus, si non succederet e sententia, inficiari posset, atque adeo Capitis Mati nomen coniurationis principi inditum fuit, cuius legatum se Gotofredus Barrius vulgo Renaldus se gessit, licet nullo hactenus militari aut civili claro munere functus esset, sed litibus multos annos transegisset, sacerdotiisque opulentis spe vel jure controverso deturbatus, ex desperatione ad Calvinum ac Bezam confugerat: mirum est tot nobiles agenti homini parere voluisse, sed cum legationis sue instrumentum protulisset, specie religionis tuendæ ac spe ingentium prædarum eos ad arma impulit. Divulgarunt Calvinistæ non aliud ab iis suscep- tum consilium, quam ut Guisanos fratres sibi exosos, quos viam sibi ad solium regium munire sparsis variis libellis criminati erant, comprehendenteret, atque ad sua administrationis reddendam rationem coram judicibus, aut in sanctiore Concilio habendam cogerent. « At si », inquit Belcarius, « viribus superiores fuis- sent, haud dubium, quin utrumque immaniter trucidassent, quibus Franciscum regem, Stu- damque reginam addidissent, aut saltem hanc ad Elisabetham Angliæ reginam emulam, et hujus coniurationis conscientiam misissent, qui

enim illis se reconciliatuſos cœſis avunculis sperasseſſent? Tyrannus sævissimus metus est, qui ubi hominem corripuit, si de vila agitur, et facultas datur, nemini unquam parcit ». Dies ad sextum idus Martias præscriptus, quo ex omnibus provinciis Galliæ Hugonottæ copiæ Blesijs confluerant, ibi enim regem se reporturos arbitrabantur, sed discussit divina providentia perduellum Calvinianorum consilia. Præmonitus est Guisius dux plurim litteris, ac Avenelli causidici Calviniani relatione amplissima de coniuratione in eum ac regem contulata. Is regem Blesijs Ambasiam, munitam arem, quam præſidio minore tueri poterat, firmatam deduxit, variisque locis copias disposita ad venientes conjuratos intercipiendos, qui cum non parum ob mutationem loci perturbati fuisseſſent, in flagitio tamen obſfirmati, dum perge- rent, paratis laqueis se induerunt, cæſi enim sunt qui ad patrāndam cædem adventabant, atque inter eos totius coniurationis legatus interpres in flagitio flagrantí, dum copias suas jungeret, confosſus a Pardiliani, quem occide- rat, famulo, cujus cadaver in furcam actum Ambasie in ponte cum hac inscriptione aliquot dies spectaculum est, *Renaldus, qui se Forestanum dici voluit, rebellium dux*. Comprehensus est Bigna, qui illi a secretis erat, atque ex arbitriis notis, quas habebat, ipso eas spe veniæ interpreante, tota coniurationis patefacta series, quæ regio Diplomate pridie idus Aprilis transmisso ad provinciæ eujusque senatum descripta ac promulgata est. Ludovicus Condeus princeps se rebellium ducem inficiatus est, quem regina Catharina tutata est; persuasi- enī filio regi, ne illum in suspicionem vocaret, ne conjuratorum numerum augeret, ac ne forte Navarrum regem illis adjungeret; protexit pariter Castilionem Amyralium, quem in Normanniam misit, ut tumultuum initia, si qui orirentur, compesceret, quos e contra ille maxime auxit: atque his duobus instrumentis ad miscendam Galliam, sive ut putabat, ad asserendam suam auctoritatem contra Guisiorum potentiam, re autem vera ad fowendam bæresim usa est, ut sæpius lugebit oratio.

29. *De expugnanda Geneva, ex qua principium sumpsit coniuratio, cogitanti Franciscus rex et Philibertus dux Sabaudie.* — Cum Genevæ conflatam esse hanc coniurationem a Calvinio et Theodoro Beza Hugonottorum Caliphis constaret, sumpta sunt Genevæ expugnandæ expur- gandaque illius Hugonotticæ hæreſeos sentinæ consilia, ac Franciscus rex Philiberto duci Sabaudie opem pollicitus est, ut rebellem urbem sue dictio ſtiteret, de quo sacro ſodere sancto Pontifex Franciſco regi his litteris<sup>1</sup> gratulatus, utque rem perficeret hortatus est :

<sup>1</sup> Sur. in Comm. — <sup>2</sup> Belcar. l. xxviii.

Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. cccxxxviii.

« Charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo.

« Audivimus majestatem tuam pollicitam esse dilecto filio nobili viro Emmanueli Philiberto Sabaudiae duci, amila tua marito, opem atque auxilium tuum ad recipiendum oppidum Genevam ditionis suæ, qua in re adeo consilium tuum laudamus, ut nihil a te sapientius, nec majore laude dignius fieri posse judicemus. Est enim ea urbs, ut omnes sciunt, fuitque semper hæreticorum omnium Gallie et Italiae asylum; is est fons unde perditissima hand dubie consilia superioribus diebus manarunt ad tumultus et seditiones in regno tuo excitandas. Nunquam dum ea urbs in hæreticorum potestate erit, fidei Catholicæ hostibus, Ecclesie inimicis, rebellibus tuis receptaculum deerit. Itaque hortamur quanto animi studio possimus, atque adeo rogamus majestatem tuam, ut ipsi Sabaudiae duci, quanta maxima potest ad id oppidum recuperandum, equitum, peditum atque omnis generis auxilia subministret, quod cum faciet, et Deo gratissimum faciet, et regni sui paci ac quieti consulet; adempto enim hæreticis regni sui illo quod paratum habent receptaculo, eorum, qui in eodem regno male cogitant, animos et audaciam frangat, etc. Datum Rome die xiv Junii MDLX ».

Pellicere in eamdem armorum societatem conatus est Pontifex<sup>1</sup> Helvelios Catholicos, atque episcopo Comensi, Pontificio apud eos internuntio, dedit imperia, ut Helvetios Catholicos ad fœdus instaurandum cum duce Sabaudiae incitaret:

« Joanni Antonio episcopo Comensi, nostro et Sedis Apostolicæ apud Helvetios nuntio.

Venerabilis frater, etc. Dilectum filium Emmanuelem Philibertum Sabaudiae ducem id agere certiores facti sumus, ut dilecti filii Helvetii Catholici fœdus secun et amicitiam renovent, quam rem cum utrisque magnopere utili fore intelligamus, fraternitatem tuam monemus, tibique mandamus, ut nostro nomine ipsos Helvetios pro data tibi a Deo prudenter ad ipsum fœdus et amicitiam renovandam velhementer horteris, ostendasque, nihil eos nobis gratius atque optatius facere posse, cum res illius principis æque nobis curæ sint, ac si nostræ ipsum propriæ, cui nulla in re deesse volumus, sicut nec ipsis unquam pro paterno, quo eos prosequimur amore, sumus defuturi: hanc rem, ut ex sententia conficiatur, tanto studio et diligentia curari abste cuipimus, ut nullius gratius nobis officium præstare possis, sicut ex litteris quoque dilecti filii nostri Caroli cardinalis Borromai, nostri secundum carnem nepotis, intelliges. etc. XIII Junii MDLX ».

30. Promoveri sacra ea consilia evertendæ pestilentia cathedralæ, quam Calvinus fixerat Gebennæ, ut Gehennæ infernali tradendis infelicissimis Calvinistis serviret, non potuere ob immaturam Francisci II regis mortem ac secura Gallorum dissidia. Apparuit in hoc consilio triste divinae justitiae exemplum in impios politicos, ut cum Franciscus I rex, Sabaudiae ducis odio, Gebennam hæreticam in impietate et perduellione, spreta Dei et religionis causa, submissis præsidiariis copiis anno hujus sæculi trigesimo sexto confirmasset, in ea urbe veluti in Sathanæ fornace conflata sint omnia fulmina, quæ in Gallorum regum capita a rebellibus expedita fuerunt. In ea omnes conjurationum, seditionum, fraudum ac proditionum series contextæ, in ea libri, qui miseros lectores impietate hæretica contaminarunt, excusi, in ea ministri impietate blasphemisque armati, quas per Galliæ urbes disseminarunt, in ea civilium bellorum sata atque perducta consilia, quæ denum post innumeratas strages Francisci I slirpem florentissimam maximis calamitatibus obruerunt atque exlinxerunt. Sed ne luctum ac funera accersamus ante tempus, ad id unde digressa est, orationem revocemus.

31. Edictum Remorentinense quo censura sacræ fidei in Gallia constituitur. — Remorentinense edictum mensæ Maio promulgatum est, quo sacræ fidei censura in sanctiore concilio, et in senatu Parisiensi, Guisiis auctoribus constituta est, cumque superioris conjurationis ex hæreticorum conventiculis, permissaque profundiæ impietatis libertate, fama Pontifici delata esset, ille pro dignitate Pontifici munerus ad excindendas hæreses, quæ Galliam infecerant, exenbias pastorales intendendas, judicariamque severitatem distingdam ratus, Franciscum Turnoum cardinalem exercenda fidei censuræ in tota Gallia præficit<sup>1</sup> amplissimisque hisce mandatis instruxit.

Veneribili fratri Francisco episcopo Ostiensi, salutem, etc.

« Cum ad nihil magis nostra aspiret intentio, quam ut fides Catholica nostris potissimum temporibus ubique floreat et augeatur, ac omnis hæretica pravitas a Christi fidelibus, nostra diligentia, procul pellatur, et ipsorum fideliū animas Deo iucrificamus, libenter operam vigilem inpendimus, ut diabolica fraude decepti ad caulam Dominicam revertantur, ac cunctis erroribus extirpati ejusdem fidei zelus et observantia in ipsorum corda fideliū fortius imprimantur; et si qui animorum perversitate ducti in eorum damnato proposito perseverare voluerint, taliter in illos animadverterat, quod illorum poena altis sit in exemplum. Cum itaque sicut plurimorum fide dignorum relatione nobis

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. cXLVII.

<sup>1</sup> Pius IV. num. vet. 38. num. recent. 952. p. 221.

nuper non sine animi nostri displicentia innocentia, in regno Francie, et diversis civitatibus, terris et locis charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo subjectis, diversae utriusque sexus personae Lutheranam et plerasque alias damnatas haereses et errores sequi, humani generis inimico suadente, non vereantur in earum animarum perniciem et gravem divine Majestatis offendam, ac orthodoxae fidei scandalum ac irreparabile detrimentum: nos, ne hujusmodi pestes in perniciem aliorum sua venena latius diffundant, opportunis remedii, prout nostro incumbit officio, providere volentes, ac de fidei zelo, prudentia, rectitudine, in arduis longa experientia, doctrina, auctoritate et potentia, quibus illarum largitor Altissimus personam tuam multipliciter insignivit, et quibus propterea in partem Apostolicæ sollicitudinis merito assumptus continuo refulges, specialem in Domino fiduciam sumentes, et induibus sperantes, quod tu protinus innatis nobilitate, dexteritate, magnanimitate, et in omnibus providentia circumspecta, haereses et errores hujusmodi extirpare, et errantes corrigerem, necnon deviantes ad rectum tramitem reducere, et ipsius orthodoxæ fidei fructuosos palmites plantare toto nixo exquires, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro re nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra merita deliberatione, et ex certa nostra scientia, citra tamen dilectorum filiorum nostrorum Caroli Sancte-Cecilie de Lotharingia, et Caroli Sancti-Sixti de Vendosme presbyterorum, ac Odetti Sancti-Adriani diaconi de Castillion nuncupatorum cardinalium, haereticæ pravitatis inquisitorum, in partibus illis auctoritate Apostolica deputatorum, et in iis propter ea nullatenus prejudicare intendimus, revocationem, te in nostrum et Apostolicæ Sedis commissarium, ac haereticæ pravitatis hujusmodi inquisitorem generalem in regno, civitatibus, terris et locis praefatis Apostolica auctoritate praefata, tenore praesentium ad nostrum et Sedis Apostolica beneficium constitutimus et deputamus, ac tibi ut tu solus sine episcopo, etiam simpliciter, et de plano, ac absque advocateorum et judiciorum strepitu et figura, in negotio inquisitionis haereticæ pravitatis hujusmodi procedere, et quoscumque utriusque sexus haereticos, vel de fide suspectos, tam Ecclesiasticos quam Laicos, cujusque status, gradus, ordinis et conditionis ac qualitatis fuerint, citare, arrestare seu capere, ac tutæ custodia mancipare, ponendo etiam illos in compedibus vel in manicis ferreis, si tibi visum fuerit faciendum; necnon contra illos, de quibus pro hujusmodi negotio secundum Deum et justitiam videbis expedire, inquirere, atque etiam absque eodem episcopo illos duro carceri, sive arctius, per te aut a te deputatos, in quocumque

loco, qui tibi aut deputatis hujusmodi videbitur eligendus, qui magis ad poenam quam ad custodianum videatur, vel tormentis expонere, et ad sententiam etiam definitivam seu finalem contra eosdem prout tibi visum fuerit procedere, ac si necesse fuerit aliquem clericum, et in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum, propter præmissa degradari et curiae sæculari tradi, ad ejus degradationem actualem per loci ordinarium, qui id onus subire debeat, etiam nullo alio prælato secum interveniente, seu, eo absente, aut recusante, vel non valente, aut alias, Catholicum antistitem, quem ad id duxeris eligendum, et deputandum, etiam nulla distinctione locorum habita, ac etiam non communicato processu causæ, si tibi vel dictis deputatis videbitur, sed ostensa illi dumtaxat sententia super degradatione hujusmodi lata, accitis ac sibi in hoc assistentibus uno alio antistite, seu duobus aut tribus abbatibus, vel aliis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, ac deinde ad dictæ curie sæculari traditionem procedere, seu procedi facere, necnon contradicentes quoscumque ac rebelles, ac tibi vel a te deputatis in præmissis non parentes, opportuni juris remedii compescere, et in præmissis omnibus auxilium brachii sæcularis invocare et implorare, necnon officiales desuper necessarios, etiam clericos sæculares, seu Ordinum quorūcumque regulares deputare ». Et infra : « Omniaque alia et singula in præmissis et circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, et exequi possis et valeas, plenam et liberam, amplam et omnino modam potestatelem et facultatem auctoritate, scientia et tenore prædictis concedimus et indulgemus, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLX, idibus Junii, Pontificatus nostri anno I ».

32. Fulciebat Franciscus rex auctoritate regia Ecclesiasticos judices<sup>1</sup>, nam provinciarum magistratibus ac prefectis pridie idus Aprilis edixerat, ut quoniam ex haereticorum conventibus emergerat perduellio, caverent ne ulla in urbibus et oppidiis eorum foro obnoxii conventicula hominum, neve concursus fieri paterentur, et qui in iis deprehenderentur, non aliter ac rei majestatis læsa supplicio afficerentur; addiderat etiam, ut antiqua morum disciplina instauraretur, Synodus omnium Galliæ episcoporum intra sextum mensem indictum iri. Restituentæ hujus disciplinæ morum necessitas significata est Pontifici; ob perditos enim plurium clericorum mores, ac præsumum negligientiam vel impietatem, haeresim late in Galliis propagatam, quare Pontifex eumdem Franciscum Turnonium, et Carolum Lotharingum cardinales Apostolicæ Sedis legatos in Gallia

<sup>1</sup> Belcair. I. xxviii.

decrevit, ut mores perditos justa censura percellerent, veteres Conciliorum leges et sanctorum Patrum instituta instaurarent, aberrantes a fide ad pristinam Ecclesiae conjunctionem traducerent<sup>1</sup>:

« Venerabili fratri Francisco episcopo Ostiensis de Turnone, ac dilecto filio Carolo tit. S. Apollinaris presbytero de Lotharingia nuncupatis cardinalibus in regno Francie, necnon universis provinciis, civitatibus et terris charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo subjectis, nostris et Apostolicæ Sedis legatis, salutem, etc.

« Cum sicut non sine magna animi nostri molestia nobis nuper innotuit, in regno Francie, ac certis civitatibus, terris et locis, charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo subjectis, diversi armorum tumultus, seditiones et conspirationes potissimum fermento hereticee pravitatis, ex partibus convicinis peste Lutherana laborantibus contractae, et propter bella, quæ superioribus annis viguerunt, et incuriam, et negligentiam prælatorum, et aliorum superiorum dicti regni, ac tam prælatorum eorumdem, quam reliquarum Ecclesiasticarum personarum sacerdotalium et regularium corruptos mores, et collapsam Ecclesiasticam disciplinam conniventibus oculis dissimulatae, et sensim auctoritate provenientes insurrexerunt, et brevi tempore adeo in immensum creverint, ut illis vix ac non sine magno belli apparatu resisti posse videatur; et licet certo sciamus, prefatam Franciscum regem pro ejus pietate et religione ad imitationem præclaræ memoriae inclitorum Francie regum prædecessorum suorum, causæ Dei et sua hujusmodi omnibus suis viribus, ut cœpit, minime defuturum, volentes tamen cum Dei adjutorio in codem negotio, prout ex nostro pastorali officio præcipue tenemur, partes nostras omni studio et diligentia implere. Vos», et infra, « in dicto regno Francie, necnon universis provinciis, civitatibus et terris eidem Francisco regi subjectis, nostros et Sedis Apostolicæ de latere legatos ad nostrum et dictæ Sedis beneplacitum auctoritate Apostolica, tenore præsentium ad infrascripta dumtaxat constituimus et deputamus et mandamus, ut tanto oneri vos quamprimum accingentes, ac pro commissionis et mandati hujusmodi implemento et execuzione conjunctim procedentes, vocatis etiam, si vobis videbitur, ac vobiscum exhibitis prælatis, ac in sacra Theologia magistris, seu jurisperitis, aut aliis personis litterarum scientia preditis, viris Catholicis in primis et minime suspectis, sed Deum timentibus, et religionem ac unitatem Ecclesiasticam zelicantibus, arbitrio vestro eligendis, præmissa omnia mature perpen-

dentes, et aliter considerantes, ac ad provisiones et remedia morbo hujusmodi necessaria et opportuna attentius prospicentes, Evangelicæ semper et Apostolicæ doctrinæ, ac sanctorum Patrum traditionibus et institutis, necnon sacrorum generalium Conciliorum decretis inhærendo, quæcumque statuta, ordinationes et decreta quæ vobis pro religionis et fidei Catholicæ conservatione et augmento, ac hæresis et damnatorum errorum extirpatione, Catholicorum et piorum Christi fidelium quiete, et errantium in fide ad sanctam et Catholicam doctrinam et veritatis viam reductione; pertinacium autem, et in hæresi ac erroribus hujusmodi induratum juxta canonicas sanctiones punitione et eradicatione, ac insuper prælatorum et aliorum quorumcumque Ecclesiæ ministrorum ab Ecclesiastica disciplina et a recto viae vitæ tramite deviantium correctione et reformatione, Apostolicæ auctoritatis, et in Romanos Pontifices et Sedem Apostolicam devotionis conservatione et manutentione, ac denique pro totius regni illius pace et tranquillitate, et ejus incolarum utilitate ac animarum salute necessaria, seu quomodolibet opportuna videbuntur, faciat et constituti, et deinde omnia et singula per vos facta et constituta sub excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, etiam privationis ac depositionis ab officiis et beneficiis, necnon inhabilitatis ad illa et atia in posterum obtinenda, ac peccnariis, et aliis vestro arbitrio imponendis, et applicandis poenis in prædicto regno, provinciis, ac terris, ab omnibus utriusque sexus fidelibus inviolabiliter observari mandetis ac faciat cum effectu. Nos enim vobis, ut in præmissis omnibus et singulis, in casibus videlicet hæresis et schismatis contra quoscumque, etiam episcopos, archiepiscopos, et primates, ac alios quavis Ecclesiastica vel mundana dignitate, præminentia vel excellētia fulgentes, juxta aliarum litterarum nostrarum vobis desuper specialiter concessarum tenorem, quem præsentibus haberi volumus pro expressis, in aliis vero vita et morum reformationis ac disciplina Ecclesiastica constitutionem concernentibus, ut similiter contra quoscumque episcopos et alios prælatos hujusmodi, et capitula, universitates, et collegia, et alias singulares personas Ecclesiasticas, sacerdotes, vel enjusvis Ordinis regulares in præmissis, quomodolibet culpabiles, summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, ac manu regia sub præmissis et aliis vestri arbitrii poenis procedere, delinire, pronuntiare, reformare, corrigerem, emendare, et per vos ferendas sententias, definitions, emendationes, corrections ac punitiones quoscumque appellatione postposita exequi libere et liceat invocato etiam ad

<sup>1</sup> Pius IV. reg. sig. num. 18. recent. 1592. p. 91.

hoc si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, plenam et liberam auctoritate et tenore prædictis ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, licentiam et facultatem concedimus. Non obstantibus, etc. Insuper, et per viscera misericordiae Domini nostri Jesu Christi obtestamur præfatum Franciscum regem, qui nomen Christianissimi ob suorum prædecessorum pro Catholica fide et Sedis Apostolicae conservatione præclara gesta merito retinet, ut pro ejus innata Christiana pietate, ac in nos et Sedein eamdem reverentia, nobis in vestri Apostolatus hujusmodi ministerii executione assistere, ac auxilium et favorem, suumque, si opus fuerit, brachium saeculare præstare velit, in quo rem sua majestate dignam faciet, sibique proinde a Deo optimo maximo cœlesti præmium ac sua et ejus regni prosperitas et augmentum ac a nobis condigna gratiarum actio proveniet, etc. Dat. Rom. apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLX, XVI kal. Jul. Pontificatus nostri anno I ».

33. *Quidam politici insipiente consulunt non durius agendum cum hæreticis.* — Non deerant qui non rigide agendum censebant cum hæreticis, sed iis ex parte consentiendum ad alendam mutuam concordiam, inter quos molliores Catholicos Claudio Espenceus<sup>1</sup> se collocat in Epistola ad Michaelem Hospitalium, verumtamen standum Concilio et traditionibus antiquis contendebat : « Equis nostrum, quod Gentiles quandam illi ad Philippum Apostolum, non hodie ad pastorem suum quisque clamat : Domine, volumus Jesum videre ? et quis nobis respondeat : Hæc est via, ambulate in ea ? Hæc ergo non minus nunc, quam olim dicit Dominus : State super vias et videte, interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea et invenietis refrigerium animis vestris : hoc est apud mentes religiosas atque simplices compendium, tum erroris deponendi, tum veritatis inveniendæ ac eruendæ ; nam si ad divinæ traditionis originem revertamini, cessat error humanus, et sacramentorum cœlestium ratione perspecta, quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat, luce veritatis aperitur, ut Pompeio scribit martyr invictus et disertus rhetor D. Cyprianus. Si canalis aquæ copiose prius et largiter fluens subito deficit, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur ? » Et mox : « Quod et nunc facere oportet Dei sacerdotes præcepta divina servantes, ut in quibus nutat ac vacillat veritas, ad originem Dominicam et Evangelicam, et Apostolicam traditionem reverlamus, et inde surgat actus nostri ratio, unde et ordo et origo surrexit, quæ dum antiqua veritas et vera antiquitas, non adeo omnia allucet, equidem pro mea medio-

critate non video, quid aliud præmolliendo ita vehementer nostratum dissidiorum paroxysmo, vel optare vel consulere possim, quam moderatam aliquam syncatabasim, id est, condescendentiam, qua ultraque pars se nonnihil accommodet, et haec tamen obsecundet, ut immobilia et publica, et universalis superiorum ab ineunte jam Ecclesia auctoritate inducta, nisi per eamdem, hoc est, etiam publicam immota sint; privata certe cujusque affectione, ne dicam, libidine ne moveantur. Sincere, inquam, condescensione, nulla neque restat neque constat concordia, sed periculi e contrario permultum est, ne dum nos invicem supportare, dum alterius onera portare, dum de jure nostro vel tantillum decidere adeo præfracte recusamus, totius jacturam faciamus. Ad hanc concordiae viam utroque semper oculo collimavimus, eodem hactenus spectaverunt conciones, consilia, semperque vita comite, et Domino dante, spectabunt scripta nostra ».

34. Qui acutius rem cernebant, non aliam ineundæ concordiae cum Calvinistis rationem esse censebant, quam ut Calvinista ejurata impietate Catholicam religionem profiterentur, nec se Ecclesiæ fictæ nuper instar fungorum enatae, sed veteri ab Apostolis ad hanc ætatem universum per orbem propagatae adjungerent, nec concordiae specie rem Catholicam prodi ferre poterant, de quo Claudio Espencæus, qui ad Adiaphoristas inclinabat, in litteris ad Odetum Castillonœum, quem hæresim alere ignorabat, ita querebatur : « Tale nobis tempus pepererunt, tum sectæ, tum hypocritæ, ut jam quod nuper Luthero Erasmus impegit, de Deo nec bene loqui liceat, nec male, nec ulli pejus utrinque audiunt aut inhumanius accipiuntur, quam qui de partibus invicem conciliandis tractant aut cogitant, qui que ad pacem sunt Hierusalem propter fratres et proximos suos rogant, aut loquuntur, quique eis qui adhuc longe sunt legatione missa de pacis conditionibus agunt. Mirum ab Evangelicis, quam parum Evangelice, ab Ecclesiasticis, quam nihil magis Ecclesiastice tractantur; atqui talium criticorum alii de sua non tamen presenti apud Deum in Christo gratia et justitia, sed etiam de vita cum Christo in Deo abscondita, de æterna sui ad salutem destinatione et præscientia, de sui quisque nominis certissima, et indelebili in cœlis et in libro vita inscriptione securi perinde prouniant<sup>1</sup>, ac si ab aeternis Deo consiliis aut secretis, et quodam quasi modo coæterni fuissent. Alii Ecclesiam, ut vere est, veritatis columnam et firmamentum, nec unquam in fide defecturam, nec inferi portas adversus eam prævalituras sic confidant et defendant, ut in ejus se castris esse merere ac militare non contenti,

<sup>1</sup> Claudio Espencæus in Ep. ad Michael. Hospitalium Canc. 628.

<sup>1</sup> Aug. de bapt. l. ii. c. 5.

eam quoque illam ipsam viventis Dei domum, sese esse praefecte contendant, ac proinde se in fide, ac in bonis moribus judicandis indefectibiles esse, inevitabiles, inobliquabiles. In tanta, inquam, partium contentione, quis quid commodius utrisque, quam cum Augustino dicat; homines sumus, et aliter quam res habet sapere, humana tentatio est: sententiam autem suam nimis amando, ad praecidendum usque communionem pervenire, diabolica presumptione: at in nullo falli aut despere, angelica perfectio; cum ergo homines re simus, spe Angeli, eis resurrectione aequales futuri, quamdiu Angeli perfectionem non habemus, diaboli presumptionem non habeamus; tentatio nos non apprehendat nisi humana».

33. Allidi se sinit iis verbis ad impietatis Adiaphoristarum sive indifferentium scopoulos Claudius Espencæus in Scola Sorbonica clarus, dum concordiam bello funestiorem sectatur; impie enim nolebat haereticos damnari anathematice, atque ab Ecclesie communione segregari, a qua tamen jam se ipsis per prava dogmata secreverant, de quibus dicit Apostolus Judas: *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Ac tantum abest, ut nimis severitas Romanus Pontifex accusandus fuerit, ut potius de nimia illius indulgentia conquerendum esset, ni patris indulgentia fuisset. Damnavit Pius hoc anno Nannetensem episcopum haereticum decretoria anathematis sententia, ut habent Acta<sup>1</sup> Consistorialia: « *Die Veneris xvi Aprilis MDLX. Ad relationem reverendissimi D. Saraceni fuit condemnatus episcopus Nannetensis, et pronuntiata sententia, prout in cedula sanctissimi Domini nostri.* ». Sacris etiam interdictus erat episcopus Nivernensis qui propter patrui impietatem suspicione perstrictus fuerat, sed cognita ejus innocentia in Consistorio codem xvi Aprilis habito absolutus est, liberaque illi sacrorum administratio permissa.

36. *Armeniacus cardinalis in Galliam mittitur ad confirmandum in fide regem et reginam Navarræ.* — Ad convellendam etiam gliscentem in Benearnia haeresim, asserendamque Catholicam religionem, Pontifex Georgium Armeniacum cardinalem misit, jussilque ut Antonium Navarræ regem ad precipitia haereseos declinantem, ut ferebat fama, officii præmoneret, de quo hæc ad Franciscum regem scripsit<sup>2</sup>:

« *Charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo.*

« *Charissime in Christo fili noster, etc. Inviti quidem fecimus, ut dilectum filium nostrum Georgium tit. S. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem de Armeniaco vocatum, a nobis dimiteremus; etenim consilium ei fides*

*ejus nobis et Sedi Apostolicæ valde opportuna erant: sed tamen cupientem Ecclesiam sibi commendatam revisere, eo facilius discedere passi sumus, quod non ignoramus in illis partibus haereticæ pravitatis pestem late admodum serpere, corroborarique capisse, cui malo reprimendo, populisque in fide Catholica contiñendis præsentiam viri tanta virtute, solertia atque industria prædicti peropportunam fore existimavimus. Deditus autem ei inter cætera hoc quoque in mandatis, ut postquam majestatem tuam, et nostro et suo ipsius nomine salutaverit, ad charissimum in Christo filium nostrum Antonium Navarræ regem se conferat, de quo, quia rumores duriores sunt, mandavimus, ut eum nostro nomine diligenter officii sui admoneat, quæque in regno illo ac dominio Benearnia correctione egere cognoverit, auctoritate nostra emendet. Non egere ipsum cardinalem commendatione nostra persuasum habemus, cum majestati tuae nota esse sciamus, et perpetuum ejus erga te studium, et observantium, et insignem fidem, ac meritum erga claræ memorie patrem et avum tuum reges Christianissimos; sed tamen, quod hanc ipsam quoque ob causam præter eximiam virtutem suam, et vita ac morum honestatem nobis charus admodum et probatus est, hortamur majestatem tuam, ut erga tales virum, ita de regno Gallico meritum, pristinam benevolentiam suam non conservet modo, sed etiam augeat sicul facturam eam esse confidimus. Dat. Romæ apud Sanctum-Petrum sub Annulo Piscatoris die xiii Julii MDLX, Pontificatus nostri anno 1 ».*

37. Quod ad duriores de Antonio Navarræ rege rumores attinet<sup>1</sup>, Ambasianæ conjuratioñis fuisse illum concium refert Belcarius, atque etiam Theodorum Bezam perditissimum haeresiarcham, aliasque Calvinianos ministros Gebenna Neracum accersivisse, eorumque nefariis concionibus interfuisse. At Bouchartus Navarrei regis scrinio præfектus, litteris ad Gallia regem, necnon ad cardinalem Lotharingum datis, monuit Antoniuum regem non assensisse, licet a fratre Condeo a Gebennensisibus ministris persuaso ad perturbandam regni pacem incitaretur. Quod vero ad auditas ab Antonio rege pestiferas ministrorum Calvinianorum conciones attinet, de his monitus Pontifex<sup>2</sup>, illum amantissimis litteris monuit, ut in admittendis concionatoribus cautior esset, ne se in haereticorum errore impelli sineret, sed in avita religione, in qua tot reges pietate inclinaruerant, constanter haeretet, filiosque in orthodoxa fide educandos curaret.

« *Charissimo in Christo filio nostro Antonio Navarræ regi illustri.*

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ sig. num. 34. — <sup>2</sup> Pius IV. to. 1. brev. sign. num. 2896. Ep. CCLIV.

<sup>1</sup> Belcar. I. xxviii et xxix. L. xxix. num. 3. — <sup>2</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. CCLVIII.

« Charissime in Christo fili noster, saltem et Apostolicam benedictionem. Quia serenitatis tuae existimatio et salus nobis clara est perinde ac debet, idcirco non potuimus non commoveri, cum ad aures nostras rumores quidam de te indigni pervenerunt. Mirum nobis admodum et proptermodum incredibile visum est, te Christianissimis ortum majoribus potuisse, tam cito, tam levibus hereticorum argumentis in errorem impelli, et ab ea fide temere deductum, quam parentes ac majores omnes tui perpetuo tenuerunt, quamque et ipse in Baptismo professus essemus, et per tot annos temus- ses, in pernicioseissimam et tantopere damnatam hæresim præcipitem actum fuisse. Tandem vero accersit ad nos dilectum filium nostrum Georgium tit. S. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem de Armeniaco appellatum, his de rebus diligenter percontati cum essemus, fecit perspecta ejus et probata admodum nobis fides, ut plus uni de te, quam ceteris omnibus credendum esse putaverimus; officii autem nostri memores, cupientesque hos de te rumores celeriter extingui, tuumque nomen in debito esse apud omnes honore et gloria, hortandam in Domino serenitatem tuam esse a nobis duximus, et paterne monendam, ut in concessionariis admittendis admodum cautus sis, ne nimis facile quosvis divini verbi predicatores admittas, multi enim in vestimentis ovium veniunt, qui intus lupi rapaces sunt, et Christum assidue in ore habent, quem corde et factis negant, veritatisque Evangelicæ magistros et doctores se esse profitentur, cum eam tamen maxime oppugnant. Hujusmodi impostorum sermo serpens ut cancer diligentissime vitandus est, et providendum ne subjectos regno tuo populos perniciose doctrina sua imbuere possint. In ea autem fide tibi, charissime fili, reliquaque vivendum est, quam a matre tua Ecclesia didicisti, quæ perpetuo tot seculorum consensu reepta fuit, quam parentes et majores tui, quorum vestigia insistere debes tenuerunt, quam omnes omnium nationum et etatuum sancti Patres secuti sunt. Illud etiam serenitati tuae attendendum est, oportere te isto loco positum, non crimine solum hæresis, sed quavis etiam levissima suspicione ejusmodi criminis carere; quo enim altiore in gradu dignitatis locatus es, et plus lalii de te suspicio ceteris obesse posset. Curandum vero est, ut liberos tuos ab iis erudiendos et instituendos cures, quorum tunc institutione doctrinaque Catholica, tum moribus etiam et exemplis meliores fieri possint, quibus de rebus ipsi cardinali, quem existimationis et dignitatis tuae studiosissimum novimus, ut nostro nomine coram ipse quoque tecum diligenter agat, mandavimus, hortantes te, ut tum quæ nos scripsimus, tum quæ is dicet, in eam partem accipias, ut a paterna erga te charitate, et cum famæ,

tum salutis tuae studio proficiisci persuasum tibi habeas. Dedimus ei præterea in mandatis, iis, quibus opus fuit, facultatibus imperitiis animarum salutis simul, et regno isti, et dominio tuo Benearnia consulere cupientes, ut in illo regno, et aliis ditionis tuae locis, ea que emendatione indigere perspexerit, corrigat, detque operam opportunis remedii adhibendis, ut mala que sananda fuerint sancti, provideatque ne quid admittatur, quod boni cujusquam animum offendere, aut honorem et dignitatem tuam regiam laedere ac violare possit, que quidem illumque pro sua egregia et præstanti fide, prudentia, dexteritate sedulo curaturum esse confidimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die III Junii MDLX, Pontificatus nostri anno I ».

38. Nec Benearnia modo hæresi admodum infecta erat, sed etiam aliae urbes, et oppida, quibus Antonius rex et Joanna regina dominabantur, dira Calvinismi peste latius ingravescente polluebantur, de quo apud Joannam reginam gravissime Pius questus est<sup>1</sup>, eamque monuit, ut opinionem optimam de ipsa ac viro a Georgio cardinale Armeniaco confirmatam tueretur, ne abieceret fidem, quam in baptismalibus sacris erat professa, quæ omnium sæculorum consensu erat recepta, tot doctorum testimoniis, tot sanctorum miraculis, tot Martyrum sanguine constabilita.

« Charissime in Christo filiæ nostræ Joannæ Navarræ reginæ illustri.

« Charissima in Christo filia nostra, salutem et Apostolicam benedictionem. Serpere adeo et corroborari in regno isto, locisque alii serenissimi regis conjugis tui hereticana audiimus pravitatem, ut non possimus non magnopere iis, qui de vobis disseminati sunt, rumoribus commoveri; cuius nostræ de vobis sollicitudinis testem habemus dilectum filium nostrum Georgium cardinalem de Armeniaco vocatum, qui quidem consolari nos et ut quam optime de vobis speremus adducere conatus est; itaque tam idoneum hominem existimationisque et dignitatis vestræ tantopere studiosum nacti, præterire noluimus, quin his te litteris hortaremnr et moneremus, ut generis et salutis tuae memor ab omni non modo hujusmodi crimine, sed ejus etiam suspicione integrum te conservare velis, neque hereticorum fraudibus abducere te ab ea fide patiaris, quam majores tui constantissime tenuerunt, et in his ille claræ memoriae Franciscus Francorum rex patruus tuus non cognomine modo, sed re ipsa Christianissimus, et mater tua piissima, et sanctæ Ecclesie præceptorum observantissima regina, quam fidem ipsa in Baptismo professa es, quæ denique omnium seculorum consensu recepta,

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. CCLVI.

et tot sanctorum, non auctoritate modo, sed etiam sanguine comprobata fuit, nec ab Ecclesia Catholica, quæ una est, extra quam salvis esse nemo potest, corpore segregeris, sed ipsa in religione Catholica maneas, et eadem filios tuos, ut debes, imbuendos cures, omnibus denique et dictis et factis te vere Catholicam reginam et Christianissimorum regum progeniem ostendas; quibus de rebus ipsi cardinali in mandatis dedimus ut ipse quoque tecum et cum serenissimo rege conjuge tuo verbis nostris agat. Proinde, ut hæc, quæ ipsi scripsimus, et quæ is tecum loqueretur, in optimam partem accipias, et a paterno erga te amore nostro profecta esse existimes, sicut scrutator cordium novit Deus, serenitatem tuam rogamus. Datum Romæ apud Sanctum - Petrum sub annulo piscatoris die IIII Julii MDLX, Pontificatus nostri anno I ».

39. *Calvinismus in Gallia proficit et vexat regnum.* — Damnavit quidem Antonius rex Calvinisticam hæresim, atque majorum religioni constanter insistendum sibi decrevit: verum Joanna hæsit in flagitio, licet illud impia hypothesi tegere conata sit, atque in fallacem speciem obsequium addixerit Pontifici, ut paulo inferius dicemus. Licet vero, conjuratione Ambrosiana oppressa, hæresis pariter oppresa videbatur, tamen illa in nonnullis provinciis signa sui furoris edidit, atque ex illa conjuratione, velut ex sopito male incendio, novæ conjurations in Gallia exarserunt. In Phocensi provincia Antonius ac Paulus Movani fratres nobilitatem avitam cum fœdassent Calvinismo, omnem late regionem fœdaverant, ac licet Antonius Pragvignani sub Henrico rege a populo cæsus fuisset<sup>1</sup>, Paulus tamen in hæresi obfirmatus, militari præsidio septus sexaginta pseudo-ecclesiæ sive Calvinistica conventicula constituerat, coactisque his mille equitibus ac magno peditem numero, Aquensem civitatem, inita cum aliquot civibus perfidiæ sociis intercipere meditatus est, sed virtute civium, qui Tendanum comitem excivere, repulsus est, ac licet pactione militari cum Tendano obtinuisset, ut domi sua consistere, et hæreseos sacra, vel impuras execrationes colere posset, tamen ob templorum expilationes et alia flagitia sibi metuens Gebennam perfugit. Irreperat eadem lues in comitatum Avenionensem, atque Alexander Iluiolinus juris peritus, cum a Pontificiis magistratibus in crimen susceptæ impietati Calviniæ addeveretur, a sociis violate religionis reis accepto procuratorio instrumento ad Mombrunum ab avita nobilitate degenerem, atque audacissimum ad omne scelus, perfugit, fugaque meditantem, quod a senatu Gratianopolitano in crimen rebellionis in regem ac regios magistratus propugnanteque hæreseos vocaretur, cum suis

ad invadendum comitatum Avenionensem pellexit, cumque icto fœdere impio, simul Vezonum et Malosenum eodem die occupare statuissent, Iluiolinus adversa valetudine implicitus consilio abstiit, at Mombrunus Malosenum interfecit, vires in Vezonianos conversurus, at Jacobus Maria Salla Vivariensis episcopus prolegatus Avenionensis copias ex finitimiis provinciis ad comprimendos ferocientes Calvinistas contraxit, ac Pontifex de his tumultibus certior factus Franciscum Turnonium cardinalem in Galliam revertentem, cum Francisco rege agere jussit, ut auxilia Avenionensi prolegato submitteret, tum Georgio cardinali Armeniaco dedit mandata<sup>2</sup>, ut absente Alexandro Farnesio cardinale Avenionensi legato Avenionem pelcret, civesque adversus novatorum molitiones in Romanæ Ecclesie fide et obsequio contineret.

« Dilecto filio nostro Georgio tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, de Armeniaco appellato.

« Cum allatum ad nos fuerit a Mombruno quadam iniurianti filio hæreticorum duce oppidum Malosenam comitatus nostri Venaysini ditionis Sanctæ Romanae Ecclesiæ nuper occupatum fuisse, hortati sumus per literas venerabilis fratrem nostrum Franciscum episcopum Ostiensem, quem pervenisse jam ad aulam Christianissimi regis putamus, ut hoc negotium virilate et pietate sua dignum suscipiens, Christianissimum regem, cuius animum ipso et claræ memoriae patre et avo suo Christianissimis regibus, aliisque majoribus suis dignum esse minime dubitamus, excite ad opem et auxilium sanctæ Romanae Ecclesiæ fœendum, et nefariorum hominum reprimendam et ulciscendam audaciam sacrilegosque conatus: sed quia necessarium esse intelligimus absente legato, quempiam magnæ auctoritatis virum, et illis populis gratum esse, qui præsenlia, virtute et prudentia sua eorum populorum nostrorum, quos paterna charitate diligimus, quieti et incolumenti consulat, quique oppidum illud ex hæreticorum manibus ereptum. Sedi Apostolicæ recuperet, consiliis iis, que tempus postulare cognoverit capendi, ad circumspictionem tuam, quam Catholicæ fidei et dignitatis hujus Sanctæ Sedis studiosissimam esse novimus conversis mentis nostræ oculis, eam ad obeundum munus aptissimum esse judicavimus, labore hunc libenter divini obsequii et sanctæ hujus Sedis causa suscepturum esse confusi, etc. » Dat imperia, ut Avignonem se conferat, civesque adversus novatores confirmet. « Datum xxi Augusti MDLX. »

40. Acceptis porro Pontificiis litteris cardinalis Turnonius<sup>2</sup>, qui tum adverso Rhodano Lugdunum petebat ad Mombrunum affinem

<sup>1</sup> Belcar. Comm. rer. Gall. I. xxviii.

<sup>1</sup> Plus IV. lib. brev. sign. 2896. Ep. ccxcviii. — <sup>2</sup> Belcar. I. xxviii. num. 60.

neptis sua virum scripsit, ut arma poneret, sed nihil apud pertinacissimum hominem perfecit, regem vero permovit, ut ad eum perdomandum auxilia decerneret, adeo ut a Delphinatuum nobilitate has leges accipere coactus sit, ut dissolutis copiis ipse, et qui eum erant secuti, domum bini redirent, Romane Ecclesie ritus<sup>1</sup> et sacra refinerent, si id recusarent, et regno et Venu-sino comitatu exirent, Monbruno vero permisum, ut cum iis, quos vellet comitibus, mensis flexu domum rediret: at ille praesenti subducus periculo pactis non stetit.

At. Oborta quoque seditione Valentiae in Delphinatu<sup>2</sup>, quam Joannes Monlucius episcopalis ordinis proditor venenatis concionibus infecerat; licet enim diu hypocriti flagitia subornarit, demum a Pontifice damnatum anathemate ob crimen haereseos visuri sumus; in ea ergo urbe Calvinistæ, inter quos Mirabellus et Quintellus principem locum obtinebant, publice haeresim profiteri proterve ausi sunt, ac primum gymnasium, in quo juris civilis interpretatio docebatur, dein Franciscanorum templum occuparunt, quorum funestum exemplum Sanromanenses et Montelimardenses secuti sunt, sed dux Guisius Delphinatum praetor missio Malgerone viro militari eum furem compescuit.

Nec minus in Normannia<sup>3</sup> Calvinistarum projecta audacia sese exultul. Misera Catharina regina in eam provinciam Gasparem Colinium Castillionem classis Gallicæ prefectum, horum temporum facem ac turbinem, ut exortentes tumultus reprimiceret, at ille eos magis concitavit, cuius persuasione Dieppenses, Cado-menses, ac Fani-Loii cives Calvinisticæ impietatis ritus publice exercerunt, idemque Rothomagi accidisset, nisi senatus sua prudenter impiorum impetum cohibusset; in ea urbe Iudi litterarii magister Anabaptista trium linguarum Latinæ, Græcæ et Hebraicæ egregie peritus novum et insanum dogma invexit: jactavit se novum Dei prophetam divinis afflatis collustrari, stultamque populi multitudinem ad suas conciones pellexit, in quibus facundia usus in campis, nam excludebatur urbe, suadebat auditoribus Antichristum vi armorum brevi periturum, atque hoc nomine designabat regem, quo Calviniani Pontificem depingebant, non successisse Ambosianam conjurationem, quod ipse non præfuisset, se exercitus ducem a Deo selectum, ut omnes impios everteret atque terris exturbaret, nec principibus, nec magistratibus parceret, se non ante moriturum, quam mundum ab omni labe peccati purum, atque omnis peccati exortem statueret: moliebatur instar Joannis, sartoris Leydensis, novum imperium condere, atque alia

fanaticorum 'Aubaptistarum' deliramenta ven-dibat. At brevi periit suis fraudibus impostor, a Borbonio enim cardinale Rothomagensi anti-stite, et prolegato provincie ac senatu comprehensus, quæstione habita, flammis traditus est, omnisque ejus jactantia in fumos abiit, cuius cognati duo fraudibus adeo erant fascinati, ut nunquam eum crediderint moritum, donec redactum in cineres videre, quibus gula fracta est. Ita ea factio dissipata est.

42. Tentat Pontifex tum per litteras, tum per diversos principes Elizabetham ad veram fidem revocare. — Tot Galliarum turbæ Scoticum bellum traxere, de quo antequam agamus, de Elisabetha Anglie regina, quæ illud movit, nonnulla premittenda sunt. Potiebatur illa Anglia et Hibernia sceptris, sed iniquo jure, cum adulterio suspecta esset, suspectaque eliam esset ejus natalium origo, num ex Henrico eam traxisset, cum ejus mater Anna Bolea ob admissos plures amatores capitali suppicio esset affecta, adeo ut ob minorem longe suspicionem Mariam Alphonsi regis Castellæ filiam ab Hispanis sceptrorum jure deturbatam viderimus: spectabat vero jure sceptrum Anglicum ad Mariam Stuartam Henrici VIII ex sorore proneptem, atque adeo illa, extincta Maria regina, mox Angli regni insignia assumpserat, considente Lotharingo cardinale, eamque reginam optabant Angli<sup>4</sup> qui ab avita religione non defecerant, tum ut tota insula in duo regna divisa in unum redintegrata coalesceret, nec deerant spes e Scotia educendæ, conjunctis Gallorum viribus, expeditionis, maxime si Philippus Hispaniæ rex odio haereseos, quam Elisabetha profitebatur, se Gallis adjungeret, ut antea inter Henricum, cum Italici rebus cessit, ac Philippum transactum videbatur. His curis anxiæ Elisabetham adhortatus est Pontifex amantissima legatione ac paternis litteris, ut orthodoxam religionem abjecta impia haeresi amplecteretur, monuitque ut caveret a pravis susoribus, qui suis tantum communidis inescati, regiæ illius dignitati asse-randæ ac salutì non studerent, paratissimumque se ad illam in gremium Ecclesie recipien-dam exhibuit, tum de Concilio OEcumenico celebrando certiōne fecit, provocavitque ad immortalē gloriam ex tam egregio facto colligendam; legatione functus est Vincentius Par-palia abbas Elisabethæ cognitus; litteræ vero subjectis verbis conceptæ fuere<sup>5</sup>:

« Charissimæ in Christo filia nostræ Elisabethæ Angliæ reginæ illustri.

« PIUS PAPA IV.

« Charissima in Christo filia nostra, salu-tem et Apostolicam benedictionem. Quantopere cupiamus, nostro ita pastorali officio postu-

<sup>1</sup> Belcar. l. xxviii. num. 61. — <sup>2</sup> Ib. num. 56. — <sup>3</sup> Ib. n. 57.

<sup>4</sup> Belcar. l. xxviii. num. 51. — <sup>5</sup> Pius IV. tom. i. brev. sign. num. 2896. Ep. ccxiv.

Iante, saluti tuae consulere, et honori tuo simul regnique stabilitati prospicere, et scrutator cordium novit Deus, et ipsa intelligere poteris ex mandatis, que dilecto huic filio Vincentio Parpalia abbatii Sancti-Salvatoris, homini tibi noto nobisque probatissimo, ad te dedimus. Proinde bortamur et monemus celsitudinem tuam etiam atque etiam, charissima filia, ut repudiatis malis suasoribus, qui non te, sed ipsis se amant, suisque ipsumsum cupiditatibus inser-  
vinnt, Dei timorem in consilium adhibens, tem-  
pusque tuae visitationis agnoscens, paternis  
nostris monitis salutaribusque consiliis obtem-  
peres, omniaque de nobis pollicare, que non  
modo ad animae tuae salutem conservandam,  
sed etiam ad dignitatem tuam regiam stabilien-  
dam et confirmandam, pro auctoritate, pro loco,  
ac munere, quod nobis a Deo commissum fuit;  
a nobis desideraris, qui te, sicut optamus et  
speramus, si in Ecclesiæ gremium redieris,  
codem quo Evangelicus ille Pater reversum ad  
se filium amore sumus, et honore ac lœtitia re-  
cepturi, quanquam eo major lœtitia nostra  
futura est, quod is unius filii salute gavissus est,  
tu tecum una universos Angliae populos trahens,  
non solum ex tua, sed ex totius nationis salute  
nos et universitatem fratrum nostrorum, quos  
propediem, Deo juvante, ad tollendas hæreses in  
OEcumenico generalique Concilio congregatos audies, universamque Ecclesiæ lœtitia  
complebis, quin etiam cœlum ipsum exhilarabis,  
ex tam memorabilis facto admirabilem  
nomini tuo gloriam, et multo splendidiorem ea  
quam geris coronam adeptura; sed hac de re  
pluribus verbis idem Vincentius tecum aget, ac  
nostrum tibi paternum animum declarabit,  
quem, ut benignè excipias diligenterque audias,  
camdemque, ut ejus oratione fidem habeas  
sicut nobis ipsis, serenitatem tuam rogamus.  
Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscal-  
toris die v Maii m<sup>dlx</sup>, Pontifici nostri anno 1<sup>o</sup>.

43. Plurimum auctoritate pollere apud Elisa-  
betham credebatur Philippus Hispaniæ rex,  
ut qui coniunctionis in Mariam reginam con-  
flata ream, jam ante vite reservasset, ac sine  
eujus præsidio ægre adversus Marie Stuartæ  
Scotia et Gallia regina potentiam se tueri  
posset. Philippum ergo regem Pontifex hortau-  
tus est, ut omnem regiam operam pro Elisa-  
betha et Anglia ad fidei Catholicae conjunctio-  
nem revocandis collocaret, tum etiam signifi-  
cavit; Anglis hæresim profidentibus, Belgii  
provincias in maximum discrimen adductum  
iri, neconon immortale decus, Anglis ad veram  
religionem conversis vindicatisque ab æterno  
exitio, sibi comparaturum<sup>1</sup>:

« Charissimo in Christo filio nostro Hispani-  
arum regi Catholico.

« Charissime in Christo fili o noster, etc. Cu-  
pientes pro munera Deo nobis commissi  
officio damnum illud sareire, tam grave et tam  
deplorandum, quod obitu piae memoriae Mariae  
Anglorum reginæ uxoris olim tuæ fecit Eccle-  
sia, regnumque illud iterum ipsius Ecclesie  
unitati, Deo juvante, restituere, misimus illuc  
hominem idoneum cum litteris et mandatis,  
sicut majestas tua certior fieri a dilecto filio no-  
bili viro Francisco Varga oratore apud nos tuo.  
Hunc cum pro tua pietate Catholice religionis  
studio desiderium hoc nobis tecum sciamus  
esse commune, confidimus majestatem tuam,  
ubi hoc consilium nostrum cognoverit, hortali-  
tioni nostræ locum minime relucturam, sed  
omni cura, studio, diligentia et auctoritate sua  
enixuram, ut regina, quæ hodie illud regnum  
tenet, monitis nostris et consiliis salutaribus  
obtemperet, quod eo studiosius majestatem tuam  
facturam esse speramus, quod cum superiori-  
bus annis regnum illud Ecclesiæ reconciliatum  
fuit, secundum Deum magna ex parte id opus  
tuae pietatis fuisse, teque summam in ea re  
laudem ab omnibus consecutum esse memini-  
mus: intelligis autem pro tua pietate datam  
tibi idcirco a Deo summam pacem summam-  
que tranquillitatem fuisse, nimirum, ut ad tol-  
lendas undique hæreses, bellumque hoc intesti-  
num Ecclesiæ sedandum, omnem curam et dili-  
gentiam tuam converteres. Nostri quoque pro  
tua sapientia quantopere tuis Angliae finitimus  
dilectionibus expedit regnum illud ab hæretica  
pravitate purgari, sed cum te tua sponte para-  
tum esse persuasum habeamus ad hanc rem  
perficiendam, nos adhortando longiores non  
erimus: tantum, charissime fili, petimus, ut  
si quid rogatu et precibus nostris paternis addi-  
ad tuum hujus rei studium potest, addere velis,  
et pro fœcundissimis rerum tuarum eventibus  
gratum tuum erga Deum animum in hoc opere,  
quo nullum est sanctius, nec Catholico rege digni-  
gius declarare. Rogamus præterea, ut nuntio  
nostro hac re nomine nostro tecum agenti pa-  
rem fidem habeas, atque haberet nobis ipsis.  
Dat. Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo  
piscatoris die v Maii m<sup>lxix</sup>, Pontificatus nostri  
anno 1<sup>o</sup>.

44. Habet Philipps rex in Elisabethæ  
aucta orationem episcopum Aquilinum pietate et  
doctrina spectabilem, qui in Catholicis Anglis  
in vera religione confirmandis, ac promovendis  
religionis rebus sedulam operam navalit, quem  
Pontifex de piis ejus studiis gratulatus, hor-  
tatus est, ut idonea opportunitate usus, Elisabe-  
thæ reginæ sana consilia aeterni regni asse-  
quendi orthodoxæque pietatis restituenda sug-  
gereret<sup>1</sup>:

« Venerabili fratri Alvaro de Quadra epi-

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. ccxvii.

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. sig. num. 2896. Ep. cclix.

scopo Aquilano regis Catholici in Anglia orato.

« Venerabilis frater. Cum ex litteris tuis scriptis dilecto filio nobili viro Francisco Varga charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum regis Catholici apud nos oratori, tum ex ejusdem oratoris largo et accurato sermone libenter cognovimus, quam pio animo, quantoque Catholicae fidei et Sedis Apostolice studio isthic et in religione Catholica manentes confirmare coneris, et caeteros, quos a recto itinere humanae salutis hostis abduxit, in salutis viam tuis hortationibus reducere. Ista sunt officia digna regis oratore Catholici, ista ordinem et personam tuam decent; laudamus vehementer hac in re diligentiam et pium studium tuum. Placeat Omnipotenti Deo pro sua misericordia ejus animum, cuius in potestate est hoc tempore regnum Angliae, impellere, ut salutaribus monitis et consilis tuis acquiescat. Tu vero defatigari noli, dum isto apud eam munere fungeris, opportuno atque apto tempore ea suadere illi, quæ ad aeternam salutem animæ ipsius et tot populorum pertinent, atque ut sibi et regno consulat atque prospiciat hortari: quam ad rem quidquid tibi illique a nobis auxiliū afferri potest, omni animi studio deferimus. Deus Servator omnium novit, quam paterna sollicitudine ejus saluti simul et honori, ac nobilissimi quondam regni incolumitati consulere cupiamus, quæ quidem si fieri posset, nostro ipso cum sanguine redimeremus. Istius tu quidem piæ sedulitatis mercedem a Deo honorum omnium remuneratore assequeris, sed ne nos quidem talium officiorum immemores erimus, etc. Decima Martii MDLX. »

45. Praeter Philippum regem Hispaniae adhuc buit Pontifex interpretem concordie cum Romana Ecclesia instaurandæ, publicaque Anglorum salutis promotorem apud reginam Elisabetham Ferdinandum Cæsarem, cui conceptas spes Anglorum gentis ab impietate ad veræ religionis cultum revocande significavit, utque Cæsaream operam pro legatione Pontificia prorvehenda conjungeret, reginamque Elisabetham, et litteris, et nuntiis ad pristinam Ecclesiæ conjunctionem redintegrandam impelleret<sup>1</sup>, postulavit:

« Charissimo in Christo filio nostro Ferdinandino Hungariae et Bohemiae regis illustri in Romanorum imperatorem electo, etc.

« Pastoralis nos officii ratio impunit, ut temus, si tantum damnum, quod Ecclesia fecit post obitum pia memoriae Mariæ reginæ defectione illius regni, Deo juvante, sarcire possimus, regina, quæ illi successit, una cum populis Angliae ad unitatem Ecclesiæ Catholicae iterum revocata, cujus rei nonnullam in spem

venimus; itaque misimus ad eam cum litteris et mandatis dilectum filium Parpaliam Sancti-Salvatoris abbatem, hominem nobis probatissimum, et propter notitiam, quam habet, hominum et rerum illarum, valde ad hoc negotium tractandum idoneum. Nunc majestatem tuam, cum idem quod nos cupere pro suo in Catholicae fidem studio sciamus, hortamur et rogamus, ut ad hanc tam piam actionem nostram adjuvandam omni cura, diligentia et auctoritate sua velit incumbere, et cum per litteras, tum etiam per nuntios reginam hortari, ut nostris salutaribus consilio acquiescens ad Ecclesiæ Catholicae unitatem redeat, salutique sue et regno simul hac occasione oblata consulat, impetratura a nobis quidquid ad stabiendum regnum suum esse duxerit postulandum, quod quidem secundum Deum a nobis concedi possit, etc. v Maii MDLX. »

46. *Fracta in Scotia potentia Gallica.* — Cecidere irriti piissimi conatus Pii Pontificis, fracta Gallica potentia, illaque cujus terrore Elisabetha ad officium redigenda sperabatur<sup>1</sup>, Hispano et Cæsareo fœdere fulta se adversus jura Mariæ Stuartæ Scotie, et Galliæ reginæ, quibus titulis Anglicum adjunxerat, tueretur, Calvinianorumque rebellio in regem Galliæ concitata fuerit. Certior illa facta fuit, ut antea indicatum est, a Gaspare Colonio Castilionæ, Calviniana impietatis ac factionis signifero, de conjugatione, cujus ipse erat architectus, in Franciscum regem et Guisios conflata, societatemque cum eo coivit, quam in maximam Galliæ perniciem tot annis aluit: erectaque animis ob tumultus Gallicos, perdiuellium Scotorum haëticorum patrocinium arripuit, atque a Colonio Gallicæ classis præfecturam gerente incitata, cum Guisii reginæ Stuartæ avunculi Jacobum Brossianum rei militaris peritissimum legatum regio nomine cum copiis in Scotiam mississent, curassentque a Pontifice Romano Nicolaum Pellecum Ambianensem episcopum legatum mitti, ut regina vidua soror, quæ regnum Scotiæ administrabat, uteretur ejus opera ad eos Scotos, qui ad Calvinum defecrant, ad Romanæ religionis pristina instituta amplectenda reducendos cogendosque; scriptum vige-sima quarta Martii in vulgo edidit, quo de Anglii regni insignibus a Maria Scotia et Galliæ regina correptis, deque missis in Scotiam Galliæ copiis vehementer questa est, conceptasque suspiciones bellii e Scotia ad Angliam invadendam a Gallo rege gerendi divulgavit, regemque Franciscum ac Mariam reginam excusans, in Guisios, qui ardentes ambitione, rejectis regiæ stirpis principibus, in tenera regis ætate regis procriptionem sibi arrogassent, invidiam omnem detorsit: ne vero inopino impetu Anglos

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. num. 2896. Ep. 211.

<sup>1</sup> Belcar. l. xxviii. num. 50.

oppriamt, se terra marique copias contrahere, atque hostium conatus occupare decrevisse; itaque duos validos exercitus terra marique in Scotiam immisit, urgente illam proditore Colino, seditionesque in Gallia<sup>1</sup> accidente: ac licet Franciscus rex misso ad Elisabetham Joanne Monlucio Valentineni pseudoepiscopo oratore eas suspiciones amovere conatus sit, ac pacis studium declararit, illa Lethe portum mille passibus Edimburgo regia Scotiae civitate distantem ab haereticis incitata, terra marique ineunte Aprili obsedit, cui Scotti rebelles Calvinistæ ad duodecim milia se conjunxere, adeo ut Elisabetha in Scotiæ potiundæ spem veniret, nam Galli imprudenti consilio usi, non modo fundos eorum, qui haeresim sectati erant, proscriperant, sed etiam indicte vectigali novo populum ad defectionem irritaverant, dum putarent cum solis Scottis sibi rem fore. At eae Elisabetha spes dissoluta sunt, licet enim Gallie rex civilibus implicitus dissensionibus novas in Scotiam copias contra Anglos summiserit non potuerit, tamen Jacobus Brossianus regius legatus fortissime Anglorum impetus exceptit, crebrisque eruptionibus attrivit, at demum cum vires Scotorum Calvinistæ factio distractisset enervassetque, nec Galliæ rex novas subsidiarias copias submittere posset, tandem X kalendas Augusti iniquissimis his conditionibus, quibus res Catholica in Scotia pessumdata est, pax inter Anglos et Scottos redintegrata: Ut haeretici, qui defecere ab avita religione sumpserent arma, ea pro patriæ libertate et immunitatibus conservandis a Francisco et Maria Stuarta jure sumpsisse declarerunt, ut Edimburgensibus fiberum sit, quam velint religionem profiteri, reliqui sectarii sua instituta et ritus a rege, et regina uxore, ac regina vidua regni administratrice exercere permittantur, Lethana arx diruatur, Galli milites in Galliam redire cogantur, insula Equariae propugnaculo, ac Dombarre arcii rex et regina sexaginta tantum praesidiarios cuique imponere, nec plures possint; munera honoraria ac dignitates Scottis tantum, non Gallis conferantur, rex et regina Galliæ titulos atque insignia Angliae in posterum abjeiant, leges, statuta atque consuetudines Scottie, exceptis his, quæ ad religionem pertinent, retineantur. Ita Elisabetha haeresim Calvinisticam in Scotia

asseruit, ac Scottos haereticos suis partibus aduersus reginam Scotiæ adjunxit, et sacra illa consilia Angliæ per Scotiam subjiciendæ veteri religioni penitus evanerunt. Philippus vero Hispaniæ rex, qui exosam habebat Gallorum potentiam, non advertit, confirmata haeresi in Anglia et Scotia, etiam in Belgii provincias illam propagatum iri, ac perduellibus ipsius aliquando auxilia subministranda, quamvis a Pio Pontifice præmonitus esset. Ceterum ejus pacis beneficio Edimburgum reginæ administratrice exentiibus haereticis, qui ejus urbis cives non erant, ac Palatum Cœnotii Sanctæ-Crucis restitutum; regina vero Angliæ exercitus suos e Scotia revocavit, atque in posterum negotia administrationemque Scotorum non curaturam pollicita est, sed promissa infregit, nec pacis foedera cum Galliæ rege coluit, sed astu, et tacitis artibus, ac vi conjuratos juvit, ut inferius dicetur.

47. *Celebres ordinum conventus apud Fontem-Bellæquæ, in quibus edictum Remorense funditus revertitur.* — Fracta ita atque elisa in Scotia Gallica potentia, Calvinistarum Gallorum ferocia licet ante castigata esset, magis exasperata est. Promovit imprudenter cardinalis Lotharingius defuncto Olivario ad regii scrinii præfecturam Michaelem Hospitaliæ, virum quidem doctum, sed nullius religionis, ac vere atheum, qui patrem medicum Renatæ sororis, avum vero Avenionensem Synagogæ Judæum habuerat. Is Ecclesiasticorum bonorum invadendorum avidus Castilioni Calvinianorum duci se totum addixit, ac nascentibus seditionibus magnum momentum addidit. Is Remorense edictum temperavit (1), atque exercendæ censuræ fidei potestatem ab Ecclesiasticis judicibus ad laicos transtulit, cum illi multo minus strenue eo munere difficulti perfunduti essent: « Edixit tamen, ne qua conventicula, ne qua sedatio, ne quavis publica fierent: si qui fecisse arguerentur, præsidia judices, intra quorum jurisdictionem id accidisset, decem numero de his sine provocazione cognoscerent, si tot judices non reperirentur, ex antiquioribus causidicis numerus impleretur: convicti perinde ac lesæ majestatis rei punientur, easdem prænas socii, consentientes, celantes subirent: easdem concionatores, qui

<sup>1</sup> Belcar. I. xxviii. num. 52, 53, 54, 55.

<sup>1</sup> Belcar. I. xxviii. num. 57.

(1) Edictum Remorense (Romorantin) a Michaelo Hospitali proenarratum, longe alitec habuisse sese ex Chronico Joannis du Tillel intelligimus. Narrat enim ille hoc anno, Maior mense, edictum prodisse Remoretum, quo unus et solis episcopos cognitos de crimine haeresis reservabatur, sublata superno Parisiensi senatu ceterisque laicis judicibus facultate, ne quid in causa illis, nisi forte a clericis requisiti, molirentur. Ceterum hand ita multa post, die scilicet vi Augusti, alio edicto ad Fontem belli (Fontainebleau) promulgato declaratum fuit prior illa Constitutione nihil quidquam deinceps auctoritatem supremo Parisiensi senatu de crimine haeresis cognoscendi.

Idem quoque scriptor inferius addit, die x Septembris apud S. Germanum regias litteras prodisse, quibus injunctum est præsulibus, ut ad diem xx Januarii sive Lentilium, sive ad alium, quo forte indecenter, convenienter locum, ut de religione ceterisque ad cultum Dei perlinctibus trahant. Male ergo scribit annalistum num. 38 condicet fuisse episcopus certum locum, ut ibi de cogendo (Ecumenico Concilio agerent, atque inde ad Concilium illud pergerent. Indictum est enim episcopus ut venirent ad Concilium, non quidem (Ecumenico a Pontifice decretum, sed nationale ab ipsis celebrandum, et indicium a rege.

sine episcoporum suorum, aut aliorum idem jus habentium permissione concessionem haberent, famosorum libellorum auctores, quique eos, vel distribuunt, vel typis mandant: delatoribus quingenti nummi Francici ex eorum bonis darentur: ac calumniatores pœnam, quam talionis vocant, penderent. Additum est et aliud edictum, quo episcopi in sua provincia, cæteri sacri ministri in suis cœnobiis residere juberantur.

48. X kalendas Septembbris MDLX<sup>1</sup>, cum solemnies procerum conventus haberentur apud Fontem-Bellæ aquæ, Gaspar Colinius Castilio-nus Calvinista nequissimus, omniumque in regem ac regnum seditionum signifer, atque reginae Anglie fœderatus, Calvinistarum nomine duos libellos regi obtulit, quibus se de Ambasiana conjuratione et cæteris seditionibus purgare conabantur, poscebantque, ut supplicia, religionis asserendæ causa, impiis proposita, usque ad OEcumenicum Concilium remitteret, quasi ab OEcumenicis Conciliis præteritis Calvini hæreses non essent damnatae; utque templa, in quibus blasphemias suas conciones et sacra execranda peragerent, ipsis attribuerentur: tanta fuit perditissimi hominis impudentia, ut hæc coram rege Christianissimo tueri ausus sit. Ejus libelli Albasinco scribæ tradi-ti, quos ut ab omnibus audirentur, alta voce legit, ac tum Joannes Monlucius pseudo-episcopus Valentinus, Calviniana hæresi contaminatissimus, ob quam demum Pontificio anathematæ damnatus est, inter alia in episcoporum, curionum cæterorumque virorum sacratorum impuros mores, negligentiam et ignorantiam acerrime invectus est, nulla proborum virorum habita ratione, cum ipse inter improbos esset improbissimus, velletque universos perpetuo concubinatu sœdari, evertere altaria, ac sacra omnia convellere; nam mox impia oratione Catholico clero opposuit ministros Calvini vel Sathanæ, quos modestiæ, diligentiae atque eruditio-nis laude frequentius immerito ornavit, qui concessionibus plures in suam sententiam vel errorem pellexissent, tum regias matronas ac puellas aulicas scelerate hortatus est, ut Psalmorum Davidicorum versionem a Marotto Moreione et Theodoro Beza hæresiarcha corruptam, ad instillandam ignaris hæresim, et veteres sacrosanctæ Ecclesiæ ritus deserentes, in templis et extra templo cantillarent, Arii impudentissimi æmulator egregius<sup>2</sup>, qui sacrarum litterarum abutens verbis effeminatis, ridiculisque numeris, ad similitudinem Ægyptii Soladæ hæresim Thalia conscripta promulgavit. Ad hæc expetiit simulanter, ut episcoporum et curionum mores emendantur, quibus tamen pro-

digandis ipse operam omnem dedit: addidit, ut totius Christiani imperii Concilium celebrandum promoveretur, quod si impetrari non posset, totius Galliæ episcopi sumu[m] celebrarent, ad quod etiam hæretici Calviniani eruditiores admitterentur, ut periculum fieret, num una cum ceteris consentire possent; nec objectionem eorum recipiendam contendit, qui dicere nt ea dogmata, quæ nunc vocantur in controversyam, ab antiquis Conciliis damnata fuisse; non esse contra novatores pugnandum armis vel suppliciis, sed solo Dei verbo, sumpto a veteribus exemplo, conclusit: que venena nefandissimus ille hypocrita inspersit multis eloquentia flosculis, mendaciorumque fucis ac pigmentis coloravit, ut Herodiadis filia saltatrix in morem, simplices quoque mulcendo deciperet, ac lasciviendo jugularet.

« Post hunc Mortierus<sup>3</sup> indoctus sententiam dixit, tertio loco Carolus Mariliacus archiepiscopus Viennensis multis legationibus functus, ac Borboniis principibus addictissimus. Is prolixa usus oratione, contendit vanas esse Concilii OEcumenici spes, non esse situm in Gallorum potestate, ut Pontifex Maximus, imperator, Christiani reges, Germana late patens natio de tempore, loco Concilii, forma sive ratione statim consentiant, cum enim id alii promovere student, alii interrumpere conantur; itaque ad totius nationis Concilium accurrendum, quod jam rex promulgarit; postulatum a Carolo V Clementem VII ut Concilium congregaret ad instaurandam sacrorum ministrorum disciplinam, inventasque nuper de religione controversias compendas, respondisse novæ illius doctrine placita a veteribus Conciliis confutata, bonis etiam moribus sacrorum ministrorum, ac cæterorum Christianorum æque consultum, si antiqua decreta observentur; tum ordinum trium conventus, ut per necessarios suassisse.

« Nono kalendas Septembbris Castilio Amiralius mira impudentia questus est, quod rex firmissimo satelliti fatus cingeret adversus conjuratorum insidias; hoc malum esse exemplum, quod rex timere suum populum assueceret; eos qui libellos dedissent ad quinquaginta millia, ut se subscriberent, si opus esset, accessu[m]: tum institit, ut nove militum custodiæ regi attribulæ auferrentur, atque trium ordinum conventus indicarent, ac sacrorum ministrorum disciplina instauretur. Quorsum haec diceret, docuere secuti eventus, et quænam disciplina ab eo expeteretur, fruicidati ac inauditis suppliciis excarnificati sacerdotes, incensa tempora, eversa altaria, prophanata sacra ostenderunt.

« Refutatae sunt illius proditoriae voces a

<sup>1</sup> Franc. Belcar. Episc. I. xxviii. num. 63. — <sup>2</sup> S. Athan. de senten. Dyon. Godes. Herman. Vit. S. Ath. I. 1. c. 13.

<sup>3</sup> Idem ibid. num. 65 et 66.

Guisio duce; auctas jure regias custodias post Ambasianam conjurationem, ubi nulli in eum arma sumpserunt, nec valere eorum excusationem, qui divulgant, non adversus regem, sed adversus ejus ministros arma sumpta; neminem enim, nec a se, nec a cardinale privatum offendit; si qui ergo offendantur, propter regni administrationem offendit, et qui hoc modo arma capiunt adversus regem capere ». Tum responsum cardinalis Lotharingii subdit Belarius<sup>1</sup>: « Libellos ab Amyralio oblatis refutavit et mendacii arguit: se regi obtemperaturos dicunt, at sub conditione, si illorum persuasionem sequatur, aut saltem approbet: hunc aulem celebrem conventionem attestari, antiquamne, et tot saculis, tot Conciliorum confirmatam religionem, an potius hominorum istorum novam persuasionem sequi rex debeat; si eis tempa ad conciones et Sacraenta administranda condonabit, corum persuasionem comprobabit, augustum illud atque haereditarium Christianissimi cognomen amittet, et certam aeternam felicitatis jacturam faciet. Quod quinquaginta hominum millia supra commemoratos libellos subscriptura dicunt, his decies, aut potius vices centena millia rex opponet, qui a sua, hoc est, ab antiqua religione non discesserunt: qua autem pietate isti persuasione suam promoveant, cognoscere opere pretium est ex famosis libellis scilicet, quos ubique locis publicis affixerunt, ex quibus duos et virginis adversum se scriptos proferre potest, quos diligenter conservat, idque sibi magnae gloriae fore ducit, quod tam sceleratorum hominum probris conscientissus sit; seditiosos graviter puniendos censuit, caeteros, qui nec seditiones carent, nec conventicula faciunt, verum persuasionem suam privatum exercent, suo iudicio relinquendos, nec suppliciis afficiendos putat, que haec non multum profuerunt.

« De Concilio OEcumenico addidit cardinalis non quidem illud in regia situm potestate, quod nec in Cesarea fuisse. De nationis Concilio addidit in eo duxatax de sacrorum ministeriorum populi moribus decernendum, non aliquid novi moliendum: renovari in eo posse vetera Universalium Conciliorum aut Provinciarium sanctitatem, nihil tamen addendum, atque episcopos in suas dioceses abiituros, de iis quae ad disciplinam ac mores pertinent inquisituros; conventionem autem trium ordinum laudavit, ut cognoscant omnes, quam juste ac prudenter regnum administraretur.

« VIII kalendas Septembri regie societatis equites in cardinalis Lotharingi sententiam concurrerunt, ac VII kal. trium ordinum conventus indictus est in IV idus Decembri, ac iussa singulae provincie suos cohortes cogere, ut quid in conventu proponendum esset, spenderent, et

quos missuri essent, designarent: et quia Pontifex, atque imperator, et ceteri reges principes prope convenerant de cogendo OEcumenico Concilio, episcopi Galli ad IV idus Januarii ad aulicum comitatum vocati sunt, inde ad Concilium profecturi.

« Expediti fuerunt illi Gallorum episcoporum conventus, tum ab haereticis, tum a Catholicis, sed discrepante longe consilio, ac jure formidatum est, ne in iis aliquid novi ab impensis perlentaretur.

49. « Porro, quae ex nationali Concilio exoriri possent mala<sup>2</sup>, episcopus Viterbiensis in Gallia nuntius litteris die decima quinta Septembribus car. Turnonio directis significavit, ubi sic habet: Existimatio bonitatis et prudentiae, quae summa de illustrissima dominatione vestra apud me est, ut credere, persuaserunt, ad istam aulam non tam celeriter, ut alii optabant, accessisse ob decreta præterite Assembleæ. Quod si re vera ita est, ut cogito, non modo excusationem, verum etiam laudem meretur; vellem et ipse, quantum in me est, idem agere, considerans etenim partim, quae exequuntur, partim, quae diriguntur, cum nullum his remedium afferre possim, omni alio loco quam hic esse vellem. Jam illustrissimam dominationem vestram scripturam vidisse credo, qua omnes præsules ad Congregationem, ne dicam ad nationale Concilium, convocantur, et certus sum attente considerasse, per illam liberam omnibus audiendi et loquendi concessam facultatem esse; ut autem insuper innotescat dominatione vestra, qua mihi palam relata fuerunt per quemdam illius Assembleæ præsulem, sciat familiari meo renuntiatum fuisse, dari ab aliquibus operam, ut omnes regis subditi Genevæ commorantes, ad congregationem vocentur, spe affecti illos ad unitatem Ecclesie rationibus adducendi. Quod tam longe a mea sententia est, tamque pravi exempli et pejoris consequentiae judico, ut causam potius religionis confundendam verear. Quod si non aliud exinde malum sit futurum, istud certe aderit, quod haereticis audaciam angebit, et venena ubique diffundendi occasionem praebet; nunquam equidem viam periculis adeo plenam indignamque initios opinabar, qua cum, præter religionis detinentum, auctoritatem quoque ipsius regis et utilitatem labefactet, quod aliud credere possum, nisi de proximo maximam conspiciam confusionem, ne dicam totius regni jacturam; quare si initio Epistole dixi vestram illustrissimam dominationem prudenter agere his temporibus ab his regionibus se elongare, modo mutato consilio, plurimum expedire iudico, ut quantocius veniat, malisque imminentibus aliquod remedium afferat; quod si forte postea

<sup>1</sup> Idem ibid.

<sup>2</sup> Ms. card. Spada fo. xxxi. p. 365.

illa avertere non esse in sua potestate cognoverit, tunc post protestationem discedat, ne talis adsit indignæ tragedie spectator. Falli certe illustrissimum cardinalem Lotharingum vereor, dum alios ex semetipsa melius credit, in his seditionibus, majorem partem religionis magis respectui, quam desiderio furandi, et confusione hujus monarchiae, vel ejus gubernationis immutationi adhaesuram, et hic finem impono. Postquam haec scripseraim, litteras ultima Augusti die a nuntio Hispaniarum accepi, quibus a rege Catholico ad Gallicam aulam Antonium Toletanum mitti, ut celebrationem Concilii nationalis dissuadeat, testatur, a quo aliquem fructum prestolamur, cum a principe tanta auctoritatibus, et per ministrum inter primos præcipuum executioni mandetur, additis tuæ illustrissimæ dominationis persuasionibus.

50. « Antonio itaque Toletano<sup>1</sup> Galliam petenti rex Catholicus in mandatis dederat, ut nationale Concilium pro viribus deturbaret, jubeaturque bac præsertim ex causa ostendere, non esse Concilium nationale celebrandum, ex quo manifeste prejudicium Concilio Generali, quod propediem coadunandum erat, inferebatur, quod Concilium profecto verum et certum remedium morborum et divisionum Christianitatis erat futurum. Quenadmodum ergo rex Philippus voluntati sue Sanctitatis, et ejus determinationi se submisit, cuius est haec præcipue curare, et ad quem haec peculiariter attinent, et sicuti instantे rege Christianissimo per suum oratorem ad hanc rem amplectendam animum applicuit, ita etiam rex Galliarum idem agat, ut sicuti per totum orbem fama percrebuit, quod imperator, rex Christianissimus et Catholicus voluntatem cum Pontifice conjunctam gerant, curantes omnes simul ut Concilium Generale celebretur, ita convenit, ut nullum signum ostendatur, quo favor iis contraria sententibus præstetur, qui cum ipsis in celebratione Concilii Generalis non convenient; illis enim superbiæ et perturbationis causa esset, maximo cum præjudicio sanctæ Ecclesiæ. Atque ut hoc melius regi suaderet, inferre jubeatur, quod quamvis Philippus nosset vires illi non deesse adversus quoscumque principes, et ad suorum subditorum audacem insolentiam reprimendam, eosque muletandos et cogendos, ut sub religionis obedientia debita vivant, tamen ne coactus contra propriam auctoritatem et dignitatem aliquid agat, omnes quas expediti judicaverit sui regni vires, in manu arbitrii ejus relinquendas offerebat, ne adactus aliquid præter dignitatem ageret, quod in isto sui regni exordio suam minueret auctoritatem. Jubebatur insuper Antonius ipse, ut si quando res iniquo adeo loco positas cerneret, ut de Concilio

disturbando nulla affulgeret spes, id saltem obtemperet, ut ejus celebratio ad anni exitam differretur. Quæ cum Antonius facunde exposuisset, rex simul ac regina responderunt, nunquam ipsorum fuisse mentem nationale Concilium convocare, præcipe cum adsit Concilii Generalis spes, sed cum sui regni turbationes adeo creverint, compulsos aliquid remedii ad tanta mala evitanda adinvenire; ob hanc causam ultimum celebratum. Provinciarum praesides ad decimam Decembribus diem vocatos, epis copis et Ecclesiarum presulibus datam mense Januario diem decimam. Non definiendorum fidei articulorum causa, sed instaurandæ discipline, ex qua collapsa pravaque administratione, dissidia, quæ hodie Christianum perturbant imperium manarint, et hæc a majori parte, tam presulum, quam procerum, qui vocali erant, decreta fuisse; et quia pars magna eorum novis heresibus contaminata est, ac posset contingere, ut in utroque cœtu indictio, aliquid præter mentem regis Christianissimi, qui aperte promulgavit se velle in lege ac religione prædecessorum suorum vivere ac mori, atque in ea suos subditos continere, decerni posset; eni rei gratia Antonius Comes ostendit mandata offerenda Gallo regi Hispanarum virium potentia, se grates maximas Catholicis regi de optima voluntate agere, perpenso tamen rerum præsentium statu, tuendæ regiæ amplitudinis, declinandorumque periculorum causa indictos, tum Ordinum regni, tum præsulum totius regni cœtus, in quibus non de fide, sed de moribus ad puritatem redigendis, et de præsulum ad Concilium OEcumenicum profectione decernendum sit, revocari non posse. Cum vero eorum cœtuum necessitas oriatur ex nimia Concilii OEcumenici dilatatione, verum remedium futurum, si dimissa Concilii Tridentini prosecutio, cui nunquam Protestantes sunt assensuri, ac sine quibus religionis res in maxima ea natione suis commodis addictissima constitui possint, et ut indicti cœtus, quos aliqui Concilium nationale vocant, discuti possint, novum Concilium sine mora aperiatur, nec de loco item moveri, cum ille quo Caesar et rex Catholicus convenerint admittatur, denum de disturbandis episcoporum Gallorum conventibus quidquam decerni non posse, nisi prius indicti in Decembrem ordinum cœtus habiti fuerint.

51. « De his factus certior ab oratore suo Catholicus rex<sup>2</sup> Pontificem ursit ad dissolendum nationale Gallorum Concilium, ex quo gravissima incomoda, ac damna certissima, atque irreparabilia, abjecto Concilio OEcumenico sint consecutura, et quia multata sententia Franciscus rex de loco controversiam moverat,

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ lo. xxxi. p. 41.

<sup>2</sup> Ext. reg. Cath. responsum ib. p. 368.

ac cum Vercellas et Bisuntum proposuisset, significarat se Bisuntum praeoptare ac præferre Vercellis, respondit Toleti xxx Octob. <sup>MDLX</sup> Gallo oratori Catholicus rex, se nullius loci singularis optionem percupere, sed tantummodo damnis universis et privatis totius Christiani imperii occurrendi studio duci, seque acturum cum Cæsare, ut gratum acceptumque locum habeat, de quo Pontifex ac rex Christianissimus inter se convenerint. Significarat vero Ferrariensis cardinalis Lotharingo cardinali scriptis Aurelia x Octobris <sup>MDLX</sup> litteris, Pontificem, aut Vercellis, aut Casali, Concilium brevi aprire constituisse, cui ultima Octobris rescripsit Lotharingus<sup>1</sup>, Franciscum regem ex eo maximam lætitiam cœpisse, rogavitque ut rem oculis urgeret, in celeritate enim omnem vim remedii sitam, nec alio modo melius posse indictum nationis Gallicane Concilium everti, quam si OEcumenicum celebretur; quo etiam argumento Franciscus rex<sup>2</sup> rescripsit Ferrariensi cardinali, deque optima mente Pontificis lætatus instituit, ut ex mandatis ab Engolismensi episcopo proponendis indicio Concilii celerimne promulgaretur, aliter enim religionis dissidiis in Gallia consuli non posse, atque ita Gallorum præsumum cœtus disturbando, cum non fuerint indicti, nisi in casu quo OEcumenicum Concilium non celebraretur, et ita subditis nationali Synodus postulantibus ea fuerit promissa, si ab OEcumenica non impediretur, de quibus Engolismensis episcopus orator regius cum ipso esset colloquio habiturus. Cum vero Franciscus rex oratorem veteri more ad deferendum novo Pontifici obsequium, atque esflagitandum Concilium ad tollenda religionis dissidium decrevisset, hoc illi responsum inter alia redditum est:

« Quod ad Ecclesiæ statum attinet, Sathanæ artibus tantopere perturbatum, Sanctissimus Dominus noster<sup>3</sup> memor officii sui, simul atque Ecclesia gubernacula suscepit, ad eam constituendam et ad pristinum ei decorum ac tranquillitatem reddendam incumbere cœpit: itaque et ea corrige continuo aggressus est, que in moribus reipublicæ, ac disciplinæ sacerdotum emendatione egere visa sunt, et ad errores ac schismata tollenda OEcumenicum Concilium, sicut rex Christianissimus optat, indicere prope diem ac celebrare Deo juvante constituit, cipiens, si fieri possit, tantam ovium multititudinem errantium ac dispersarum ad ovile Domini suis humeris reportare, quarum salutem sanguine et vita sua libenter redemerit.

52. « Certior factus Franciscus II Gallie rex<sup>4</sup> de optima Pontificis pro celebrando Concilio

<sup>1</sup> Exstat. card. Lot. lit. ad Ferrar. card. ibid. p. 372. — <sup>2</sup> Exstat ib. Franc. reg. lit. p. 373. etc. — <sup>3</sup> Pius IV. lib. brev. divers. sig. 2019. p. 48. — <sup>4</sup> Abbati Manna data instructio. Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 137. p. 185.

mente, ac fixa sententia, maximo gudio delibutus, misit ad Pontificem abbatem Mannam senatorem, ac elemosynarum regiarum administrum, qui deprecaretur, non tantum ut persistaret in eo sacrosancto mentis decreto, verum rem ad exitum quantocius perduceret ad Christianum imperium tot sectis heresisbusque laniatum ad pristinam conjunctionem redintegrationemque revocandum, quin etiam jussus exponere, plures opinatos Pontifices antecessores non sincero animo, sed factio rem aggressos, suspecti quidem Pontificis principio eximiam voluntatem congregandæ Synodi explicuisse, sed verba operibus non ornassee, externaque specie promissa elusisse, congregatam enim Synodum ceptam levibus de causis dissolutam fuisse, atque ex interrupta Synodo graviora longe dama, quam utilitatem religionis Catholicæ allata, ex non continuato enim Concilio certissime fluxisse causam maximæ partis hæresum atque sectarum, quæ hodie orbem pervagantur; Pontifica vero Sanctitas haec regis monita ardentiore pietatis studio, ac tenero erga Beataitudinem Pontificiam amoris adscribat.

« Flagitavit idem abbas nomine regio ne Pontifex suspensionem Tridentini decreto abrogaret, sed novum Concilium indicaret in loco tuto, ad quem imperator principesque imperii, tum Catholicæ, tum Protestantes convenire possent; Tridentum enim, ut acceperat, admodum ob angustias loci atque inopiam, incommodum videbatur, ubi, cum a Julio III Concilium iterum fuisset redintegratum, a magna principiis Christianorum parte non fuisset admissum; vigore modo easdem causas, eodem morbo implicitos teneri, qui ante ægri erant, ac nisi modo consulatur eorum valetudini, veniantque illi ad Concilium, ad pristinum statum recasuros: non enim Germanos, non Anglos, non alios Protestantes Tridentum accessuros, atque ita celebrationem Concilii ludibrio versum iri atque irritam futuram, cum aberrantes ac divulsi ab Ecclesiæ conjunctione eam sint excusationem obtensuri, jam in eo loco maximam controversiarum partem decisam esse, nec ulterius ipsos audiendos, quanquam regia majestas nullo modo eorum causam defendendam suspicere velit, sed tantummodo admoneat, nihil hoc praesertim initio agendum, quod valeat iis excusationis causam afferre, ut non compareant, nec se submittant Concilio. Proinde videri ab imperatore sciscitandum, an Catholicæ omnes ac Protestantes in aliquo designando loco consentiant, qui si æque communodis ac Tridentum extilerit, a sua Beataitudine admittendum, ac mox inductionem Concilii promulgandam, illudque celebrandum citissime, ad quod præsules Gallos sit regia majestas missura, seque obstructura ad omnia illius decretorum integerrime observanda. Regem vero Catholicum electionem loci

ad Cæsarem atque ordines imperii retulisse, atque ad delectum locum Hispanos præsules missurum; religionis nostra vulnera sanari non posse, si Germania adeo sauciata, totque affecta damnis, Concilii opera ac beneficio non convalescat, quod in loco ejus regionis hominibus accepto celebrandum sit, ita enim sponte ad id accessuros : factam vero inter alia loca mentionem Spiræ, Haguenow, Wormatia, Træverorum, ac plurium aliarnum, commicatum affluentia opportunissimarum urbium, inter quas Constantia a Germanis maxime expectatur, ad quam se lubentissime accessuros profiteantur, hanc vero non longo intervallo Mediotano dissipatam, ad quam Pontifícia Sanctitas se conferre possit, pro cuius loci securitate imperator, ordinesque imperii, atque Galliæ et Hispaniæ reges præsidia idonea sint constituturi, et quidem videri tute lam loci spectare ad imperatorem, qui ob insigne erga religionem studium interesse Concilio possit, cui se interfuturum Gallicæ majestati spoponderat, ac ni aliqua difficultate fuerit implicitus, Gallorum regem, ad quem, ut Ecclesiæ primogenitum id munus spectat, illi non defuturum.

« Jussus quoque est abbas Manna exponere regiam majestatem accepisse ingratam accidisse Pontificiæ Sanctitati indictionem Concilii præsulum Gallorum, at nil novi in ea re pertinatum, episcopos enim esse regios senatores, atque ad consilium ab iis rogandum congregari posse; at in causa morum, doctrinae ac fidei sine expressa Pontificis auctoritate novare quidquam vel immutare nunquam meditatum, ac si OEcumenica Synodus cito celebretur, omnes alias episcoporum conventus sublatum iri; si vero Pontifícia Beatitudo in sententia congregandi Concilii non persliterit, æqui accipiat, ut Gallicana Synodus populo jam promissa atque vehementer expetita celebretur.

53. « Respondit ad hæc Pius Pontifex<sup>1</sup>, nolle jam suspicere partes texendæ apologiæ prædecessorum Pontificum, vel piam eorum mentem adversus objecta vindicare, id tantummodo nitide ac sincere ad divinam gloriam, religionis sanctæ Sedis Apostolicæ decus spectari, ut Concilium OEcumenicum tutum ac liberum celebretur celerrime ad tot ruinas et calamites reparandas, nec locum commodiorum Tridentino occurrere ad moras omnes et controversias abscondendas, suspensionemque sive intermissionem illius uno verbo tolli posse, ac jam omnes Christianos principes, ipsosque etiam Protestantes in eum locum consensisse, ut in alio ad imperatorem electum responso demonstratur, cuius exemplum abbati Mannæ tradendum sit. Meminisse probe eum locum a rege Francisco approbatum, atque ad eum pre-

sules et oratores decrevisse, quanquam Henricus II, ob contracta cum Julio III ac Cæsare bella, instaurato Concilio Tridentino intercesserit. Porro ubi congregatum fuerit Tridentinum, si opportuna visa fuerit loci mutatio pro communi reipublicæ Christianæ bono, Pontificiam Sanctitatem non dissensuram, modo tutus sit locus, nec suspectus hæreseos, uti consentaneum est. Placere admodum regi Catholico suspensionis abrogationem, ut res citius conficiatur, ita opinatur Sanctitas Pontificia placitaram regi Christianissimo, qui prompto erga Deum obsequio, religionisque cura nemini cedat, maxime cum regni Gallici status hodiernus presentissimum Concilium efflagitet: verumtamen expressum ejus in ea re consensum expectatum iri, atque interea temporis rem cum imperatore electo pertractandam, cum Gallica majestas ad Cæsaream referat suam sententiam: internuntium vero rem, tum cum Cæsare, tum etiam cum Gallico oratore in aula Cæsarea collatulum, ut omnes ad eumdem finem ac Christiani imperii publicum bonum consensu unanimi conspirent, inque certam spem Pontificem efferi, imperatorem, animadverso eo potentissimorum duorum regum studio, Tridenti designationi assensurum, Pontificiaque opera a Catholicâ majestate de ea re rogandum, expetique, ut idem officium a Christianissima majestate apud Cæsarem præstetur, ut celerrime tantis malis occurratur, retardatamque se adversa valitudine fuisse. Quod ad Concilium nationale attinet, Pontificiam Beatitudinem præsidere, regiam majestatem illud congregari non passuram, cum flagrantissimum Pontificis studium pro cogendo OEcumenico animadverterat. De loci custodia cogitatum iri, cum is designatus fuerit, nec de conferendis pro eo firmando stipendiis illata erat mentio, sed de cogendis ad officium, ac persequendis iis, qui parere Concilio detrectaverint, adversum quos firmissimum armorum feedus sancientum sit, ut cardinalis Lotharingus admonuit, ad quod Sua Sanctitas paratissima est, sumptuumque ratam portionem collatura.

54. « XIV Octobris MDLX, Franciscus II Gallorum rex Christianissimus<sup>1</sup> mandata dedit Philiberto episcopo Engolismensi regio oratori, ut significaret, se ex relatis ab abb. Cœnomanensi, Pontificium erga se studium insigne, ac puram sinceramque mentem congregandi OEcumenici Concilii liberi ac tuti, ut periclitanti labantique reipublicæ Christianæ succurratur, dignovisse; hoc augustissimum omnium esse facinus, quod Pontificatum suum ornare possit, in quo perducendo Christianissimus tanquam Ecclesiæ primogenitus omni contentione ipsi sit obsecundaturus, ad quod Pontificiam Sanctitatem ab ipso Pontificatus exordio repetitis

<sup>1</sup> Ext. ibid. p. 491.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 369. ex Ital.

legationibus cohortatus sit, atque maximas spes ex benignis ac promptissimis responsis Pontificis ad id propensissimi conceptas fovere. Jam vero cum eadem repete supervacancum foret, ardentissimis votis insistere, ut quantocius res adeo necessaria ac salutaris operi commenderetur, indictione optimi, OEcumenici ac liberi Concilii promulgetur, nulla edita mentione instaurandi vel continuandi Tridentini ob amplissimas causas ab abbate Cœnomanensi expositas Pontificiæ Sanctitati.

« Quod spectat ad ea, quæ sua Sanctitas proposuit in data abbatu Cœnomanensi instructione, regem Catholicum gratam et acceptam habere Tridentini Concilii prosecutionem, recessamque ejus suspensionem, optimeque rei consultum fore, si Christianissimus rex in eamdem concurreret sententiam, regia majestas Pontificiam Sanctitatem rogar, ut perpendat, quod licet ambo reges ad eundem finem colliment, tamen ob varietatem subditorum, et discrepantiam circumstantiarum, in eligendis mediis ac remediis dissentire jure posse, atque adeo propositum regis Catholicorum exemplum non valere; exterum regiam majestatem in ea fixam sententiam, OEcumenicum tutum ac liberum Concilium, cuius judicium nemo refellere possit, omnino necessarium, atque utilissimum ad sedanda reipublicæ Christianæ dissidia, pacemque restituendam, nec ullum occurrere dubium quin rex Catholicus, ut frater optimus, ac sapientia et virtutibus ornatissimus, huic rei seces accommodet, cum jam mentem suam optimam palefecerit, pariterque non dissentiat circa locum celebrandi Concilii, de quo Christianissimus nullam moturus est controversiam, imo, ne retardandi sanctissimi operis detu occasio, regia majestas in eum locum designandum assentitur, quem imperator et rex Catholicus elegerint, ut antea declaratum est.

« Cum vero dixerit Pontificia Sanctitas, ne regia majestas ulterius progredi sinat indictionem Concilii nationalis, cum Pontificia Sanctitas ad celebrandum Concilium OEcumenicum sit paratissima, regia majestas certissime spoudet, si OEcumenicum, ac purum, et liberum Concilium aperiatur, omnes alias provinciarum cœtus supprimendos, eorumque memoriam extinctum iri, sin vero non cogatur Concilium vel ejus celebritas differatur, tunc se necessitate adactum iri ad totius regni episcoporum cœtus congregandos, in quibus tamen non pulet Pontificia Sanctitas aliquid contra veterem doctrinam ac religionem pertinentium iri, vel adversus obsequium debitum Sedi Apostolicæ, imo ineundam rationem, qua occuratur, ne religio atque observantia erga Sedem Apostolicam labefactentur evertanturque, ac propterea illud consilium suggestum fuit regiae majestati a spectatissimis suis regni viris, ve-

luti extreum atque unicum malorum impendentium remedium; magno enim numero congregati sapientissimi viri exquirunt modos, quibus malum in dies ingravescens tolli possit, quod quidem fluxisse constat ex novis opinioribus et religione nova, quibus pars subditorum regie majestatis adeo imbuta et infecta est, ut pro ea tuenda, spretis honorum jactura ac morte, extrema quæque pericula sibi adeunda putarent, unde gravissimi tumultus emerserunt, quorum suprema medela in optima Synodo OEcumenica consistit; at quia tenuissimæ illius cogende atque perficienda spes erant, ut superioribus temporibus animadversum est, regia majestas ad motus concitatos compescendos, utque ostenderet se nolle inani spe subditos lactare, decrevit eo casu, quo non congregaretur Concilium, ut cœtus episcoporum regni coherentur, in quibus audiri possent, ut assidue magnis clamoribus effligant, atque adeo Pontificia Sanctitas æqui bonique consulat, si OEcumenico Concilio non celebrato, ad nationis Gallicanæ Synodus congregandam descendatur, maxime, cum facile solventur hi conventus aperto OEcumenico Concilio tuto, libere ac recentissime indicto, ut omnis prætextus pervicacie adimatur iis, qui se Concilio subjictere jactant, propterea quea ea Synodus Gallicana tantum indicta est in diem vigesimum Januarii anni proximi, qui incidit in mensem decimum tertium hujus Pontificatus.

« Præterea jussus est episcopus Engolismensis proponere ob oculos Sanctitatis sue regiam majestatem aduersa conditione temporum ac necessitate oppressam esse; habita proinde ejus rei ratione, dignetur adscribere regiae majestatis erga subditos amoris, et impatientiae, ac dolori concepto ex affectu a suis Ecclesiæ observantia, si libere sue Sanctitati exponat, que possint juvare ac promovere haec sacrosancta Pontificiæ Sanctitatis consilia, cui regia majestas a Deo precatur longiorem vitam viresque, ac virtutem provocandi in opus pii illius desiderii, quo flagrare Pontificiam Sanctitatem certissime tenet, ad perficienda ea quæ utilitatem universo Christiano imperio, ac beatitudini soœ laudem et gloriam immortalem allatura sunt: quæ omnia a Philiberto Naldo Engolismensi episcopo Pontifici exposita fuere. Romæ v Novembris MDLX ».

33. *Difficultates objectæ circa modum et locum Concilii.* — Cum ad cogendam Synodus OEcumenicam omni diligentia ac industria viriumque contentione Pius IV incumberet, maxime emersere difficultates, qua invicta constantia a Pontifice perdomitæ ac discessæ fuerunt; ut de eo Evangelicum illud vere usurpare ticeat<sup>1</sup>, *Justificata est sapientia a filiis suis*, et

<sup>1</sup> Læc. vii.

illud Davidicum possit occini<sup>1</sup>, *Fili Ephem intendentis, et mittentes arcum conversi sunt in die belli.* Etenim Ferdinandus imperator, ad quem spectabat praecipiam operam conferre, ut solemnes episcoporum cœtus congregarentur, in quibus reliqua hæreseon pestes excinderentur, errorumque tenebra discuterentur, Pio Pontifici multa opposuit, quae universalis Synodi celebritatem vel retardarent, vel omnino impidirent: pacem in primis in toto Christiano imperio pernecessariam, cumque nuper Gallos inter et Anglos bellum exarsisset, prius illud extingendum, componendasque discordias, ne in pereurando universæ Ecclesiæ corpore labrante maxima impedimenta ex Anglia conflarentur, objecit; ex Concilio Tridenti congregando vel nullas vel exiguae bene gerendarum rerum spes allucescere, celebrato enim primum a Paulo III, deinde a Julio III iterum instaurato Concilio Tridentino, vel parvam vel nullam decerpam utilitatem, cum reges ac principes illi non interfuerint, nec oratores, qui eorum personam sustinerent paucis exceptis submiserint: dandam proinde a Pontifice summam operam, ut omnes Christiani reges ac respublike suos transmittenter oratores, quod se et Hispaniæ regem Catholicum, necnon Germaniæ principes Catholicos tum Ecclesiasticos tum laicos amplissime facturos pollicebatur: at vero principes, qui Augustanam confessionem profiterentur, non accessuros, nec oratores transmissuros: nec se florere ea armorum potentia, ut ipsos ad id arduum opus adigere posset, nec ulla ratione publicæ utilitati conducere, adversus eos pro ea causa bellum suscipere, ex quo universa Germania credibus et flammis fœdanda evertenda que foret, cum probe nosset eos arctissimo fœdere pro tuenda hæresi inter se conjunctos, atque ad resistendum comparatos, verum se non defuturum Cæsareo muneri, ut omnibus amantissimis officiis ac omni humanitatis genere eos ad Concilium pelliceret.

Præterea suadere nitus est Pontifici, ut priscorum Pontificum exempla imitatus ad solemne Concilium se conferret, ut majorem illius decretis auctoritatem conciliaret: de loco vero Concilii, subdidit Tridentum non esse idoneum, cum presules in ea urbe jam ante non semel graviora incommoda persessi essent, propter ea que non in Italie limite, sed in Germania aliam ampliorem urbem, vel Coloniam, vel Ratisbonam, vel Constantiam designandam videri, ad quas Pontifex facili itinere accedere possit.

« Iliis adjecit, licet probe norit non esse Cæsarei muneris, formam pertractandarum rerum ad religionem spectantium Concilio præscribere, sed obsequentem se Catholicæ Ec-

clesiæ filium præstare, ut ad felices tamen exitus Concilium perduci possit, quod flagrantissimis votis studiisque efflagitat, ex pia fiducia monere Pontificem, Protestantes nimis severitatis atque acerbitalis perstringere partem Catholicam, quod in celebranda præteritis annis Synodo Tridentina, nec fidei publicæ ac futi commeatus syngrapham ea forma tradiderit, quam Basileense Concilium Bohemis tradidisset, nec faciliter aditu ad colloquia habenda fuissent admissi, quinimo cum sua confessionis Symbolum exhiberent, ut vel a Patribus falsatis argueretur, vel ipsis refellendorum Concilii decretorum facultas permetteretur, depositerent, nullum ex iis ebandiri et consequi potuisse; ut ne vero quid simile in posterum continget, Protestantibusque cumulate satisficeret, Ferdinandus Cæsar deprecatus est. Mirum est, hæc scripta fuisse a Cæsare, cum constiterit teterimas calumnias a Protestantibus impactas Catholicæ Ecclesiæ, cumque Synodus ad eas refellendas, discutiendosque impios Protestantium errores se accingeret, Saxonem ad Synodus opprimendam armis, intercipiendumque Carolum V Cæsarem cum validissimo exercitu provolasse.

« Movit etiam Ferdinandus Cæsar nonnullas difficultates circa progressum exitumque Concilii, an Pontifex præteriti Concilii decreta tueri ac confirmare meditaretur, illudque redintegrare atque ad exitum definitiis reliquis controversiis perducere, non quod Cæsar editas in eo sanctiones rescindi vellet, vel earum vim ac robur infringere auderet, sed quod Protestantes eas refellerent, atque adduci in controversiam et audiari vellent: tum quod nonnulli principes Catholicæ, quo verbo Henricum II Gallie regem notabat, qui adversus Concilium conjurarat, Tridentina Acta non admitterent, adeo ut non sint defuturi, qui contendant Catholicorum præsulum solemnes Tridentinos conventus, sed numero exiguos, innumeræ adversantium multitudini non praecellere.

« Objectum præterea est a Cæsare intermissionem sive suspensionem Concilii bienniū excurrentis flexu fuisse definitam, jam vero ab ea octo ferme annos excurrisse, neque de ea intermissione proroganda quidquam sanctum, Tridentino itaque sopito nec redintegrato, novum Concilium a Pontifice cogendum videri, indeque amplioris honoris cumulum illius gloriæ addendum, cum tam magnificum opus non alienis laboribus, sed Sanetitatis suæ apicibus et industria tribueretur.

« Auxere eas difficultates celebrandi Concilii nonnulli Ecclesiastici et laici, qui metuebant, ne obsoleti eorum mores Concilii decretis percellerentur, in quo argumento hæretici invidiae sua malignum virus effundebant, jactabantque Ecclesiasticorum virorum mores esse

<sup>1</sup> Ps. LXXVII.

perditissimos; ac licet multa pro restituendo morum nitore praelarissime fuissent sancta, non tamen Ecclesiastice discipline sanctitatem restitutam: dogmatum itaque varietate non adeo aspere damnata, in eam curam incumbendum a Pontifice, ut in clero sanctioris vita splendor revocetur; cum aliud clerici esse velint, aliud videri, nempe habitu milites, questu clerici, actu neutrum exhibere: sentiebant etiam politici humanæ imbecillitati compatiendum, et sacrorum canonum delinendam acerbitatem, quorum argutiis ac susurris illusus Ferdinandus Cesar suggestit Pontifici, ut cum sacerdotes conjugia, laici sub ultraque specie communione continentibus votis effictim depositerent, eorum postulatis assentiret: ita enim sacerdotes ad honestum vitæ genus revo- cando, ac Lutheranos in Ecclesiæ castra traducendo. Descendebat in eam Cæsar sententiam etiam cardinalis Augustanus, ac plures etiam pietate præstantes viri, pio Lutheranorum ab hæresi abducendorum ardore ac spe incitali sensere permitti haec duo capita concordia posse, tum in proximo principum conventu in Germania habendo sollicitandos principes Lutheranos ut ad Concilium mitterent oratores, et tum principes Catholicos inter se arctissimo fœdere conjungendos».

56. His acceptis monitis, Pontifex<sup>1</sup> summa benignitate ac prudentia Cæsari in hunc modum responderi jussit:

«Scriptum, quod a sacratissimo imperatore missum est, quo Sanctissimo Domino nostro respondet ad ea, qua cum ejus majestate super negotio Concilii per episcopum Warmensem nuntium Apostolicum verbo agitata atque tractata sunt, id a Sanctitate sua diligenter lectum atque examinatum est, quæ et vehementer commendat pietatem imperatoris, promptumque animum, quo celebrationem Concilii amplectitur, et ei quantum potest gratias agit. Vedit sane et consideravit Sanctitas sua causas, que majestati ejus difficultatem huic negotio facere videntur, simulque rationem reformandæ Ecclesiastice disciplinæ, quam ipsa proponit, singularemque modestiam, qua utitur in iis rebus insinuandis, quas ad voluntatem populorum appositas, corumque reductionem et quietem utilies arbitratur, sed illam ut vere ab omnissimo filio profectam, vereque Christianam reverentiam in primis probavit Sanctitas sua, qua majestas ejus omnem sententiam suam subjicit judicio, et Apostolicæ Sedis, et Sanctitatis suæ, qua imperatoris sinceritate invicem freta, bonaqua existimatione, quam cum de se habere confidit, in magnam spem venit, hunc de Concilii celebratione tractatum ad optatum exitum perventurum, Deo ac Domino nostro Jesu Chri-

sto, qui ei bonam hanc mentem dedit, cor ejus inclinante ad amplectenda atque exequenda paterna monita Sanctitatis suæ, quæ in hac re certe nihil aliud quam bonum publicum spectat, nihil quam ut paterna charitate malas omnium opiniones sine cujusquam injuria, aut dedecore possit extinguiere, hoc, inquam, solum agit, in hoc incumbit, hoc respicit.

«Tlabet quidem et imperator in hac re partes suas, ut scilicet ipse hono publico consulat, et controversias et dissidia componat, sed praeter id etiam hoc proprium, ut conservationi regnum suorum ditionumque provideat, ut dignitati imperatoris consulat, quæ cum semper ex religionis perturbationibus fuerit immunita, timendum est, ne idem ei nunc quoque eveniat, cum non modo a Turcis exteris hostibus est afficta, sed etiam ipsiusmet Germaniaæ armis viribus dejecta, quas contra par fuit omnes ad tuendum, amplificandumque imperium consentire. Cum ergo Sanctissimus Dominus noster omnem curam suam ad bonum publicum dirigat, videatque ex celebratione Concilii non opem modo lapsis religionis rebus afferri, sed et ipsi etiam imperatori ad ejus regnum ditionumque tutelam non parum utilitatis ostendi, non deerit officio suo, quin eorum, quæ sibi recta videantur, etiam atque etiam commonefaciat majestatem suam, non modo ut hominem in tanto fastigio constitutum, sed ut amicum peculiarem suum. Atque hoc eum primum considerare vult, quandocumque de rebus religionis tractatur, omni cum sinceritate et simplicitate debere procedi, tanquam de re ad Deum plane pertinente, qui cordium occulta rimatur, et viam nobis veritatis charitatisque prescribit, opera pretium est ea reminisci, quæ in Germania acciderint ex quo ibi controversiae de religione cœperunt. Etenim videre licet sepe quidem de concordia esse tractatum, sed quia ea concordia non ad religionem, ad quam debebat, sed ad alia humana commoda atque rationes referebatur, idcirco ibi semper in dies magis magisque labefactatam esse religionem atque subversam, cum magno sane omnium Germaniaæ partium detimento. Contrarium huic exemplum extat Angliae regni, quod post diuturnum schisma in potestatem reginae Mariae reductum, paucis mensibus, ne bello quidem Gallico obstante, universum ad unitatem Catholicæ Ecclesie rediit, quia nimis nullus ibi alias habitus est scopus, quam ipsa religio, neque aliud sibi proposuerant, qui ei rei præfuerunt, quam negotium Dei, qua duo schismata Germaniaæ atque Angliae alterum alteri contrarium liquido ostendunt in hujusmodi negotiis dari a Deo vires sinceritati, qua ipsum solum intuetur, adimi humanæ astutiae, quæ utilitates suas religione prætexit, ut neque has, quibus solis inhiat, consequi possit, neque in ea,

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 306.

cui non bona fide laborat, religione proficiat.  
 « Idecirco videtur Sanctissimo Domino nostro, cum propter tot de religione discordias sectasque multiplices tota jam nutet Christiana res publica, debere sine timore, sine dubitatione aliqua, plane ob hoc solum, ut lapsae religionis res in pristinum statum reducantur, ad celebrationem Concilii Tridentini deveniri, sperarique felicem a Deo et Domino nostro Iesu Christo omnium honorum datore successum, et ut ad ea tractanda veniatur, quæ proprie pertinent ad Cesaream majestatem. Quoad objectam ab ea difficultatem belli inter Anglos et Gallos, hoc respondetur, eam difficultatem multis de causis, que adduci possent, parvi fuisse momenti, et nunc consecuta jam pace omnino cessare.

« Quod desiderari videtur Sanctissimum Dominum nostrum ipsummet adesse Concilio, hoc ut fiat ab ipsis Sanc*tissimi* voluntate dependet, qui jam non modo præsentiam suam, sed et vitam ipsam et sanguinem publicas utilitati constituit expонere. Itaque Sanctitas Sua, quod opportunum esse judicabit, et expedire religioni atque huic sanctæ Sedi, nullo unquam tempore erit prætermissa.

« Quod ad fidem publicam Protestantibus dandam, quodque ad id pertinet, quod auditri petunt, ne id quidem habebit ullam difficultatem, nam et Pontifex, quoad ipsum attinet, fidem publicam dabit, et ea forma, quæ vel unquam est data vel dari possit amplissima, et idem Pontifex universumque Concilium libenter eos audient; quamobrem non arbitratur Sanctitas sua queri eos posse de Concilio Tridentino, cuius rei penes eos qui adfuerunt sit tantum fides.

« Restat ex difficultibus a Cæsarea majestate in scripto per eam missō propositis unum caput, quod tanquam majoris momenti plenius tractatum est, atque in plura capita diffusum, id est, de loco Concilii. Atque in hac re desideratur majestatem suam bene considerare rationes, quæ ei adducuntur ab iis, qui eam abstractere conantur ob continuationem Concilii Tridentini, etenim invenielas parvi esse momenti, nam quod dicitur Concilium per duos tantum annos fuisse suspensum, cumque jam lapsi octo alii fuerint, per quos nulla nova sit facta suspensio, continuari id Concilium non posse, sed novum institui debere, ea res non ita se habet; suspensio enim a Concilio facta est ad biennium, a Julio vero III facta fuit ad suum et Sedis Apostolicæ beneplacitum; in hoc tamen Pontifex et Concilium convenerunt, ut expectari deberet finis bellorum atque opportunus tempus, quod cum nunc advenerit, consecuta ubique jam pace, certe Concilium Tridentinum pristinas vires suumque vigorem, si id Pontifici videatur, resumere potest.

« Quoad penitiam annonæ habitandique

augustiam, quæ objiciuntur ei loco, contrarium manifeste liquet, nam et regio per se fera est, abundansque omnis generis communitatum, ejusque necessitatibus ex Germania Italiaque commode subveniri potest, et urbs si alias judicata fuit capax, multo nunc magis judicari debet, cum ædificijs quam tunc amplioribus exornata est, et certe ea capere posset omnes aulas principum Christianorum: quod si maxime Tridentum capax non esset, ea res magis incommodare posset Pontifici aliisque principibus quam imperatori, qui solus est dominus comitatus Tyrolis, domique sue erit, cum Tridenti erit, ubi alii omnes peregrini atque hospiles erunt.

« Præterea considerare debet imperator, nullo alio in loco ex iis qui in Germania proponuntur, neque Pontificem, neque ipsum adeo imperatorem esse posse securum; nam cum Germania aperta sit et patens, et propter præterita bella referta militibus, iisdemque propter præsentem pacem otiosis, erit in audacissimi cujusque principis potestate manum cogere, tumultum concitare, Concilium opprimere, quod evenire Tridenti non potest, degentis in potestate majestatis suæ sitique intra illas montium fauces, quæ ipsum ab improvisa violentia redditum tutum, et si qua vis ingruat, spatium dant sese ex periculo recipiendi.

« Debet item considerare majestas sua, non convenire, neque par esse, postquam omnes alii principes in hunc locum consenserunt, sine re eam sibi persuaderi, ut controversiam inducat super loco Tridenti, etenim integra majestati suæ non est hæc deliberatio, jam enim constituta res est, jam locus a Christianis omnibus, atque ab ipsam Germania in publicis conventibus, atque ab ipsa adeo majestate sua electus est, non modo tanquam vices gerente imperatoris, sed etiam ut rege Ungarie atque Bohemiæ, magnoque principe aliquot aliarum Germaniæ regionum, atque hi qui majestati suæ has dubitationes suggestur, nihil aliud agunt quam ut eam ab observatione eorum, quæ ab ipsa jam promissa sunt, abstractant, Conciliumque progressum novis periculisque ejus celebrandi rationibus proponendis disturbant et impedian; etenim ab omni æquitate alienum est, postquam Tridentinum Concilium continuare vult Pontifex, idque fieri imperatoris committere, alios nunc conari, ut id ulteriori trahant, subjiciantque temeritati cujusque principis, quem suarum rerum pœnitentiat.

« Postquam autem a principe tam religioso et pio, cujusmodi imperator est, nihil noxiæ neque damnosæ expectari potest, hortatur eum Sanctissimus Dominus noster atque enixe rogal, velit horum temporum conditionem, qua nullam moram patientur, expendere, motusque regni Franciæ considerare, quibus nisi subita

convocatione Concilii obviam iri non potest, neve patiatur hanc controversiam progredi, sed tanquam rem indubitatum et jam constitutam definit, habita presertim ratione sinceri et vere Christiani animi Sanctitatis suæ, paratæ una cum Concilio provide quibuscumque opus fuerit, sine ulla prorsus fictione aut destinatione propriæ utilitatis suæ, sed ob Dei tantum honorem, et salutem commoditatempore populum, cujus rei tam certa indicia se daturam profitetur, ut omnes nosse possint paternum amorem atque animum Sanctitatis suæ erga illam nobilèm Germanicam nationem, quodque honestis in rebus et justis non modo pater ejus et pastor, sed etiam studiosus et factor existet, idque cum certa spe et fiducia fore, ut rebus cum charitate atque in spiritu lenitatis agitandis, Deus ac Dominus noster Jesus Christus, pro sua misericordia serenas tranquillasque reddat partium mentes : quemadmodum e contrario, si progressus impedit Concilii Tridentini, et offensiones animorum manebunt, et pervicaces de religione discordiae, que sicut in præteritum pestilentes magnas parti reipublica Christianæ fuerunt, ita in posterum totius ejus ruinam et cladem minantur.

« Quod ad reformationem attinet, quamvis ad eam jam aliqua ex parte devenerit Sanctissimus Dominus noster, iis, quæ hic occurront, varie providendo, ad illa tamen capita quæ maiestas sua ex aliorum suggestione commemorat, id est, de Communione sub utraque specie, et connubio Sacerdotum, etc. sic respondit sanctitas sua debere majestatem suam ad hoc ipsum ut de his rebus tractetur, et super his divino instinctu definitur, quod ad unitatem sit Ecclesiae, omnibus impedimentis loci, temporis personarumque præcisis, quantum quidem ad eam spectat, huic Tridentino Concilio consentire , neque enim nullum securius neque praesentius remedium afflictis Germanicæ rebus inveniri potest. Quo Concilio congregato, si deinde videbitur expedire locum mutari , spondet hoc Sanctissimus Dominus noster, se semper iis quæ justa et convenientia fuerint, bonumque publicum resperxerint, consensurum modo locus ille securus sit, neque de heresi suspectus, ut par est ».

Ita exclusæ sunt omnes eæ urbes heretica peste contaminatae Augusta, Spira, Hagenoa, Vormatia, Constantia, quas Gallorum rex a Protestantibus, qui Concilium sue potestati obnoxium habere affectabant, illusus proposuerat. Quam vero inanes forent argutiae objectæ adversus Tridentinum locum, quem tot incommunis horrere fingeant, demonstrat Gaspar Cardillus in egregio Commentario<sup>1</sup> adversus Protestantium nugas edito.

« Illud, inquit, minime silere volo, usque adeo placuisse hunc imperatori, ut cum a Gallis sollicitaretur, peteretur et curaretur, ut Concilium in aliam quamquam Germanicæ civitatem transferretur, prudentissime et Christiane admodum responderit, non posse in Germania reperiri, aut tutiorem, aut commodiorem ullum locum tenendæ Synodo, quam is sit, et qui de translatione cogitaret, nihil aliud agere, quam ut Synodus dissolvatur magno cum dedecore reipublica Christianæ, ipsosque hereticos nullum omnino locum tutum, aut satis commodum huic negotio conficiendo reperturos ». Multisque interjectis addit Cardillus :

« Tam salubri aura et benigno celo Tridentum fruuntur, ut, cum duobus his proximis annis, nusquam in plerisque Germanicæ locis pestis esse desierit, quæ ingentem hominum copiam abstulit atque absumpsi, certe Tridentum nullo morbo, non dico populari, sed qui aliqua ratione timeri posset, perturbatum est, usque adeo, ut ex quadringentis fere episopis et presbyteris doctis hominibus, qui magna ex parte annis graves, atate confecti, affectaque valetudine ex studiis atque negotiis Tridenti adsunt, vix unus aut alter interierit, nisi hoc summo Dei beneficio hereticici adseribant, qui eos servare vult, qui in unum convenerunt, ut Ecclesiæ suæ causam agant, et hostibus fidei et religionis gladio spiritus resistant, quod est verbum Dei ».

57. *Ex testimonio oratoris Veneti aperte constat Pontificem sibi in anum induxisse non dissolendum, sed prorogandum Concilium.* — Pontifex igitur, ut Concilii celebrationem prudentia ac consilio quantocuyus promovere mutant, frequenter oratores principum ad colloquium adhibebat, ac præcipue Marcum Antonium Amulium<sup>1</sup> Venetæ reipublica oratorem, quem postea ob compartam pietatem ac prudentiam in sacrum cardinalium collegium cooptavit. Cum hoc itaque, ut ex ejus Epistolis ad senatum Venetum habetur, contutit primo quod ad dissolendum nationale Gallorum Concilium, Generale quantocius celebrare intendebat; quodque in sequenti die Mercurii post cardinales ad Consistorium evocatos, oratores quoque principum accessitus erat, ut firmam suam mente de hoc declararet, eorumque ad opus in exitum perduendum auxilium exposeceret, tum subdidit : « Suspensionem auferemus, et Concilium Tridentinum nonquam revocatum continuabimus, et volumus ut quæ reformatio indigent reformentur, et novus ordo personæ et rebus nostris imponatur. Res tamen fidei illibatas voluntus servari, sanctamque istam Sedem, quæ imperii Christiani caput esse debet, et fuit, et necesse est ut sit; in reliquis aliorum judiciorum submittimus, et si de jure aliquid resti-

<sup>1</sup> Pag. 51.

<sup>1</sup> Epist. M. Ap. Amul. 27 Maii, in Ms. card. Spadie p. 146.

tueri tenebimus, restituimus ». Addidit ac haec ut orator suo nomine reipublice sententiam circa Concilium efflagitaret, ac, si quando opus esset ut aliquam Venetae ditionis urbem<sup>1</sup> pro Concilio destinaret, an Senatus ulti libensque eam concederet? cumque alias cum Amulio Pontifex de his disseruisse, obortasque imperatoris difficultates retulisset, tandem, ut dilatio omnis Concilii celebrandi submoveretur, die secunda Julii, convocatis ad se principum oratoribus, nempe imperatoris, Hispaniarum, Lusitano, Veneto ac Florentino, Gallus vero vocatus tunc non fuit, cum inter ipsum et Hispanum de loco digniori concertaretur, ac primum Pontifex de hoc ipso egit, dicens: « Finis huic rei ponendus est, et aliquando terminum poneamus, ut oratores pro rebus publicis tractandis simul convenire queant, cum modo ob honoris apiculum simul coram Pontifice adstare ad consulendum non possitis. Quid exinde principum vestrorum potentie deperiet? quam salutis esset rem componere, et quiete vivere ». Tum eisdem ex fide retulit, quam sincere Concilii celebrationem optaret, cum propter ingruentes loci difficultates, absque ulla sui nominis jactura ad plures annos extrahere posset; ostenditque eis, quam aptum eidem celebrando foret Tridentum, imminentia insuper mala, si ultius differretur; oratores denique ipsos est adhortatus, ut animi sui sensus, quos jam per litteras cunctis principibus exposuerat, suis quoque datis ad ipsos Epistolis confirmarent, quos etiam admonerent, ut si quid novi vellent suggestere, suis ad ipsos responsionibus declararent; ipsorum enim consilio magis uti, quam sua, ad quam spectabat, auctoritate Concilium cogere velle. Spem etiam ingentem se habere dixit, quod Germaniae principes ulti convenient, ideoque omnem abrumpendam moram, nihilque aliud superesse, quam ut a suis principibus oratores responsa referrent, quibus acceptis Concilium aperire, et legalos illico destinare Pontifex testabatur. Haec cum expoussisset Pontifex, Casarius orator de pia sui principis mente brevi oratione certiore Pontificem reddidit, papae dicto in omnibus obaudientem futurum promisit, de loco Concilii difficultates aliquot timere se dixit, ac demum piam Sanctitatis suæ mentem commendavit. Pluribus locutus est Vargas Hispaniarum regis orator, cum comes Tendilia extra ordinem legatus propter regitudinem abesset, re altius repetita orationem suam de causis Conciliorum, ac de præteritis Conciliis est orsus, multusque fuit in inveniendo contra nationale Concilium, quod Galli cogere meditabantur, quod nequitquam omnino ferendum admodum diffuse disceptavit. Idem breviter confirmavit Castellano idiomate

Lusitanus orator, laudataque Pontificis sententia, sui regis obedientiam obtulit, atque ut executioni quamprimum maudaretur, enixe postulavit. Post tres eos oratores annuente Pontifice, Amulius Venetus in hanc sententiam effatus: ad sanandas haecsum infirmitates nullum magis praesens remedium elapsis temporibus adinventum, quam Concilii celebracionem, ideoque agendas coelesti numini gratias, quod suo in terris vicario piam hanc et sanctam mentem infudisset, ut ad universorum salutem respiciens, altero oculo, quæ ad religionis confirmationem, altero, quæ ad principium beneficium conducerent, perlustraret, quos suis in ditionibus pacem alere non posse, ni religioni tuendæ incubuissent, aperte recentium turbarum lachrymabiles cause demonstrabant. Cæterum cum sciret, qua avita erga Sanctam Sedem reverentia sua semper respublica creverit, non ambigebat, quin et quæ Pontifex decerneret, approbatura esset, et quæ ipsa posset, ad ipsius decreta in exitum pervenire, ulti libensque collatura. Pari quoque modo Florentinus orator Pontificis mente approbata, sui principis obsequium et opem exhibuit. Cumque cœtum dimitteret Pontifex<sup>1</sup>, ut gesta scriberent principibus suis hortatus est:

58. « Interjecto itaque tempore, cum regum et principum responsa ad Pontificem allata fuissent, cum Amulio de more colloquens, significavit ipsi, quod Hispaniarum rex Concilium, et pro loco Concilii Tridentum approbans, regni praesules se missurum fuisset pollicitus, quodque in calce Epistolæ subdidisset, non esse absque voluntate imperatoris et regis Galliae congregandum. Rex vero Galliæ, quamvis Concilium approbat, locum improbabat, suosque adesse non posse testabatur, ni Constantiæ, Treveris, Spiræ, Vormatiæ, vel in civitate Agauensi congregaretur, insuper etiam edita jam Tridentina decreta revocari postulat. De imperatoris etiam mente cum Amulio locutus, de submissio illius scripto, quod antea recitavimus, magnisque quas obtendebat difficultibus disseruit, illud addens, nihil sua referre, hunc magis, quam alterum locum præeligere, nec sibi iuvias Germaniæ civitates; ad quas tamen, subdidit, opus esset ut episcopi accedentes et recedentes tutum iter haberent, ne illud Friderici cognomento Barbarossa canendum esset.

Centum legati veniant hucusque rogati,  
Papæ prælati maneat hucusque ligati.

« Quæsivit præterea ex Amulio Pontifex quid sibi videretur de postulatis imperii, nempe de sacerdotum conjugio, et laicali communione sub ultraque specie; in quibus, quamvis ipse pro sua auctoritate dispensare posset, liberam

<sup>1</sup> Ep. xxxi Maii p. 149. Ep. iii Julii p. 454.

Ext. Mar. An. Amul. ap. Ms. card. Spadæ I. II. p. 265.

tamen Concilio facultatem hæc discutiendi relinquere volebat, cui Amulius primum pauca demissem præfatus in commendationem tot insig-  
nium virorum, quos Pontifex apud se habebat, eosque in consilium advocare poterat, respon-  
dit, Concilia leges esse, et Aristotelem docuisse,  
leges quantumvis minus bonas non esse leviter  
immutandas, ne homines ad earum inobser-  
vantiam sensim deflexerent. Pontifex Amulii  
dicta confirmans, subjicit, velle se cum præci-  
puis ex omni regione viris cuncta in consulta-  
tione referre, atque a principibus singulis  
duos exquirere viros auctoritate et doctrina  
insignes, qui, si quæ in illorum regionibus pa-  
tentur graviamina, ipsum edocerent, ne quid  
penitus vel lateret, vel indiscutsum præterire-  
tur, atque ab ipsam Venetorum republica  
consilium presertim expectare. Cui cum Amu-  
lius debitas retulisset grates, Pontificis animum  
de Germania ad pristinum fidei nitorem revoca-  
canda eo potissimum tempore in spem melio-  
rem erexit, quo ingraventibus quotidie novis ac  
novis opinionibus experientia jam nosse incep-  
perat, defectionem a Sede Apostolica nihil emul-  
lamenti attulisse, quin Turcarum immanitati  
ac formidini, divisis intrinsecus animis, expo-  
suisse. Pontifex autem, collaudato prudentissimi  
oratoris sermone, pro fide Catholica con-  
firmando acerrime se pugnaturum promisit.

59. « Hic enimvero detegenda simul ac reji-  
cienda occurrit mendacissima Soavii impos-  
tura, qua suadere nititur, Pium non tam de  
cogendo, quam de dissolvendo Concilio cogi-  
tasse; atque ideo relatis ejusdem prolixis de  
Concilio celebrando sermonibus haec subinfert :  
Omnibus excogitatis decrevit (scilicet Pius Pon-  
tifex) in omnem eventum, bonum esse consi-  
lium, promptum, imo cupidum se ostendere, et  
aliorum desideria prævenire, ut magis impedi-  
menta tegerentur, et majorem sibi conciliaret  
fidei, dum oppositas ab aliis difficultates re-  
præsentaret : superioribus causis deliberationes  
illas referens, quas humanum iudicium asse-  
qui non posset. Huc Soavius, serulator scilicet  
egregius arcanorum cordis, qui cum diligen-  
tiam ac vota Pii iniciari non posset, pro libito  
suo omnia simulate fecisse autem. Sed facile  
iniquitas oppilabit os suum, si lector Amulii  
Epistolas attente perspicerit, ex quibus, quam  
facile Pius, vel protrahere, vel dissolvere Con-  
cilium potuisse, si principibus difficultates  
objicientibus cessisset, luce clarius animadver-  
tet, exitusque ipso rei iniquissimam dilnit de-  
tergitique calumniam. Quibus omnibus alia  
insuper Aurelii Porcellaghæ Epistola Vincentio  
Gonzagæ scripta mirifice attestatur, enī locu-  
lus de statu Romane curiae et de Concilio hæc  
habet : Postremo, qua diligentia, quibus viribus  
Pontifex lotus sit ad bene dirigendum istud  
sanctum Concilium, nec ego pro veritate di-

cerē, nec tu ipse cogitare poteris. Huc omnia  
illius consilia spectant, in hoc cogitatus omnes  
nocti diuque consumit, nec modo cum voluntate,  
cum scientia ac potestate, sed insuper, si  
opus sit, cum gravi damno, cum sanguinis effu-  
sione, ipsiusque vita discrimine laboribus se  
exponere alacer promptusque est, ut omni industria  
istud sanctum Concilium bonum auspicetur  
initium, melioreno prosecutionem, extin-  
tumque optimum sortiatur; ad Dei omnipotentis  
gloriam, sanctæ bujuscæ Sedis exaltationem, ac  
totius Christianæ reipublicæ, imo universi  
orbis beneficium, atque hoc nomine supplicationes  
et preces ad numen placandum in omnibus  
piorum hominum locis offeruntur ». Haec  
Aurelius, qui unus ad obstruendum os loquen-  
tis iniqua satis superque sit.

60. *Hæretici student Concilio disturbando.*  
— Cum igitur Pius in Concilio celebrando tam  
obscuratus esset, malorum omnium satores  
hæretici e contrario ad disturbandum hoc Con-  
cilium vires omnes suas conferebant, tantumque  
aberat, ut subjicere se vellent legibus Con-  
cilia, ut potius exambirent impiæ, ut eorum  
placitis subjiceretur Concilium, in quo evert-  
eretur Ecclesiastica hierarchia, nonnullaque  
nefarias conditiones, quibus celebraretur, pro-  
ponere ausi sunt, quas Gerardus Rambaldus<sup>1</sup>  
episcopus Civitatenensis confutavit edito Commen-  
tario, quem Joanni cardinali Morono inscripsit :

« Prima conditionum, quas proferunt qui  
Christi Ecclesiam impugnant, haec est, quod  
liberum Christianum Concilium in Romano imperio  
Germanicæ nationis celebretur ». Et infra :

« Quare Concilium in Germanica natione  
celebrandum explant? an ad ægras animas  
spirituales medicos vocant? Sed quid hoc?  
quando unquam ægri medicis præscripserunt  
locum medendi? errant igitur adversarii,  
quando his conditionibus, spiritualibus medi-  
cis præscribunt locum modumque, quibus in  
sanandis eorum agitudinibus utantur: etsi his  
conditionibus hoc illos voluisse minime credo,  
cum nihil apud me antiquis, quam hos, dum  
Concilium a Cæsare petunt, omnibus viribus  
contendere, ne Ecclesiæ Concilium congregetur.  
Quis enim sanus homo lectis his conditio-  
nibus de hoc potest ambigere? Nec mirum,  
quod ii, qui pessimam causam tuentur, Conci-  
lii iudicium, quoquo modo possunt, optant  
desfigere. Sed has tandem præclaras conditio-  
nes perspicuis rationibus arguamus.

« Allera vero est Lutheranorum conditio,  
quod Concilium a papa non judicetur. Tertiā addunt, quod papa illius non sit præses, sed  
subditus sit Concilio; enī nova Ecclesia  
membra sint, Christianæ an malignantium, satis

<sup>1</sup> Gerard. Rambaldus Ep. Civitaten. l. 1. Confutatio conditionum  
recentium hæreticorum l. 1. ad Jo. car. Moronum. Ext. in Ms. arch.  
Val sig. num. 3200. p. 376.

perspicue ostendunt adversarii, cum his conditionibus conentur infringere Apostolice Sedis auctoritatem, quam non modo a Concilii universalibus impartitam, et ab antiquis Patribus vere orthodoxis receptam, praedicatam atque protectam, sed a Christo etiam traditam fuisse cognovimus. Nec preter rationem, primae Sedis auctoritatem impugnare contendunt, nam Romani Pontificis sententia, quotquot fuerunt, omnes haereticos impugnatos atque damnatos esse cognoscunt : quare, et ipsius Summi Pontificis judicium sententiamque perimescentes, quod fugere non possunt, ejus auctoritatem quamvis temere et impudenter conantur infringere. Dicant enim : quoniam scribunt, Concilium a papa non judicetur, a quo judicabitur ? Si enim alicujus judicio non egeret, ut ratum firmumque sit, vanum esset scribere, a papa non judicetur : Sed si negabunt adversarii, ut hanc perspicuum rationem effugiant; a quoquam Concilia judicari facile arguantur: nam (si que sunt haereticorum Concilia) ab haereticis congregata, atque perfecta nonnulla Concilia sint, patet ; siquidem in tripartita Ecclesiastica historia scribit Theodoretus Arianos decem Concilia habuisse. Aasserunt, qua ratione Christiani populi percipiunt Ariminense Concilium haereticorum esse, Nicenum vero orthodoxum ? si hoc dicent legitimate congregatum, illud minime, caveant ne tertiam conditionem oppugnant et penitus tollant; si vero asserant Nicenii Concilia Patres fuisse orthodoxos, Ariminensis vero haereticos, aut saltem, qui recte sentiebant, ab haereticis fuisse seductos, qua ratione id comprobabunt, cum horum Conciliorum Patres pariter Scripturæ divinæ testimonii utantur ? Dicent forte Arianos in pravum sensum divina testimonia arripuisse, sed quo judge, si nullum est Apostolice Sedis judicium, id comprobabunt, cum hæc Concilia hanc sententiam, illa illam tueantur ? Opus est igitur Concilia ab aliquo judicari, ut que corum Catholica atque orthodoxa quæque haeretica sint, perspiciamus ; nulla enim alia ratione id consequi possumus ; sed si ab aliquo sunt judicanda Concilia, certe ab illo sunt judicanda, quem Christus universæ Ecclesiae pastorem elegit, cui uni totius gregis Dominici curam demandavit. Is quidem Romanus Pontifex est : scribit enim Matthæus V : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam etc.* Scribit quoque Joannes uni Petro dixisse Christum : *Pasce agnos meos: pasce oves meas*; id est, laicos et laicorum pastores, ut unum sit Christiani gregis ovile, veluti per Oseam futurum esse Spiritus sanctus annuntiat: *Congregabuntur filii Iuda et filii Israel pariter, et ponent sibi met caput unum; et rursus fieri unum ovile et unus pastor, etc.* Confirmat hanc Pontificis in Ecclesiam universam et Concilia auctoritatem ex sanctis Patribus, Cypriano, Au-

gustino, Hieronymo, Chrysostomo, Conciliis Niceno et Chalcedonensi, et ex usu Ecclesiæ ac traditione. « Non senserunt, inquit, cum adversariis Patres in Chalcedonensi Concilio congregati, quandoquidem Apostolicæ Sedis legatos, veluti papæ litteris erant admoniti, Concili presides suscepserunt ». Et infra : « Non possumus confirmare quenam sint Canonice Scripturæ, si vetustissimos hos Ecclesiæ usus, quos recentes haeretici non suscipiunt, quinimo damnant, comprobare non possumus. Est perspicuum Lutheranorum theologos has præclaras conditions conscripsisse, ut a causa maxime justa Ecclesia Christi caderet.

« Quarta conditio, quod archiepiscopi, et episcopi liberentur a juramentis, et quod libera habeant vota, subdola est : » nam quod libera habeant vota, id maxime procul Pontifex, quod vero solvantur religione sacramenti, quo adstricti sunt Pontifici, iniquum ; non enim propterea ordinum imperii in comitiis vota desinunt esse libera, quia sacramento Cæsari sunt obstricti ; quo utique liberari se numquam Lutherani poposcerunt.

« Fallax quoque est conditio quinta : Quod Prophætica et Apostolica Scriptura sit iudex in controversiis ». Refellit pluribus auctor haereticorum fraudes ac tenebras, quibus obsi sunt : non enim de Scriptura controversia est, sed de sensu, quem falsum omnes haeretici illi affinxerunt, Sathanæ ipsa Scriptura abutentis exemplo; eumque tantum verum, quem Catholica teneat Ecclesia, quæ ex Apostolo firmamentum et columna est veritatis : de quo plura Hosius episcopus Warmiensis in libello de expresso Dei verbo.

« Conditio sexta iniquissima est : Quod theologi Lutheranorum non solum audiantur, sed etiam voces decisivas habeant ». Non enim unquam haeretici ad Concilia sunt admissi, nisi ut doceantur : qui enim novatae doctrinæ rei sunt, admitti non debent in judices.

« Septima : Quod theologi Lutheranorum sint in protectione Cæsaris ». Ad hec Rambaldus : « Ut theologi Lutheranorum sint in protectione Cæsaris, opus est, ut hujus Christi Ecclesiae viva sint membra, quod hanc solam, quam Christus super petram ædificavit, Ecclesiam ipse protegat, hujusque solius protector sit ». Quod vero addidere : Et habeant salvum conductum : tanta fuit Ecclesiæ in Protestantes benignitas, ut publicæ fidei syngrapham iis, quibus voluere verbis, conceplam tradiderit, ut in fide orthodoxa instrui possent. At ii tanquam aspides surdae aures suas pertinacissime obturarent.

« Octava conditio est : Quod non secundum multitudinem votorum, sed secundum Scripturam definitur omnia ». His verbis perfidiae suæ asylum condunl : nam quidquid contra co-

rum hæreses fuerit definitum, mox contendent, non esse secundum Scripturam ab iis depravatum definitum.

*61. Cum principibus agit Poutifex de mox cogendo Concilio.* — Ut vero hæretici ferre non poterant quod Pontifex præcesset Concilio, ita e contra Ferdinandus Cæsar maximis instabat precibus, ut Pontifex præsens Concilio interesset, illique præsideret, cum omnia feliciter perductum iri censeret, si præsens Concilii gubernacula moderaretur, quo argumento extant subjecta litteræ ad Pium datæ :

« Cum Sanctitas sua, non obsstantibus illis, quæ a majestate sua bono et sincero zelo Sanctitati ejus proposita fuere perpendenda et consideranda, existimel, cessante nunc difficultate belli, quod inter Gallos et Anglos superioribus mensibus gestum est (quam majestas sua Cæsarea inter alias difficultates in discursu suo allegaverat) consecuta nimis pace, opportunum tempus oblatum esse celebrandi Concilii, majestas Cæsarea ipsa quoque Sanctitatis sue benignæ voluntati ac sapientissimo judicio obsequenter plane subscrabit.

« Quod autem Cæsarea majestas Sanctitatem ejus vehementer desideret in Concilio præsentem esse, id quoque non aliter, quam bona et pia intentione a majestate sua Cæsarea propositum fuit; præsertim cum majestas sua Cæsarea intellexerit, id non modo a felicis recordationis prædecessoribus Sanctitatis sue pro magna parte observatum, verum in quibusdam Conciliis diserte constitutum fuisse, præsentiam Summi Pontificis, Romanorumque S. R. E. cardinalium in ipso Concilio esse accommodam et multimode fructuosam; etsi omnino confidit Cæsarea sua majestas Sanctitatem ejus prospectata sua pietate et eximio in rem Christianam studio sua sponte ad id propensam fore, freta tamen ipsius sanctissimi Domini nostri summa erga majestatem suam benevolentia et charitate, voluit Sanctitatem ejus nunc iterum confidenter hortari, prout vehementer etiam atque etiam hortatur, ut Sanctitas ejus sus presentia, periculo et jacturae totum illum animarum occurrere, totisque Christiano gregi juxta officium suum pastorale salubriter mederi velit. Etenim si Sanctitas ejus sæpe dicto Concilio præsens aderit, ipsa quoque Cæsarea majestas prompta parata est ad illud in propria persona venire, et Deo bene juvante in illo omnia ea sedulo facere et præstare, quæ ad officium pii et Catholicæ imperatoris spectant.

« Porro quod Sanctissimus Dominus noster ordinibus ac statibus Augustana Confessionis fidem publicam datus sit, in ea forma, qua vel unquam data sit vel dari possit amplissima, et quod Sanctitas sua curatura sit, ut illi quoque audiantur, majestas Cæsarea arbitratur hoc Sanctitatis sue pium consilium rebus omnibus

maxime profuturum, et majestas sua, quoad ipsam pertinet, itidem huic curæ, ut ordines illi Augustana confessionis amplissimo salvo conductu muniantur, pro sui Cæsarei muneri ratione non deerit, que amplior enim et securior illis dabitur fides publica, eo magis sperandum erit illos ad comparendum et submittendum se Concilio moveri atque induci posse ». Et infra :

« Postremo majestas Cæsarea arbitratur, ad promovendum progressum Concilii et consequendum optatum ejus exitum, non parum momenti allaturum, si Sanctissimus Dominus noster, quemadmodum majestas sua Cæsarea Sanctitatem ejus sincero et candido corde reverenter admonuit, ante vel post publicam indicationem, eos reges, principes ac potentatus Christianitatis specialiter requisierit, qui in proximo Concilio Tridentino non adfuerunt, videlicet, regem Christianissimum, ac serenissimos Angliae, Scotie, Daniae, Sueciae et Poloniae reges, ac illustrissimum dominum Venetum, et populos Helvetios, atque alios, ut et ipsi a communi et publica actione sese non sejungere, sed handgravatum in eodem Concilio adesse velint » : Et mox :

« Accidit præterea majestati sue Cæsareæ auditu jucundissimum, quod Sanctitas ejus jam aliqua ex parte devenerit ad instituendam reformationem, iis, quæ isthic in alma Urbe occurunt, pervarie providendo: rogalque majestas sua Cæsarea Sanctitatem ejus summo, quo potest, studio, ut dignetur, postpositis et præcisis quibuscumque locorum, temporum et personarum impedimentis, tam pio, salutari et necessario instituto prosequendo perficiendoque sedulo ac jugiter insistere, in primis benignè curare, operamque dare, ut istiusmodi reformatio non solum Romæ, sed etiam et præcipue in illis locis instituatur, in quibus religionis discordiae vigent. Ita namque judicial Cæsarea ejus majestas, ut quemadmodum Deus (quod pie credendum est) populum suum Christianum propter ejus peccata tum aliis multis ac diversis calamitatibus involutum affligi, tum etiam hoc perniciosissimo schismate, ac religionis dissidio, innumerisque et horrendis opinionibus dilacerari justo suo judicio permittit; sic etiam non posse facilius, quam emendatione vita et pia atque Catholica reformatione iram ejus averti, placari, aut vicissim divinam ejus misericordiam et clementiam impetrari ». Paulus post :

« Et quia Sanctissimus Dominus noster videtur rejicare ad Concilium ea, quæ Cæsarea ejus majestas Sanctitati sue in prædicto suo discursu de calice laicis, et conjugio presbyteris secularibus indulgendo, bona et candida mente perpendenda proposuit, eo modo, quo tunc majestati sue a viris piis, Catholicis et orthodoxis,

ac Sanctitatis suæ, ipsiusque sanctæ Sedis Apostolice observantissimis, ac publicæ pacis et tranquillitatis studiosissimis, bono zelo relata fuerant, non quod majestas duorum illorum articulorum concessionem seu permissionem pro se ipsa requireret, sed eam dumtaxat ob causam, quod judicio et sententia illorum, et aliorum quoque Catholicorum, qui voluntates et studia Germanorum melius quam alii fortassis perspexerunt, magna spes ostendatur hac ratione non exiguum animarum lucrum fieri posse, majestas sua Cæsareo non potest sane diffiteri, quam de iis rebus nusquam rectius tractari possit aut debeat, quam in Concilio generali. Quia tamen in convocatione ejus tot occurrant difficultates : Et mox : « Sanctitas sua dignabitur deliberare, et statuere, quod oppressis rebus religionis ac reipublicæ Christianæ maxime appositum et utile fore judicaverit, etc. ».

62. Urgebant cæteri quoque reges Pontificem, ut Concilium OEcumenicum tanquam opificissimum vulnerum Ecclesiæ remedium indiceret, inter quos etiam Sebastianus Lusitanus rex suas preces porrexerat, cui a Pio responsum est<sup>1</sup>, illud omnino Tridenti celebrare constituisse :

« Charissimo in Christo filio nostro Sebastiano Portugalliae et Algarbiorum regi illustri.

« Charissime in Christo fili nostre, etc. Literæ tue xxix die Julii date, quibus voluntatem nostram celebrandi OEcumenici generalisque Concilii ab ipso Pontificatus nostri initio declaratam summopere laudas, et ad id peragendum nos vehementer hortaris, nobis jucundissimæ fuerunt. Animum enim tuum ista ætate tanta jam erga sanctam Matrem Ecclesiam pietate imbutum, tanto Catholicæ fidei studio præditum esse declarant, ut cum ætate processeris, illos pie memorie reges avum et proavum tuum optime de Ecclesia et religione Catholicæ meritos auguremur Ecclesiæ ipsi in te redditos et restitutos fore, nam te cum generis lui vi, ac naturæ impulsu, tum charissimam in Christo filie nostræ reginæ avia tue, et dilecti filii nostri cardinalis patruo institutione disciplinaque sanctissima illorum regum vestigiis præclare insisterem videmus. Divinum porro favorem adeo tibi adesse ex recentibus victoriis intelleximus, ut rerum a majoribus tuis gestarum magnitudinem et gloriam felici isto regni tui initio jam sis propemodum assecutus. Quo nomine non solum pia isti fortique nationi, sed universæ Ecclesie gratulamur, cuius recentes clades et damna, quæ aliis in locis accepit, tuis sunt victoriis compensata; sed quod adeo cupit OEcumenici Concilii remedium tot et tam gravibus Ecclesiæ vulneribus adhiberi, ut nos etiam ad hoc

hortandos duxeris, quodque nullum abs te officii genus, nec Synodo ipsi, nec nobis defuturum esse polliceris, pia isti cupiditatì tuae summam laudem tribuentes, pro tua erga nos præclarâ voluntate debitas etiam gratias agimus. Scire autem serenitatem tuam volumus, constituisse nos Concilium ipsum in urbe Tridentina, ubi superioribus annis cœptum, et propter objecta impedimenta fuerat intermissum, eo animo instaurare, ut si quis postea ad id peragendum commodior locus deflectus fuerit, eo transferatur; nihil enim in praesentia commodius esse duximus ad obviam eundum malis, quæ impendere gravia admodum videbamus. Quia in re pium animum nostrum, et te, et cæteros reges ac nationes omnes in dies magis perspecturos esse confidimus, etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 1 Octobris MDLX, Pontificatus nostri anno 1. ».

63. Sollicitatus etiam fuerat a Sebastiani regis patruo Henrico cardinale, ut ad compendios elici mores studia converteret, atque ad decreta antea Tridenti ea de re edita in opus perducenda incumberet, cujus pia vota sibi acceptissima, eamque curam sibi antiquissimum futurum Pius<sup>1</sup> significavit :

« Henrico tit. SS. IV Coronatorum presbytero cardinali, etc.

« Quod multis verbis nos pie admodum cohortatus es, ut Tridentini Concilii decreta ad correctionem morum pertinentia auctoritate Apostolica comprobantes servanda curemus, cohortationis tue, quam grato sane accepimus animo, memores, id de ipsis decretis consilii capiemus, quod, re diligenter persensa, ratio suaserit, confisi fore, ut ea in re et in cæteris circumspectio tua, et reliqui omnes in dies magis perspiciant nobis curas esse, ut iis, quæ correctione indigent, quæque maximam sacerdotibus invidiam conflarunt correctis, Ecclesiam in statum quam commodissimum poterimus superno ipsius Dei auxilio, iisque, qui sollicitudinis nostræ participes sunt, adjuvantibus redigamus, etc. Die 1 Sept. MDLX ».

64. *Sacramento obstringit Pius suscepturos posthac munus episcopale ad tenendum et profitendum quæ hucusque decreta fuerint contra hæreticos.* — Cum perpendisset Pontifex collapsam sacerdotalem disciplinam, morumque nitorem obsoleuisse episcoporum culpa, qui abjecta Ecclesiarum suarum administratione, vel in aula Pontificia vel in regum ac principum comitatu versabantur, sacro proposito edicto ad suas Ecclesias ut se reciperent, imperavit, ac sacris prærogativis eas, qui parerent mandatis, ornavit, tum episcopale munus posthac suscepturos sanctissimis constrinxit legibus, ac subjectam Sacramenti formulam, qua damnantur recentiores

<sup>1</sup> Pius IV. to. 1. lib. sig. 2896. Ep. ccclvi.

<sup>1</sup> Pius V. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. ccclv.

hæreses, nuncupare jussit, de quo Acta Consistorialia<sup>1</sup> ferunt:

« Roma iv Septembris mœlx, apud Sanctum Marcum fuit consistorium, in quo Sanctitas sua monuit omnes archiepiscopos, episcopos, etc. præsentes, ut debeant accedere ad residentiam in suis Ecclesiis, et per secretarium fuit lecta bulla, et præcepti, et privilegiorum residentibus concessorum.

« Publicavit decreta et articulos fidei jurandos per episcopos et alios prælatos in susceptione muneric consecrationis, et mandavit in expeditione litterarum addi, in solita forma juramenti, ac registrari in quinterno Cancellariae tenoris hujus.

63. « Symbolum Apostolorum, et alia, quæ ab Ecclesia sunt recepta, universas traditiones, quæ a sancta Sede Apostolica et Romana Ecclesia divine censentur, et quæ ab ipsis Apostolis quasi per manus ad nos usque pervenerunt, atque OEcumenica Concilia in iis, quæ de fide decernunt, veluti sacram Scripturam credimus, et amplectimur, et veneramur.

« Sacrae Scripturæ juxta sanctæ matris Ecclesiæ sensum, Patrumque consensum interpretandæ sunt.

« Sancta Apostolica Sedes et Romanus Pontifex in universum orbem tenet primatum, ipseque Pontifex Romanus successor est Petri principis Apostolorum, et verus Christi vicarius, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum pater et doctor existit, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plena potestas tradita est.

« Novæ Legis septem sunt Sacraenta a Christo instituta, ut Baptismus etc. quæ non solum significant gratiam, sed etiam continent, ac digne suscipientibus conferunt.

« Baptismus ad salutem omnibus mortaliibus est necessarius, etiam infantibus; deleter vero omnem culpam, et originalem, et actualem, simul penam omnem pro culpa debitam remittit, filios Dei efficit adoptivos, aperit regnum Cœlorum, et iterari non potest.

« In Confirmatione datur gratia Spiritus sancti ad robur, ut Christianus audacter Christi nomen confiteatur. Ordinarius vero Confirmationis minister est episcopus.

« Verum Christi Corpus in sacramento Altaris, totusque Christus sub specie tam panis quam vini realiter continetur, transsubstantiatis pane in Corpus Christi, vino in sanguinem, virtute divina.

« Eucharistia non solum sacramentum est, et cibis animæ spiritualis, sed etiam novæ legis sacrificium, quod in memoriam passionis Christi pro vivis et defunctis offertur.

« Est autem in hoc sacramento Christus cultu latrice, qui vero Deo debetur, adorandus.

« Laici sub sola panis specie integrum Christi Corpus et Sanguinem, totum Christum veraciter sumunt, divinoque præcepto satisfaciunt.

« Sacramentum Pœnitentiae lapsis post Baptismum est ad salutem necessarium. Hujus vero tres sunt partes, cordis contrito, oris sacerdoti jurisdictione habenti integra peccatorum confessio, et ad arbitrium ejusdem sacerdotis satisfactio.

« Si vero pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiae fructibus de peccatis commissis et omissis satisfecerint, eorum animæ penitentia purgantur, et ut a pœnitentiis hujusmodi relevantur, prosunt eis vivorum fidelium suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynæ, et alia pietatis opera, et officia, et indulgentiae secundum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ et Apostolice institutiones.

« Sacramento Extremæ - Unctionis ægroti mens sanatur, corpus etiam, in quantum expediat.

« In Sacramento Ordinis, hujusmodi traditur spiritualis potestas, quam nemo habet, nisi is, cui hoc Sacramentum ab episcopo, juxta sanctæ Romane Ecclesiæ ritum, quoad essentialia, collatum est.

« Quæ ad Ordinis spectant potestatem, æque mali ac boni sacerdotes administrant, atque vim, quæ ad jurisdictionem attinet, quamdiu illis non fuerit abrogata.

« Matrimonii vinculum, si legitime contractum fuerit et consummatum, nullis de causis dirimi potest.

« Votum castitatis sacris ordinibus conjunctum, atque vota, quæ in probatis religionibus emittuntur, et alia quæcumque rite suscepta, fideliter sunt observanda.

« Peccata non accident, volente vel effidente Deo, sed permittente, id est, non impediente quominus fiant, quare peccati culpa libero hominis arbitrio attribuenda est, quod primi parentis inobedientia non extinctum, sed viribus attenuatum et inclinatum est. Dei autem gratia prævenitur, a peccatis liberatur, sanatur, et ut mandata servare possimus, adjuvatur: itaque sanato libero arbitrio per gratiam Dei et merita Christi, opera vite æternæ meritoria homo justificatus operatur.

« Ad impii justificationem requiritur Dei præveniens gratia, et liberi arbitrii motus in Deum per actum fidei, et spei, et dilectionis Dei inchoationem, et detestationem peccati, ac propositum suscipiendo Baptismum, et pie vivendi. Ad infantium vero justificationem sola Baptismi legitimata susceptio sufficit.

« Ad lapsorum aulem post Baptismum jus-

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 131, p. 309.

tificationem necesse est, ut excitante Deo procuret peccator amissam gratiam per Poenitentia Sacramentum recuperare. Ceterum, qui justificantur, non modo repulantur, sed vere nominantur justi, et sunt, justitiam in se unusquisque suam recipientes, dum per Spiritum sanctum in cordibus eorum charitas Christi diffunditur, atque ipsi inhæret.

« Virgo Dei Genitrix, Angeli et sancti religiose coli debent et invocari ut eorum meritis et precibus juvenetur.

« Crux Christi et imagines, ac quæcumque alligerunt, adoranda sunt, juxta Ecclesiam Catholicam doctrinam et fidem.

« Deiparæ Virginis Maria, Angelorum, et sanctorum sunt imagines adorandæ<sup>1</sup>, tum corpora et reliquiae quævis.

« Sanctorum memoriae præterea, et vigiliae, et dies festi Christo, Virginis Matri, et Angelis et Sanctis dedicati religiose colendi sunt.

« Jejunium Quadragesime, alia jejunia, et aliae abstinentiae a cibis, quæ Ecclesia observare præcepit, reverenter sunt observanda.

« Cæremoniæ, ritus et mores omnes ab Ecclesia recepti et probati, qui vel ad divina officia, vel alia quevis munia Ecclesiastica adhuc revertuntur, observari debent.

« Constitutiones Ecclesie, canones, sanctiones, pœnae, decreta, sive ad Ecclesiasticam pietatem et morum compositionem attineant, sive ad disciplinam, et morum emendationem, maiorumque depulsionem, quæ vel a summo Pontifice, vel a Conciliis, vel a quavis legitima auctoritate profiscuntur, et suscipi reverenter et fideliciter servari debent.

« Postremo, quod attinet ad hujus ætatis, atque omnium temporum, ab hereticis ortas vel suscitatæ in dogmatibus divinis atque Ecclesiasticis controversias, et perversas doctrinas, illud tenemus, credimus, et confitemur, quod sancta Romana Ecclesia tenet, credit et confitetur.

« Anathema omnibus omnium temporum hereticis, atque heresisibus, nominatim vero, anathema hujus ætatis heresiarchis Luthero, Oecolampadio, Zuinglio, Rothmanno, Calvinio, eorumque sequacibus, aliisque omnibus hereticis, quascumque in sectas disseceti sint, vel quovis nomine censeantur, universis et eorum heresisibus anathema.

*Forma juramenti præstandi per promovendos ad prælaturas.*

« Ego N..... toto corde atque ore confiteor, firmiterque teneo omnia et singula in supradictis articulis seu canonibus contenta, eaque proponam et proponi curabo, credenda, confi-

tenda, ac tenenda ab omnibus, qui curæ, administrationi ac jurisdictioni nostræ commissi et subditi, neque unquam aliquid, quod illis, vel illorum alicui ex toto, vel ex parte sit contrarium, aut dissonum, doceri, prædicari, quod in me erit, permittam, atque ita eorum vobis, etc. et in manibus vestris affirmo, promitto etово.

66. Dederat antea episcopis imperia Pius, ut strenuam emendandis sacerdotum moribus operam navarent; iisque Pontificiam mentem de celebrando OEcumenico Concilio patefecerat, paratosque ad id esse jusserat, quo argumento extant Encyclica litteræ<sup>1</sup> ad presules Hungariae date, cum Stanislaus Warmiensem episcopum ad Ferdinandum Cæsarem de eodem Concilio cum eo acturum misisset.

« Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Strigoniensi.

« Venerabilis frater, etc. Etsi venerabilis frater Stanislaus episcopus Warmiensis nuper ad charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum imperatorem electum a nobis missus, noster et Sedis Apostolicæ nuntius, tibi et reliquis istarum partium episcopis testis esse potest nostræ optimæ mentis ac fraternæ erga vos charitatis, tamen faciendum quoque nobis duximus, ut litteris nostris fraternalitatem tuam salutantes, indicaremus paratos esse nos pro officiis nostri munere, et Catholicæ religioni, et reliquis fratribus quidquid possumus opis atque auxiliis afferre, cuius rei causa, scito constituisse nos propediem Deo juvante OEcumenicū et generale Concilium celebrare, cum aut hoc remedio, aut nullo alio Ecclesiæ pacem et tranquillitatem et decorum pristinum restituī posse existimemus. Quod consilium nostrum principibus omnibus, quorum apud nos oratores sunt, jam notum fecimus. Quapropter, dilectissime frater, iis, quæ in cleri tui moribus sunt emendanda, quam commodissime fieri poterit, correctis, interea te ad præstantum tuum Deo et Ecclesiam Catholicam officium, cum opus fuerit, para, sicut de tua præclara voluntate nobis persuasum habentes paratum te fore confidimus. Si quam vero ad rem, quæ ad te pertinet, eosve, qui adhuc tuo regimine gubernantur, pertinet, nostra tibi et Apostolicæ Sedis auctoritate opus est, desideriis tuis, quantum quidem cum Domino poterimus, benigne et libenter admodum satisfacere parati sumus, etc. Dat die VII Junii MDLX ».

67. Rursum indicitur Concilium Tridentinum. — Re diu cum regibus ac principibus agitata, iisque ad celebrandum Concilium mutua animorum conspiratione consentientibus, Pontifex medio Novembri in cardinalium senatus fixam animo Pontificio sententiam princi-

<sup>1</sup> Id est in honore habendæ.

Pius IV. to. 1. brev. sig. num. 2896. Ep. ccXL.

pumque consensionem aperuit, ut tradunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia:

« Rome, die Veneris xv Novembris MDLX, fuit Consistorium, in quo Sanctissimus Dominus noster refutulit principes convenisse, ut Concilium Tridentinum celebaretur, et hac de causa decrevit fieri supplications et jejunia celebraudo Missam in Ecclesia Beatae Marie supra Minervam, necon injuxit reverendissimis dominis, Saraceno, Puteo, et sancti Clementis, et aliis theologis, ut conficerent Bullam, qua confecta legeretur in Consistorio, ut alias fuit factum. »

68. Promulgata est paucis post diebus<sup>2</sup> indicatio Concilii continuandi Tridenti, ac fideles moniti piis precibus divinam elementiam exorare, ut illud Concilium ad excindendas hæreses, pristinumque Christianæ pietatis splendorem restituendum promoveret, eaque de causa decrete solemnes supplications, et gratuita reliqui noxarum reatus ventia proposita iis, qui rite Sacramentis conscientiam expiassent:

« Pius papa IV ad futuram rei memoriam etc.

« Ingemiscimus semper, et ex intimo corde dolemus, cum tantum piarum animarum numerum, quas Christus Dominus noster pretiosissimo sanguine suo redemit, propter falsas et perversas hæreticorum doctrinas de ipsis sanctæ matris Ecclesiæ simu et obedientia abstractum fuisse, quotidie religionis contemptum crescere, atque per omnes pæne provincias Christiani orbis cum incredibili earum animarum jactura sparsas esse atque disseminatas cernimus. Quæcum ita sint, assidue optavimus, non solum errantes filios ad rectam viam revocare, verum ipsorum hæreticorum mentes, si qua ratione possemus, sanare; id enim nobis in primis tentandum conundumque videtur, quod profecto Dei Optimi Maximi ineffabili bonitate, et clementia favente, si tot ac tantis turbibus taudem aliquando sedandis occurrit, Concilii celebrationem alias per Romanos Pontifices prædecessores nostros in civitate Tridentina factam indiximus continuandam, qua certe nullum salutarius praesentiusve hisce malis remedium reperiri posse semper existimavimus: sic enim vulnera, cum a sevissimis infidelibus, tun improbis hæreticis Catholicae Ecclesiæ inflicta, sananda esse censuimus. Hac igitur ratione adducti ad sacratissimum universalem Synodus in eadem civitate Tridentina de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio et assensu propediem indicere, et continuare studuimus, atque decrevimus, eamque Spiritu sancto adjuvante optimo fine conclusum iri, et optatam universæ Christianitati salutem allatarum confidimus. Itaque

cum omne donum optimum superne ad nos descendat a Patre lumen, hæresumque prædictarum extirpato, orthodoxæ fidei restituto, quam cupimus et speramus, quamque, hoc præsertim pacis inter Christianos principes tempore, cuncte Christianæ reipublicæ, plurimum fructuosam et utilem fore sperandum est, Dei manu ad nos ventura sit, et litteris edocti, Patres nostros jejuniis sæpe et lacrymis, orationibusque et eleemosynis integra fide et sincero affectu factis et effusis divinam iram placuisse, extinctisque dissensionibus concordiam et unitatem Ecclesiæ impetravisse. Siquidem fere non fit, ut Deus multorum preces non exaudiat, quodque singulis oratoribus forte fuerat negatnus, id plurimum precantium unanimitati tribuere non raro consuevit, quoque sancta impulsi ratione nos solemus indicere supplications, et eisdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus totius Romanae curiae prælatis comitati die Dominicæ, que erit xxv præsentis mensis Novembris, e Basilica S. Petri usque ad Ecclesiæ heale Mariæ super Minervam processionaliter pedibus concedente Domino incedere decrevimus, ibique solemni Missa per aliquem ex dictis cardinalibus celebrata omnes ad Dominum pias preces effundemus, ut laudabilia et salutaria nostra consilia adjuvando prosequevi. Quare ut multiplicitis intercessionibus facilius ea, quæ cupimus, ab ipso Deo consequamur, omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in alma Urbe nostra, quam quibuscumque regnis, dominiis, civitatibus, opidis, terris et locis per universum mundum constitutis hortamur in Domino, et enixe requiri mus, ac paterne admonemus, ut postquam præsentes ad eorum notitiam pervenerint, ad Dominum nostrum Jesum Christum Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis humili corde conversi, conscientiam suam studeant diligenter examinare, discutere, et ad humilem suorum peccatorum confessionem venire, ac quarta et sexta feriis, necnon die Sabati ejusdem vel alterius immediate sequentis Hebdomadæ jejunent, atque orationibus, et eleemosynarum largitionibus, seu alii piis operibus juxta eorum conscientiam, sive sacerdotum, quibus peccata sua confitebuntur, salutare consilium vacent, ac die Dominicæ dictum diem Sabbathi proxime subsequente sanctissimam corporis ejusdem Domini nostri Jesu Christi Eucharistiam reverenter et devote suscipiant, intimoque corde Deum attentius orient, ut tandem populi sui, pro cuius salute Crucis aram subire non dubitavit, misertos a præsentibus eum calamitatibus liberare, hæreses extirpare, dicti OEcumenici Concilii celebrationem feliciter promovere, pacemque inter ipsos Christianos principes confovere et conservare dignetur, quo omnes ejus fideles per ipsius sanctæ Synodi pro-

<sup>1</sup> Act. Consist. Ms. card. Spade lo. cxxxiv. p. 320. — <sup>2</sup> Ext. in Act. Conc. Trid. per Alph. Servatium. Ms. Franc. card. Bar. sign. num. 1109. p. 170.

secutionem, et optalam perfectionem atque finem, imp̄is extirpati h̄eresibus, omnibusque sublatis dissidiis, etiam perfidissimorum infidelium Christiane religionis hostium metu vacui ac soluti, divinæque ejus majestati cultum debitum et pium famulatum quietius et securius exhibere possint, etc. » Instructi sunt piaculares sacerdotes amplissima potestate ad solvendos omnes criminum nexus, precesque sacras fundentibus, et rite Sacramentis exomologesos atque Eucharistiae procuralis gratuita noxarum condonatio proposita. « Datum Romæ, etc., die xx Novembris, Pontificatus nostri anno I. »

69. Indicta est dies Concilii celebrandi in proximum resurgentis Domini celebritatem, ut referunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia : « Romæ die Veneris, xxix mensis Novembris MDLX, fuit Consistorium, lecta fuit Bulla inductionis Concilii Tridentini ad diem Paschatis proxime futuri per Sanctitatem Suæ secretarium ». Conceptum erat illud Diploma<sup>2</sup> subjectis verbis :

#### PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

« Ad futuram rei memoriam.

« Ad Ecclesiæ regimen, licet tanto oneri imparis, sola Dei dignatione vocati, statim circumferentes mentis oculos per omnes reipub. Christianæ partes, cernentesque non sine magno horrore, quam longe lateque pestis h̄eresum et schismatis pervasisset, et quanta Christiani populi mores correctione indigerent, in eam curam et cogitationem pro suscepti muneris officio incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas h̄ereses extirpare, tantumque et tam perniciosem schisma tollere, moresque adeo corruptos et depravatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc sedanda mala aptissimum esse remedium, quod Sancta hæc Sedes adhibere consueisset, OEcumenici generalisque Concilii ejus congregandi, et Deo juvante celebrandi consilium cœpimus. Indictum illud quidem antea fuit a felicis recordationis Paulo III et ejus successore Julio prædecessoribus nostris, sed variis de causis sèp̄ins impeditum et interpellatum perfici non potuit. Siquidem Paulus cum id primum in urbem Mantuam, deinde Vicentiam indixisset, quasdam ob causas in litteris ejus expressas id primo suspendit, postea Tridentum transtulit : deinde cum quibusdam de cansis ibi quoque ejus celebrandi tempus dilatum fuisset, tandem suspensione sublata in eadem civitate Tridentina inchoatum fuit; verum Sessionibus aliquot habitis, nonnullis decretis factis, ipsum se postea Concilium aliquibus de causis, accidente etiam Sedis Apostolice auctoritate, Bononiam transtulit.

« Julius autem, qui ei successit, in eamdem civitatem Tridentinam id revocavit, quo quidem tempore facta alia quædam decreta sunt. Sed cum in propinquis Germanie locis tumultus excitati fuissent, et bellum in Italia et Gallia gravissimum exarsisset, rursus Concilium suspensum et dilatum fuit, admilente nimirum humani generis hoste, aliasque ex aliis difficultates et impedimenta objiciente, ut tantum Ecclesia commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quam diutissime retardaret. Quantopere vero interea aucta fuerunt, et multiplicatae et propagatae h̄ereses, quantopere schisma creverit, sine maximo animi dolore nec meminisse possumus, nec referre : sed cum tandem pius et misericors Dominus, qui nunquam ita irascitur ut misericordia obliscatur, regibus et principibus Christianis pacem et unitatem donare dignatus est, qua nos occasione oblata maximam in spem venimus ipsis misericordia freti fore, ut his tantis quoque Ecclesiæ malis eadem Concilii via finis imponatur. Nos itaque ad schisma h̄eresesque tollendas, ad corrigendos et reformatos mores, ad pacem inter Christianos principes conservandam, celebrationem ejus non esse duximus diutius diffrendam. Ihabita igitur cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus deliberatione malura, factis etiam consilio nostri certioribus charissimis in Christo filiis nostris Ferdinandō Romanorum imperatore electo, et aliis regibus atque principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate et sapientia nobis pollicebamus, paratissimos ad ipsius Concilii celebrationem adjuvandam invenimus, ad Dei Omnipotentis laudem, honorem et gloriam, atque universalis Ecclesiæ utilitatem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio et assensu sacram OEcumenicum et generale Concilium et auctoritate ejusdem Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum, qua nos quoque in terris fungimur, freti et subnixi, in civitate Tridentina ad sacratissimum diem Resurrectionis Dominicæ proxime futurum indicimus, et ibi celebrandum, sublata suspensione quacumque, statuimus atque decrevimus. Quocirca venerabiles fratres nostros omnibus ex locis patriarchas, archiepiscopos, episcopos, et dilectos filios abbates cœterosque quibus in Conciliis generalibus sedere, et sententiam dicere, jure communi, vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine licet, vehementer in Domino hortamur et monemus, atque etiam districte precipiendo mandamus in virtute sancte obedientie, in vim quoque juramenti, quod præstiterunt, et sub penit. quas in eos, qui ad Concilium generalia convenire neglexerint, sacris sciunt esse canonicis constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum convenienter intra eam diem, nisi forte impedimento fuerint legitimo præpediti, quod fa-

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ sup. pag. 320. — <sup>2</sup> Ext. in Act. Conc. Trie. ante sess. 17.

men impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt.

« Monemus præterea omnes et singulos, quorum interest vel interesse poterit, ut in Concilio adesse non negligant; charissimos vero in Christo filios nostros Romanorum imperatorem electum, cæterosque reges et principes, quos optandum sane esset Concilio interesse posse, hortamur et rogamus, ut si ipsi interesse Concilio non potuerint, at oratores suos prudentes, graves et pios viros utique mittant, qui ipsorum nomine intersint, carentque diligenter pro sua pietate, ut ex eorum regnis atque dominiis prælati sine recusatione ac mora, tam necessario tempore, Deo et Ecclesiæ officium suum present: eosdem etiam curaturos esse minime dubitamus, ut per ipsorum regna et dominia tutum et liberum iter prælati eorumque familiaribus, comitibus et aliis omnibus ad Concilium euntibus, et ab illo redemptibus pateat, benigneque ac comiter, et omnibus in locis recipiantur atque tractentur, sicut quod ad nos attinet ipsi quoque curabimus, qui nihil omnino prætermittere decrevimus, quod ad tam pius et salutare opus perficiendum a nobis in hoc loco constitutis præstari possit; nihil, ut Deus scit, querentes alius, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebrando, nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ovium reductio nem ac salutem, et perpetuam Christianæ reipublicæ tranquillitatem et quietem, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominiæ, II kalendas Decembbris, Pontificatus nostri anno I. ».

70. *Scribit Pius ad imperatorem et Galliarum regem ut Concilio faveant.* — Proximo ab his litteris promulgatis die, Pontifex Ferdinandum Cæsarem hortatus est<sup>1</sup>, ut pietatem suam in provehenda Tridentini Concilii celebrationē explicaret, atque præclaro eo facinore gratum se erga Deum, a quo tot beneficiis ornatus esset, præstaret:

« Ferdinandino Romanorum imperatori electo.

« Afflictæ et jam diu gravissime laboranti Ecclesiæ Dei, eujus regimini, licet indigni, præsumus, pro munericostri officio subvenire primo quoque tempore cupientes, hesterno die ad Dei Omnipotentis laudem de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio et assensu OEcumenicum et generale Concilium in civitate Tridentina indiximus, eujus inductionis litterarum, quas edidimus, exemplum majestas tua una cum his litteris accipiet. Majestatis tuae pietas erga matrem Ecclesiæ, et studium erga religionem Catholicam adeo omnibus perspectum est, ut hortationem nostram supervacaneam esse intelligamus, sed tamen, quod tua sponte facturus es, charissime

fili, paterna hortatione incitatus facies aliquanto etiam studiosius, ut menor imperatorii muneras, ac majorum tuorum, qui maxime Catholicæ principes optime de Ecclesia Dei meriti fuerunt, coneris studio et auctoritate tua ipsius Concilii celebrationem populo Christiano tantopere salvare, ac necessariam, quam maxime adjuvare, oratoresque viros graves et prudentes et pios mittas, qui nomine tuo Concilio intersint, curesque ut ex regionibus istis prælati omnes omni excusatione omissa in urbem Tridentum ad prestitutam diem convenient, ut ipsorum, et aliorum, qui ceteris ex partibus venient, frequentia, et cum aliorum principum, tum tuo in primis studio Concilium ad Dei honorem et gloriam feliciter celebrari, et ad optatum finem divina opitulante gratia perduci. Nulla enim, ut vides, pietati tuae de Dei religione, et de ejus Ecclesia optime merendi magis idonea offerri potest occasio, nullum tempus opportunitus, quo pro maximis a Deo affectus beneficiis gratum animum declarare, et perpetuum protectionis ejus auxilium, et gratiae incrementum tibi tuisque liberis et imperio promovere possis, etc. »

71. Datis eodem arguento litteris<sup>1</sup> pridie kalendas Decembbris Franciscum Francorum regem, qui ardentissimis studiis, et operoso ambitu Concilium flagitarat, certiore fecit Pontifex de indicto Concilio Tridentino, precesque addidit, ut partæ a majoribus, qui optime de Ecclesia erant meriti, gloriæ memor, Concilii celebrationem promoveret, oratores regia auctoritate instructos mitteret, tum præsules regni sui die constituta illi interesse curaret:

« Charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi Christianissimo.

« Charissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Vexata et tamdiu laboranti Ecclesiæ Dei gravissime, cuius regimini licet indigni presumus, pro nostri munericostri officio subvenire primo quoque tempore cupientes, hesterno die ad Dei Omnipotentis laudem de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio et assensu OEcumenicum et generale Concilium in civitate Tridentina celebrandum indiximus, eujus inductionis litterarum exemplum majestas tua una cum his litteris accipiet. Eam maiestati tuae pietatem erga matrem Ecclesiæ, tantumque erga religionem Catholicam studium novimus, ut hortatione nostra minime opus esse intelligamus, præsertim, cum recordemur quam diligenter ad ipsum convocandum Concilium nos hortatus sis. Id tamen, quod tua sponte facturus es, charissime fili, ut paterna hortatione etiam invitatus facias studiosius, hortandam in Domino duximus et rogandam majestatem tuam, ut memor officii regii, pra-

<sup>1</sup> Pius IV. divers. lit. sig. 2919. p. 217.

<sup>1</sup> Pius IV. to. t. brev. sig. 2896. Ep. ccclxv.

clarissimique cognominis; memor etiam claræ memorie patris, et avi, majorumque tuorum, qui Christianissimi reges et optime de Ecclesia meriti fuerunt, des operam, et enitaris, ut studio et auctoritate tua ipsius Concilii celebrationem populo Christiano tantopere salutarem, quam maxime adjuves, oratoresque, viros graves, prudentes ac pios mittas, qui nomine tuo Concilio intersint, curesque, ut regni tui prelati omnes omni excusatione omissa in urbem Tridentum ad prestitutam diem convenient, ut ipsorum, et aliorum, qui cæteris ex partibus venient, frequentia communique studio Concilium ad Dei honorem feliciter celebretur, et ad optatum finem divina opitulante gratia perducatur, studii, quod in Dei causam contuleris, maximum et æternum ab ipso Deo præmium percepturus, præter quam quod regno tuo optime consulas. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Pisc. die xxx Novembris MDLX, Pontificatus nostri anno 1 ».

72. Pollebat in Gallica aula maxima auctoritate Franciscus Turnonius cardinalis, quani tamen impii infringere nitebantur, piorum enim optimorumque consiliorum auctor erat, cui propterea Pontifex significavit non modo impendentia mala Concilii indicti opera averti posse, sed etiam affulgere spem, ut vetera Ecclesiae vulnera ad sanitatem perducantur, ac proinde industria sua apud regem perficeret, ne quod novum offendiculum posthac in Gallia excitaretur, sed potius ii, quos muneris religio ad adjuvandos sacros episcoporum conventus obstringeret, Tridentum se conferrent<sup>1</sup>.

« Venerabili fratri nostro Francisco episcopo Ostiensi, cardinali Turnonio vocato, in regno Franciæ nostro et Apostolicae Sedis de latere legato.

« Libentissime ad Dei honorem et universali Ecclesiæ utilitatem præstitimus, quod ab ipso Pontificatus initio scis nos pollicitos ac professos fuisse. Ilesterno enim die venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio Concilium OEcumenicum et generale in civitate Tridentina celebrandum indiximus, sicut ex litterarum exemplo super ejus inductione editarum cognoscens. Confidimus in Domino fore, ut hoc remedio non modo occurratur scandalis, que timebantur, sed vetera etiam Ecclesia vulnera divina auxiliante gratia sanentur. Nunc hortamur universos istius regni archiepiscopos et episcopos, ac cæteros, qui ad Concilia generalia ire debent, communibus ad eos datis litteris, ut omni excusatione omissa, officio ac religioni sue consultant. Id ut ita fiat fraternitas tua diligenter cum charissimo in Christo filio nostro rege Christianissimo agat, provideatque pro sua singulari-

virtute, prudenter, pietate; ac ne quid isthic admittatur, quod scandalum aliquod excitare possit; quanquam fraternitatem tuam etiam sinehortatione nostra ipsam omnibus, sicut solet, optimi cardinalis officiis funeturam esse minime dubitamus. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die ultima Novembris MDLX, Pontificatus nostri anno 1 ».

73. *Lutherani principes et magistratus invitantur ad Concilium.* — Attulit xvii Decembris ad Gallicam aulam Nichettus abbas Diploma Pontificium<sup>1</sup> indictionis Concilii Tridentini, ex quo regina atque omnes proceres maxima conceptæ laetitia signa ostenderunt, at deinde ad eujuspiam suggestionem, ea verba in malam partem accepta sunt, *sublata suspensione Concilii Tridentini*, ne Protestantibus illius non admittendi occasionem præstarent; et quia expedita a nonnullis fuerat declaratio, ut Concilium edita antea decreta Tridentina rescindere ac retractare posset, quos haud dubie hereticos extitisse constat, quanquam et Catholicî aliquot ignari ac inani pietatis specie illusi, concordiam omni bello funestiore flagitarent, cum non adverterent sanctos Patres pro litterula adversus Arianos, pro accentu adversus Nestorianos ad sanguinem usque deceruisse, et quod iota unum, aut unus apex ex Evangelico præscripto præteriri non debet a lege, res ita composta est a Pio Pontifice, ut superiorum decretorum Tridentinorum dignitatem illibatam conservarit, reges vero ac principes Lutheranos humanissimis litteris<sup>2</sup> provocari, ut oratores suos ad Concilium Tridentinum mitterent, quo argumento haec ad Sueciæ et Norvegiæ regem transmissæ sunt, et Zacharias Delphinus Pharenensis episcopus idemque internuntius ad eum destinatus est:

74. « Charissimo in Christo filio nostro Sueciae et Norvegiae regi illustri.

« PIUS PAPA IV.

« Charissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Eiusmodi munus licet infirmis admodum viribus sustinemus, ut si diligenter et fideliter commisso nobis officio functi fuerimus, intelligamus, et Deo nos propitio usuros, et aliorum simul et nostræ ipsorum saluti esse consulturos; quapropter ne a quoquam partes desiderari possint, ad tollendas fidei et religionis controversias atque dissidia, et ad corrigendos mores, pristinamque unitatem atque concordiam Christiano nonnini restituendam divina misericordia auxilio confisi, quod pie implorare non desistimus, OEcumenicum et generale Concilium in civitate Tridentina celebrandum indiximus, editis hac de re litteris, quarum exemplum cum his conjunctum ad

<sup>1</sup> Pius IV. to. vii. brev. sig. 2896. Ep. ccclxxiii.

<sup>2</sup> Ms. card. Spada sig. num. 31. p. 377. Ep. Viterb. lit. ad inter. Germ. — <sup>2</sup> Pius IV. to. vii. brev. sig. 2896. Ep. ccclxxiii.

serenitatem tuam afferri jussimus. Quamobrem paterno animo majestatem tuam hortandam duximus et vehementer rogandum, ut officii regii memor, velis ad Concilium oratores mittere cum mandatis, ut mos est, tuo illi nomine interfuturos ut tuæ serenitatis ac cæterorum regum et principum studio, tam pium et tam Christiano populo salutare opus commodius perfici possit, ut sedatis istis de religione dissensionibus, cæterisque, quæ correctione indigere visa fuerint, sacræ Synodi judicio emendatis, sua Ecclesie quies et tranquillitas, suusque decor restituatur, cuius rei studium nostrum, et mentem rectam et sinceram, ut manifestius perspicere possis, adire ad serenitatem tuam voluminem venerabilem fratrem Zachariam episcopum Pharensem nuntium nostrum pluribus verbis ea tibi declaraturum, quem ut benigne et diligenter audias, et ejus orationi fidem plenam habeas, serenitatem tuam vehementer in Domino rogamus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die v Dec. MDLX, Pontificatus nostri anno i ».

Successerat<sup>1</sup> recenter Henricus Gustavo parenti, qui anno regni Irgesimo quinto e vivis abierat, mutata religionis rationem æternō jūdicii redditurus. Is universam paene nobilitatem deleverat, dum metueret, ne recens occupatum sceptrum sibi extorqueretur. Rogatus quoque est Dania rex a Pontifice<sup>2</sup>, ut ad Concilium Tridentinum oratores mitteret.

75. Augustus etiam Saxonie dux elector imperii, amanter a Pontifice sollicitatus<sup>3</sup> est de cadere, missò ad eum Jo. Francisco Commendono episcopo Zaynthiorum. Idipsum præstitum cum Joachimo marchione Brandenburgensi, cæterisque Germanie principibus, ad quos omnes invitandoz Commendonus expediebatur. Meminit hujuse<sup>4</sup> provincie Commendono attribute Latinus Latinus in Epistola ad Andream Masium conscripta XII kal. Januarii : « Commendonus legationem ad Germanie principes omnes Synodi Tridentum revocandæ causa suscepit. Quid sit futurum, expectatur. Is autem ante dies octo profectus est recta prius ad Cæsarem ».

76. Nec principes modo Lutherani, sed etiam liberarum Germanie civitatum magistratus ad Concilium Tridentinum vocati, ut subjectæ ad Argentinenses litteræ<sup>5</sup> ostendunt :

« Dilectis filiis consulibus et senatu civitatis Argentine.

#### « PIUS PAPA IV.

« Dilecti filii, salutem et Apostolicam benedictionem. Commissio nobis officio impellimur, ut omni cura, studio et sollicitudine incumbamus ad reconciliandum populi Christiani nimis

diu scissam unitatem, diruptamque concordiam, quam ad rem agendam opportunum nobis tempus oblitus divina clementia, sedatis inter principes Christianos bellis et pace composita : itaque tot et tantas de religione dissensiones, et tam perniciosa schismata tolli, atque, et quæ correctione indigere constiterit, emendari et corrigi cupientes, Deo auctore nuper indiximus OEcumenicu[m] et generale Concilium, sicut cognoscetis ex Bullæ exemplo, quam edidimus, et ex nuntio hoc nostro, spectate fidei viro, qui quidem nostram piam et sinceram mentem, et salutis omnium studio incensam Deo teste voluntate vobis mandato nostro pluribus declarabit. Proinde paterna vos charitate hortamur, ut fidem ejus orationi habentes, ad reparandum Christiani nominis unitatem, Dei honoris, et vestrae salutis causa vestrum studium cum nostro conjungere velitis, sicut vos facturos esse confidimus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die xiii Decembris MDLX, Pontificatus nostri anno i ».

Concepte iisdem verbis litteræ<sup>1</sup> fuere transmissæ ad aliarum civitatum Lutheranarum magistratus, ad senatum Halæ, Goslaræ, Lübeci, Brunsvici, Magderburgi, necnon eodem ferme exemplo<sup>2</sup> ad senatum Augustæ, Spiræ, Wormatiae, Francfordiæ, Ulmæ; omnes enim haeretici amantissime ad redintegrandam pristinam cum Ecclesia conjunctionem, repetendamque salutis æternae viam a qua aberrabant, invitati sunt.

77. *Omnem curam impedit Pontifex ut omnes principes Christiani, etiam Orientales, Concilium adeant.* — Petticere quoque Orientales ad Concilium Tridentinum annus est Pius, atque ad Cophtorum patriarcham Alexandrinum, Christophorum Rodericum sacerdotem Societatis Jesu misit, qui illum hortaretur ad unum vel plures præses Ægyptios idoneis fultos mandatis, qui Concilio interessent, transmittendos. Legationis hujusec mittenda occasione dederat homo Syrus, qui Romæ sub Paulo IV apparuerat, qui se legatum ferebat Alexandrini patriarchæ, cui Copti parent, litterasque Arabicæ scriptas sue legationis et obedientiae, quam patriarcha Romano Pontifici exhibebat, indices detulerat, cumque nullus tunc forte Romæ adesset, qui linguam illam nosset, sub Pio IV cardinalis Alexandrinus rem attentius explorare jussus, veritatem illarum, novasque insuper latiores litteras accepit, quibus virum aliquem, cum quo de Cophtorum Ecclesia cum Romana conjugenda agitaret, ad se mitti postulabat. Christophorum igitur Rodericum<sup>3</sup> e Germania reducem pluribus instructum monitus Pontifex ad illum legal, simul-

<sup>1</sup> Natalis com. hist. l. XIII. — <sup>2</sup> Pius ubi sup. q. 405. — <sup>3</sup> Ibid. p. 412. et Ep. CCCLXII. — <sup>4</sup> Lal. Lineub. par. II. p. 32. — <sup>5</sup> Pius IV. o. i. brev. sig. 2896. Ep. CCCLXXV.

<sup>1</sup> Ib. post canad. Ep. — <sup>2</sup> Ep. CCCLXXIV. — <sup>3</sup> Sacch. p. 2. l. v. Hist. Soc. 1.

que Bullam inductionis Concilii, ut ad illud patriarcham invitaret, submittit, qui una cum Jo. Baptista Eliano, qui Christianus ex Iudeo factus linguarum et nationum peritiam præclarissima charitate sociabat, iter aggressus, non nisi sequenti anno legationis sua mandata complevit, cum tamen ex hoc apposito Brevi<sup>1</sup> apereat, hoc anno ejusmodi provinciam illi a Pontifice commissam.

« Dilecto filio Christophoro Rodriguez Societatis Jesu professori, nostro A. S. in Ægypti parlibus nuntio.

« Dilecte fili, etc. Difficultatibus quibusdam, quæ celebrationi sacri OEcumenici et generalis Concilii moram aliquot mensium attulerunt, post tuum discessum Dei benignitate sublati, compertum habemus, conventuros esse propediem Tridentum omnium, quæ Sedi Apostolicæ obediunt, nationum episcopos, nostris et regum litteris admonitos. Itaque opportunum nunc demum tempus esse duximus, venerabilem quoque fratrem nostrum patriarcham Alexandrinum nationis Cophthorum, ad quem te nuntiavit nostrum misimus, de indictio Concilio certiore facere, et hortari, ut mittat unum pluresve, prout ei placuerit, ipsius nomine Concilio interfuturos. Scribimus autem ad eum litteras, quarum ad te exemplum misimus, et cum eis una mittimus bullam de inductione Concilii. Exemplum illi abs te tradi non possumus, cum Deo juvante ad eum perveneris, sed tum demum, cum semel iterumque allocutus, sensum et voluntatem ejus plane perspexeris, hor tandem abs te erit, ut cum aptis mandatis unum pluresve primo quoque tempore ipsius nomine Concilio interfuturos mittat. Cum primum autem eo perveneris, nos de adventu tuo, et de eo quod egeris quodque speres, nos diligenter facies certiores. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris MDLX, Pontificatus nostri anno 1 ».

Non misit quidem patriarcha Cophthorum ad Concilium procuratorem; quin consueto gentis more semper, ut aiebat ille, alia cogitantis, alia simulantis Romanæ Ecclesie non se conjunxit.

78. De hac Pontificis diligentia in vocandis omnibus ad indictrum Concilium, qui Christianum nomen profitebantur, hæc refert Gabriel Palæottus, qui Concilii Acta<sup>2</sup> diligenter conscripsit, ac postea cardinalitios apices adeptus est.

« Editis litteris summus Pontifex nihil omnino prætermittere sibi in animum inducit, ut Concilium hoc ejus auctoritate celebrandum, magnos et præclaros, quantum in eo erit, progressus faciat. In primis quamplures nuntios, eosdemque præstantes vario ex ordine viros, in

varias provincias ac regna distribuit, qui Synodus hanc in civitate Tridentina cogendam denuntient, diplomata in Lusitaniam, Hispaniam, Galliam, Angliam, Germaniam superiorem et inferiorem, Helvetios, Boemiam, Hungariam, Polonię, Prussiam, Moscoviam, Dalmatię, Illyrium, Armeniam, Græciam per eos mittit, nullumque Europea aliarumve regionum angulum jubet præteriri, ubi Christiani nominis vestigium aliquod supersit, cui non hæc OEcumenica Synodus celebranda significetur ».

Sed jam ad r̄s Gallicas, quas occasione indicti Concilii, enarrare distulimus, gravissimis seditionum ab hæreticis concitatarum turbabinibus concussas, orationem revocemus.

79. *Anabaptista flammis damnatus.* — Non Calviniana tantum, aut Lutherana hæresis nobilissimum illud regnum infecerat, sed horrenda hæresum colluvies, cum singuli hæretici pro wesani capitis libidine sacras Scripturas explarent, seque divinorum arcanorum participes jactarent, ex quibus Nortmannus Iudimagister illitus a dæmone, Anabaptisticos Joannis Leydensis furores imitatus, Gallorum piorum cædes spirabat affectabatque tyrannidem, cujus enthusiasmos ac furores flammis compressos narrat Belcarius<sup>1</sup>:

« Accidit, ut quidam puerorum institutor, quos tres linguas Latinam, Græcam, Hebraicam simul accurate docebat, et natura eloquens magnam populi multitudinem ad suas conciones invitabat, sibi Dei spiritum inspirare dicebat, Antichristum brevi peritum, se exercitus ducem a Deo selectum, ut omnes impios evertet et de terra summoveret, nec principibus aut magistratibus parceret, se non ante moritum, quam mundum purum omnis peccati culpaque exortem statuat, et multa alia hujuscenote addebat, quæ fanatici Anabaptistæ somniarunt; tanta autem eloquentia pollebat, ut permulti ad illum confluissent, et quod ab urbe excludebatur, in apertis campis concionabatur, quapropter senatus cardinalem Borbonum Rothomagensem archiepiscopum, ac Villabonem Bullionii reguli Normanniæ prætoris legatum accersivit, qui fanaticum hominem comprehendendi, et questione habita temeritatis pœnas igne luere jusserunt ». Duo ex præcipuis ejus sequacibus adeo promissis ejus erant fascinati, ut non prius falsa eum dixisse crediderint, quam redactum in cineres conspererint, quibus mitiore supplicio gula fracta est.

80. *Patefacta conjuratio cuius caput et dux Condæus in vineula conjicitur.* — Extremo Augusto patefacta est atrocissima conjuratio cuius auctor Condæus princeps extitit, pellectique in illius societatem feruntur nonnulli Catholicæ, quibus invisa erat florentissima Guisiorum auc-

<sup>1</sup> Pius IV. to. I. brev. sig. 2896. Ep. CCCLII. — <sup>2</sup> Ms. car. Barb. Acta Conc. Trid. per Gal. Palcol. p. 86.

<sup>1</sup> Franc. Belcar. I. xxviii. num. 57..

toritas, inter quos Montmorantius Magister equitum in crimen vocatus. At divina providentia tantum periculum discussit, cum haeretici nocendi studio fidissimos regis clientes ad scelus pellicere tentassent, atque nefaria arcana temere aperuissent, de quibus Franciscus II rex has ad ducem Sabaudie litteras<sup>1</sup> dedit:

« Coacto apud Fontembellæ aquæ sanctiore senatu regio ad expedienda optima in rebus asperis consilia, sedandaque religionis dissidia, ac motus præteritis mensibus concitatos compescendos, persuasus sum ab eo pro tollendis de religione dissensionibus unicum remedium fore OEcumenicum Concilium, illudque a me omni conatu promovendum, quod si in longius tempus extraheretur, tenuesque illius congregandi spes essent, cogendam omnium totius regni Ecclesiarum Synodus, quam prædecessorum exemplo in decimum Decembris diem indixi, ut meorum subditorum querimonias audiam, eorumque malis medear, levemque eorum onera. Inter ea volente numine, dum regni proceres ducesque, ordinumque regni primarii meo haerentier lateri, erupit in lucem maxima conjuratio, ipsa Ambosiana atrocior; non nulli enim militarium ordinum ductores militesque mihi subditi ac fidissimi aperuerunt se fuisse ad incundam ejus conjurationis societatem, ad præstandum fidem, stipendum recipiendum, ac sponsum dandam de corripiendis armis labente Septembri mense, adversus regiam majestatem, regnique exitium alia consilia perducenda pellectos; et quia conjuratio ea jam diu trahebatur, innumeri centuriones militesque subornati erant nomine Condæi principis ducis, adductaque nonnulli regem Navarrae ejus conjurationis participem esse, ac reginam Angliae stipendorum partem subministrare ad rem conficiendam; quo auditio, meo jussu caput est vice dominus Carnutensis, qui ejus flagitiæ censors convictus est, dedique mandata regi Navarræ, ut fidei sua experimentum daret, captio Condæo fratre atque ad me perducto, ut in conspectu ejusdem regis ab objectis se purget apud me, quod si id recusaverit, decrevi regiorum armorum potentiam in eum exercere. Et quia persipa horum perfidorum audacia projecta, incertum est an velint in meo regno experiri armis, propterea cohortes idoneis locis instructas disposui, ut antequam copias jungere possint, opprimantur, ac si externa arma vocare opus fuerit, rogavi regem Hispaniæ sororium meum, ut cum jam ante me officiis verborum amantissimis ac liberali virium sponsose prosecutus fuerit, copias subsidiarias submittat ad fidem Catholicam in meo regno asserendam, ac subditos meos in officio continentos: et quia me proxima attingis propinquitate, atque in

numero amicorum versaris, propterea monco te ac rogo, ut mihi consilio, viribus tuis idoneis, loco et tempore non desis, cum enim sis mihi amore conjunctissimus, ita in tuo auxilio maxime praefido. Proficieti jussi præfectum castrorum Santandreaum in Lugdunensem præfecturam suam, teque de mearum rerum statu facere certiore, sicuti aliasque etiam provinciarum prefectos in sua loca pariter dimisi, ut peditali et equitatu sint instructi atque ad imperia regia comparati, spero que me perfidos compressurum, subditosque populos in officiis religione contenturum. Deum interea precor, ut te salvum et incolumem servet. Datum apud Fontemaquæbellæ ultima Augusti MDLX ».

81. Non defuit Francisco II Galliae regi Philibertus dux Sabaudie, et Cathaphractorum equitum manum submisit, ac sex millia peditum subsidiaria accincta esse jussit, datisque mense Septembri litteris<sup>1</sup> significavit se etiam cum aliis copiis ad ferendam regi opem provolaturum. Pontificius vero internuntius, qui in aula Sabauda agebat, significavit Pontifici, ex litteris reginae matris, ac Lotharingi cardinalis, et ducis Guisii, et aliorum plurium constare conjuratorum principem esse Condæum, qui affectate tyrannidi religionem prætexat, de interficiendis rege ac regina, trucidandis Guisii sumpta suis consilia, ac diem nonum ad patrandum flagitium constitutum, eodemque tempore in Normandia et in Aquitania tumultus concitandos.

82. Detectis haereticorum insidiis, de Condæo interficiendo sumpta sunt consilia, indictorumque Aureliae trium ordinum regni conventum occasio opportuna visa est. Ad eos Franciscus rex XV kal. Novembris se contulit, fideique Catholicæ asserendæ atque haereseos opprimenda præclarissimum specimen edidit, ut refert Belcarius<sup>2</sup>:

« In sanctiore (inquit) consilio decretum fuit, ut omnes sue fidei professionem facerent uti a Sorbonicis theologis anno hujus saeculi quadragesimo secundo dictata fuerat, pena recusantibus proscriptionis indicta, que non solum in possessiones, verum etiam in reorum corpus redundaret. In eo consilio cum Guisanis fratribus cardinalis Turnonius, Brissacœ, ac Sanctandreaus mareschalli primas serbabant, Mommorecius equitum magister, ac tres ejus nepotes, cardinalis, amiralius, Andelotus Castillones aberant.

« III kal. Novembris Navarrus ac Condæus Aureliam appulerunt rege salutato, Condæum Chavignius ac Brezeus prætorianorum hippotoxotarum præfecti prehenderunt». Territi illius calamitate Andelotus, Castillio et alii Aurelia

<sup>1</sup> Belcar. I. xxix. num. 9. Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 363.

<sup>2</sup> Belcar. I. xxix. num. 8.

<sup>1</sup> Ext. ejus lit. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. pag. 364. —

diffugerunt, qui postea furorem in Catholicos effuderunt. Tum subdit auctor<sup>1</sup>, ut judices dati sint Condæo, qui variis diffugiis eorum iudicium cludere conatus sit :

« Postremo (inquit) ut capite lucret pronuntiatum fuit, quod decretum omnes propter modum consilii sanctioris consiliarii subscriperunt, cancellario et Mortiero exceptis, qui propter regis valetudinem differabant : subscriperunt et plerique Galliae proceres, ac decem et octo regiae societatis equites nuper creati, et multi alii, qui tunc in regis comitatu erant, nec non et supplicum libellorum magistri et senatores Lutetia accersiti : comes Sancerrius subscribere recusavit, quamvis ut subscriberet, semel atque iterum rex injunxit. Postridie idus Octobris crassus humor e cerebro in regis aurem sinistram defluxerat, qui in apostema conversus, ita languentem debilitavit, ut nonis Decembbris animam efflarit. Venenum ab Ambrosio chirurgo Calviniano, et Moymorenciano in regis aurem inditum ferunt ».

83. *Condolet Pontifex de morte Francisci regis, ex qua magnum patitur damnum religio Catholica.* — Passa est Christi Ecclesia gravissimam in Francisci II Galliae et Scotiae regis obitu jacturam; ad Calvinismum enim e Gallia excindendum auhelabat, nec modo tueri religionem Catholicam in Scotia poterat, verum etiam Angliae restituere: at Deo visum est illum, ut pie creditur, e terreno ad celeste regnum evocare. Ob secutas in aula perturbationes caruit regis sepulchralibus honoribus, « at eam (inquit Belcarius) piis mentibus sui memoriam reliquit, ut illius interitum multis cum lachrymis etiam nunc deploret, qui titulus non solum omnes sepulture honores contemnit, verum etiam superbas quasque aliorum regnum victorias longe superat ». Successit illi in regno Gallico proximus natu frater impubes Carolus IX cui de fratris obitu condoluit Pontifex, utque religionis Catholicæ patrocinium susiceret, suscit hinc litteris<sup>2</sup>, ac Laurentium episcopum Firmanum ad eum misit. Ut de paternis in eum studiis faceret certiorem :

« Charissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum regi Christianissimo.

« Charissime in Christo fili, etc. Obito im-maturo claræ memorie Francisci regis fratris tui tantum dolimus, quantum pro paterno amore, quo illum dileximus, dolebamus: sed animo ad te cogitationeque conversa, qui in regno illi successisti, gratias egimus misericordiarum Patri et totius consolationis Deo, qui ut prope est semper iis qui tribulato sunt corde, nostrum dolorem continuo lenire dignatus est, cum id, quod ejus morte Sedes Apostolica at-

que adao universa Dei Ecclesia tali tempore amisisse videbatur, tua statim fuerit felici successione restitutum; amisimus ipsi sane optimum filium, amisit Ecclesia religionis Catholicæ piissimum defensorem, sed nec ipsi minus de tua erga nos et hanc Sedem pietate spondemus, nec minus Ecclesia sibi de tuo in Catholicam religionem animo pollicetur; codem enim sanguine, eodem genere ortus, eadem disciplina institutus, non potes non illius et majorum tuorum omni pietatis et virtutis laude existere simillimus, praesertim si, ut debes, sapientissimæ tue matris monitis atque consiliis obtemeraris. Eo autem tempore regni istius gubernacula divina ad te providentia detulit, ut tuae erga Deum et ipsius Ecclesiam pietatis declarandæ maximam facultatem habiturus sis, ad quam declarandam, ut omni animi studio incumbas, te, charissime fili, hortamur et moneamus. Nulla potes firmiora tui regni fundamenta jacere, nulla re certius divinae tibi protectionis auxilium parare, quam si quam optime de Ecclesia Dei et sancta religione ac fide Catholica mereri studueris. Omnium hoc quidem Christianorum regum officium est, sed ab eo maxime postulandum, qui præclarum istud Christianissimi cognomen adeptus est. De nobis majestas tua ea sibi omnia studia omnesque eos honores polliceri, et potest et debet, quæ a benignissimo et amantissimo patre filius expectare debet, adeo nos tuae gloriæ cupidos, adeo rerum tuarum studiosos esse experieris, ut inter cæteros reges eximie te nobis charum esse intellecturus sis, sicut ipsi quoque ea de tua erga nos et hanc Sedem pietate nobis pollicemur, quæ ab illis parentibus orto, et a Christianissimo rege expectanda sunt. Sed haec commodius tibi exponet venerabilis frater Laurentius episcopus Firmanus, quem tali tempore paterni nostri erga te animi declarandi causa ad te misimus, cuius orationi fidem ut habeas, majestatem tuam rogamus. Omnipotentem Deum precamur, charissime fili, ut te benedicat et perpetuo tuteatur et custodiat. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo Pisætoris die xiv Decembbris MDLX, Pontificatus nostri anno 1. ».

Morenent etiam Mariam reginam Scotie et Galliae consolatus est Pius<sup>1</sup>, utque Christiana constantia viri obitum ferret, ac divinæ voluntati se accommodaret, hortatus est :

« Maria reginæ Francorum Cristianissimæ.

« Hortamur serenitatem tuam, ut divinæ providentiae judiciis, sicut piam reginam deceat, patienter acquiescas, et in eo spem tuam repous, qui prope est iis, qui tribulato sunt corde, quique misericordiarum est Pater et Deus totius consolationis, etc. xxiii Decembbris MDLX »,

<sup>1</sup> Franc. Belcar. I. xxix. num. 7. — <sup>2</sup> Pius IV. to. 1. brev. sig. 2896. Ep. CCCCLXXXIII.

<sup>1</sup> Pius IV. 1. 1. brev. sig. 2896. Ep. CCCXLIX. de morte Fran. H. Reg.

84. Orbatham viro Francisco Galliae rege Mariam Scotiæ reginam passam esse maximas calamitates<sup>1</sup>, ac demum ab Elisabetha ænula Anglie regina capitali supplicio affectam suo loco lugebit oratio. Quantum vero vulnus ex Francisci II regis obitu Catholica religio in Gallia acceperit, mox apparuit, nam cum haeretici a Francisco rege bonorum vitaque proscriptione damnati fuissent, ut vidimus, mox contrario edicto sublata est ea proscripicio, et qui religionis causa in custodiam dati, donati libertate, parique honoris gradu Calviniani atque Catholici affecti. Condæus<sup>2</sup> princeps circiter duodecim dies a Francisci II regis morte e custodia, in qua Aurelia fuerat emissus, Hanum Navarri arcem, mox Feram profectus, ibi in libera custodia fuit, donec in aulam revocaretur. Hinc impia Calvinianorum factio furore et numero mirifice aucta ad evertendum Gallicum regnum, quorum malorum causam in ambitionem Catharine reginae refundit Belcarius: « Factionem (inquit) Pontificiorum et Calvinianorum ita albat, ut Pontificios, id est, Romanæ religionis assertores et propagatores, quibus magis fidebat, viribus superiores esse mallet, Calvinianos autem non male calere, ne prorsus animum desponderent ». Subdit auctor, qua arte sit usa, ut Antonium Navarræ regem ad permittendam illi Gallici regni administrationem adegerit. « De ejus (inquit) ac Condæi fratris in regem conspiratione certis argumentis intellexisse declaravit, ut non solum ad regni administrationem adspirare non debeat, verum si laesæ regia majestatis crimen illi, fratrique remittatur, præclare secum actum putet, nam nisi regis filii indignationi obstiisset, de illis jam supplicium sumptum fuisset, se vero semper ita regiam stirpem dilesisse, ut ne filius in eam saceret, omnibus modis sibi obstandum judicari. Se nunc primam regni administrationem non ambire: Blanæam Ludovicæ Pii matrem eadem ante magna cum laude et populi gratulatione defunctam; videret itaque, ut eadem sibi cederet, ne quid, gravius in illum moliri cogeretur. Navarrus natura facilis, conspirationis conscius, inter medias Guisanorum copias constitutus, et Mompenserianæ uxoris admonitione perterrefactus, Catharinæ regni administrationem cessit, cessionemque scripto mandatam subscrispit ». Ob hanc cessionem postea Condæus princeps condonata sibi vite beneficii immemor postea contendit Gallici regni procurationem ad se spectare, accensoque civili bello religionem Catholicam delere in Gallia conatus est, ut suo loco dicetur.

85. *Pius scribit regi Navarræ commendans ipsi Carolum puerum.* — Sub exitum præsentis anni Antonius Navarræ rex, ac Joanna regina,

quæ quamvis Calvinianam summopere haeresim latenter soveret, tamen ad illam usque diem publice profiteri, vel religione erubuerat, vel regii nominis conservandi respectu formidaverat, ad Pium Pontificem legationem mittunt, simulque Epistolas Joannæ manu subscriptas, quibus se, et Catholicam esse profitebatur, et nunquam S. R. E. obedientia descituram pollicebatur. Obivit legationem istam Petrus Albrechtus, Joannis Navarra regis filius naturalis, olim Benedictinæ familie secundum Yepes alumnus, qui postea Convenarum episcopus fuit; hic postridie idus Decembbris a Pontifice ad colloquium publice est admissus, quo tempore ejus nomine orationem ad Pontificem habuit vir clarissimus Marcus Antonius Muretus<sup>1</sup>, ubi inter alia, quæ de Pontifice est locutus, de Concilio ab ipso inductione facta hæc subdit: « Existi animos omnium, indicto, quod tantopere optabatur, universali Concilio. Injecisti spem fore, ut haeresum peste sublata, sacrosanctum Jesu Christi nomen, codem animo, eadem voce, iisdem ritibus ab omnibus invocetur ». Et infra: « Omnia speramus a te excitatum iri, quæ jacere sentis, tantis tamque diuturnis dissensionibus perculta atque prostrata. Videre jam videmur illud tempus, cum per te constitutar Ecclesiasticæ ordinis auctoritas, confirmetur veteres ritus, prævae opiniones aboleantur, concordia, ne unquam postea dissolvi possit, severis legibus vinciatur. Multa perdidit Ecclesiasticus ordo, et ornamenta dignitatis, et præsidia stabilitatis sue: qui nisi per te recipiat, a nemine sibi restitui posse censem ». Obsequio hujusmodi per Petrum exhibito Pius<sup>2</sup> hisce verbis per Pontificium scribam respondere mandavit:

« Gratulatio serenissimorum Navarræ regum Antonii et Joannæ sanctissimo Domino nostro probata, et perinde ac debet accepta est et grata. Obedientiam vero, quam per te Sanctitati suæ et Sedi Apostolice modo præstiterunt, et perpetuo præstituros se professi sunt, libenter is et grato animo accipit una cum venerabilibus fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus, magnamque eis laudem tribuit, quod communis stirpis suæ memoræ quid ipsos illis majoribus orlos deceat, qua pietate, qua fide hanc Sanctam Sedem colere debeant, præclare se intelligere ostendunt; itaque non dubitat, quia ut aliorum regum, sic pio eorum studio atque ope usurus sit ad Concilium, quod nuper indixit celebrandum, et quietem ac pacem universali Ecclesie restituendum ».

De excepto debitibus honoribus ejus oratore Pontifex Navarræ regem certiorem fecit, utque Carolum regem in sustinendo Gallico sceptro

<sup>1</sup> Belcar. I. xxix. — <sup>2</sup> Gramond. in Hist. Protest. Rebellion. c. 1.

<sup>1</sup> Arnal. Oihenato in notit. ultriusque Vasc. M. Ant. M. Or. 4. — <sup>2</sup> Pius IV. lib. brev. div. sig. 2919. p. 79.

consilii suis et opera juvaret, hortatus est, tum ut Pontificium internum in Galliam missum benigne audiret.

Cum vero Pontificiae litteræ sub hoc eodem anno sint signatae, manifesti erroris arguuntur Arnaldus<sup>1</sup> et Sammarlani, qui ad insequentem annum legationem istam rejecerunt:

« Charissimo in Christo filio nostro Antonio Navarræ regi illustri.

« Charissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir Petrus Albertus orator tuus commisso sibi a te et a charissima in Christo filia nostra regina uxore tua officio diligenter et pie admodum functus est. Nos vero et ipsum ea qua debuimus benignitate ceperimus, nullo honoris genere quod aliorum regum oratoribus simili de causa hue venientibus haberi consueverit, pratermissio, et tue ac ipsius reginae erga nos et hanc Sanctam Sedem pietatis et fidei indicia gratissimo animo accepimus. Cujus pietatis vestrae magnum vos a Domino præmium accepturos esse minime dubitamus. Nos quidem habebitis ad ea semper paratos, in quibus, vel honori vel commodis vestris, cum Deo consulere poterimus. Dolorem quem obitu clare memorie Francisci Francorum regis Christianissimi ceperamus, lenivit nobis continuo felix charissimi in Christo filii nostri Caroli fratri sui successio, de quo quidem et quod illo genere ortus est, et quod in administratione regni tuae in primis serenitatis consilium et amorem illi affuturum esse speramus, præclara nobis pollicemur et expectamus. Venerabili fratri Laurentio episcopo Firmano, cui has litteras dedimus, nonnulla quoque mandata ad serenitatem tuam dedimus, ejus igitur orationi fidem ut habeas rogamus. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die xviii Decemb. mDlx, Pontificatus nostri anno 1. »

86. Extant eodem argumento ad Georgium Armeniacum cardinalem Pontificiae litteræ<sup>2</sup>, quibus etiam eudem rogavit, ut se ad regem Navarræ conferret, illique in ea Gallicarum rerum mutatione consilio adesset, remque Catholicae tueretur.

« Dilecto filio nostro Georgio cardinali de Armeniaco vocato.

« Grato animo admodum, ut debuimus, acceperimus charissimorum in Christo filiorum nostrorum regis et reginae Navarre litteras pie admodum scriptas, et obedientiam, ac cultum, quæ aliorum Christianorum regum more nobis et Sedi Apostolicæ praesisterunt. Nos quoque, quod tibi gaudio fore scimus, oratori ipsorum eosdem quos caeterorum regum oratoribus haberi mos est, honores habuimus, eorumque

<sup>1</sup> Arn. Not. utriusque Vasc. Sam. 10. II. Gall. chr. in ep. conn. Pius IV in l. t. brev. sig. 2896. Ep. CCCXLVII. — <sup>2</sup> Pius IV. I. brev. sig. 2896. Ep. CCCXCIV.

liberis peramanter rescripsimus, nostrum erga eos paternum amorem, quibuscumque in rebus cum Domino poterimus, declaraturos nos esse professi. Quam opportunus tuus ad eos adventus fuerit, intelleximus, itaque magnum cepimus fructum consilii nostri. Nunc etsi admodum gravi de causa istuc profectum audivimus, tamen cum post discessum tuum charissimus et optimus filius noster Franciscus rex Christianissimus decesserit, delato ad ejus fratrem filium item nostrum charissimum Carolum regno, magno interesse putamus te tali tempore ipsi Navarre regi adesse, sicut te quoque pro tua prudentia intelligere minime dubitamus. Proinde ut cæteris relictis rebus illuc, quam celerrime, sine valetudinis tuae incommodo poteris, revertaris, circumspectionem tuam hortamur. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris xx Decembris mDlx, Pontificatus nostri anno 1. »

87. Post partam de Turcis victoriam Christiani mox terra marique devicti apud Tripolim, et decunæ impositæ regnis Hispanis in auxilium contra Turcas. — Suscepta est hoc anno expeditio a Philippo II rege Hispania in Africam hortatu Joannis Valette Parisotti Melitensium equitum principis, duce Joanne Lacerda prorege Siciliae, qui primos impetus non adversus Tripolim a Draguto obsessam, sed adversus Gerbam, sive Meningam insulam convertit, eamque subegit, cui Pontifex<sup>1</sup> de parta Victoria ab eodem certior factus his litteris gratulatus est:

« Dilecto filio nobili viro Joanni de Lacerda duci Medinae-Cœli prorege Siciliae, et pro serenissimo rege Hispaniarum Catholicò Christiani exercitus capitaneo generali.

« Dilekte fili, nobilis vir, etc. Litteris tuis de re prospere gesta, et insula Tripolitano bello maxime opportuna in potestatem tuam redacta certiores facti, manantibus proper gaudii magnitudinem lachrymis, debitas omnipotenti Deo gratias egimus, qui tam felix istius sanctæ expeditionis initium nobilitati tuae concederit, tuaque virtuti et animi magnitudini majorem in modum gratulamur; cum autem non parvum hoc divinæ clementiæ pignus habeamus, sperrandumque sit bellum istud tuo ductu feliciter et ex sententia confectum iri, eo adjuvante, in cuius manu sunt bellorum exitus et Victoria; nos, quod officii nostri ratio postulat, exemplum Moysis in bello contra Amalecitas imitantes, preces ad omnipotentem Deum pro nostrorum Victoria fundere, tibique et exercitui isti benedicere non desistimus, et ut a piis omnibus eidem supplicetur, curabimus, etc. »

Decrexit Lacerda prorex dux Christiani exercitus ad confirmandum ejus insulæ imperium adactus in Philippi regis fidem barbaris, aream

<sup>1</sup> Pius IV. to. I. brev. sig. 4796. Ep. CLXII.

quam hostibus eripuerat, magnis operibus munire, ut firmissimo imposito praesidio Turcarum impetus propulsare posset, in qua munienda dum occupatur, coacto militari consilio illi consultum est, ut ad classem reficiendam una cum illa vela faceret in Siciliam, ut si Turcica classis in eas oras incurreret, refecta classe, collectisque viribus novis auctus Turcicam classem invaderet, vel ad expugnandam Tripolim novem ante annis amissam impetus extremos imprimere, quod salutare consilium militare non secutus est Lacerda Hispanæ classis imperator, sed imprudenter tantas in arce firmando moras extrahit, ut classis Turcica duce Piali-Bassa octoginta quatuor triremibus majoris longitudinis, et aliis quatuor brevioris conflat in Christianam classem imparatam, dum miles eam concenderet, irruerit, tantoque terrore compleverit, ut cum ancipiti certamine de victoria possent contendere Christiani, spem inanem collocant in fuga, perturbato omni ordine, cladique certissimæ se objecerint, quorum nulla pugna, sed cœsi in fuga adeo, ut Petrus Machiavellus<sup>1</sup>, qui illi cladi interfuit, et Prepanitanum portu, in quem perfugerat, ad ducem Florentiae scripserit, ex classe Christiana, que triremibus quinquaginta majoribus, minoribus quatuor, navibus onerariis viginti, et aliis pluribus minoribus constabat, septendecim tantum triremes hostium cruentas manus evassisse, alias viginti octo triremes captas, onerarias quatuordecim; caesa Christianorum octodecim millia referunt. Contigit ea funestissima clades die duodecima Maii, ut narrat Machiavellus, quam cum Hispanus orator significasset Pontifici, ita tamen, ut ejus magnitudinem extenuaret, Pontifex Hispani clientes imperii, propositis sacrarum Indulgenciarum premiis hortatus est<sup>2</sup>, ut ad novam instruendam classem pro Christi nominis gloria stipem subsidiariam conferrent.

88. « Ad futuram rei memoriam.

« Cum charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum rex Catholicus, sicut nobis significari fecit, progenitorum suorum, qui Christianam ditionem, devictis et debellatis Christi nominis hostibus, non parum propagarunt, in hoc vestigia imitari volens, et attente conspiciens, quod nefandissimus archipirata Dragut nuncupatus, fidei Catholicae perpetuus hostis, arem Tripolis, quam ipse archipirata tanquam locum ad regnum Sicilia, et Italianam, et etiam Hispaniam infestandam opportunam occupaverat, et innumeris piratis, qui omnia eorum incursionibus perturbabant, repleverat, munire, et in populos ac loca ipsi Philippo regi subjecta sua inexplicabili rabie sævire, ac continuis invasionibus, incursionibus et cladibus

<sup>1</sup> Petr. Machiavel, in *lt. ad Duc. Flor. xv Mai ext. l. iii. lit. princ.* p. 201. Foglieta Hadriani Busbequii in *Epist. Sp. num. 28.*

<sup>2</sup> Pius IV. *l. i. sig. 2893. p. 107.*

non una tantum ex parte, sed undequaque infestare cœpit, seque ad id parare magnis apparibus proposuit, tanta imminentि ruine non solum pro suorum locorum, sed etiam universae reipublicæ Christianæ defensione, se totis viribus opponere, et a republica ipsa..... expellere, ac hujus expeditionis ducem generalem dilectum filium nobilem virum de Lacerda ducem de Medina-Cœli ipsius Sicilia præoregim deputavit; verum quia provincia haec, consideratis, tum ipsius archipirate, tum etiam immanissimi Turcarum tyranni, cuius auxilio frelvs ipse archipirata premissa tentare audet, conatibus ardua est et difficillima, eam dictus Philippus rex suis facultatibus assumere nullo modo confidit, cum illius facultates plurimum exhaustæ sint propter gravissimas expensas, quas sœpius sustinuit. Nos itaque tantis malis occurrere, eidemque Philippo regi in tam necessaria expeditione aliquo subsidio adesse cupientes, universos et singulos Christi fideles cujuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis existentes auctoritate Omnipotentis Dei requirimus, ac moneamus et hortamur, ut Philippo regi et Joanni duci præfatis in præmissa expeditione cum bonis vel personis suis constanter assistant; quod ut promptius et alacrius facere studeant, eis ac illis singulis de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate, ac de verbo ejus, qui est veritas et vita, ac nobis in persona ejusdem B. Petri dixit, *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in Cœlis*, ac etiam de Apostolicæ potestatis plenitudine nobis cœlitus tradita plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem in subsidium Terra-Sanctæ, et contra perfidissimos Turcas proficiscentibus ac in auno Jubileo concedi solita, motu proprio et ex certa nostra scientia, per præsentes misericorditer in Domino relaxamus », et infra : « Cum autem, sicut idem Philippus rex nobis nuper per oratorem apud nos suum exprimi curavit, ipse superioribus mensibus validam et instructam classem cum lecta plurimarum copiarum manu summa diligentia, sollicitudine incredibilique impensa ad expugnandum ipsam Tripolim misserit, jamque ejusdem ducis Medicæ-Cœli virtute, ac militum suorum animi magnitudine ac labore, Alzarin, vulgo Gelvas nuncupatum, summisæ maximum saevissimorum hostium propugnaendum, constantissime oppugnando tandem divina adjutus virtute expugnaverit, denum ex improviso, militibusque ipsius Philippi regis, nihil cogitantibus, nec metuentibus, cum munitissima et potentissima saevissimi Turcarum hostis maritima classe superveniente, una pars ejusdem Philippi regis classis ab ipsis hostibus capta, et ad illorum potestatem redacta existat, ut hujusmodi Turcarum immanissimo furori dictus Philippus obsistere, terrasque maritimæ

religionis Christianæ tueri et defendere possit et valeat, novam maritimam classem novosque milites præparare indigeat, ad quod faciendum et belli molem sustinendam cum suas ipse Philippus rex facultates pro eximia et maxima illustri ejus pietate, et erga Christianam religionem propensissima voluntate ultro ac libenter conferre videamus, magnosque in posterum in iis rebus impensas facturum, tum vero nos ex injuncto nobis pastoralis et universalis curæ officio thesaurum Dominicum nobis divinitus erogandum esse censuimus, etc. amplissimam noxarum veniam omnibus Philippi regis clientibus Hispanis, Italis, Siculis, Sardis, Belgis, Burgundis, Indisque impertimur, qui procurati rite sacramentis indictam stipem a Joanne episcopo Lucensi ei rei præfæcio contulerint pro classe adversus Turcas instruenda comparandaque. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum XXI Maii MDLX, anno I ».

89. Partam navalem victoriam<sup>1</sup> de Christianis terrestri alia cumulare aggressus est Pialis Bassa, atque arcem recenter in Gerba insula extrectam obsidione cinxit, cui Mauri violata, quam dederant Hispani fide, se conjunxerunt. Dragutus etiam tredecim triremes egregie instructas ad Pialim adduxit, Tunetanus rex, qui nostris subsidiarias copias ad pellendos Africa Turcas sponderat, inclinavit ad victorem; Christiani post plura prælia fortissime gesta aquæ et commeatum inopia laborare coepereunt, ac VII idus Julii facta eruptione intra ageres hostem invasere tanto impetu, ut terrore ac cædibus hostilia castra compleverint, atque ad fugam spectare coegerint, sed cum sperto Alvari ducis imperio ad diripienda impedimenta se convertissent, hostis ex fuga se collegit, atque in diripientes tanto impetu incurrit, ut victoriam illis extorserit, pauloque ante victores in fugam fossaque impulerit, inde omnia acerbiora nostris fuere, ac Sebastiani Siculi opera arte stilitatia ex aqua salsa dulcis effecta, sed quæ tanto numero non sufficeret adeo ut multi Hispani in impiam rabiem efferati ad Turcas defecerint, quorum exemplum ex cæteris nationibus mille et quadraginta secuti sunt.

Non tamen alii fregere animos, sed Turcas tot attrivere incommodis, ut nisi defuisset iis constantia Turcæ, magnis difficultatibus pressi obsidionem ultra mensem Augustum extrahere non possent, milites itaque adversus Alvarum ducem constantiæ admirabilis virum, cum subsidiis spe omni essent destituti, seditione mota, deditiois verba nuncuparunt, paclionisque militari constituta, qua libertas iis promissa terra fidei Turcicæ infeliciter se commiserunt; at cum munitionis portas aperuissent, ignari Turcicæ immanitatis ac perfidiæ, omnes quotquot

intra munitionem reperti sunt a perfidis Christianum sanguinem sitientibus misere atque crudeliter contrucidati fuerunt, reliqui cum classe capta adducti sunt Constantinopolim, atque in triumphali pompa traducti coram Solimanno, qui in moneta recenti Turcicis characteribus ea verba imprimi jussit; *Non querere religionem armis, sed imperium.* Alvarus dux tentatus est minis ac promissis, ut a Christo deficeret ad Mabometem, sed ille, et carcere, et alia adversa, vel opes, ac militarem praefecturam contra Persas promissam pro Christo sprevit.

90. Cum his victoriis insolecerent Turcæ, ac majora adversus Christianum nomen molierentur, Pontifex Philippo regi ad novam classem instruendam ex opibus et vectigalibus Ecclesiasticis sitis in ejus ditione hæc subsidia decrevit, datis Joanni episcopo Bononiensi internuminio in Hispania hisce litteris<sup>1</sup>, quarum præcipuam partem decerpimus :

« Animadvententes, quod impiissimus Turcarum tyrannus pluribus elatus victoriis superiori tempore innumerabilibus calamitatibus generibus Christianum orbein affecerat, et pæne contriverat, huic tanto tamque gravi malo et imminentि periculo occurrere cupientes, cum id ob facultatum nostrarum et Sedis Apostolicæ tenuitatem prestare minus valeremus, considerantes, quod Christianissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum rex Catholicus, majorum vestigia imitatus ditionis Christianæ provincias et loca non solum ab infidelium invasionibus tueri, sed etiam ipsis infidelibus bellum inferre intenderet, verum quia incredibili immensaque impensarum mole, quam multos jam per annos, sicut omnibus notum est, facere coactus fuit, adeo erat, et etiam nunc est pecuniis exhaustus, ut ejus opes regnorumque et dominiorum suorum ordinarii proventus nequaquam sufficerent, nos cogitantes causam hujusmodi, tam piam tamque necessariam, omnium Christi fidelium, tam clericorum, quam laicorum communem existere, et propterea illos in ea communiter contribuere debere, ut ingruentibus hujusmodi periculis occurreremus »; et infra : « De motu proprio, et de Apostolicæ potestatis plenitudine eidem Philippo regi, ut per se, vel alium, seu alios ad id toties quoties et quandocumque sibi visum fuisset deputandum, seu deputandos tot oppida, arcæ, fortalitia, terras, villas et loca, quorum anni redditus summam viginti quinque millium ducentorum auri largorum secundum communem extimationem valorem annum non excederent (scilicet ex bonis Ecclesiarum et monasteriorum quorunque) ac eidem Philippo regi, ita quod de illis omnibus tanquam in suis propriis libere et licite disponere, et facere, et illis frui, et gau-

<sup>1</sup> Natalis com. lib. XIII.

<sup>1</sup> Pius IV. l. vii. p. 244.

dere posset », et infra : « Decrevimus et declaramus, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum xxi Novembris mœlx, anno 1 ».

91. *Veneti archiepiscopatum Nicosiensem donat Pius IV.* — In Oriente Veneti Tureicam potentiam sua classe continebant, ne liberius se in Christianum imperium effunderet, quos Pontifex ob eximia in rem publicam Christianam merita, utque facilius Cypri regnum tuerentur, designandii ex patritis Veneti archiepiscopi Nicosiensis prærogativa donavit subjecto Diplomate<sup>1</sup> :

« Dilectis filiis nobilibus viris duci et domino Venetiarum, etc.

« Cum inter anxias Apostolatus nostri sollicitudines considerantes hinc videlicet, quantum ipsa res publica jacturam, et supra modum, quod dolenter referimus, in Græcia aliisque provinciis Orientalibus, partim obstinatis illorum populorum desideriis, partim principum cæterorumque Christianorum luctuosis atque importunis factionibus, aliisque peccatis nostris id exigentibus passa sit, quantasque non solum amœnas insulas, urbes florentissimas et munitissimas arcas, verum etiam amplissima integra regna perniciosus ille Christiani nominis hostis, imo Dei nobis irati flagellum Turca, ferro, flamma, ruina devastarit, absumperit et tyrannidi sue subjugaverit: præterea quam exiguae vires humanae, quam conquassali obices, infirmaque seu potius male compacta adversus illum pestis humanae torrentem propugnacula nobis supersisset, ita quod nisi immensa Domini nostri Jesu Christi pietas hoc suum peculiari tanto pretio sibi paratum infabilis misericordia oculis resipexisset, ipsoque cooperante invicta militiae vestre vexilla firmius in partibus illis terra marique fixissetis, nullum inibi Dominicæ Crucis vestigium in aperio superesset; inde vero cum hilariori mente revolvimus, quam feliciter et strenue insulam Cypri cum suo regno ab hoc orbe nostro Christiano, tam longo maris terraque spatio remotam Syrieque et Aegypto fere conterminam, Turcarum armis undique circumseptam, et cæterorum Barbarorum insidiis obnoxiam, non solum perpetuo militari peditum equitumque, ac omni instructissima classis præsidio in hodiernum usque diem retinuistis, verum etiam operosis portuum insignium munimentis roborasti, præclaris civitatibus et populosis oppidis decorasti, hominum Christicolarum frequentia, omnigenum mercatorum concursu, larga opum multiplicitum exuberantia, fertiliusque agrorum cultura, antiquæ illi amplitudini sue propemodum restituisti, adeo ut ipsa Christiana res publica nullo alio firmiori, magisque vel ad propulsandas hostium injurias vel ad bel-

lum illis ultro mari inferendum, aut etiam ad peregrinos Sepulchri Dominici excipiendo tuque transfretandos, apposito propugnaculo fulcita esse dignoscatur, ac propterea facile judicantes, quanta cura, sollicitudine et diligentia regnum istud custodire, quam non facile cæteros etiam privatos ad illius intima, ac præsertim ignotos ad publica ejus, vel sacra, vel sæcularia munia admittere, quamque vehementer optare soleatis, ut non solum inibi portuum navalium arciumque custodia Venetis fidisque militibus credatur, sed etiam ut regni cathedrales, et potissimum, quæ metropolis existit, Nicosiensis Ecclesia prælatis vestratis, committatur. Idecirco nos instar prudentis naufragæ classis præfecti, qui laceratarum navium remigumque superstitum reliquias colligens, nonnunquam validam unius anchoram alteri antesignanæ, et ad primum quemque casum destinate tridomi coaptare solitus est, ad gratam aliquam insignium vestrorum de Sede et republica præfatis meritorum, ac per vos illarum gratia indefesse suscepторum laborum et periculorum, gravissimorumque, quos ne dum in dictis peregrinis liberaliter annuatim vehendis et revehendis, verum etiam in classe, maritimoque apparatu ad frequentes Turcarum motus mira celeritate expedientes tanquam magnanimi Christifidelium excubitoris impigre perferti sumptuum recognitionem et recompensam, licet exiguum, futuris, quæ in exteris, nec satis vobis fidis præsulibus dictæ metropoli præficiendis aliquando succedere possent periculis obviare, vosque ab hac suspicione metuque liberare, et pro rebus a vobis præclare gestis hac speciali gratia veluti debita hujus vestri Senatus magnificentiae laureola donare volentes ». Et infra : « Jus patronatus, et præstandi nobis, et Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad ipsam Ecclesiæ Nicosiensem ». Et paulo post : « infra sex menses a die vacationis hujusmodi concedimus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ mœlx, XIV kalendas Januarii, Pontificatus nostri an. 1 ».

Pontificis beneficentiam Veneti latto animo exceperem<sup>1</sup>, inque corum gratiam Philippus clarissima Mocenigorū familia archiepiscopus electus est; qui in provinciam discedens cum idoneis aliquot ad agrum Dominicum excolendum operariis, silvescentem adeo tribulis ac vepribus vineam invenit, ut in eadem familia, intraque eosdem parientes, vir, uxor, liberi, alii alias proliferent ritus, paucique unumquempiam integre et constanter: sed quæ enī in quoque blandirentur, ea notarant et consecabantur; adeo ut unus idemque cum cæteris diebus

<sup>1</sup> Pius IV, reg. sig. num. 18, et alio recent. 1932, p. 53.

<sup>1</sup> Petr. Just. hist. Ven. I. xiv. Sacchin. hist. Soc. Jesu. Io. II. lib. iv.

Græcum se profiteretur, feria tamen quarta, qua interdictus Græcis est usus carnium, more viveret Latinorum; et qui de cætero Latinos sequebatur, die Sabbati, quo Græcis carnibus vesci fas est, græcatur: denique Latinorum quoque sacerdotum non nemo ritu Græcorum uxores habebat. Plurimi hujusmodi monstrorum farrago succerevisse turba dicebatur per absentiam pastorum, quos longo jam tempore, annis, ut aiebant, septuaginta, sedes primaria nullos vidisset; que cum excindere moliretur Philippus, inolita præpeditus consuetudine, ac paulo post ad Cone. Tridentinum vocatus, non eo, quo cupiebat, potuit ardore perficere; factumque est<sup>1</sup>, ut tot ritum divisiones sensim florentissimam illam urbem, totumque ipsum regnum eo perduxerint, ut pance post annos, peccatis eorum id exigentibus, Turcarum immanitatem ac funestissima direptioni patuerint; sieque feracissima illa regio, qua ut Prophetæ verbis utar,<sup>2</sup> juxta ubertatem terræ suæ exuberavit simulacris, quod mox minatur accepit: divisum est cor eorum, nunc interibunt.

92. *S. Carolus Borromæus creatus cardinalis, eligitur archiepiscopus Mediolanensis, et constituitur protector Helvetiorum Catholicorum apud Seden Apostolicam.* — Hoc anno auctus et sacer cardinalium senatus, in quem adlectus est inter alios Pontificis nepos Carolus Borromæus, ut antea insinuatum est, futurus aeternum illius senatus decus atque ornamentum ob eximiam sanctitatem, quam Deus eo nascente præmonstrarat, anno salutis M DXXXVIII, demiso coelitus insolito lumine in cubiculum maternum, in quo nascebatur, a pluribus conspecto, ut narrat Paulus V in Diplomate, quo illum in Sanctorum numerum retulit: de memorata vero cardinalium creatione hæc referunt Acta<sup>3</sup> Consistorialia.

« Roma, die Mercurii, ultima mensis Januarii MDLX, Sanctissimus dominus noster creavit et assumpsit in sancta Romana Ecclesiæ cardinales Joannem de Medicis illustrissimi domini ducis Florentiae natum, et Carolum Borromæum, et Joannem Antonium Sorbellonium ex episcopo Fulginatensi presbyterum cardinali-lem.

« Septima Februarii deputavit administratorem Ecclesiæ Mediolanensis, tunc per cessionem reverendissimi D. card. Ferrarensis vacantem, reverendissimum dominum Carolum Borromæum in xxi sue ætatis anno constitutum: xxvi Aprilis creavit legalatum Bononiæ et Romandiæ.

« Concessit et assignavit reverendissimo Borromæo Ecclesiam SS. Viti et Modesti (cardinalis enim Caraffa tit. S. Nicolai in Carcerene-

Tulliano optaverat) ipsumque illi in diaconum cardinalem præfecit, qui iv Septembris transferatur ad Ecclesiam Sancti Martini in Montibus per obitum cardinalis Ariani vacantem. Assignavit reverendissimo Sorbellonio Ecclesiam Sancti Georgii ad Vulum Aureum: xxvi Aprilis reverendissimo de Medicis assignavit tit. Sanctæ Mariæ in Dominica».

Consentientis his litteræ<sup>4</sup> ad præfectum ducatus Mediolani commendatitiae, ut Carolo cardinali ac ineundam archiepiscopatus possessionem opera non decesset.

« Nobili viro Ferdinando duci Suessæ regis Catholici in statu Mediolanensi locumtenenti.

« De venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio atque consensu nuper in Consistorio secreto, perpetuum Ecclesia Mediolanensis, pastoris solatio destituta, administratorem constituimus et fecimus dilectum filium Carolum Borromæum sanctæ Romanae Ecclesiæ diaconum cardinalem nostrum ex sorore nepotem, nobis adeo probatum, ut confidamus Ecclesiæ illi a nobis bene consultum fuisse; eumdem autem charissimi in Christo filii nostri regis Catholici tantopere studiosum, atque observantem, ut neque in sacrum cardinalium collegium asciscere, neque Ecclesiæ illi præficere quemquam potuerimus, qui omnibus studiis atque obsequiis regiae ejus majestati inservire parati sit». Preces additæ, ut administros illius ad possessionem ineundam juvet. « X Februarii MDLX ».

93. Non amplissimi illius sacerdotii opes recepit Carolus, ut luxu et magnificentia lascivaret, sed ut eas ad divini cultus gloriam verteret. Quanta porro integritate Borromæus Mediolanensis archiepiscopatus administrationem gesserit, describit Carolus a Basilica Petri Novariensis<sup>5</sup> episcopus: « Mediolani, si qua de causa in rebus Ecclesiæ constituendis, grege que ad rectam viam reducendo, sumptu opus esse viderat, de suo liberaliter jussit suppeditari, ut nihil penitus ex ipsius Ecclesiæ fructibus ipse Romæ tunc existimetur perceperisse». Aronæ quoque multa distribuit, dum literis operam daret humanioribus, atque abbatiā Aronensem gereret, inquit idem auctor: « Sacerdotii fructus sacros esse reputans, quorum sibi utpote abbati, Deo reddenda ratio esset, patrem, cuius aliqui voluntati obsequi diligenter studebat, modeste monuit, qui una cum cæleris facultatibus suis adhuc abbatia res dispensabat, minime id sibi justum neutriusque saluti consentaneum videri, qui fructus sibi superessent eos in rem familiarem converti, ac non potius dari pauperibus; quod pius Patertantum abest, ut moleste acceperit, ut filii religione

<sup>1</sup> Anton. Maria Gratian. l. II. de bello Cyprio. — <sup>2</sup> Osse x. — <sup>3</sup> Ext. in Bull. et in Append. Vit. S. Caroli. Acta Cons. Ms. card. Spadæ sig. p. 283.

<sup>4</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2896. Ep. LXXXIX. — <sup>5</sup> Carol. Novar. episc. in Vit. S. Caroli. l. I.

præclaraque indole lætus, ac præ gaudio lachrymans, administrationem ei sine mora reliquerit, quod si patri aliquid ex iis necessarii sumptus causa opus erat, mutuum dabat filius, quod ei postea, vel egenis restitueretur ». Ut vero adolescens abbas senio pro veclos abbates in monachis ad religiosæ vitæ instituta cogendis virtute vicerit, narrat memoratus auctor : « Disciplinæ, inquit, sacrae studium non mediocre ostendit in veteribus monachis quibusdam Ecclesiæ suæ Aronensis corrigendis, qui quidem a beato Benedicti instituto tam longe aberant, ut vix ipsius monastici vestitus vestigium retinerentur. Quorum licentiam cum sibi minime ferendam adolescens abbas judicaret, alios vietus asperitate, alios arcta custodia punivit et in officio continuuit, quanquam nullo ejus generis proposito exemplo, quod sequeretur ». Coluerat vero adeo in adolescentia pictatem honestatemque, ut eluxerit semper in eo animus excelsus, ac mens ab humanis cupiditatibus ambitione que aliena, nec ullo unquam casu, aut famulorum ignavia commoveri visus, ut loqueretur aliquid, quod contumeliam aut liberiorem indignationem præ se ferret, ut admirabundi ejus socii testati sunt.

94. « Agebat tantummodo », inquit auctor, « vigesimum secundum annum cum illi archiepiscopatus Mediolanensis delatus est a Pontifice, qui præterea Romanæ ditionis administracionem, illi mandavit, de qua viris gravibus in consilium adhilibus assidue consultaret, supplices libellos, ac mandata omnia quæcumque essent subnotari jussit. Auctoritas Pontificie per se munera gravissima negotiaque quotidie detulit, et omnium curarum suarum consiliorumque participem fecit, ac administrum ». Ostendunt id litteræ<sup>1</sup> Pontificia ad internuntium in regno Neapolitano agentem data :

« Venerabili fratri Julio archiepiscopo Surrentino in regno Neapolis, nostro et Apostolica Sedis nuntio.

« Venerabilis frater, etc. Cum nos dilectum filium nostrum Carolum SS. Viti et Modesti diaconum cardinalem Borromæum vocatum, nostrum secundum carnem nepotem, participem curarum et negotiorum nobis assidue incumbentium fecerimus, eique inter multa alia sibi a nobis demandata, onus etiam ad te scribendi, quoties occasio sese tulerit, injunxerimus, idcirco volumus, et tibi mandamus, ut ejus litteris plenam et indubiam fidem semper habeas, perinde ac si illæ tibi a nobis ipsis scripta fuissent. Datum Roma apud Sanctum-Petrum, etc. die xv Martii mœx, anno i ».

Perfunctum illum strenue demandato munere narrat Vita ejus scriptor, rerumque ab eo gestarum oculatus testis : « Ipse miram in pu-

blica negotia, gravissimasque res gerendas ostendit ab initio propensionem. Eo factum est, ut nullus fere apud cognatum Pontificem cardinalis majore auctoritate atque administratione unquam fuisse videretur ». Et paulo post : « Præstítit in mandatis munéribus summam fidem, incredibilemque diligentiam, tum mentem prorsus incorruptam, quæ neque cupiditate, neque ullius gratia unquam moveretur, sed in omni re consultanda et dijudicanda, quod justissimum esset, id spectaret, et exqueretur semper pristinam item patientiam, ut nullius errato, vel molestia commotus quidquam faceret, aut diceret in quemquam contumeliosum. Cuius autem plerique amplitudinis divitiarumque splendore commodoque capti delicatores fiant, laboresque dignitati conjunctos fugiant; contra huc adolescentis sese patientissimum præstabat, multum scribendi dictandique labore suscepiebat, diuturnam iis, qui alloqui vellent operam dabant ».

95. Expetitus est ab Helvetiis Catholicis, qui ad salutandum Pontificem oratorem miserant, in protectorem apud Sedem Apostolicam, quod munus illi a Pio his litteris<sup>1</sup> demandatum est :

« Dilecto filio Carolo SS. Viti et Modesti diaconi cardinali Borromæo vocato.

« Cum dilecti filii Helvetii, Lucernæ, Vraniae, Transilvaniæ et Subsilvaniæ, Suitii, Thuringiæ, Friburgii et Salodori septem pagorum seu cantonum Catholicorum per oratorem suum ad nos nuper destinatum a nobis petierint, ut te sibi in protectorem apud nos et Sedem Apostolicam dare et concedere dignaremur; nos honesto huic eorum desiderio pro nostra paterna in eos bencvolentia satisfacere cupientes, te, quoad egeris in humanis, eorumdem septem cantonum Helvetiorum Catholicorum apud nos et eamdem Apostolicam Sedem protectorem, ita quod eorum res et negotia, quæ in dies occurrent, tam apud nos, quam alios Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem Apostolicam, agere, tractare, procurare, promovereque libere possis et valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium creamus, constituius et deputamus, etc. Dat. Rom. apud S. Petrum die xii Martii mœx, anno i ».

96. Complexus est Carolus cardinalis singulari benevolentia Helvetios divinaque gloriam apud eos maxime promovit, ut dicetur inferius, necnon plurimam juvenitatem ex ea gente pietate et litteris erudiendam curavit, ut sacra apud eam digne administraret. De suscepto vero ab eo plurium gentium patrocinio haec memorat<sup>2</sup> Novariensis episcopus : « Lusitanie regnum et Helvetica gentis septem pagi Catholicæ in ejus erant clientela, quibus non multo

<sup>1</sup> Pius IV. l. 1. p. 26.

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. p. 102. — <sup>2</sup> Car. Nov. Ep. in Vit. S. Caroli.

post Germania inferior addita est. Universus Ordo Franciscanorum, Carmelitarum, Humiliorum, et item canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensis, præterea sacri milites tum Hierosolymitani, tum Jesu Christi Lusitaniae ejus tutela fuerunt commendati ».

In florentissimo hoc rerum statu Carolus Borromæus non splendore purpuræ, non opum affluentia, non honorum gloria, non aulici apparatus fastu illusus est, sed humanis omnibus celsior ad divina ardenter aspiravit<sup>1</sup>: « Magna (inquit) repentinaque dignitatis amplificatio, si præsertim exempla et instigations accedunt, saepe mores ac naturam ipsam perturbat. At tautis copiarum blandimentis definitus ad perfectiorem vitæ disciplinam oculos retrorquebat, et ad humana omnia contempnenda se ipse frequenter excitabat. Cumque multos post annos Dei beneficia secum reputaret, commorare solitus fuit, inusitata se ratione ad sanctiora pietatis officia, religiosioremque vitam fuisse perductum: neque enim angustas asperasve res, ut plerumque fit, Deum adhibuisse, sed prosperas, maximeque florentes, ut in iis rerum humanarum levitatem inanitatemque divino lumine perspiciens, ad ea, quæ solidia, gravia æternaque sunt, animum adjiceret. Interim non solum aliquid amplius ut humanum est, ex opibus Ecclesie quotidie sibi addi non postulabat, sed etiam ultra a Pontifice tradita propemodum accipiebat invitus, quod ex cognatis nonnulli et alii qui ex eo pendebant, valde querebantur, et quod virtutis erat, ut humana perversitas est, angusto parvoque animo tribuebant. Virginalem modestiam, quæ semper in ejus moribus eluxerat, exquisite retinuit, et in eo genere non modo quidquam male appetere unquam ulli visus est, sed insidiis quoque non semel paratas sancte admodum vivit ».

*97. Proceditur contra cardinalem Carolum Caraffam, et ejus fratrem ducem Palliani.* — Longe abfuerat in pari dignitatis gradu ab his virtutum exemplis Carolus cardinalis Caraffa Pauli IV Pontificis nepos, qui humanarum rerum amore irretitus, patruum Pontificem propiorem ad iras, ad bella civilia inter reges accendenda alendaque, ob Hispanorum administratorum insolentiam, incitasse, ut sibi vel suis novos principatus in ea Christiani imperii perturbatione compararet, gravioraque sclera admisisse accusatus est apud Pontificem, qui justitiæ studio adductus, ad deterrendos Pontificum nepotes, ne patruorum facilitate ad iniuras exercendas artes ac tyrannidem abulerentur, illum hoc anno una cum fratre et Alfonso card. in Hadrianae molis carceres compegit, de quo hæc Acta Consistorialia<sup>2</sup>

narrant: « Romæ die Mercurii xix mensis Junii deputati fuerunt octo cardinales, videlicet de Cesis, della Cueva, Saracenus, (Alexandrinus), Puteus, Sancti-Clementis, Senonensis, Urbinate et Cornelius, qui deputati fuerunt super examine cardinalium, qui detinentur in arce Sancti-Angeli ». Extant vero litteræ Pii<sup>1</sup>, quibus Paulo Odescalco in regno Neapolitano interuentio mandata dedit, ut testes audiret de homicidiis et aliis flagitiis in regno Neapolitano patratis, de quibus Carolus cardinalis Caraffa in crimen vocabatur, actaque judicario ordine rite confecta transmitteret. Incurrerat Carolus Caraffa cardin. in gravissima odia Philippi regis Hispaniarum non modo ob tentatum Gallicis armis regnum Neapolitanum, sed maxime ob aspersum Carolo V parenti structarum Pauli IV Pontificis vita insidiarum ignominiosum crimen, tandemque illum in judicio diu extracto succubuisse visuri sumus.

*98. Absolvitur cardinalis Moronus, et ad maiorem dignitatem procehitur.* — Absolutus e contra fuerat a Pio Pontifice Joannes cardinalis Moronus, qui ab inquis delatoribus crimine haereseos appetitus fuerat apud Paulum IV, cum tamen divina providentia illum ad damnandas haereses Concilii Tridentini præsidem destinasset, de cuius illustrata innocentia, quæ in dignitatibus, atque etiam vitæ discrimen venerat, haec referunt Acta<sup>2</sup> Consistorialia:

« Roma dñx xii Martii MDLX, fuit Consistorium ». Et paulo post: « Lecta fuit per secretarium Ptolemaeum sententia, in qua continebatur absolutio reverendissimi domini cardinalis Moroni, cum antea tempore Pauli IV fuerit accusatus de haesi, et fuit absolutus, cum subscriptione reverendissimorum Putei et Alexandrini ». Concepta fuit subjectis verbis lata a Pontifice sententia:

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

« PIUS PAPA IV.

« Inter cæteras pastoralis curæ sollicitudines nobis jugiter imminentes, illa est præcipua, ut ad Dei gloriam et augmentum ejus fidei, negotium sanctæ inquisitionis, cum omni ea, ut decet, justitia et puritate peragatur, ut scilicet contra tanti criminis reos id agatur, quod contagiosa ipsius enormitas agendum requirit, et e contra is discretionis ordo in præcedentibus servetur, ne bonorum innocentia insidiis pateat malignantium, et sub pietatis specie graventur innoxii, et ne quod per circumspectam Sedis Apostolice vigiliantiam ad exterminationem haereticae pravitatis salubriter est provisum, per malitiosam calumniantium iniquitatem cedat in fidelium detrimentum et scandalum universorum. Sane dudum tempore Pontificatus Pauli

<sup>1</sup> Nov. Ep. in ejus Vit. — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 31.

<sup>1</sup> Pius lib. brev. sig. num. 1598. p. 198. — <sup>2</sup> Act. Cons. p. 288.

papæ IV prædecessoris nostri sanctæ memoriae, causa licet nulliter et injuste mota inter procuratorem nostrum, tunc suum fiscalem, et officium sanctæ Inquisitionis actores ex una, et dilectum filium nostrum Joannem tit. Sancte Mariæ Transtyberim ejusdem S. R. E. presbyterum cardinalem, Moronum vulgariter nuncupatum, ex altera parte, de et super eo, quod prætendebatur, eundem Joannem cardinalem in nonnullis articulis pro parte fisci et officii prædicti productis, male et aliter quam sancta Romana et Catholica Ecclesia tenet, sensisse, rebusque aliis latius in actis causæ et causarum hujusmodi deductis; Nos post nostram ad summi Apostolatus apicem divina favente clementia assumptionem, causa predicta adhuc indecisa pendente reassumpta, cum dilectis filiis Jacobo tit. Sanctæ Mariæ in Via Puteo, et Michaele tit. Sancte Marie supra Minervam Alexandrino, summo inquisitore, sacrae Theologiae magistro, sanctæ Romanae Ecclesiae presbyteris cardinalibus ambobus in officio sanctæ Inquisitionis, et a prædecessore nostro inter alios judicibus, et in hac causa a nobis specia-  
liter deputatis, quoad ejus merita cognoscendam et nobis referendam commisimus. Qui visis et mature discussis omnibus pro parte fisci seu officii prædicti deductis, et ex adverso exceptionibus quoque et juribus pro parte Joannis cardinalis productis et probatis, nobis statutum totius causæ retulerunt conformem innocentiae prædicti Joannis cardinalis. Nos igitur hac causa inter procuratorem, seu officium prædictum ex una, et dilectum filium Joannem prædictum parte ex altera coram nobis, et de mandato nostro coram prædictis cardinalibus sic pendente, habita prius relatione predicta, et de meritis totius causæ etiam aliter ad plenum informati, Domini nostri Iesu Christi nomine invocato, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam in supremo justitiae throno pro tribunali sedentes, et solum Deum pra oculis habentes de illorum et aliorum sacre paginæ, et jurispritorum consilio ferimus in his scriptis, pronuntiamus, sententiamus et definitimus, capturam et carcerationem dicti Joannis cardinalis alias tempore Pontificatus Pauli prædicti, et forsan de illius mandato, nullis penitus ad id legitimis indiciis præcedentibus factam, neconq; inquisitionem contra eum formatam, et totum processum contra ipsum Joannem cardinalem factum, presertim ex defectu formæ in capitulis concilias ejusdem Pauli contra hujusmodi cardinali necessarie non servatae, nulliter et de facto processisse, annulamus et irritamus, nulliusque momenti fuisse decernimus; et nihilominus dicimus, et judicamus etiam ex tali processu ipsum cardinalem Joannem nequaquam fuisse aut esse de heresi, aut quibusvis delictis et criminibus heresum, et hereticam pravita-

tem, seu ejus suspicionem quomodolibet concernentibus culpabilem convictum, aut confessum, vel apprehensum, aut aliquo modo suspectum, aut etiam legitime diffamatum, sed in omnibus iis, quæ contra eum pro parte fisci et officii prædicti, ut præfertur, prælendebantur, innocentissimum, et nedum culpa, sed omni prorsus suspicione carentem: quinimo ex deductis pro parte ipsius Joannis cardinalis constare dicimus, et judicamus, ipsum, tam in articulis illis, quam in omnibus aliis sanctam Christi fidem, et Christianam religionem concernentibus bene, sancte, Catolice, et juxta S. R. E. et sanctorum Patrum Traditiones omni tempore sensisse et tenuisse, et ita non solum verbis, sed etiam operibus ubique semper testatum esse, et pro tali ab omnibus probis et Catholicis viris semper habitum et reputatum fuisse ubique locorum. Idcirco illum ab omnibus et singulis contra eum, ut præfertur, pro parte fisci seu officii sanctæ Inquisitionis prætensis imputationibus, et a quibuslibet in processu fisci ubique contentis, allegatis et positis tanquam innocentem et innocentissimum, omnique prælensæ heresis culpe macula et suspicione carentem absolvendum et liberandum fore, et esse, prout absolvimus et liberamus, proque absoluto et liberato haberí volumus et mandamus; carcerationem quoque, inquisitionem et processum prædictum, alias vexationes præmissorum occasione ipsi Joanni cardinali factas, illatas et præstitas, fuisse et esse temerarias, iniquas, et illicitas, ac injustas, et de facto et perperam factas, et præsumptas, et nullam propter præmissa estimationis notam etiam minimam ullo modo incurrisse decernimus, ac de et super illis omnibus et singulis præmissis procuratori fiscali et officiis prædictis perpetuum silentium imponendum esse et imponimus, et ita dicimus, absolvimus, liberamus, et declaramus, ac sentientiamus omni meliori modo. Ita pronuntiamus.

« Ita videtur pronuntiandum Serv. etc. Jacobus Puteus. In eadem sententia cum sanctissimo et cum reverendissimo domino Puteo convenimus. Frater Michael G. cardinalis Alexandrinus humili. etc. Sanctitatis vestræ, etc. »

99. Proiectus est in eodem consistorio cardinalis Moronus ad majorem dignitatem, atque ex presbytero Sanctæ-Mariæ Transtyberim, creatus Albancensis episcopus, cum Paceechus cardinalis et vivis abiisset; in eodem etiam Consistorio cardinalis Turnonius et Sabinensi episcopatu ad Ostiensem, extincto cardinali Bellayo, Robertus vero Lenoneurtus ad Sabinensem translati fuere. Porro certiore fecit Pontifex Ferdinandum electum imperatorem, non modo cardinalem Moronum omni criminie caruisse, sed etiam omni criminis suspicione.

« Charissimo in Christo filio nostro Ferdi-

nando Hungariae, Bohemiae regi illustri electo  
Romanorum imperatori.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Majestatem tuam non ignorare credimus, praedecessori nostro felicis recordationis Paulo IV dilectum filium nostrum Joannem Sancte-Mariæ Transtyberim presbyterum cardinalium Moronum appellatum in suspicionem nonnullam venisse, minus eum recte de aliquibus fidei Catholicæ sentire dogmatibus, eamque ob causam in custodia diu habitum fuisse. Cujus causæ cognitio-nem propter ipsius magnitudinem, nos simul ac vocati ad Apostolicæ Sedis regimen fuimus, statim delegavimus aliquot ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus integerrimis viris, et juris utriusque ac Theologie peritissi-mis, mandantes eis, ut Dei tantum timore ante oculos habito, diligenter et subtiliter inquisita veritate, ad nos, quid super ea re compertum fuisset, referrent; qui quidem, cum summa cura, fide et diligentia mandatuni nostrum executo se esse retulissent, ac sibi cognitum et compertum esse testati fuissent, nihil contra ipsum cardinalem jure actu, nihil probatum fuisse, contraque et ex plurimorum, eorumque gravissimorum testium dictis, et ex aliis probata-tibus certissimis constare sibi, ac patre, inno-centem eum, nec crimine solum, sed omni prorsus suspicione criminis carere. Nos omnibus que acta fuerant diligenter auditis et con-sideratis, et ejus viri innocentia plane perspecta, eum, sicut justitia postulabat, ab omni crimen et ab omni suspicione ejus absolvimus, sicut intelligere poteris ex sententia, que in Consistorio nostro secreto lecta et publicata fuit cum ingenti omnium fratrum nostrorum approba-tione atque laetitia, cuius exemplum cum his litteris conjunctim ad te misimus: qua de re serenitate tuam certiore faciendam esse duximus, cum hoc æquum ac justum esse, et prestantissimis virtutibus, multisque ac magnis hujus cardinalis erga Sedem Apostolicam meritis deberi a nobis intelligeremus, ut famæ atque existimationi ejus, qua hujusmodi suspi-cione fortasse nonnulli violata fuisset, consule-remus, quod discussa omni falsæ suspicionis nebula, fidei candor ejus omnibus notus sit atque perspicuus; letum optatumque nuntium pro tua erga Sedem Apostolicam devotione allatu-ros nos esse majestati tua minime dubitantes. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die xviii Maii MDLX, Pontificatus nostri anno i ».

100. *Philippi Melanthonis obitus.* — Obiit hoc anno Philippus Melanthon, ac in terram tenebra-rum, quam nomine præferebat, abiit, Terram, inquam, tenebrarum, et umbra mortis, ubi sem-piternus horror inhabitat. Hic fuit Lutheri inter-preps<sup>1</sup>, sine quo, inquit Joannes Cochlæus, pa-

rum Lutherus nocuisset Ecclesia; ille perpoli-vit ejus scripta, et hæresum monstra, que plu-ribus erant horro, in venustiorem formam redigil; hic Confessionem Augustanam com-posuil, ac sepius immutavit, utpote humanum commentum, suaque hypocrisi, et blanda morum et orationis suavitate, atque eloquentia Germanie principes fascinavit, quos Lutheri furor et insolens insania offendebat: novarum hæresum fuit auctor, quas Joannes Cochlæus in suis Philippicis ad Carolum Quintum Cesarem confutavit, atque inter alias Mahometis bal-nea inducere apud suos visus est, dum Baptismum pro peccatis abluendis repetendum voluit, hoc enim facilis et blandius remedium, quam difficilis et acerbæ exhomologeos Sacramen-tum opinabatur: hi enim hæresiarchæ non modo se æquare Christo, sed præferre voluere, dum institutorum ab eo Sacramentorum partem de-lere, vel immutare, aut atia substituere, ac fin-gere voluerunt; cum dubius in fide semper fluctuasset, in extremo vita actu maxime ostendit, nam adjuratus a matre anu adhuc superstite, quæ religio foret sequenda, respondit, Luthe-ranam jucundiorem esse, Catholicam securiorem. Afficitur hoc elogio a Surio<sup>1</sup>: « Lutheri-nismi egregius propagator, licet in Eucharistia negolio Zuinglianismi, quam Lutherismi esset studiosior. Multum is vir nocuit Ecclesiæ, vel hoc solo nomine, quod modestia quadam usus multorum sibi incautos animos conciliavit, cum Lutherus sane importunus et vellemens invisum se nonnullis hoc ipso redderet. Fertur autem Melanthon aliquot Lutheri scripta limasse et castigasse, quæ alioqui in lucem sic emissa, ut Lutherus impotenti quodam animi impetu et insolentia ea confecebat, plurimum Lutheri dogmati detractura fuisse putantur. Fuit Melanthon admodum familiaris Sacramentariis, quippe a quorum dogmate non valde abhor-reret. Joannem Crispinum ad edenda denuo OEcolampadii scripta hortatus est, Bullinger et Calvinus de rebus suis saepè scripsit familiariter, multis studiosis auctor fuit, ut Tigurum et Genevam ob cognoscendam liquido de Eucharistia sententiam se conferrent. Et quia illum non puduit a patris sui Lutheri dogmate Eucharis-tico dissentire, ipsius quoque discipuli et alumni, et vivum, et mortuum multis conviciis, ut quidam seribit Sacramentarius, lacerarunt. Et quidni illum lacerent sui, quando ille toties laceravit matrem Ecclesiam Catholicam? »

101. *Heidelbergæ exurgit novus hæresiar-cha.* — Prodiit Heidelbergæ novus hæresiarcha Boquinus apostata; hic voluit Christum non esse pro omnibus mortuum, nec ab omnibus in Eucharistia accipi; quam priorem hæresim denuo in Gallis repullulantem, nostra vtale

<sup>1</sup> Sur. in Comm. hoc anno. Joan. Cochl. in Phil.

1 Sur. in Comm.

Innocentius Decimus et Alexander Septimus Apostolicis sanctionibus jugularunt.

102. *Congensibus Evangelium prædicatur.* — Illatum est hoc ipso anno Evangelium in regno Congitanum a Gonsalvo Sylvio Lusitano Societatis Jesu sacerdote, de cuius præclaro studio hæc scribit Nicolaus Godignus<sup>1</sup>: « Gonzalus de via fessus, nec satis consistens, regem, nimirum Congitanum, adit, das ipsas a Constantino proroge Indiarum litteras offert, adventus sui causam exponit. Ille rebus majorem in modum latus rex, ita in primis litteras accepit, ut se a proroge singulariter honoratum palam testificaretur. Mox reginam, principes filios, ceteramque domus sua nobilitatem ad audiendum Gonzalum acciri jubet. Adsunt, et alii Cafres note inferioris nobilibus permixti. Tum attentis omnibus ac stupenibus, de Christi fide dicere Gonzalus aggreditur, primaque ponit Christianæ doctrinæ fundamenta. Paucæ eo die inculcata; reliqua in sequentes omissa, et pedentim exposita; donec apte omnes Christianis præceptionibus instructi, et cœlesti lavaero idonei judicati. Tum vero celeritate, ut locus fernal, maxima, splendidoque rerum variarum apparatu, lustrali aqua simul aspersi rex, regina, regii liberi, propinquique nobiles permulti, et quotquot fere in aula erant. Constantini nomen impositum regi, in memoriam, et magni Constantini imperatoris, sub quo florere Christiana religio olim cœpit, et Constantini Brigantis tunc Indiæ proregis, de ipso Congensi rege, deque ejus ad Christi conversionem optime meriti. Regina Catharina, regina soror Isabellæ nomen accepit. Illa a Catharina Joannis Tertiæ Lusitanorum regis conjugæ, et Caroli V imperatoris sorore, hæc ab Isabella Odoardi principis uxore, Jamii Brigantinorum ducis filia, atque ejusdem proregis Constantini sorore. Regis filii et alii viri principes aliis quoque Lusitanorum principum nominibus honorati sunt. Septem hic hebdomadas commoratus Gonzalus est; quo tempore tantum Christo adscripsit Æthiopum numerum, quantum studiosissimus quisque posset optare ». Sacram prælerea adem assumptæ in eolum Deipara titulo ibi extrui coptam, narrat Sacchinius. Ceterum, ut Evangelici missi ab animarum lucris exquirerent nullis, vel periculis vel laboribus alsterrentur, sciantque se potentes tunc esse, cum intifmantur, juvat hic ejusdem Gonzali Sylvieræ ad Patres, qui erant in India Epistolam describere, in qua sic habet: « Duplice de causa, charissimi fratres, hæc ad vos scribo: prima, ut illud meminerim, quod nemo vestrum ignorat, neque ignorare potest, si Deo ejusque obsequio juxta sacrosanctæ obedientia præscriptum totos

nos ac penitus tradiderimus, fore ut ille nobis vita et salus sit, omniaque ad vitam necessaria abundantissime suppedet: altera est, ut intelligatur, cum morbo aliquo vel alio vita incommodo Dei causa præpedimur, tunc ipsum per se nostra gerere negotia, et otiosas atque inanem esse hominis operam, quando sine illa aliquid sibi divina bonitas agendum assumit: quare sive ullam sanitatis passi jacturam, sive aliis involuti malis a proposito retardemur, ferenda nobis æquo animo omnis rerum vicissitudine est, ac tota nostri nostrorumque negotiorum cura in Deum jactanda, ipsique infinitæ semper agendæ gratiae, quod efficere solus velit, quæ nos ob animi nostri elationem et pravitatem corrumperemus potius, quam efficeremus. In nobis ipsis observate, charissimi fratres, quod dico. Cum enim gravissimo omnes tenebremur morbo, essemusque ad omnia plane inepti, multo plus divina præstittit bonitas, quam viribus integris sperare, aut etiam cogitare nos ipsi poteramus. Nihil igitur nostra aegritudo nobis, aut Cafrum conversioni incommodavit, quin potius magnum attulit adjumentum, ut et virium nostrarum infirmitatem et immensam Dei clementiam melius agnosceremus. Quod ad me affinet, in Monotapæ regnum, duce numine, propediem proficiscar, etc. » Hæc Gonzalus, qui, cum etiam Monotapæ regem ejusque matrem lustralibus aquis abluiisset, ac perfidus rex, Mahumetanus impellentibus, ad ingenium rediisset, anno insequentie postridie idus Martias ipso jubente, mercedem lingue fidelis optata mortem recepit Sylveria.

103. *Erectio ducatus Brachiani et Marchionatus Anguillaræ pro Paulo Jordano Ursino, et successoribus.* — Antequam ad anni exitum perveniamus, Pii pape Diploma<sup>1</sup> referemus, quo præclarissimam Ursinorum familiam, erecto in ducatum Brachiano, nobili corum ditionis oppido decoravit, eo præcipue nomine, quod Apostolice Sedi semper devota extiterit; quo glorioso titulo magis, quam tot avitis insignium virorum monumentis inclarescit.

« Ad perpetuam rei memoriam.

« Cum dominus et nobilis familia Ursina infer antiquas aliae Urbis nostræ domos et familiæ admodum illustris existat, Sedi et Romana Ecclesia prædictæ semper devota fuerit, ex ea que non solum felicis recordationis Nicolaus papa III multique ejusdem Romanae Ecclesie card. sed multi quoque domicelli prisce illius virtutis Romanae alumni in egregios armorum duces evaserint, fortisque et memorabilem dictæ Sedi operam, tam in bellicis, quam in domesticis, aliisque rebus strenue navaverint, ac propterea, et ex certis aliis animum nostrum moventibus causis dominum prædictam, ac di-

<sup>1</sup> Nic. Codignus in Vita Gonsal. Sylvar. I. II. c. 3. Sacch. b. II. II. Soc. an. 1560.

Pius IV. reg. sig. num. 18. recent. 1952. p. 417.

lectum filium nobilem virum Paulum Jordaniū Ursinū Romanū primarium ejusdem domus et familiæ Ursinæ virum, ejusque posteritatem specialis gratiæ favore prosequi volentes, ex motu proprio, etc. Brachianum » et mox « in perpetuum et nobilem ducatum, cum jurisdictione, imperio et gladii potestate, et privilegiis, prærogativis, signis et insigniis ad perpetuum et nobilem ducatum pertinentibus Apostolica auctoritate ex certa scientia, tenore presentium erigimus et instituimus, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLX, VII idus Octobris, Pontificatus nostri anno 1 ».

104. *Veritas præsentia Christi Corporis in Sacramento miraculo comprobatur.* — Illustrata est hoc anno in Pieuo veritas præsentia Christi in Eucharistia Sacramento prodigo insigni, cum incenso templo, inter cinerum cumulos Eucharistia liquefacto etiam tabernaculo argenteo, in linteamine, quod corporale vocant, integra reperta est: sed hæc a Pontifice <sup>1</sup> audiamus:

« Venerabili fratri Ludovico episcopo Brisbanioriensi.

« Venerabilis frater, etc. Allatum nuper ad nos fuit, quod certe mirabile dictu est, et omnia in virtute Potentissimi fieri credere debemus, die Martis post Pascha Resurrectionis Dominicæ proximæ præterita in Ecclesia monasterii fratrum ordinis sancti Francisci de observantia in territorio oppidi Morri Vallium provinciæ nostræ marchiæ Anconitanæ consistentis, casu quodam incendium adeo magnum fuisse, ut ex eo Ecclesia ipsa tota conflagraverit: paucisque post diebus, dum altare majus ejusdem Ecclesie in locum cooperpert reduceretur, cineresque quo id facilius fieret, removerentur, inter cineres hujusmodi et fragmenta prægrandis marmorei lapidis altari superstare soliti, fervoreque ignis in centum et amplius partes disjecti, sanctissimum Eucharisticæ Sacramentum, quod in Tabernaculo argenteo deaurato, a flammarum impetu consumpto, et penitus liquefacto

reconditum antea manebat, super ipso corporali, ubi locatum fuerat, salvum, integrum, illæsumque repertum esse ad Dei Domini nostri Jesu Christi laudem et gloriam sempiternam. Nos igitur tali tantoque nuntio auditio, statim rei magnitudine ac gravitate permoti, aliquem virum religione, integritate, prudentia, atque doctrina preditum nobis diligendum duximus, quem pro hujus miraculi certa et indubitata veritate habenda, ad locum, in quo virtus Altissimi ita aperte se manifestavit, mitteremus; itaque fraternalitati tuae per presentes mandamus, ut quamprimum ad terram Morri Vallium prædictam ac monasterium te personaliter conferas, ibique omnia, quæ in tali casu inquirienda et consideranda fuerint, majori quo poteris studio ac sollicitudine alte et mature perpendas, inspicias et consideres, necnon quascunque personas, quæ admirabili ac vere divino huic facto intervenerunt, et quosvis alios, successus conscos, aut participes, quos ad perhibendum testimonium idoneos et opportunos esse cognoveris, pro indaganda et habenda veritate, ad te evocare studeas, et eos quemadmodum res gesta fuerit, idque quo pacto viderint, aut sciant, diligenter scruteris, interroges et examines, illorumque dicta ipsis formaliter examinatis in scriptis redigas, cætera quoque ad hoc necessaria exequaris; denique super his omnibus processum in forma valida et probante formes et facias, illudque sic per te confectum et manu notarii publici subscriptum ad nos quantocuyus referre procures, ut eo inspecto, et facti veritate cognita et comperta, pro eximia nostra pietate, et propensa in Redemptorem nostrum devotione, et celeriter deliberare et prosequi valeamus, quæ pro tanta tamque memorabilis rei pondere agenda, providenda explicandaque nobis esse videbuntur; super præmissis enim omnibus et singulis tibi plenam et amplam facultatem et auctoritatem concedimus per easdem præsentes: in contrarium facientibus noui obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum die vii Maii MDLX, anno 1 ».

<sup>1</sup> Pius IV. lib. sig. num. 2898. p. 138.

## PII IV ANNUS 2. — CHRISTI 1561.

1. *Præsides Concilii designati a Pontifice, cardinales creati, et indulgentiarum concessarum orantibus pro felici rerum exitu.* — Anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta, Pius Pontifex flagrantissimo asserendæ religionis studio ad suscepta sacra consilia de celebranda Synodo Æcumenica promovenda, atque in opus perducenda incubuit, cum ob abruptas, intermissiones, vel suspensas a superioribus Pontificibus Synodos hæreses longe efferatores increvissent, atque insolescentibus impiis, Catholicis animis debilitati mœrerent : piorum itaque omnium expectationem spemque non æquavit modo, sed etiam diligenter vicit.

Itaque quarta decima die mensis Februario<sup>1</sup>, ut habent Acta Consistorialia, coacto senatu, deputati fuerunt legati de latere ad sacrum Æcumenicum Concilium Tridentinum reverendissimi DD. Puteus et Mantuanus cum facultatibus etc. Meminit ejusmodi designationis Latinus Latinius, cardinalis Putei a secretis, in Epistola ad Andream Masiū<sup>2</sup>. « Nunc patronus meus valet, quanquam debilitate pedum ingredi nondum potest, domi certe adhuc se continet, neque in publicum prodit. Is XVI kal. Martii designatus est frequenti senatu legatus ad Synodum Tridentinam cum reverendissimo Mantuano ». Pergit etiam enarrare, quemadmodum, novis a Pontifice cardinalibus creatis, tres alii additi sint Concilio legati : « Deinde, inquit, cooptatis in cardinalium collegium duodevigintri viris illustribus, additi sunt tres legati, Warmiensis, Salernitanus et Pisauriensis cardinales, quorum aliqui ante Paschalia festa Tridenti erunt ». Quinam autem fuerint duodeviginti isti cardinales, exhibent Acta Consistorialia per hæc verba :

« Romæ die vigesima sexta mensis Februa-

rii fuit Consistorium. S. D. N. creavit et assumpsit in sancte Romanæ Ecclesiæ presbyteros et diaconos cardinales infrascripto ordine qui sequitur, videlicet : R. Dom. Hieronymum archiepiscopum Salernitanum Seripandum, R. D. Bernardum episcopum Sancti-Pauli, de Salvaticis, R. P. D. Stanislaum episcopum Varmien., R. P. D. Petrum Franciscum Ferrerium episcopum Vercellen., R. P. D. Ludovicum episcopum Pisauensem., R. P. D. Antonium episcopum Atrebaten., de Granvela, R. P. D. Philibertum Naldum episcopum Engolismensem de la Bordisiera. Diaconos vero, dominum Ludovicum Estensem, dominum Ludovicum electum Tridentinum, D. Marcum Siticum electum Cassanensem , dominum Franciscum Gonzagam , D. Franciscum de Avalos, D. Alphonsum Cesualdum, D. Franciscum Pacechum, D. Joannem Franciscum abbatem de Gambara, D. Marcum Antonium Amulium oratorem Venetum, D. Bernardum Navagerium, D. Hieronymum de Corregio, ac aliorum reverendissimorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium cætui, etc. aggregavit, cardinalesque fore, et esse, ac pro cardinalibus haberí debere, et plenum jus cardinalatus in re quæsitus eis esse decrevit et prouintiavit etc. admisit etc. praesentibus vero de more biretum rubrum benedictum per Sanctitatem suam tradidit, absentibus autem per nuntium suum specialè transmisit, ac presbyteros et diaconos cardinales respective publicavit, cum retentione pro eorum singulis omnium beneficiorum, et pensionum, et iurium ad beneficia. Die vero x Martii m. lxi, Romæ fuit Consistorium, in quo S. O. N. præter reverendissimos legatos jam deputatos ad Concilium Tridentinum, videlicet Puteum et Mantuanum, deputavit, seu creavit tres alios, videlicet, Salernitanum, Varmien. et Simonettam; ita quod interim reverendiss. D. Varmiensis remaneret legatus de latere apud serenissimum

<sup>1</sup> Ms. card. Spadæ lo. CXXXIV. p. 226. — <sup>2</sup> To. II. Lucub. p. 87.

imperatorem ». Quæ ad Illosium ipsum cum Jacobus cardinalis Puteus scriberet<sup>1</sup>, hæc habet : « Tu, quod magno desiderio tenebamus, cum Siripando et Simonetta reverendissimis cardinalibus adjunctus nobis collega es in legatione ad Synodus. Faxit Deus optimus Maximus, ut in gravissimo negotio perficiendo, omnes omnium ordinum et nationum voluntates ita coeant, ut unum omnes velimus et sentiamus, etc. » Qui, et in alia ad eundem<sup>2</sup> postcommendatum Pontificis singulare judicium in illis designandis : « Quos, inquit, optare poteram collegas sapientiores, meique amantiores mihil dari, quam qui dati sunt? Quare in spem certam veni fore, ut ex sententia succedant omnia, quando initia tam prospera ceciderunt. Magna et quidem merito apud omnes est collegarum meorum probitatis eruditissime opinio, spectata sapientia est eorum in rebus auctiis agendis industria, itaque bono animo sum, speroque Denim Ecclesiæ suæ calamitates miseraturum, tandem aliquando ejus tranquillitatem nobis redditurum ».

Addunt Acta in eodem Consistorio concessum fuisse pallium a Pontifice archiepiscopo Maxcamanan in Armenia, ex quo constat<sup>3</sup> Armenos obsequio et fiduci confessione conjunctos esse cum Ecclesia Romana : « Placuit etiam, ut aiunt Acta Consistorialia, in Consistorio decima septima ejusdem mensis MDLXI, ut aliquibus cardinalibus nuper creatis mitterentur pilei : et in eodem Consistorio fuit data crux reverendissimo Salernitano legato ad Concilium, comitato a reverendissimis cardinalibus extra portam Sancti-Petri de more ».

2. In eo Patrum senatu conscriptum ac promulgatum est Diploma<sup>4</sup> de quinque iis legatis Concilii Tridentini praesidiis designatis, quod subjectis verbis conceptum est, eodemque die consignatum :

« Pius episcopus, etc. Dilectis filiis Jacobo Sanctæ-Mariæ in Via, Puteo, et Herculi S. Mariae-Novæ, de Mantua, ac Hieronymo Sanctæ-Suzannæ, Seripando, et Stanislao Warmiensi, necnon Ludovico S. Cyriaci in Thermis, Simonetæ, titulorum presbyteris cardinalibus nuncupatis, nostris et Apostolicae Sedis de latere legatis, salutem, etc.

« Regimini et curæ universalis gregis Domini, meritis licet imparibus, disponente Domino, præsidentes, sic utiliter ac sollicite, quemadmodum ad boni et prudentis patris familias spectat officium, injunctum nobis pastoralis munieris debitum exercere pro virili nostra studemus, ut ea quæ rationabilibus et legitimis obsistentibus causis per nos ipsos prestare non possumus, præsertim quando talia sunt, quæ

moram non patiuntur, per alios viros virtute et auctoritate præstantes efficere diligenter curemus. Cum itaque nos nuper ad schismata et hereses, quæ per omnes reipublicæ Christianæ partes pervaserunt, tollendas, neconon ad corrigenados et reformandos mores Christiani populi, pacemque inter Christianos principes conservandam, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalium consilio et assensu sacrum OEcumenicum Concilium in civitate Tridentina ad sacratissimum diem resurrectionis Dominicæ proxime futurum, per alias nostras sub plumbō confectas litteras celebrandum decreverimus, prout in eisdem litteris plenius continetur : Nos nolentes, tam sanctum celebrandi ipsius Concilii initium ullo pacto impeditri, quod forte contingeret, si nobis variis in dies corporis infirmitatibus, ac alias multiplice impeditis et propterea ad eamdem civitatem Tridentinam ad præsens accedere, et ipsi Concilio juxta animi nostri desiderium interesse nequeuntibus, nullus nostro illuc nomine mittetur; vos fide, prudentialia, probitatem, doctrinam et rerum experientiam admodum claros, insignes atque etiam probatos, cum plena, libera ac omnimoda legatorum de latere potestate, specialique et expresso mandato, neconon ratificationis, et aliis clausulis in similibus apponi solitis, de simili eorumdem fratrum nostrorum consilio et assensu nostros et Apostolicae Sedis legatos de latere auctoritate Apostolica tenore presentium constituimus et deputamus, vosque ad dictam civitatem Tridentinam pro Concilio hujusmodi celebrando, tanquam pacis angelos destinamus, ac vobis, seu uno aut duobus, vel tribus, seu pluribus ex vobis legitimo impedimento detentis, vel absentibus, uni, si unus tantum in dicta civitate affuerit, seu duobus, aut tribus, vel iis ex vobis, qui in eadem civitate Tridentina præsentes fuerint, ad celebrationem ipsius Concilii, favente Domino, procedendi, ac nomine et auctoritate nostra illi præsidendi, neconon quæcumque in eodem Concilio pro tempore decisa et ordinata, ac per majorem partem vestrum in dicta civitate Tridentina præsentium comprobata observari mandavit, in illo, pro vesta pietate et sapientia ea omnia quæ in præmissis et circa ea necessaria, et alias quomodo libet opportuna esse, aliasque ad laudem et honorem Dei pertinere noveritis, etiam si magis speciale mandatum exigant, faciendi, gerendi et exercendi plenam et liberam auctoritate et tenore prædictis concedimus potestatem et auctoritatem. Quocirca circumspectioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus injunctum vobis munus hujusmodi ita impellere studeatis, ut sperati fructus inde proveniant, vosque a nobis commendationem, et a Deo bonorum operum retributore felicitatis æternæ gloriæ consequi valeatis. Datum Romæ apud

<sup>1</sup> To. I. Lucub. Lat. p. 193. — <sup>2</sup> Pag. 193. — <sup>3</sup> Ib. p. 331. —

<sup>4</sup> Pius IV. lib. Bull. sig. num. 1954. p. 100.

Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominiæ MDLXI, VI idus Martii, Pontificatus nostri anno II.

3. De hisce legatis decretis, deque instaurato Concilio hæc Angelus Massarellus<sup>1</sup> sribit:

« De sacro OEcumenico Concilio Tridentino sub S. D. N. Pio IV Pontifice Maximo.

« Sacrosanctum OEcumenicum et generale Concilium Tridentinum suspensum fuerat ad biennium sub Julio III Pontifice Maximo anno Domini MDLII, die xxviii mensis Aprilis, ob vigentia tunc bella in diversis orbis partibus, ac præsertim in Germania: ea tamen lege suspensiō ipsa facta fuit, ut si ante ipsum biennium res pacata fuisset, statim suspensiō subtala censeretur, si vero ultra biennium impedita, quæ tunc Concilii celebrationem impeditabant, perdurasset, Concilii item suspensiō perduraret. Obiit interea Julius Papa III die xxii Martii MDLV, creatureque Pontifex Maximus Marcellus II die x Aprilis dicti anni, et post eum (qui xxii tantum diebus vixit) Paulus IV die xxiv Maii subsequentis, sub cujus Pontificatu obiit Carolus V imperator die xxi Septembri MDLXVIII, vigente eo tempore maximo bello inter Philipum ipsius Caroli filium, Hispaniarum regem Catholicum, et Henricum II Gallorum regem Christianissimum, inter quos tandem Dei benignitate pax constituta est mense Aprilis MDLIX, mortuo vero Paulo IV die xviii Aug. ipsius anni MDLIX, creature Pontifex Maximus S. D. N. Pius IV die xxvi Decembri ejusdem anni, qui quidem Pontifex statim initio sui Pontificatus, cum anniadverteret sanctam Dei Ecclesiam maximis incommodis atque calamitatibus extam variis in Catholica religione subortis hæresibus, erroribus atque dissidiis afflictam ac misere laceram, ut eam aliquando de his malis liberam in pristinum candorem ac puritatem restitueret, exemplo prædecessorum suorum sacram OEcumenicum et universale Concilium, utpote unicum et salubre remedium, celebrandum decrevit: idque eo ardentiore animo fecit, cum impedimenta, quæ ante Concilii celebrationem, ut superiorius demonstratum est, remorabantur, essent amota, pace scilicet inter Christianos principes constituta, quare publicato prius die xix Novembri MDLX, per universum orbem solemni ac plenissimo Jubile orantibus pro felici successu ipsius Concilii, die Dominica II mensis Decembri dicti anni ad Dei laudem et gloriam, ad exaltationem et incrementum fidei Catholicae, ad exsirfationem hæresum, morumque reformationem, ad Ecclesiæ unionem et pacem, ad depressionem hostis Christiani nominis, inductionem seu prosecutionem ipsius Concilii in civitate Tridentina ad

festum Paschalis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, qui erat dies vi Aprilis MDLXI, publicavit edita Bulta, quæ incipit, *Ad Ecclesiæ regimen etc.* sub data Romæ apud Sanctum-Petrum III kalend. Decembri MDLX, Pontificatus sui anno I, nec multo post, nempe die x Martii MDLXI, creavit quinque ipsius sacri Concilii præsidentes et legatos, videlicet illustrissimos DD. Jacobum tit. Sanctæ-Mariæ in Via, Puteum, Herculem tit. Sanctæ-Mariæ Novæ, de Mantua; Hieronymum tit. Sanctæ-Susannæ, Seripandum, Stanislaum, tit. Sancti-Pancratii, Varmensem, et Ludovicum tit. Sancti-Cyriaci in Thermis, Simonetam nuncupatos, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteros cardinales ».

4. Ad pelliciendos ad Concilium præsules, ac fideles ad sacras preces pro divina ope concilianda fundendas incitandos, gratuitam noxarum veniam iis proposuit<sup>1</sup>, qui rite sacramentis muniti legatorum ingressum sua præsentia co-honestarent, ac pro felici successu Concilii orarent :

« Universis et singulis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, etc.

« Cum nos superioribus mensibus, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, sacram OEcumenicum et universale Concilium in civitate Tridentina ad sacratissimum diem Resurrectionis Dominicæ proxime futurum ad Dei Omnipotens laudem, et Christianæ reipublica tranquillitatem celebrandum decreverimus, et nuper dilectos filios nostros Jacobum Sanctæ-Mariæ in Via, Puteum, et Herculem Sanctæ-Mariæ Novæ, de Mantua, et Hieronymum Sanctæ-Susannæ, Seripandum, et Stanislaum Warmensem, necnon Ludovicum Sancti-Cyriaci in Thermis, Simonetam nuncupatos, titulorum presbyteros cardinales ad nostro nomine eidem Concilio præsidentum legatos nostros deputaverimus; nos cupientes pro pastorali nostro officio, et erga Christi fideles charitate, tam sanctum opus spiritualibus gratiis decorare, omnibus et singulis utrinque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, seu statutis a jure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui ingressui corundem cardinalium legatorum vel alicujus eorum in civitatem ipsam Tridentinam interfuerint, et pro celebratione ejusdem Concilii pias ad Deum preces effuderint, eam indulgentiam et peccatorum remissionem etiam plenariam concedimus quam ipsi cardinales legati, vel aliquis eorum declaraverit, super quo plenissimam eis et eorum cuiilibet tribuum potestatem; contrariais non obstantibus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum die xxi Martii MDLX, anno II ».

5. *Diversa sanctiones quibus providet Pius*

<sup>1</sup> Aug. Massarellus ante actis Concil. Trid. sub Pio IV. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 447.

Pius IV. l. 1. sig. uum. 2898. p. 418.

*libertati Concilii et successioni Pontificum, durante Concilio.* — Pervenere Tridentum<sup>1</sup> decima sexta Aprilis cardinales legati, solemnique pompa urbem ingressi sunt hora vigesima secunda, quibus cardinalis Madrutius magno nobilium comitatu, novemque episcopis stipatus occurrerat tertio extra urbem milliari, magnoque ac laeto populi concursu excepti fuere, de quo eorumdem legatorum ad cardinalem Borromaeum extant litteræ.

Instructi sunt iidem cardinales auctoritate a Pontifice, ut haereticos, non ejusrat publice erroribus, conciliarent Ecclesiae<sup>2</sup>, ne pudor plures a via salutis adeunda absterreret, de quo legati Carolo cardinali Borromaeo gratias eggerunt xix Maii. Cum vero in Lovaniensi Academia Michael Baius et Joannes Hessels disseminatis novis opinionibus turbas excitassent, ac pars ad Parisienses theologos confugisset, a quibus Baius et Hessels damnavi fuerant, hinc inde controversiarum libri magno fidelium offendiculo plures evulgati fuere, quapropter cardinales legati Carolo cardinali Borromaeo suaserunt, ut sedandis earum Academiarum turbis daretur opera; cunque Pontifex Wilielmum Lindanum theologum Romam accersivisset<sup>3</sup>, optimum fore judicatum est, si Pontifex Lovaniensibus theologis daret imperia, ut omissis iis controversiis ad defendandam fidem Catholican adversus haereticos conjungerent studia, atque ex suis aliquos ad Concilium Tridentinum mitterent; ac si quis e factionis auctoribus vellet Tridentum accedere, illum humanissime habitum iri significaret. De horum theologorum opinionibus, et de via, qua tuus cum istis esset agendum, plura infra videbimus ex litteris cardinalis Commendoni, qui valde utilia consilia dedit, ut turba ab istis theologis excitatae sedarentur.

6. Contigit<sup>4</sup>, ut nonnulli ex Lutheranis, in quibus fuere Zanchius et Sturmius eruditissima fama celebres, Concilium Tridenti indictum laudarent, sed mutandam Concilii formam obtulerent, abreptique impia vaesania poscerent, ut episcopi religione sacramenti Pontifici praestiti solverentur; significarunt vero Carolo Borromeo cardinales legati datis Tridenti vi Julii litteris, posse eos ad Concilium accedere si velint, humanissimeque auditum iri<sup>5</sup>, inanem vero penitus atque a veritate abhorrentem esse eorum opinionem, qui pulent episcopos obstrictos esse, ut aduersus conscientiam suam in Concilio sententias promant; si quid ex injustis petitis indultum fuerit Protestantibus antequam ad Concilium venerint, in pervicacia futuros obscuratores, quasi causam vicerint; ceterum spondendam illis liberi commercii syngrapham, ut

summa clementia se admittendos, inque redditu dimittendos norint. Omnia vero haereticorum impudentissimus Baffingerus in Concilium librum scripsit, ac scripseral jam ante ipsum Petrus Paulus Vergerius nequissimus haereticus, qui fallaci argutia utebatur, nunquam pristinam Ecclesiarum redintegrationem instauratum iri, nisi in aliquo consenserint, coequo fuso contendebat veterem Conciliorum morem convellendum, ad quæ alludere Zanchium in iis, quæ proposualer, Borromeo cardinali legati vi Julii<sup>6</sup> responderunt. Consueto, ut alibi diximus, haereticorum commento, cum apud Catholicos alte fixum sit, quod nihil tam cogat in mortem, quam sub obtentu fidei integritatem ejusdem fidei violare, exploratumque sit, quemadmodum Nazianzenus aiebat<sup>7</sup>, «Parvo lapide submoto, flumen totum in pronum trahi».

7. Ut vero legati ad incertos rerum eventus amplissima potestate suffulti essent, ac comparati ad imminentia pericula avertenda, defugiendasque hostium insidias, Pontifex<sup>8</sup> eosdem legatos amplissima auctoritate instruxit, ut Concilium Tridento in aliam civitatem, si res posceret, transferre possent, cotusque Tridentinos dissolvere, utque maudata sua pœnarum adjectione armarent, jus contulit.

«Dilectis filiis Jacobo, etc.

«Cum nos superioribus mensibus, ex causis tunc expressis, sacrum OEcumenicum et generale Concilium in civitate Tridentina indixerimus, et quoniam ipsi legitime impediti ad dictum Concilium personaliter accedere, illique interesse non possemus, vos nostros et Apostolicæ Sedis legatos de latere in eodem Concilio de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, constituerimus et deputaverimus, vosque ad eamdem civitatem, tanquam pacis angelos, ad præsidendum dicto Concilio nomine et auctoritate nostra et Sedis destinaverimus, prout in diversis nostris desuper confessis litteris plenius continetur; nos ne tam sanctum celebrationis Concilii hujusmodi opus ex incommoditate loci, aut alias quovis modo impediatur, aut plus debito differatur, opportune providere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, de simili consilio, vobis in similitudine, aut tribus, vel duobus ex vobis reliquis legitimo impedimento detentis, seu forsan inde absentibus, quandocumque vobis videbitur, Concilium prædictum de eadem civitate Tridentina ad quacumque aliam commodiorem, et opportuorem, seu tuorem civitatem vobis visam transferendi et immutandi, et illud in ipsa civitate Tridentina suppressundi et dissolvendi, necnon prælatis et aliis personis Concilii

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Fran. card. Barber. sign. num. 1344. Ep. 1. —  
<sup>2</sup> Ib. Ep. ix. — <sup>3</sup> Ib. Ep. xv et xvi. — <sup>4</sup> Ib. Ep. xvii. — <sup>5</sup> Ib. Ep. xix.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Fran. card. Barber. sign. num. 1344. Ep. xix. —  
<sup>2</sup> Or. 1. — <sup>3</sup> Pius IV. lib. Bull. sig. num. 1654. p. 104.

hujusmodi, ne in eo ad ulliora in eadem civitate Tridentina procedant, etiam sub censuris et pœnis Ecclesiasticis inhibendi, ac idem Concilium in alia civitate hujusmodi, ad quam illud transferri et mutari contigerit, continuandi, tenendi et celebrandi, et ad illud prelatos et alias personas ipsius Concilii Tridentini etiam sub perjurii, et aliis in litteris indictionis Concilii hujusmodi expressis pœnis evocandi, eidemque sic translato et mutato Concilio nomine et auctoritate predicta præsidiendi, et in eo procedendi, ceteraque in præmissis et circa ea necessaria et opportuna alias juxta priorum vobis directarum litterarum nostrarum continentiam et tenorem faciendi, statuendi, ordinandi et exequendi plenariam et liberam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus potestatem et facultatem, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXI, X kal. Octobris, Pontificatus nostri anno 1 ».

8. Ad propulsanda etiam schismatum discrimina, asserendamque Apostolicæ Sedis auctoritatem adversum eos, qui in Concilio novis turbis Ecclesiasticis misere molirentur, diligenter Pontificis jus ad Concilium devolutum affectarent, si Concilii celebrandi tempore excurrente Pontificem e vivis migrare contigerit, sanxit Pius jus illud, tunc non ad Concilium, sed ad cardinalium senatum spectare, ac si ipse extra Urbem in alio loco e vita discederet, pronuntiata sententia distinxit, qua ratione, quove in loco pro subrogando novo Pontifice conveniunt essent, ut ex subjecta Constitutione<sup>1</sup> patet:

« Ad futuram rei memoriam.

« Prudentis patrisfamilias spectat cuncta quæ in ejus domo sunt provide disponere, quod illa debito ordine procedant, nec unum aliud impeditat, aut aliqua eorum insimul confusione inducant. Hinc est, quod nos, qui a summo Patre-familias in illius domo, meritis licet imparibus, dispensatores effecti sumus, et ex causa tunc expressis sacrum OEcumenicum et generale Concilium in civitate Tridentina indiximus, ne, si forte eveniat nos Concilio hujusmodi durante pro divina voluntate decedere, super electione Romani Pontificis confusioriatur, et exinde perturbande unitatis Ecclesie præstet occasio, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus matura deliberatione et diligentissimi examine, de ipsorum fratrum consilio et unanimi consensu, ex certa nostra scientia ac de Apostolice potestatis plenitudine, statuimus, decernimus et ordinamus, quod si contingat nos, Concilio hujusmodi durante, etiam si ejusdem Concilii causa vel occasione, aut alias quomodolibet etiam pro sola voluntate nostra, etiam cum

curia Romana, et causarum ac litterarum Apostolicarum audientia ab Urbe recesserimus, vel in ipsa Urbe, seu nobis ab ea quovis modo absentibus ante nostrum ad illam redditum, alibi ubicumque ita Domino volente decedere, in quibuscumque statu et terminis Concilium ipsum fuerit, et quantacumque civitas, seu locus, in quo seu qua nos etiam inibi forsan cum curia et audientia predictis decedemus, ab eadem Urbe distet, et civitati Tridentinæ, aut alteri, ubi Concilium etiam fuerit, vicina seu vicinus existat, electio Romani Pontificis in alma Urbe præfata, nisi Urbs ipsa interdicto Ecclesiastico per nos apposito tunc subjaceat, vel inibi de oppressione dubitaretur, super quo majori parti cardinalium, tunc in civitate seu loco decessus nostri existentium stari debeat, et tali casu in civitate Castellana, seu Urbevetana, vel Perusina civitatibus, servato scriptura hujusmodi ordine, dummodo illæ, ut præfertur, interdictæ aut rebelles tunc non sint, et non in ea, in qua, seu cuius diœcesi nos decedere contingerit, aut Tridentina, seu alia, ad quam Concilium hujusmodi translatum fuerit civitate, et solum per ipsos S. R. E. cardinales, et non per Concilium hujusmodi, aut etiam cum eisdem cardinalibus aliquos dicti Concilii, servatis alias Alexandri IV, que *Licet de exitanda*, et Gregorii X in Lugdunensi, que *Ubi periculum*, et que *Ne Romani* incipiunt Clementis V, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum in Viennensi Conciliis circa electionem tandem editis Constitutionibus, et aliis extravagantibus, ac omnibus in eis contentis, quibus per hoc alias non intendimus præjudicare, fieri debeat, decernentes ex nunc cardinales præfatos etiam per Concilium hujusmodi dispensari nullatenus posse, ac quamecumque electionem Romani Pontificis contra præsentium tenorem, Concilio hujusmodi durante, attentatam, nullam, irritam et inanem, nulliusque roboris vel momenti fore, et ea non obstante per eosdem cardinales ad illam electionem Romani Pontificis, servata earumdem præsentium forma, procedi debere, ac similiter ex tunc irritum et inane, quicquid secus super his a quoquam quavis etiam Concilii ejusmodi auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attendari. Nulli ergo, etc. Datum Romæ anno Incarnat. Dominicæ MDLXI, X kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno 11 ».

9. Confirmavit eamdem sanctionem Pius in Consistoriis proximo mense habitis, in quibus etiam sanxit Romanum Pontificem non posse eligere sibi successorem, vel sibi coadjutorem conjuncta successionis spe vel jure adsciscere, qua ex ejusdem Actis<sup>1</sup> repeterelubet: « X Novembris S. D. N. fecit verbum de reformatione universali, et præsertim de iis, quæ

<sup>1</sup> Pius IV, lib. Bull. sig. 4954. an. II. Ep. LXXXVIII.

Act. Consist. sig. num. 131. p. 315.

spectant ad electionem futuri Pontificis » et rur-sus :

« Romæ apud Sanctum-Petrum xix Novembris MDLXI, fuit Consistorium, in quo Sanctitas sua decrevit et declaravit, quod occurrente obitu suo (quod Deus avertat) pendente Concilio Tridentino, electio successoris fiat per cardinales, non autem per Concilium, cum decreto irritanti, ac aliis clausulis necessariis et opportunis.

« Declaravit etiam et decrevit, quod Romanus Pontifex non possit sibi eligere successorem, nec assumere coadjutorem cum futura successione, etiam de consensu omnium et singulorum cardinalium, sed electio spectet ad cardinales libere, cum decreto irritanti ».

Occasionem hujus sanctionis restituendæ potius quam instituendæ, cum jam olim in Concilio Romano sub Bonifacio II<sup>1</sup> emanaverit, videtur ex parte innuere Victorellus<sup>2</sup> in Additibus ad Vitam Pii IV, quam Diana par. 10. tractat. 5. de potestate Pontif. eligendi sibi successorem retulit, quem lector sciendi cupidus consulere potest, invenietque agitatum inter canonistas questionem, sitne hoc jure, ut vocant, divino, an canonico, vel naturali interdictum ; quam etiam controversiam doctissime more suo expendit Prosper Fagnanus V. S. Referendarius in 2 parte primi *Decretal. cap. Accipimus num. 46.*

10. *Preces indictæ in formam Jubilei.* — Dum hæc Pius decerneret, divinam clementiam precibus publicis implorandam censuit, sanxitque, ut populi jejuniis castigarent corpora, mentes Sacramentis refericent, precibus placarent Numen, sacrasque obirent supplications, de quibus indicendis actum in Consistorio referunt Acta<sup>3</sup> : « X Novembris MDLXI, fuit Consistorium, in quo fuerunt decretæ supplications, Missæ, et jejunia pro die Dominicæ cum Indulgentiis » : Extat de his Diploma<sup>4</sup> postridie datum :

« Ad futuram rei memoriam.

« Cupientes ex nostri pastoralis officiis nobis divinitus injuncti munere, ut sacram OEcumenicum generale Concilium Tridentinum prosperum et felicem a Deo bonorum omnium auctore successum obtineat, ac Salvatoris D. N. Jesu Christi, cuius vices, meritis licet imparibus, in terris gerimus, præcepta sequentes, qui nobis per suum sanctissimum os veritatis dicit, *Petite, et accipietis, pulsate, et aperietur vobis, et rursus per Prophetam, Clama, ne cesses, et quasi tuba exalta vocem tuam*, quod superiori anno fecimus, ita et nunc auctoritate Apostolica ex parte Omnipotentis Dei, et per viscera illius misericordiae omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles cuiusvis Ordinis regulares etiam sub

clausura viventes, tam in alma Urbe nostra, quam in quibuscumque regnis, dominiis et provinciis, civitatibus, oppidis, terris et locis per universum terrarum orbeh existentes, etiam atque etiam hortamur in Domino, paternæ monemus, ac intimo sincerissimoque mentis affectu enixe requirimus; in Urbe videlicet degentes, ut in quarta et sexta feriis ac die Sabbathi proxime futuri, vel alterius immediate sequentis Hebdomadæ; alii vero extra dictam Urbem quonodolibet constituti, postquam praesentes ad eorum notitiam pervenerint, in similibus quarta ac sexta feriis, ac die Sabbathi alterius duarum hebdomadarum, tunc, ut præfertur, sequentium, jejuniis, atque orationibus, et elemosynarum erogationibus, seu aliis piis operibus juxta eorum conscientiam, seu sacerdotum quibus peccata sua confitebuntur, salutare consilium vident, et die Dominico dictum diem Sabbathi tunc proxime subsequenti sacratissimam ejusdem Domini nostri Jesu Christi Eucharistiam reverenter ac devote suscipiant, ipsumque Redemptorem nostrum pro felici successu ejusdem Concilii pie ac suppliciter orent, rogareque non cessent, quod ut facilius Deo propitio consequi valeamus, nos ipsi solemnes indicere supplications, et una cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalibus, omnibusque prælati, et Romanae Ecclesiæ magistratibus die Dominico, qui erit vigesimus tertius presentis mensis Novembris, e Basilica Sancti-Petri usque ad Ecclesiam beatæ Mariæ Virginis de Populo, concedente Domino, incedere decrevimus, ibique solemni missa celebrata, omnes ad Dominum pias ac devotas preces pro tam salutari opere feliciter dirigendo effundemus, etc ». Gratuitam criminum, quæ sacra exomologesi rite expiata fuerint, veniam impartitur iis, qui, servatis præscriptis jejuniis et elemosynis erogatis, vel si fuerint inopes quinque Pater et Ave repetierint, seque Eucharistiæ sacramento communierint. Datum Romæ apud S. Petrum MDLXI, XVII kal. Decembris, Pontificatus anno II ».

11. *Statuta circa jus sententiam ferendi, sediun ordinem, et diem inchoationis Concilii.* — Addunt Acta Consistorialia plura alia gravissima decreta pro temperando optimo Concilii statu atque ordine constituendo. In primis, cum episcoporum regnum sit Concilium, atque eorum sit muneris in controversiis fidei sententiam ferre, sanctum est eorum procuratores suffragii ferendi jure atque auctoritate non pollere : « Die v Decembris », inquit Acta, « fuit decretum, quod non possent habere votum, nisi præsentes in sacro OEcumenico Concilio ». Compositum itaque de ea re edictum Pontificium<sup>5</sup>, ac subjectis verbis promulgatum :

<sup>1</sup> Bar. I. vii. an. 531. — <sup>2</sup> Ep. Giac. Bar. de Jur. Ecc. I. 1. Passerin. de Elect. Can. — <sup>3</sup> Pag. 561. — <sup>4</sup> Pius IV. reg. sig. num. 1953. p. 370.

<sup>5</sup> Pius IV. l. 1. brev. sig. 1954. Ep. ex.

« Ad futuram rei memoriam.

« Dudum non sine animi nostri meroe prospicentes, quam longe lateque hæreses et schismata in toto fere terrarum orbe vagarentur et quotidie crescerent, quam etiam mores Christiani populi deformati forent, ut quantum cum Domino possemus, pro nostri pastoralis officii debito tot et tantis calamitatibus opportune provideremus, unicum et præsens remedium hujuscemorbi aptissimum OEcumenici generalisque Concilii celebrationem fore existimavimus; itaque vestigis etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum inhærentes, dndum Concilium ipsum in civitate Tridentina celebrandum indiximus, ac venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, et alios, quibus in Concilio generali sententias dicendi est data potestas, hortali fuisse et monuiimus, atque illos in virtute sanctæ obedientie et juramenti per eos præstiti, et sub penis contra eos qui ad Concilia generalia venire neglexerint, a sacris canonibus constitutis præcepimus et mandavimus, ut in dicta civitate Concilii celebrandi causa convenire deberent, nisi legitimo impedimento detenti forent, quod tamen per eorum procuratores Synodo probare tenerentur, prout in nostris desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem licet magnus prælatorum numerus una cum legatis nostris eo destinatis in dicta civitate jam conuererit, multi tamen alii prælati et alii ad præsens vocati desiderentur, quorum aliqui, sicut acceperimus, proprii officii et jurisjurandi immores, sub diversorum impedimentorum prætextu personaliter ad dictam civitatem accedere minime carent, sed procuratores ad se excusandum a comparitione hujusmodi, et insuper ad sententias vice ipsorum in Concilio dicendas constituerint: nos considerantes gravitatem negotiorum ibidem tractandorum talem ac tantam esse, ut de summa religionis Christianæ hoc tempore agatur, et propterea valde expediens ac necessarium esse, ut ipsa negotia, præsentia, consilio, et judicio ipsorumsummet prælatorum, et aliorum quorum industria electa fuit, et nullatenus per substitutos traentur, et fine debito compleantur, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio et assensu, felicis recordationis Pauli papa Tertiæ prædecessoris nostri, qui Concilio simili in dicta civitate Tridentina iudicio hoc idem statuit, vestigia sequentes, Apostolica auctoritate, et ex certa scientia decernimus et declaramus, prælatos, et alios jus dicendi sententias in Concilio, ut præfertur, habentes, nisi legitimo impedimento detineantur, per se ipsos, et non per procuratores, nisi ad docendum de impedimento hujusmodi, in dicto Concilio comparendo, et illius celebrationi interesse teneri et obligatos esse, ac

ipso personaliter comparentes ad sententias in eodem Concilio dicendas, admitti; procuratores vero, etsi prælati sint, et jure proprio vocem in Concilio habeant, ad allegandas et probandas excusationes impeditorum dumtaxat audiri debere: hortantes nihilominus denuо et requirentes patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, et alios predictos, eisque non solum sub perjurii, et aliis predictis penis per eos, nisi præsentibus cum effectu paruerint, incurriendis, ut mandatis procurationis per eos forsan factis, quoad sententias dicendas, minime attentis, sed illis potius revocatis et revocatione procuratoribus intimata, ipsimet personaliter, et non per procuratorem, præterquam ad docendum de legitimis eorum impedimentis, quibus tamen cessantibus, de comparitione personali nullatenus liberentur, ad dictam civitatem quantocumque personaliter conferre, et ipsius Concilii plenariae celebrationi interesse debeant. Decernentes mandata per eos facta, et forsan facienda quoad facultatem dicendi sententias, nulla et invalida, et nullius roboris vel momenti fore, et esse, et minime admitti debere, etc. Dat. Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominicæ M.DLXI, pridie kal. Januarii anno II ».

12. Ne qua etiam de sedium ordine præedria, sive honorificioris loci dignitate affectanda oriretur inter Patres contentio, sed summo ordine ac tranquillitate peragerentur omnia, sedium ordo distinctus est a Pontifice, ut Synodus tanquam castrorum acies ordinata consistret. Referunt etiam Acta Consistorialia<sup>1</sup> additum legatum aliis prioribus, nimirum cardinalem Constantiensem, quod ex subiecto Diplomate confirmatur, quod legatis inscriptum est:

« Dilectis filiis Jacobo Sanctæ-Marie in Via, Puteo, et Herculi Sanctæ-Marie Novæ, de Mantua, ac Hieronymo Sanctæ-Susannæ, Seripando, et Stanislao S. Laurentii in Panis et perna, Warmensi, ac Ludovico Sancti-Cyriaci in Thermis, Simonete, titulorum presbyteris, neconon Marco Basilice xii Apostolorum diacono de Altaempis nuncupatis, cardinalibus nostris, et Apostolicæ Sedis de latere legatis, salutem et Apostolicam benedictionem.

« Sicut ea, quæ pacem et concordiam nutrit, pura mente semper inquirimus, ita ex debito nostraræ pastoralis sollicitudinis tenemur illa submovere, quæ discordiam suscitare et scandalum introducere posse videntur. Itaque ad tollendam omnem controversie materiam, quæ inter prælatos ad celebrationem sacri OEcumenici et generalis Concil. in civitate Trid. pro tempore congregatos super eorum præcedentia forte jam sint exhorta et in dies

<sup>1</sup> Act. Consist. sig. num. 131. Ms. Fran. card. Barb. sig. 1109. Act. Conc. Trid. per Astulph. Servantius. Script. Ep. Telesii. Seer.

oriri possunt, volumus ac vobis per praesentes mandamus, ut omnes et singulos prelatos praedictos, videlicet venerabiles patriarchas primo, secundo archiepiscopos, tertio autem loco episcopos in quibusvis actibus secundum gradum et ordinem suarum ad eorum Ecclesias promotionum, ita quod, qui promotus prior ad eas fuerit, in suo quisque ordine, prior existat incedere, sedere, et locum habere, nulla habita ratione ad ipsorum dignitates primatales, sive veræ, sive prætense illæ fuerint, auctoritate nostra faciat, studioseque et diligenter procreatis, siveque pro vestra prudentia et pietate geratis, ut cuncta istæ concordibus animis in virtute Spiritus sancti cum Dei Omnipotentis honore atque timore, quiete ac feliciter procedere valeant, non obstantibus præmissis, et quibusvis Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo Piscatoris, die ultima Decembris M.DLXI, Pontificatus nostri anno II.

13. Designatus est Epiphania dies inse-  
quentis anni pro inchoando Concilio, tum de  
emendandis corruptiis, quæ viuo temporum  
in Romanam aulam irrepererant, necnon de in-  
tegritate in conferendis sacerdotiis, detergen-  
daque avaritia in cardinalium senatu agitatum,  
narrant Acta <sup>1</sup> his verbis :

« IX Decembris M.DLXI, fuit Congregatio, in  
qua fuit factum verbum de reformatio[n]e curia[rum],  
et circa datiarium deputavit omnes theologos  
et canonistas et capita Ordinum. Et super offi-  
cio camerariatus eosdem theologos et canonis-  
tas ac reverendissimum D. vicarium.

« Item die xvii Decembris M.DLXI fuit Con-  
sistorium, in quo Sanctitas sua fecit verbum  
de non creandis cardinalibus his temporibus,  
cum Collegium sit satis frequens, et aptum his  
præsentibus occasionibus ad consulendum, et  
reliqua faciendum, quæ oportuerit. Fuit deputa-  
tus terminus ad aperiendum Concilium pro  
die Epiphaniae ».

14. Pellicere ad Concilium studet Pontifex  
regem Portugallie, Germanos principes et etiam  
Moschorum ducem. — Dum haec pro dirigendo  
Concilio statueret Pius, non destitit reges ac prin-  
cipes incitare, ut oratores suarumque ditionum  
episcopos ad indicium Concilium mitterent,  
qua in re cum Sebastianus rex Lusitanie arden-  
tius pietatis studium explicaret, Pontifex <sup>2</sup> sub-  
jectis litteris illi est gratulatus :

« Sebastiano Portugallie et Algarbiorum  
regi.

« Oratorem tuum jam abs te ad sacrum  
Concilium destinatum fuisse, et episcopos ali-  
quot ex regno tuo, ut iter jam ingredenterur,  
admonitos esse, alii postea secuturis, libenter

cognovimus; quod ad nostra de Concilio adju-  
vanda consilia tanto studio incombis, ut atq[ue] regibus et principibus Christianis præclarum  
quod imitentur exemplum præbeas, summis te  
in Domino laudibus extollimus. Retribuat tibi  
Dominus pro tam pia voluntate, et in hoc  
seculo, et in altero ea præmia qua mereris.  
Nos, sicut ex ipsis oratoris tui litteris intel-  
lexisti, non destitimus tam salutare opus et  
tam necessarium, quanta possumus diligentia,  
pro nostri muneri officio promovere, tametsi  
non intermitat humanae salutis hostis id,  
quantum potest, impedit, sed speramus fore  
ut Dei misericordia, quæ Ecclesiae sue nun-  
quam deest, omnes ad extremum difficultates  
et impedimenta removeat ac repellat, etc. xxvi  
Aprilis M.DLXI ».

15. Pellicere etiam ad Concilium studuit  
Pontifex missis internuntiis ac litteris Germano[s]  
principes; quo argumento Albertum Marchionem  
Brandenburgensem in Prussia ducem  
humanissime rogavit <sup>1</sup>, ut oratores suos ad  
indictum Concilium transmitteret.

« Dilecto filio nobili viro Alberto Marchioni  
Brandenburgensi duci in Prussia.

« PIUS PAPA IV.

« Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Aposto-  
licam benedictionem. Pro commissi nobis offi-  
cii munere ad sedandas tot et tantas de religione  
controversias, et tollenda tan diuturna tamque  
perniciose schismata, de venerabilium fratrum  
nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et  
assensu indiximus OEcumenicum et generale  
Concilium Tridenti Deo favente celebrandum,  
de qua re edidimus Bullam, cuius exemplum ad  
te per præsentem nuntium misimus; sicut reli-  
quos autem principes hortati sumus, ita nobilitatem  
tuam hortandom in Domino duximus, ut  
suis ipsa quoque oratoribus mittendis ejus  
nomine Concilio interfuturis, sicut pio Christiani  
principis studio dignum est, pro sua  
virili, tam sanctum et salutare opus adjuvet.  
Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo  
Piscatoris die xx Augusti M.DLXI, Pontificatus  
nostri anno II ».

16. Prussiae finitima Livonia Lutherana hæ-  
resi etiam maxime contaminata erat, ob quod  
flagitium, permittente Deo, a Moscovitis eva-  
stata gravissimisque calamitatibus affrita fue-  
rat, ex quibus Pontifex maximum dolorem se  
traxisse equestris Ord. S. Mariæ Thentonicorum  
magistro significavit, rogavitque <sup>2</sup>, ut Catholi-  
corum reliquias a vi et insolentia hæreticorum  
vindicaret, suumque nuntium ad Concilium  
transmitteret.

« Dilecto filio Ordinis Fratrum Sanctæ  
Mariæ Thentonicorum in Livonia magistro.

« Dilecte fili, salutem et Apostolicam bene-

<sup>1</sup> Act. Cons. — <sup>2</sup> Ep. XLVIII.

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. p. 114 — <sup>2</sup> Ib. Ep. XXIII.

dictionem. Auditis dannis et calamitatibus, quas finitimi hostes nationi isti graves admonum intulisse dicuntur, pro eo ac debuimus, sane doluimus, nec possumus non angri et vehementer esse solliciti, metuentes ne peccata nostra et animos et vires hostium augeant, qui dum Deum placare negligimus, ejus in nos iracundiam vehementer irritamus. Scimus quan-topere Catholica fides in ista natione viguerit ex eo tempore, quo vestri Ordinis egregia virtute, industria, pietate fuit insita et propagata; nunc autem isthie auctas et multiplicatas fuisse hæreses audimus, humani generis hoste longe lateque disseminante zizania, et adeo a paterna fide et religione orthodoxa recessum esse, ut, quod sine gemitu dici non potest, non ita multi supersint, qui veram illam et antiquam religionem retineant: itaque cuius religio et fides conculcatur, quis iram et ultiōnem ejus dubitet provocari? His nos tantis istius et aliarum provinciarum malis mederi, pro injuncto nobis Apostolicas servitutis officio, et cœpimus et jam cœpimus, sed tanti oneris magnitudinem soli sustinere non possumus; itaque venerabilium fratrum nostrorum auxilium nobis esse duximus adjungendum convocato OEcumenico generalique Concilio, sicut devotionem tuam audivisse jam credimus, in civitatem Tridentinam. Sed aliorum præterea auxilio et ope indigemus, qua salutaria nostra consilia facilius ad optatum exitum adducere possimus, atque alii quidem alibi, tu autem isthie operam tuam nobis, imo Deo ipsi navare, et potes et debes: quod ut facias, utque offici et salutis tuae memor, quantum consilio et auctoritate potes, hæreses isthie reprimas, Ecclesias, quas adhuc incolumes esse audimus, lueare, clerum et cæteros Catholicam fidem adhuc tenentes ab hereticorum insidiis defendas, ipsosque hereticos ad Ecclesiam Catholicam revocare conciris, ut denique oratorem et nuntium tuum ad Concilium, Deo annuente, propediem aperendum mittas, etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatal, die I Februar. MDLXI, Pontificatus nostri anno II.

17. De Moscovitis, qui Livoniae parlem a Romano divulsam imperio sua ditioni adjunxerant, ad Concilium vocandis egit quoque Pius<sup>4</sup>, atque in ea re Ferdinandi electi imperatoris, Maximiliani regis Bohemiae, Sigismundi Augusti regis Polonie auctoritatem adhibuit, et ad Joannem Basiliū, magnum Moschorum ducem, Zachariam Pharensem episcopum internumtum decrevit, atque schismatico principi ratione*eu* iudicati Concilii amauerit exposuit<sup>5</sup>, et ad veterem enim Romanam Ecclesiam conjunctiōnem redintegrādam provocavit:

<sup>4</sup> To. II. brev. sig. 2899. Ep. XLIX. Ibid. Ep. L. Ib. Ep. XLVII. Ib. Ep. LVII et LVIII. — <sup>5</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. XL.

« Charissimo in Christo filio nostro Joanni Basilio, magno Moscoviae duci.

« PIUS PAPA IV.

« Charissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Ad regendam beatissimi Apostolorum principis Petri Sedem, licet sine meritis nostris, sola Dei miseratione vocati, statim pro suscepti muneric officio et Dominici gregis amore, in eam curam et cogitationem incumbere cepimus, quomodo tot et tantas hæreses alias ex aliis exortas extingueret, et tam perniciose schismata tollere, atque ita populos ab antiqua et orthodoxa religione et fide miserabiliter abductos ad Ecclesiae Catholicae unitatem reducere possumus; cuius rei causa prædecessorum nostrorum laudabilem et salubreū consuetudinem sequentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, OEcumenicum et generale Concilium in urbe Tridento, in Germania Italiæ confinio posita, post maturam deliberationem celebrandum duximus, sicut celsitudo tua intelliget ex litterarum exemplo, per quas illud indiximus. Mos autem hic fuit eorumdem prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, ut quotiescumque hujusmodi Concilia congregarent, tote ex orbe terrarum principes Christianos per litteras et nuntios invilarent, ut communis fidei et religionis causa, si ipsi ad ea accedere non possent, saltem oratores mitterent, qui ipsis Conciliis eorum nomine interessent atque assisterent. Quapropter nos quoque, sicut cæteros reges et principes Christianos ad fungendum officium tam pium et necessarium hortati sumus, ita celsitudinem tuam, quam licet maximo terrarum intervallo a nobis remotam, propter Christianæ fidei cultum, insignemque ipsius virtutem, paterna charitate complectimur, cuique negotium hoc ad Dei honorem et animarum salutem pertinens, ut Christiano principi, cura perinde ac debet, fore confidimus, hortandam in Domino et rogandam duximus, ut ipsa quoque mittere primo quoque tempore oratores suos velit cum mandatis, viros prudentes et Deum timentes, qui ipsis Concilio una cum cæterorum principum Christianorum oratoribus assistant, quorum erit adventus et præsentia sacrae ipsi Synodo gratissima. Tu vero, charissime fili, pro isto studio in Deum et Ecclesiam collato, a nobis quidem et universis Christianis laudem maximam conquereris, a Deo autem omnium bonorum operum remuneratore, et in hoc et in altero saeculo præmium accipies. Misimus autem hujus rei agendæ causa ad serenitatem tuam cum his litteris et ipsis Bullæ exemplo venerabilem fratrem Zachariam episcopum Pharensem, prælatum generis nobilitate et ob egregias virtutes suas nobis valde acceptum et probatum, cuius in aliis nostris et Sedis Apostolicæ negotiis fidei

sinceritatem, et Catholicæ religionis zelum experti sumus, quem ut pro Sedis Apostolicæ reverentia benigne excipias atque audias, fidemque plenam habeas, et ut quam celerrime expeditum ad nos remittas, a celsitudine tua petimus et rogamus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIII Aprilis MDLXI, Pontificalis nostri anno II ».

18. Caruit felici exitu ea legatio, cum Joannes Basilius secundis insolescens rebus in vetere perfidia obdurusisset. Haec quoque obfirmati in impiate Lutherani principes, quos a Pontifice sollicitatos, ut generali totius Ecclesiæ conventui se conjungerent, refert Surius : « Anno, inquit, MDLXI, conventus fuit principum Augustanae confessionis Numburgi in Thuringia; quidam Zuinglianus scribit, in hoc conventu acerrime actum esse, ut ferebatur, de Zuinglianis solemniter et quam apertissime condemnandis. Misit ad eum conventum Pius IV Pontifex nuntium suum longe doctissimum, nobili apud Venetos stirpe editum, cui Caesar Ferdinandus suum quoque legatum adjunxerat, sed quod principes Augustanae confessionis suorum concionatorum verbis plus aquo tribuerent, illa Pontificis legatio parum effectit.

19. *Commendonus et Delphinus cardinales legati Ferdinandum imperatorem adeunt, eique exponunt quo fine et quali modo cogere Concilium Pontifex statuerit.* — Ut autem totius Commendoni legationis, quem hic Surius intelligit<sup>1</sup>, quæ non ad unum Nauburgi conventum contracta, sed ad omnes pæne Germaniae principes una cum Delphino extensa fuit, innotescat ordo, jucundum lectori arbitrii sumus, rem totam ab ipso sui exordio auspicari. Jussus fuit ante omnes Ferdinandum Cæsarem adire Commendonus, perlataque ad eum Pontificis voluntate, ejus ad reliqua consilio maxime uti : « Circiter itaque kal. Januarii anno MDLXI », inquit Gratianus, « Viennam venit. Erant apud Cæsarem Pontificis nuntii duo, Stanislaus Hosius episcopus Warmiensis, Polonus, et Zacharias Delphinus episcopus Pharensis, Venetus, paulo ante de Hungaricis rebus ad Ferdinandum missus. Atque is proficisci ad civitates regulosque, qui Rhenum accolunt, cosque ad Concilium invitare est jussus, dum Commendonus trans Visurgim Albimque interiora Germaniae peragratur. Cum his communicatis rebus una ad Cæsarem postera die deducuntur, habitique colloquii seriem ad cardinalem Borromæum his litteris perscribunt ».

Nuntius Commendonus<sup>2</sup> tercia die hujus mensis ad banc aulam appulit, et cum per reverendissimos Warmiensem et Delphinum de statu rerum hujus aulæ edocitus fuisset, aperuit

illis plenas justitiae et religionis causas, propter quas Pontifex Concilium aperire, simulque Injunctionis Bullam ejusmodi conceptam verbis exarare, ac reverendissimum Delphinum, et me ipsum (Commendonus ipse suo, et aliorum nomine scribebat) ad Germania principes mittere decreverat. Tum etiam reverendissimis, quæ nobis mandata fuerant, et cum Germaniae principibus ageremus, exposui. Quare<sup>1</sup>, cum omnium in unum sententiae congruissent, die Dominico quinta mensis ad imperatoris allocutum, prout postulaveramus, admitti comiter, benigneque Commendonus excepti, qui Pontifica primum benedictione Cæsarem donans, litteras subinde ei Pontificis manu scriptas reddidit, quibus a Cæsare perfectis, orationem suam Commendonus est orsus : « Pontificem maximum occurrentum tot heresisibus, magna in dies incrementa capientibus ratum, postquam et Dei, et cœlestium opem veniamque implorasset, et regum cæterorum, et ipsius in primis Cæsaris sententias perrogasset, Christianæ reipublicæ Concilium de integro cogere Tridentum decreuisse, ut discussis, quibus Christiana res in sectas ac dissidia abit, erroribus, antiquis decor, speciesque, et pax Ecclesiæ redderetur, aut si qui adamatas semel opiniones pertinacius amplecti voluissent, illi a cæteris manifesta animi labe distinguerentur. Quanquam autem omnes universæ per edictum evocari, tamen dedisse hoc Pontificem dignitatì Germanicæ, quoque in gentem illam summo ac singulari animo, ut duos episcopos, se, et Phareensem obire omne Germanicum nomen, et singulos principes, liberasque civitates ad id Concilium celebrandum, ac de communibus rebus in medium consulendum adhortari jusserit. Quod quo promptius, ac sine ullo metu a multis fieret, velle jubereque Pontificem omnibus tuto veniendi publica sub fide potestatem esse, jusque libere atque audacter apud Patres disserendi, qua quisque de re, seu conqueri, seu disceptare, seu rogare Patres voluerit. Petere ergo a Cæsare, ut qui reliquos reges dignitate præstaret, exemplo quoque antecat, et Tridentum primo quoque tempore legatos suos mittat, qui non peragendis modo, sed inchoandis quoque rebus adsint, salutaremque hunc Pontificis conatum, opibus, auctoritate, consilio juvet ». Haec, et alia hujusmodi elocutus Commendonus, plura ad sinceram Pontificis charitatem ostendendam adjunxit, qua omnes homines salvos fieri, et ad veritatem agnitionem venire non optabat modo, sed pastorali insuper sollicitudine promovebat. Hinc nimis, postquam summo Dei beneficio, pax inter principes Christianos coaluisset, peropportunitum Concilii celebrandi tempus adesse; immortales proinde

<sup>1</sup> Sur. in Com. Vitæ car. Comm. I. II. c. 4. — <sup>2</sup> Ms. card. Barber. in Reg. Ep. card. Commendoni.

<sup>1</sup> Gratian. ibid.

numini gratias reddendas, quod talem Pontifici injecisset mentem, taleque Cæsari religionis studium ac sollicitudinem fuiset elargitus. Cæsar Pontifici primum pro impertita benedictione demisse gratias agens, summaque erga ipsum exhibita observantia, plium cogendi Concilii, quod tantopere expeterat, institutum collaudat, seque in auctoritate ejus futurum semper, neque passurum ulla re desiderari abs se officium suum pollicitus : « Monuit <sup>1</sup> nuntios, Germanie principes illos, qui a Catholica religionis fide desciverant, postquam de Pontificis Maximi voluntate habendi Concilium certiores facti sunt », missis inter se nuntiis, locum diemque statuisse, quo et ipsi de suis rebus convenirent, nimisrum, an debeant in Concilio apparere, et si debeat, quomodo debeant? Diem ad IX kal. Februarii, locum Nauburgium Misniae urbem ad Salam fluvium sitam delegisse. Verum instare diem, nec Germanos credi diu Nauburgii moratores, ut si in tempore adesse velint, ne differendus discessus sit, et iter maturandum. Denique, cum arduum negotium diceret, multaque indigere consultatione, necesse est, inquit, ut scripto mihi significetis, quid Pontifex optet, ut principibus istis renuntiemus, et cum ipsis transiganus, ut quid postea respondendum sit, accurate cogitemus. Sub hæc auditâ nuntius Delphinus imperatorem monuit, satis jam abunde Pontificem, et in Bulla Concilii, et in Epistola sua manu exarata animum suum aperuisse, datoque mandato cassis, ne nuntii scripturas multiplicarent. Verum, cum Cæsar mire in sua sententia esset obscuratus, nos opportunum neutiquam rati in ipso tractationis limine illum abalienatum animo a nobis reddere, incommodisque suspicionibus illius mentem pulsare, angustiis presertim temporis exclusi, scripturam ipsi non omnino negare decrevimus. Non tamen omisit reverendissimus Delphinus, quin denuo assereret, totum id, quod scripto proferri quiverat, jam in Pontificis Diplomate et litteris exhiberi; nec aliud scripto addi posse, quam quod ipsi essent modo elocuti. Tum Cæsar, saltem, inquit, que Commandonus disseruit, in scriptum redigite, ne quando memoria mea præterfluant, matuariusque discuti possint; idque, quam citissime fiat, cum Nauburgi conventus maxime instet. Atque hic velut obiter insinuare visus est, tempus celebrationi universalis Concilii præscriptionum, arctum nimis esse, quod ideo contractum opinabatur Cæsar, ut Gallicis rebus consulereetur. Hæc cum dixisset imperator, reverendissimus Commandonus respondit: Pontificem afflictis Christianis rebus mederi satagente, nihil remedii duxisse majoris, quam ut ocius Concilium convocaret, quod si majestati sue,

cæterisque principibus Concilium videretur in aliquod ulterius tempus prorogandum, requisitum Pontificem assensum constanter sperrabat. Profecti igitur a Cæsare, cum in domum reverendissimi Warmiensis nos recipisset, Commendono negotium datum, ut, quæ disseruerat, in summam redacta, Cæsari exhibenda disponeret, ne aliqua ad omne distraherendum negotium interponeretur offensio, si scriptura negaretur. Ergo accurate præmissa consultatione, cum nostrum omnium in unum congreuiscent sententiae, placuit sequenti Epiphaniorum die scripturam Cæsari offerre, quam una cum illius responsis ad calcem Epistolæ referemus. « Et paulo post : » Hesterna die quæ dies octava mensis fuit, imperator accersitis nobis scriptum responsionis suæ tradidit, subdiditque, quando commodius universos Germanie principes coactos in unum ipsi allocuturi videantur, sibi quidem videri, ut eo una uterque nuntius proficiatur, prefecturus inde ad destinatum postea quisque iter. Cumque plura pro sua sententia attulisset, postrem subdidit: Cum conventus iste magnus multusque sit, alter alteri adjuvento erit, si illuc una convenerint. Nes vero, postquam a Cæsare facultatem accepissemus, ut videlicet liceret nobis ante alia responsionem suam legere, iterum apud reverendissimum Warmiensem convenimus, ac de tota re scisciantes, quamvis secus initio sentire reverendissimus Delphinus, quod constitutum a Pontifice ordinem haudquaquam immutandum censeret, ut tamen Cæsari, aliisque duobus nuntiis morem gereret, iu eamdem ipse quoque descendit sententiam. Quare tertio abhinc die Nauburgium pergeamus, etc. « Vienna V idus Januarii MDCXI ».

20. Epistole junctum erat scriptum, quod imperatori protulerant, simulque quod ab ipso accepterant responsum, in hunc modum :

« Scriptum Cæsareae majestati traditum die v Januarii.

« Cum sacra Cæsarea majestas vestra nobis mandaverit, ut ea, quæ de legatione ad Germanie principes secum agebamus, traderemus, respondimus, Sanctissimum Dominum nostrum, tum vestre Cæsareae majestatis consilio, tum singulari sui charitate adductum, nuntios legasse, qui singulis Germanie principibus Sanctitatis sue litteras reddant, Bullam Cone. defenant, et illis ea plane pollicentur, quæ de Concilio in autographis Sanctitatis sue litteris ad Cesaream majestatem vestram reperiuntur expressa: quas cum jam majestas vestra recepit, nihil reliqui superesse videbatur, nisi ut quando Cæsar ita juheat, afferamus etiam ipsi exempla litterarum ad Germanie principes; cum imperatrum nobis sit, scriptis ne agamus, litteras tantum Sanctitatis sue, et Concilii Bullam tradamus, reliqua sermone et allocutione conficia-

<sup>1</sup> Gratian. ibid.

mus. Ad hæc cum majestas vestra Cæsarea benignissime respondens, preciperat tamen, ut ea quæ dixeramus, omnino scriberemus, ut suæ tantum memoriarum consuleret, parendum nobis esse duximus. Ea vero summatis hæc sunt: Sanctissimum dominum nostrum pro instantia sua quotidiana et sollicitudine omnium Ecclesiæ cuncta experiri, quæ salva fide et pietate possit, ut quod infirmum est consolidetur, quod ægrotum sanetur, quod confractum alligetur, quod obductum reducatur, neque solum reverentibus filiis, ut in Evangelio habetur, occurere, sed in longinquæ adhuc regione commoventes invitare, hortarique in spiritu lenitatis et charitatis, ut ad Concilium veniant, quod quidem illos pie et patre audiet, si qua de redire aut conqueri voluerint, et si justa petent, etiam exaudire. De publica autem fide, nihil opus est quicquam repetere; Sanctitatem suam jam Cæsareæ majestati vestra scripsisse, se libentissime concessuram, forma, quæ unquam concessa sit, aut dari possit, amplissima; nihil summo Pontifice mitius, nihil clementius, nihil quod unquam opportunius acciderit ad restituendam Ecclesiæ unitatem, ad componenda dissidia; sectas in infinitum discindi abunde patere, atque hinc divina et humana omnia labefactari, nec Ecclesiam dumtaxat perturbari, sed regnorum omnium fundamenta evelti, et ad universam Christiani nominis perniciem Turcis aditum patefieri; præsenti remedio opus esse, nullum vero adhiberi posse, præter OEcumenicum Concilium; Sanctissimumque D. N. ut celestius haberi possit, non unum solum modo, sed duos misisse nuntios ad Germanias principes, alterum, qui Bavariam, Sueciam, Slæsiam et Franconiam obiret, alterum, qui Saxoniam, Septentrionales regiones, et inferiorem Germaniam. Statuisse Sanctitatem suam, ut Pharenensis episcopus in superiore, Zacynthius in inferiore proficiscantur, tamen mandasse ut hæc omnia referamus ad Cæsaream majestatem vestram, ut ejus auctoritate, et consilio gerantur, simulque etiam gratias agamus, quod Sanctitatis suæ nuntii idoneos et ipsam legationis socios addituram sit pollicita. Pontificis ipsius denique nomine, majestatem vestram Cæsaream rogamus, suos ut deligat oratores, qui cum principiis agant, ut religionis causam, et paternum consilium, et singulare studium, ac benevolentiam suæ Sanctitatis erga inclytam nationem Germania advenit. Deus et Dominus noster Jesus Christus sacram Cæsaream majestatem vestram diu incolumem tueatur, ad incolumentem Ecclesie recuperandam et conservandam: suæ enim pietati et religioni nunc Catholica Ecclesia maxime nititur.

Cæsar, ubi hæc a nuntiis accepit, suam quoque responsionem per hæc verba subjicit:

« Scriptum a Cæsarea majestate traditum.

« Sacra Cæsarea majestas D. noster clemensissimus, ea, quæ par est, filiali reverentia, intellectus quecumque sibi Sanctissimus D. N. per reverendissimum D. episcopum Zacynthium nuntium suum in negotio sacro OEcumenici Concilii, quod in civitate Tridentina ad proxime futurum Resurrectionis Dominicæ diem celebrandum indixit, patre scribere et nuntiare voluit. Vedit insuper majestas sua Cæsarea formam litterarum fidei conciliarium Sanctitatis sua ad quosdam reges, atque etiam electores et principes imperii Augustanam confessionem profitentes. Et licet ex iis, quas Pontifex ad majestatem suam Cæsaream dedit, majestas sua conjectisset, præfatum reverendissimum D. episcopum Zacynthium solum acceperat hanc provinciam proficisciendi ad dictos electores et principes imperii, tamen gratissimum accidit majestati suæ Cæsareæ, postea tum ex predictis litteris, tum ex verbis dicti reverendissimi D. nuntii episcopi Zacynthii cognovisse, id negotii a Sanctitate ejus simul quoque esse reverendissimo D. episcopo Pharenensi, ac dicto reverendissimo D. Zacynthiensis commissum, ita nimurum, ut hic in inferiore, ille vero in superiore Germania Sanctitatis suæ mandata exequeretur. In quo quidem Concilii negotio, cum Sanctissimus D. noster majestatem suam patre cohortetur, ut ipsos reverendissimos D. D. nuntios tum consiliis suis instrueret, tum favore opportuno prosequi velit, Caesar prætermittere non potest, quin eis mentem et sententiam suam hoc scripto latius aperiat. Et primum quod ad ordines imperii Catholicos attinet, nec multa deliberatione, neque etiam apud eos multis majestatis suæ monitis et persuasionibus opus fore existimat, quandoquidem omnino persuasum habet, reverendissimos nuntios in illis, et maxime in Ecclesiasticis, qui alias Pontifici et Sanctæ Sedi Apostolicæ obstricti sunt (cum secularium sit numerus valde exiguis), omnem promptitudinem et obedientiam reperturos esse.

« Sed quod attinet ad ordines Augustanae confessionis, majestas Cæsarea reverendissimus D. D. nuntiis celare non potest, quod pro certo compertum habeat, omnes illos electores et principes, aut plerosque saltem personaliter ad diem vigesimum presentis mensis in civitate Naumburgensi congregatum iri. Itaque licet majestas sua Cæsarea non cogitet ipsis reverendissimis D. D. nuntiis modum alium a mandatis Pontificis præscribere, censem tam, ad expediendum hanc rem, plurimum momenti allaturum, si reverendissimi D. D. Pharenensis et Zacynthius ambo via recta ad conventum illum se conferant; ita namque non solum poterunt evitari majores labores atque molestiae, quæ forent suscipiendæ, si omnes illi electores principes et status essent singillatim adeundi, sed id etiam perutile dignoscetur, quod hac ratione reveren-

dissimi D. D. nuntii longe facilius citiusque sint certum et determinatum responsum consecuturi, quam si circumeuntes, convenerint singulos in sua provincia; nunc, quando omnes una simul sunt congregati, non est verendum, ne ab alio ad alium, tempus pro responsione terendo, remittantur, quod si quidam ex ipsis non adfuerint, tunc quisque ex praescripto ipsum singillatim poterit convenire. In litteris etiam fidei effectricibus, quas Pontifex ad eosdem confessionis Augustanae ordines dedit, lictanter cognovit, quod tam paterno et benigno erga illos affectu agat, et tametsi majestas sua Cæsarea non diffidat, quin etiam ipsis reverendissimi nuntii, pro spectata ipsorum prudentia, modestia, et in rebus agendis industria atque dexteritate sint idem facturi, moremque optime Sanctissimi D. N. voluntati gessuri, tamen id ipsum quoque consulere et commendare non desinit, certus, quod leniter agendo, mulcendoque animos plus quam castigando apud alienatos et contumaces sint profecturi.

« Quanquam præterea majestas sua Cæsarea haud facili conjectura assequi valeat quid responsi ipsi reverendissimi D. D. nuntii a dictis electoribus, atque principibus Augustanae confessionis simul, vel seorsim sint accepturi, quia tamen antea quoque Sanctissimus D. N. de praescripto quodam, cuius exemplar rursus Casar ipsis reverendissimis D. D. nuntiis pro abundanti cautela communicandum statuit, filiali quadam fiducia certiore fecit, quod inique multum conditiones exprimebantur, quies idem Augustanae confessionis ordines sese Concilium acceptatueros esse, et non aliter coram majestate sua Cæsarea in proximo præterito imperiali conventu professi fuerant, ideo majestas sua Cæsarea duxit, eas ipsis D. D. nuntiis nunc in memoriam revocare, ne improvisos et impatriatos easdem reposentes adoriantur, possintque accurate perpendere, an et quid nomine et loco Sanctitatis suæ fuerit dicendum. Postremo Casar ex praedictis litterarum exemplis, illud quoque, non absque singulari voluptate perceperit, quod saepè dicti reverendissimi D. D. nuntii Apostolicum mandatum quoque acceperint agendi cum serenissimo rege Daniæ, qui quidem Serenissimus rex et ipse de facili in predicta electorum et principum Augustanae Confessionis congregatione Nauburgii intererit: quod maxime opportunum secum agendi tempus rebatur Casar, nuntiisque proponebat. Ceterum quando reverendissimi nuntii hoc consilium proficiendis ad dictum Nauburgensem conventum probaverint, id etiam summa et inviolabilis necessitas postulat, ut iter, omni mora et cunctatione postposita, aggrediantur, adeoque nec diem quidem, nec horam unam negligant, tum propter foci distantiam, cum propter indicti temporis angustias; nam istiusmodi par-

ticularies conventus, ad quos electores et principes imperii ipsimet invicem sese convocant, non extrahuntur, sicuti publici et generales totius imperii conventus, in longum tempus, sed plerumque paucissimorum dierum spatio absolvuntur, ita ut tanta opportunitas judicio majestatis sue minime prætereunda esse videatur. Parata autem est Cæsarea majestas juxta hanc Sanctitatis suæ paternam requisitionem, prout etiam ipsamet jam ante in animo habuit, idoneos ex suis eodem allegare, ut ordines illos Augustanae Confessionis ad comparendum in Concilio, omni benigno atque paterno studio, requirat; ac semper studiose, ut locus dabitur, hoc ipsum salutare institutum juvare et promovere non desinet; quin et ab ipsis reverendissimis D. D. nuntiis Apostolicis nullam in se ejus rei perficienda voluntatem, curam, diligentiam aut studium desiderari patietur.

« Postremo Casar ipsis reverendissimis D. D. nuntiis haud gravatim aliquos idoneos et probatos homines adjuget, qui commodis corrum in hoc itinere jugiter assistant, omnemque bonam operam præstent. Tradet quoque eis necessarium et opportunam publicam fidem, ac summò et paterno studio commendabit carissimo filio suo serenissimo principi domino Ferdinandō archiduci Austriae, ut Nauburgium per commodius Bohemiæ iter properantibus omnem benevolentiam præstet, quo facilius expeditiusque susceptum iter perficere possint. Erit autem non modo majestati suæ Cæsarea admodum gratum, sed etiam ad promovendum hoc piuum Concilii opus perutile ut que quis rex vel princeps diceret, cognoscerent et ad se referrent; his etenim cognitis, poterit majestas sua facilius commodiusque prosequi quæcumque ad optatum totius negotii exitum conducere existimaverit ».

21. Preter hæc, quæ scripto Casar nuntiis significaverat, alia etiam, cum iterum Delfinum et Commandonum andiret, expressit, quæ communī Epistola cardinali Borromæo nuntiarunt, hæc scribentes :

« Denique imperator nobis tria dixit; quorum primum fuit, principes indictionem istius Concilii continuationem existimantes suspicio-nibus esse repletos, suisque Epistolis hæc suæ Cæsareæ majestati annuntiassæ, bonum proinde consilium existimare, ut nos tujus continuatio-nis scrupulum ab eorum animis tollamus. Secundum; quod nos cum ipsis modesta gravitate agamus, offeramusque amplissimam fidem publicam. Tertium; quod scripto, sicut mos est Germanie, nobiscum agere volunt, de quo nobis statuendum erat. Reverendissimus Commandonus respondit primum: Quod ad fidem publicam attinet, jam Cæsari Pontificis mente inno-tescere, nosque quemadmodum in mandatis accepimus, promptissime et omni securitate

plenam illam offerre. Quoad continuationem : jam Bullam indictionis a Cæsare visam, sciri-  
que qualiter Pontifex voluerit exarari; nec  
nostrum esse de hæc re cum aliquo disceptare,  
sed solummodo ad Concilium adhortari et invi-  
tare, ubi libere quisque poterit de quacumque  
re loqui, et benigne audiatur. Quod autem  
scripto negotium istud agitemus, meminerit  
Cæsar, ut alias innuimus, hoc nobis a Pontifice  
vetitum, nec alia quidem ex causa, nisi ad ca-  
villationes litesque inutiles submovendas; quid  
enim opus est scripto, quando tanta sinceritate  
agitur, totaque Pontificis intentio summatis  
declaratur in autographis litteris ad Cæsaream  
majestatem vestram datis, quibus jus libere at-  
que audacter disserendi ac conquerendi omni-  
bus dandum testatur? Quoad ultimum vero, sci-  
licet, ut cum principibus modesta gravitate  
tractemus, dabimus ultra libenterque hoc non  
solum Pontificis et Cæsaris iussionibus, sed pro-  
priæ quoque electioni.

« Hæc omnia cum reverendissimus Delphi-  
nus suo quoque calculo approbasset: nec ultra  
Cæsar loqueretur, facta abeundi potestate dis-  
cessimus ».

Quoniam vero Cæsar consilium Pontifici  
decedat, ut e variis nationibus episcopos Roman  
accitos, reformationi stabilienda præponeret,  
Commendonus occasionem nactus, hæc quoque  
cum imperatore agitandi, Carolo cardinali Bor-  
romæo, quæ cum illo gesserat, per litteras num-  
tiavat, dicens, quod cum Cæsar de cogenda pre-  
latorum congregatione ad reformandos mores  
Pontifici scripsisset, Pontifex summopere ap-  
probaverit, mentemque Cæsareæ majestatis  
condignis extulerit laudibus, cum nihil magis  
in votis habeat, quam suo muneri, Deoque sat-  
isfacere, ac collapsam disciplinam pro viribus  
restituere, cuius gratia Concilium jam indixerat,  
ejusque progressum et exitum ferventissime  
optabat; cui etiam, ne quod impedimenti afferri  
existimaretur, ab evocando Romanam episcopos  
abstinuisse; si quando autem secus Cæsar ac  
principes consularent, etiam in hoc sui muneris  
partes Pontifex implebit. Cæsar, probata Pontifi-  
cis sententia, respondit; quod, cum Pontifex his  
omnibus occurtere per Concilium decreverit,  
illud omnino promovendum censebat, suamque  
omnem pollicebatur operam, ut ad exitum per-  
duceretur. Si quæ vero impedimenta nasceren-  
tur, tunc ad istud aliud remedium configuen-  
dum; subdiditque, Pontificis cogitatum summo-  
pere pium ac prudentia plenum fuisse, utpote  
quod præclaram mentis sinceritatem, animique  
sui promptitudinem ad celebrandum Concilium  
in hoc etiam demonstraverint. Tunc ego; Haud  
quaquam ambigendum, respondi, divinam cle-  
mentiam oculis misericordiae sue respexit  
super sanctuarium suum, cum Pontifici pater-  
nam adeo mentem erga ipsos vel filios alienos

indiderit, talemque Cæsari promptitudinem ad  
opem omnem pro Concilio subinferendam tri-  
buerit, ut sub tantis principibus, geminisque  
hisce fulgentibus Ecclesie luminaribus offusas  
republicæ Christianæ tenebras dispergeret et  
illustraret. Hæc cum jucunde accepisse ostend-  
deret Cæsar, promptam denuo suam voluntati-  
mem operamque ad pia Pontificis consilia pro-  
movenda exhibuit, necessumque dixit ad istum  
accedere conventum, quem omnino cogendum  
iteratis jam nuntiis acceperat, ac propediem il-  
luc oratorem suum dirigere spondit; jamque ad  
Germanicæ principes exemplar litterarum  
Pontificis submiseral, caveratque ne ipsa auto-  
grapha mitteret, sed ipsarum tantum summam,  
veritus, ne verba illa, *etiam cum sanguinis effu-*  
*sione*, quæ in eis legebantur, longe securi inter-  
pretarentur, quasi arma contra ipsos movere  
disponeret. Denique ad modestiam et gravitatem  
adhortatus, ut impigre pro Dei obsequio labora-  
remus, adjunxit.

22. Cum vero hoc ipso tempore in Christia-  
nae reipublicæ perniciem multa et maxima Tur-  
ca molirentur, de fœdere inter Pontificem cæte-  
rosque principes contra illos incundo cogitatum  
est, impositoque fuerant Commendono partes,  
ut hoc quoque cum Cæsare transigeret. Ille rei  
gestæ rationem Borromæo cardinali per Episto-  
lam annuntians, Cæsarem ita erga opus hujus-  
modi affectum reperisse dicit, ut tamen coni-  
ceret ægre ad hæc tractanda descendere, quod  
mirum in modum cuperet apud Germanicæ prin-  
cipes suspicionem vitare, ne specie inferendi  
Turcis belli, militiam ad ipsos opprimendos  
contraheret. De Concilio vero, cum Commendon-  
us cum rege quoque Bohemia in colloquio  
venisset, hæc ab ipso accepisse, cardinali Borro-  
mæo datis litteris, in hunc modum testatur.  
Hæc cum serenissimo Romanorum rege ad lon-  
gum sermones protraxi; multum ille de Conci-  
lio, de principum conventu, de mittendis ad  
ipsos Pontificis litteris ac nuntiis, deque appella-  
tione, qua ipsos dilectos filios nuncupat, locutus  
est. Pontificis benignitatem summopere lau-  
davit, quod super cæteros omnes Pontifices  
egisset, suamque optimam mentem demonstras-  
set. Multa quoque de principum Germanorum  
ingenio, de ipsorum commodis ac dissidiis su-  
bintulit, quos in unam nullatenus posse conve-  
nire confessionem, arbitrabatur. Maxima insuper  
se affectum lætitia dixit, quod sibi relatum fue-  
rat, Nauburgii conventum hoc etiam præcipue  
nomine imperatum, ut accurate consultatione  
articulus iste perpendatur: *Et si cundum est ad*  
*Concilium, quomodo cundum?* Licit obsfirmata  
hæreticorum pervicacia parum utique spei pos-  
sit tribuere. Tum regem enixis precibus obse-  
cravi, uti piissimum istud opus pro viribus ad-  
juvaret, quod et se facturum ultra libensque est  
pollicitus. Nunliavit Commendonus aliis litteris

eidem cardinali Borromæo, qualiter Cæsar de-nuo de conditionibus a Protestantibus petitis, ut Concilio assentiantur, disseruerit, quodque cognoverat, quod si ipsi in sua obdurati perva-cacia constiterint, Catholici Germania principes, ac præcipue episcopi e suis ditionibus non rece-de-rent, propter multos quos relinquenter sibi subjectos hæretica labè inquinatos. Intellexerat quoque, Cæsareos oratores ad conventum desti-natos post ipsos nuntios illuc adfuturos, idque composito decretum, ut nimis secundas ipsi nanciserentur aures, ne forte negotium cum Cæsareis oratoribus jam transactum, itidemque transigendum, prætententes principes, inauditos nuntios dimitterent. Nihil tamen magis negoti-ae difficultatis interim putabat fore, quam anti-quum gentis illius morem prætermittere, scriptio scilicet omnia transigendi, ad quam incommo-dam suspicionem avertendam, præter sollicitam nuntiorum curam, plurimum sperabat conduce-re, quod Cæsarei oratores, qui Pontificis litteris instructi adventuri erant, sinceram ipsius mentem, plenamque fidem, quod essent admittendi, testata facient.

23. *Legatorum in conventu Nauburgensi orationes coram Luthernis frenentibus, sed nihil objicientibus.* — Cum vero jam Nauburgici con-ventus instaret dies, timerentque nuntii, ne antequam illuc accederent, dissolvetur, Antonium Cachium opportunis hisce preeceptioni-bus ac monitis præmittere decreverunt :

« Cum conventus Nauburgii institutus ante nostrum adventum dissolvi facile queat, tu, omni abrupta mora, illuc propera. Quod si principes ibidem ad nostrum usque accessum permansuros cognoveris, illud tantum cura, ut nobis parentur hospitia; sin autem celerem conventus dimissionem vereberis, singulos principes invises, nostroque nomine nuntiabis, summum Pontificem duos legasse nuntios, alterum, qui superiorē Germaniam, alterum, qui inferiorem obiret. Hos, cum Viennæ comperis-sent indictum Nauburgii conventum, magnis itineribus Pragam ad diem vigesimam Januarii appulisse, protectionem in crastinum hueisque parantes. Rogant proinde celsitudines suas, ne graventur triduo adhuc pro Christianæ reipu-blicæ utilitate subsistere, donec et ipsi vigesima octava mensis die aeedant. Quod si forte Nauburgensis episcopus adessel, ab ipso, quæ ex-equa sunt, poteris cognoscere, ipsumque apud principes dilationis interpretem adhibere ».

24. Vienna discedentes nuntii Pragam se-p-tima die, atque inde Hyeme sæva, atque adeo frigida, ut ferri vix posset, viaque per Bohemiæ saltus maxime nivibus impedita, die decima quinta Nauburgium venerunt. Praga cum Ferdinandum archiducem Austriae regni moderatorem conuenissent, litterasque tum Pontificis, tum

cardinalis Borromæi ad ipsum datas obtulissen-t, tanta ipsum erga Apostolicam Sedem de-missione et obsequio prædictum repererunt, ut Commendonus ad cardinalem Borromæum serbiens assereruit, nullum inter principes adinveni-niri, qui eum in reverentia erga Pontificem, sanctamque Sedem antecedat : « Advenientibus Nauburgium nuntiis », scribit Gratianus<sup>1</sup>, « nec obviam missum, nec ullum honoris aut amici-tiae officium, nec omnino hospitale quidquam tributum. Biduo cognoscendis rebus dato, tertia die constituunt, ut singulos suæ quisque provincie privatim conveniat. Delphinus ad Palatini-um Rheni, Commendonus ad ducem Saxonie (ii, quia e septem viris erant, qui jus creandi Romani imperatoris habent, ceteris emine-bant) mittunt, qui adeundi tempus postulent. Ab utroque idem responsum, in communi con-ventu, nibil nisi de communi sententia agi posse, relatuos ad socios, et voluntatem omnium significatores Romanis. Decernitur inde in eorum consilio privatis colloquiis in re-publica opus non esse : et verba legatorum ab adversariis venientium omnibus coram esse audienda. Ab hoc decreto mittunt cum militum cohorte, quam Saxo ad custodiam corporis habere circa se consuevit, primos amicorum, qui nuntios in Curiam deducunt ». Hos in Epis-tola sua recensens Commendonus<sup>2</sup>, Palatini nomine scribit fuisse Marescallum quemdam, et doctorem Nemium primarium principis a se-cretis; ducis vero Saxoniae nomine consiliarium Wolphangum Kollet, qui Concilio Tridentino olim interfuerat, et Franciscum Cranum itidem ducis a consiliis : « Nuntii, quanquam id quidem minime voluissent, tamen recusare non ausi, ne si ab his exclusi forent, ab nullis deinde Germanorum satis benigne acciperent, ire porro et alloqui universos statuant. Curru vectos Germani, qui ad deducendum eos venerant, pedibus, quod honoris est, anteces-serunt, et principes ingredientibus ad se omnes assurrexere; non tamen illis dextræ ex more gentis porrexerunt, qui mos apud Germanos, sicuti servatus amicitia pignus habet, ita præ-termissus, non dubium est alieni atque aversi animi argumentum ». Quinam autem singilla-timi fuerint principes, qui tunc ibi aderant, enarrat Commendonus his verbis : « Illic erat sessionis eorum ordo. In primo subsellio duo electores, Saxo nempe et Palatinus, considerabant. E regione ipsorum sebello considebat comes Hastaïm Brandenburgensis electoris orator, pone illum Wolphagus dux Namburgen-sis, mox dux Vittembergensis, post hunc Caro-lus marchio Badensis, huic proximus lautgravii filius, ac demum Jo. Georgius Palatinus ». Nun-

<sup>1</sup> Lib. II. c. 2. Vit. Jo. Fr. card. Commendoni. — <sup>2</sup> Ep. ad card. Borom.

ti litteras Pontificis edictique exempla singulis reddiderunt, qui acceptis codicillis, ut erant stantes, innuerunt nuntiis, ut preparato sub sellio villoso strato holoserico considerent, qui cum ipsis primum principes ad scendum invitassent, dicentes : ut sedeant celsitudines vestrae, una simul omnes, cunctis tacitibus, considerent. Ubi considerere, prior Delphinus orationem suam in hunc modum est orsus.

23. « Propositio episcopi Delphini in Nauburgio principum Protestantium convenit.

« Cum primum Summus Pontifex ad Ecclesiæ regimen divino munere est evocatus, pro suscepti muneri officio pastorali in eam statim curam et cogitationem incumbere coepit, quoniam potissimum modo corrupti emendarentur mores, dissensiones removerentur, esetque terra tandem labii unius, et idipsum dicenter, sentirent sacerdentes nationes omnes. Et quoniam ad ejusmodi, tam mala sananda, quam bona consequenda nullum hactenus aptius remedium Romana Ecclesia novisse reperitur, quam OEcumenici Concilii celebrationem, Pontifex habita prius super hac re matura cum amplissimo reverendissimorum cardinalium collegio consideratione, factisque ejus consilii consortibus serenissimo Ferdinando electo Romanorum imperatore, caterisque regibus ac principibus, sacrum tandem generale Concilium ad proximum Resurrectionis Dominicæ festum Tridenti celebrari, anciatoratibz sibi divinitus elongata statuit atque decrevit. Cum vero id ad notitiam principum omnium eam etiam ob causam pervenire cuperet Summus Pontifex, ut idem suum studium cum Sedis Apostolice studio conjungerent, ac pietatis, religionis et fidei unitatis causam protegandam susicerent; quia in clytam Germanorum nationem semper in visceribus habuit, ejusque tranquillitatis ac pacis summopere cupidus fuit, ambos nos nuntios legavit, qui suo et Apostolice Sedis nomine singulos sacri Romani imperii principes conveneremus, eosque hortaremur, postularemus, obsecraremusque, ut pro viribus, quoniam in eodem Concilio pacis, mansuetudinis et charitatis plena futura sint omnia, quando idem Concilium quacumque de re non modo auditurum, sed justa etiam postulata est exauditurum, cum nihil tandem aliud agendum sit, nisi, ut probatis probandis, damnatisque damnandis, diu nimium scissa unitas divisaque concordia reparetur, eniti velint, ut faustum principium letumque progressum Dei munere sortiatur; præser-tim cum Summus Pontifex publicam dare fidem amplissimis, quam unquam alias concessa vel concedenda fuerit, exaratum formis, sit paratus. Oratores proinde suos, ut ad Concilium opportunis instructos mandatis immittant, celsitudines vestras paterno hortatur et roget, utque sedatis dissidiis, cum jam (proh dolor!) tot sint

de religione hominum opiniones, quot voluntates, tot Evangelia, quot doctores, una sit fides mentium, et actionum pietas, sunsque Ecclesiæ antiquis decor restituatur ».

26. Cum dicendo finem Delphinus imposisset, Commendonus ejus excipiens orationem subiecti :

« Oratio episcopi Zaczynthien. in conventu ad principes Protestantes.

« Cum tandem utrique nostrum Summus Pontifex mandata dederit, cuius una et eadem est erga universam istam inycltam nationem charitas, repetenda nihili non esse arbitror, quæ reverendissimus dominus Pharen. episcopus ad superiores Germaniae principes nuntius modo exposuit. Sed neque reipublica Christianæ calamitates pluribus explicabo, quas nedum celsitudines vestrae illustrissimæ pro summa earum prudentia, sed nemo fere est, quin intelligat, quo res deducta sit, imo quo prolabatur in dies. Aliud ex alio malum oritur, et nostris dissensionibus Christi hostibus aditum patefacimus, ad Christiani nominis perniciem, cui tandem obviam iri res ipsa postulat. In praesentiarum vero propositis ob oculos periculis occurrentium suadet temporis opportunitas, tum pacata a bellis Christiana republica, tum divinitus Pio Pontifice nobis dato, cuius præter celeras virtutes incredibilis est benignitas et studium in celsitudines vestras illustrissimas singulare, ut nulla unquam amplior et commodior olim data, aut in posterum dari posse videatur occasio pacis et tranquillitatis Ecclesiæ revocanda. Sane quidem illud omnes in primis cogitare debent, agi de fide et de animarum salute, neque religionis fundamenta evelli posse, quin regna et imperia eodem modo labefactata concident; aut nullum prorsus, aut unum id, de quo agitur, universale Concilium superesse in tanta opinionum varietate, et divinarum humanarumque rerum perturbatione, perfugium, ad quod Christiani homines ex sinceritate, sicut ex Deo, et coram Deo in Christo solliciti de unitate spiritus, in vinculo pacis suas contentiones et controversias referant, ut, quemadmodum de Christo Jesu dictum est, interfecisse illum omnes inimicitias in se metipso, ita per OEcumenicum Concilium, sublatiis de religione dissidiis, moribusque purgatis, suus decor Ecclesiæ restituatur, ac fidei veritas, depulsis errorum tenebris, Christiano orbi affulgeat, simusque universi unum corpus in Domino, idipsum sapiamus, pacem diligamus, et Deus pacis et dilectionis sit nobiscum ».

Nuntiis orantibus, decem circiter ex iis, qui in Concilio ex more aderant, singula verba excipientes, utriusque orationem perscripserunt, et ipse Wittembergensis dux plura identidem adnotabat. Tum duo electores, cum quedam inter se essent collocuti, ac Wolphango Neumburgensi duci, simulque duci Wittembergensi

communicari jussissent, per Masquitum electoris Palatini cancellarium omnium nomine hoc responsum dederunt :

« Illustrissimi principes audierunt ea, quæ Romani Pontificis nomine exposuistis. Et quia arduum est negotium, decernere modo nolunt. Convenient inter se ad responsum dandum. Interim cupiunt, ut que vos, Pontificis legati, dixistis, ea scripta deferatis ». Tum nuntii : « Satis aperte (responderunt) Pontifex mentem suam in Concili Bulla declaravit, satisque Cæsari per litteras cuncta significavit. Nos, ne scripturas multiplicemus, in mandatis accepimus ». Masquitius sub hæc audita cunctos principes colloquendo conveniens, denunti hæc respondit : « Illustrissimi Principes intellexerunt vestram responsum; nec super hoc ulterius vos urgenter ». Itaque discedentes nuntii, iisdem comitatibus Germanis, a quibus antea deducti fuerant, redierunt. Vix quadrantis unius spatium intercesserat<sup>1</sup>, cum missi a principibus tres viri eorum, quos ipsi, quia publicarum rerum participes ac ministros habent, consiliarios vocant, advenere, introductique litteras, quas nuntii a Pontifice Maximo singulis principibus reddiderant, ad eos retulerunt, his totidem ferme verbis usi : « Principes, cum has litteras eis redderetis, appellatos se filios a Romano Pontifice non adverterunt, quem quia ipsi parentis loco non habent, ne litteras quidem tali cum appellatione accipere ab eo voluerunt. Attamen ad ea, quæ vos ipsis dixistis, respondebunt ». Responsum a Commendono est, non aliter appellatos a Pontifice Maximo Germanos principes, quam quomodo Cæsar ipse cæterique Christiani reges et principes nuncupari ab eo consueverunt. Illi positis litteris abidere, Bullam tamen Concilii sibi reservaverunt. Triduo post expectantibus nuntiis<sup>2</sup> ut ad accipiendum responsum in conventum vocarentur, decem ad eos consiliarii, primarii homines magna comitum frequentia, missu principum venere; inter quos dignitate præstabant Masquitius, et Gregorius Dracovius, amicorum intimi, ille Palatini, hic Saxonia duces. Omnes a nuntiis summa cum comitate atque benignitate appellati atque accepti cum essent, Dracovius vir<sup>3</sup> multarum linguarum peritus, nec ignarus dicendi, ita Latine, appellatis primum nuntiis Reverendis Dominis, incexit :

27. « Magnopere mirantur Germaniae principes, qua tandem de se opinione, aut spe fœtus Romanus Pontifex eorum tentare constantiam, et se compellare legationibus sit ausus : cum incredibile sit, ignorare eum, que jura sacrorum sancta Germanis, quam de divinis rebus infixam animis fidem habeant ab eo tempore,

<sup>1</sup> Grat. Vit. card. Comm. l. ii. c. 2. — <sup>2</sup> Ibid. c. 3. — <sup>3</sup> Ep. Com. die vii Febr. apud card. Barbar. ubi sup. Antonius Maria Grat. in Vit. Comm. c. 3. Pallav. lo. ii. l. xv. c. 5.

quo eam scriptam, firmataisque, et comprobatam illustribus sacrarum Litterarum testimoniis Carolo V Cesari triginta abhinc annis Augustæ tradidere. Sed neque tum temere, aut levibus de causis fecere, ut a Pontificum ditione ac potestate, cui parere antea assueverant, desciscerent, quando non Iesu Christi nomen aut gloriam propagari curarive ab iis, sed propria potentiæ atque amplitudini studere didicerant. Neque nunc sibi statuunt Pio IV ad Concilium vocanti obtemperandum, penes quem ne esse quidem ullum ejus rei arbitrium sciunt. Etenim auditu etiam indignum est, cum disceptatorem aliorum controversiae ac discriminum statui, qui ipse discordiarum ac dissensionum omnium fons et origo sit, et in judicis sedere locum eum, quem maxime sisti ad judicium, inter reosque haberi convenit, et a quo uno veritas ipsa tam diu, tam immaniter oppugnatur. Cui enim obscura sunt Pontificum Romanorum studia committendi assidue armis inter se nationes, dissidiaque serendi, quo ex aliena pernicie, suas ipsi opes et potentiam augeant? Cui non nota insectatio ac sævitia adversus eos, qui a cultu ipsorum atque inanum idolorum ad veram pietatem animum traduxerunt? Quis vero nescit, quantum contaminatæ superstitionis et falsarum opinionum dispersum per gentes sit a Romanis Pontificibus, quantum tenebrarum Evangelii luci offusum, et nunc maxime offundatur? Ut fetiores ac fœdiores errores ferat foveatque vester iste Pontificatus, quam olim ante cognitionem Christum gentes habuere : et quod detestabilius est, res impias et execrabilis honestis nominibus legitim, et morum et sacrorum corruptores, uni sacrarum legum auctores et custodes haberit vultus. Nos vero cum ipsi cùpimus, tum in omnibus esse populis non dubitamus, probos et reipublicæ amantes viros, qui vanas istas fraudes et impuras corruptelas, quibus deformatam Ecclesiam cernimus, aboleri auferrique cupiant, et veram, et cum cœlestibus jüssis conscientem disciplinam restitu. Quod sane in primis cura esse debuissest Romanis Pontificibus, qui sibi tot saeculis superbium in Christiana republica titulum, summumque sacrerum jus arrogarunt. Sed nimurum constat eos, id quidem minime velle, qui una dominandi libidine occupati, cumulandis superstitionibus, quam divinis rebus ordinandis magis intendunt. Falso prælerea et iniuste Germani levitatis vobis insimulantur, et sibi non constare, pluresque in sectas divisi contraria et repugnantibus opinionibus jaetari dicuntur, cum una nostrorum omnium voluntas et consensio sit in eam doctrinæ formulam, quam scripto comprehensam Augustæ ex auctoritate Cæsaris edidimus : ab ea nostri principes, neque se discessuros unquam profiterentur, et minime vero leges impou si sibi a Romano Pontifice pas-

suros. Nullus enim mortalium, nisi Cæsaris imperio, Germani continentur, quippe hic arbitreris, ac princeps, et caput rerum est in Christiana republica; huic, non Pontificibus vestris, justa et legitima Concilia cogere atque habere, ius est. A quo cum legati ad conventum hunc venerint, iis suam de convocando hoc tempore Concilio rationem, ac sententiam principes exponent: cum Romano Pontifice omni rerum communicatione in perpetuum sibi abstinentum esse, statunt. Vos vero idem principes, quia claris Venetorum familiis ortos, et egregiis virtutibus ac sapientiae laudibus excellentes esse viros acceptaverint, omni quoque honore et observantia dignos judicant, praestitissentque ea vobis, si privati luc, non Pontificis Romani jussu, ad eos venissetis».

28. Jam vides, lector, qualis sit Novatorum doctrina, repleta nimirum non spiritu sapientiae, sed, ut aiebat Augustinus<sup>1</sup>: «Impatientiae, quo solent haereticorum fervore præcordia, et pacem perturbare sanctorum». Sed quomodo nuntii, secundum quod scriptum est<sup>2</sup>: *Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur, ingesta convitia rejecerint, videamus:*

«His acceptis, nuntii pauca inter se collocti, non facili ea esse ferenda statunt. Tum Commendonis: Fecere, inquit, prudenter vestri principes, qui quando talia responsuri erant, absentibus ipsis, ea, quam coram dici a vobis maluerunt. Quo enim acerbitas ista ac licentia verborum adversus eos, qui ad suum testandum studium reipublice vestrumque, in ultimam usque Germaniam venire nos jusserunt? Scilicet hunc quoque morem a doctoribus, ac magistris vestris didicistis incessandi contumelias, invidiaque onerandi eos, quorum redargui rationibus ac veritate revinci vos sentitis, cuius tamen ea vis est, ut maledictis illustretur, non obruarunt. Cæterum ego dicta criminose a vobis in Pontifices Maximos refellam, non imitabor, ut vos modestia quoque et temperamento linguae, non solum causa, vinei a nobis intelligatis. Quo animo, et quo consilio Pius Pontifex Maximus vocatum Germanos ad Concilium misserit, dictum abunde a collega meque est nuper apud istos principes, optimo scilicet et cum publico, tum in primis Germania salutis cupido, licet id vobis, ut cætera, suspiciose criminoseque libeat interpretari. In sanandis ergo Ecclesiæ morbis, nec justius aliud, nec, usi compertum est, salubrius ullum remedium majores nostri adhibuerunt, quam auctoritatem publici Concilii, cuius tanta majestas sanctitasque apud omnes Christianos omnibus temporibus fuit, ut ejus jussis haud secus quam cœlestibus monitis paruerint homines, ii etiam, qui aut proprio

mentis errore, aut alterius impulsu lapsi, ab aliis discrepant. Quoties enim accidit, ut ægra, ac gravi ac pestileniæ haeresi laborantes provinciæ, Concilli auctoritate accepta, ad sanitatem officiumque redierint? Et quis adeo projecti pudoris est, qui plus sapientiae, plus consilii vindicet uni sibi, quam tribuat universis? Et adversari consensui eorum accedat, quos Deus nobis interpres religionum et sacrorum magistros dedit, et quibus ipse presentiam sui in perpetuum est pollicitus, et sepe manifesto nunnine declaravit? At vos etiam de exemplo ac de jure Concilia convocandi, habendique dubitare et cavigliari vultis? Unde vero vobis venit in mentem hanc potestalem a Pontificibus Maximis, penes quos ab Ecclesiæ ortu, Dei hominumque concessu fuit perpetuaque mansit ad, Cæsares transferre, qui nec usurparunt unquam ut suam, et Ferdinandus ipse, ad quem scilicet eam deferatis, non recipit? Quippe discrimina sui et Pontificis muneras, et novit ille, et qui vir est antiquæ sanctitatis, etiam servat: ea autem, quæ sint, non est hujus loci disserere, neque omnino res ullum sermonem desiderat, cum obscurum nemini sil, qua fide, et observantia, et optimus quisque Cesarum Pontifices Maximos coluerint, et Ferdinandus colat, et quam ipse paterno animo atque amore a Pio, Pontifice habeatur. At ne illud quidem est ignotum, quam propensa Pontificum Maximorum studia in Germanos semper fuerint, quantaque ornamenta in hanc gentem contulerint. Unde enim vobis Cæsares? Unde imperii hoc decus et jus imperatoris eligendi, quo cæteris nationibus præfulgetis? An igitur Pius IV Pontificum aliorum vestigia secutus, et officii ac personæ memor, quæ illi divinitus est imposita, parentis et rectoris humani generis, si errantis Germania curam habet, si monilis vos, si patria charitate revocatum a pravissimis erroribus, invitatumque ad Concilium nos misit quorum tamen dignitati tribuere vos aliquid videbmini, id ei audacia vertetis? Mirari vos dicitis? Videre vel hinc licet, quam a recto vestrorum majorum more ac veritate desciveritis; illi dubiis aut incommodis eorum rebus nusquam alio fidentius, quam ad Pontifices Maximos refugerunt. Vos Pontificem ultiro admoventem vulneribus vestris manus, iniqua cum exprobatione repellitis. Revocandi autem velerem disciplinam, ad eamque corruptos hominum mores emendandi curam ad Pontificem Maximum pertinere, quod objicitis, et nos fatemur. Atque id quidem Pius IV, statim ac est Pontifex renuntiatus, enixe ac studiose facere est aggressus, et nunc impensis in idem opus incumbit; et quia magni negotii res est, quo absolutius perfectiusque conficiatur, omniaque quæ ubique sunt, incommoda comprehendat, universeque ad omnes permanet, de Concilii ipsius sententia, et ex consulto Palrum sanciri constitui-

<sup>1</sup> S. Aug. de Civ. Dei l. xii. c. 2. — <sup>2</sup> Prov. xxvi.

que voluit, idque vobis ignotum esse non debuit, cum, et edicto contineatur, quod legistis, et quæ Romæ aguntur, perferri ad vos quoque potuerint, nisi capere cuncta in deterius, et honesta rectaque nescire, et tantum secus facta reprehendere, atque insectari liberet. Et quid ego nunc illam orationis vestra partem refellam qua nobis superstitionis crimen, si Deo placet, et obsecurati Evangelii invidiam maculamque infilgere, odio veri et libidine maledicendi obsecrati, non estis veriti? Quibus gloriari liceret, nulla re æque Romanam Ecclesiam cæteris Christianis populis, quam Evangelii propagatione custodiaque perstisset, nisi a consuetudine nostra abhorret, aliter quam in eo gloriariri, cuius coelesti Numine haec orbi terrarum salutis et beatitudinis lux effulgit. Sed profecto constat omnibus antiquitatis monumentis veteres illos Patres qui maxime sanctitatis et doctrinæ laude floruerunt, Christianamque pietatem pariter moribus atque ingenis illustrarunt, ab usque Apostolorum memoria, ut quæque res dubia aut difficilis explicata incidisset, Romanam Ecclesiam consulere, ejusque responsis hand secus quam divinis oraculis stare consueisse. Possem ergo, ad quamecumque terræ partem me verterem, percensere reges ultimorum quoque gentium, nationesque, quæ sacrorum jura petitum Romanum miserunt. Possem et immensas hominum multitudines, Pontificum Romanorum cura atque illius Ecclesie studio ab impiis falsarum religionum ludibriis, quibus captas mentes habebant, ad Christi veri Dei cultum traductas commemorare, cum nulla Christiana provincia sit, quæ, aut acceptæ aut conservatæ Catholicæ religionis gratiam Romanæ Ecclesie non debeat, sed ut alios mittam (neque enim mihi apud vos agenti aliena exempla conquirienda sunt) quæro a vobis, unde Christianæ religionis fideique primum nomen Germani audieritis? Unde magistri pietatis, unde Evangelii ipsius lumen disciplinante ad vos pervenerit? An inficias ire potestis, quod si Christiani sitis, quod barbaras superstitiones exueritis, id secundum Deum beneficium esse Romanæ Ecclesie? Ab hac prima Christianæ pietatis semina jacta in vobis sunt; ab hac sacrorum ius, et Dei rite colendi ac de divinis rebus vere recteque sentiendi tradita ratio est, a qua summo isto imperio et majestatis honore præ cæteris gentibus aucti atque decorati estis. Ab hac vos Ecclesia, quæ beneficium meruit, ut parentis majestatem apud vos obtineret, postquam gratia obliti descivitis ab hac veritate ac fidei regula, ad quam omnes, quæ rite Christianum Deum venerantur, genitus, suas de divinis rebus rationes direxerunt, postquam declinastis, et quod unum rectum est ad Cælum iter reliquias, in quos, Deus bone, et quam devios anfractus deflexisti? quibus vos erroribus implicasti? quibus

mentes vestras tenebris mersistis? At etiam iniquo animo ferri a principibus vestris super dicebatis, quod nos varia, ac multiplici religione agitari, impelli que Germanos volis objecimus, idque inficias ire, verecundia non fuit. An potest clarius, an evidenter esse quidquam vestris inter vos de tota cælestium rerum ac divinarum cæremoniârum ratione dissidiis et concertationibus? Tna est vestrum omnium consensio et conspiratio adversus nos Ecclesiæ, a qua defecistis, cætera nihil dissimilius, nihil disjunctius, nihil discrepantius, an vero id non testatum omnibus? An non omnis referta libris Germania est, contraria et pugnantia docentibus? An adeo hebetes nos, ac rudes Germanicarum rerum esse putatis, ista ut ignoremus? An Lutherus quidem ipse, Paulus alter, ut vos vultis, qui præcepis se ex Ecclesiæ navi in mare dejeicit, a quo jactata a vobis Augustana formula conflata est, quando sibi, aut in quo satis constitut? An istam ipsam formulam non quotannis, quandiu vixit, commutatam, diversaque in sententias contorlam edidit? An qui postea ipsum secuti sunt, non æque licenter trahendo eam, quo enjusque libido rapuit, totam aliam fecerunt? Sed quot jam rixæ inter vos de dictis sententiisque Lutheri? Et quotus quisque est, qui quæ placita illi sunt probet? Quot Melanthon? Quot OEcolampadius? Quot Zwinglius? Quot denique Calvinus trahit? Quot alii sexcenti, qui omnes de summis rebus a Luthero atque inter se dissentient? Non modo civitas, aut municipium, sed ne domus quidem in Germania est ulla horum certaminum expers. Cum viro uxor, cum parentibus liberi de fide sacrorum, de divinarum litterarum intelligentia altercantur. Fœminæ, pueri in circulis, in cauponis, inter popula ludosque, quod miserandum est, de religione constituant. A vobis denique ipsis, hoc ipso in conventu, quantum laboratum est opere, ut aliquam uniusmodi mentis speciem preferre possetis? Quod assequi tamen nequivistis: scilicet, ut discrepare inter se vera, ita conjungi et convenire falsa non possunt. Et quanto quis ab Ecclesiæ portu magis recedit, quanto longius a vera stabilique fide, in errorum veluti pelagus procellatur, tanto cœcioribus fluctibus jactatur, fallacioribusque opinionibus involvitur. Quin vos ipsa varietas inconstantiaque vestrorum doctorum revoget aliquando ad cognitionem veritatis, quæ simplex neque plus una est. Quin imitamini Pauli Apostoli exemplum, ad nostram eruditioem memoriae proditum? Qui cum nihil, nisi divino spiritu afflatus ageret, divinitusque traditam sapientiam haberet, ut labi atque errare nullo modo posset, tamen divinitus item admonitus de re, quæ justam dubitandi causam habere aliis videri poterat, ad Apostolorum Concilium relutit, ne forte, ut Lucas inquit, in vanum curreret aut cucurrisset.

Sed hæc vos videritis. Pontifex quidem Maximus pio piisque parentis officio adversus vos functus, omnique nixus studio, ut deviis quoque et contumacibus filii salutem redderet, jure vobis ac omni Germaniæ exprobarit illud Evangelii: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti?* Quæ autem postremo honorifice de nobis ipsis dixistis, pro privato principum erga nos studio, privatas quoque gratias iis a nobis referre vos jubemus. Ceterum ea nos non alia re deberi nobis, quam ejus, a quo missi sumus nomine, profitemur ». Hæc a Commendono habita oratione, Germani nullo dato responso discesserunt, varie pro cujusque ingenio dicta nuntii accipientes; pars veritate perculti faciti ingemiscere, fremere alii, ac indignari ea dicere tam celebri loco ausus nemo.

29. Asperæ hujusce sententiæ, quam Germani principes in suscipienda Pontificis legatione amplexi sunt, quantum ex eorum consiliariis nuntii accepérunt, præcipius auctor fuerat Christopherus Wittembergensis dux, qui præter insitam Germanorum ingenii ferociam, magnas possidebat opes ademptas templis, unde justos dominos exturbarat, ac supra centum millium aureorum vestigia sibi ex illa rapina confecratur; eo Ecclesiæ infensor, quo plura Ecclesiæ eripuerat ut propemodum illud Apostoli ad Timotheum<sup>1</sup> scribentis videatur impletum: *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide.* Mitius, ut ipsemet Commendonus in communi Epistola<sup>2</sup> cardinali Borromæo significavit, præse tuit ingenium Augustus Saxoniæ dux temporalis ac spiritualis, apprime pacis studiosus, qui et ipsos nuntios per certos homines verbis obsequi pleuis inviserat, et antequam per consiliarios contumeliosa illa responsio redderetur, occasione captans Nauburgio discesserat, quamvis omnium postremus, utpote proximior, esset prefecturus. Cum itaque principes Nauburgii congregati jam plane Concilium celebrandum existinarent, ne populi suarum ex diversitate sententiarum facile in suspicione venire possent, quenam denique fides apud eos, apud quos nulla nec verba, nec scripta, uteum Athanasio<sup>3</sup> loquar, robur habebant, sed omnia pro tempore mutabantur et transformabantur, in unam omnes coire fidei formulam studuerunt. Sed cum jam a veritate, quæ non nisi una est, quam Petri Cathedra tenet, excidissent, inter se quoque haud compaginari, quemadmodum neque parietes subtracto angulari lapide, potuerunt. Nam ut scribit idem Commendonus, Jo. Fridericus Vemariensium dux puram illam dumtaxat confessionem a Luthero compositam, et Carolo V anno MDXXX exhibitat

retineri postulabat. Principes confessionem quidem illam admittébant, sed cum Melanctho nū simul Apologia, hoc præcipue consilio, quod cum Melancthon in Zwinglium inclinasset, multaque ejusdem hæresiarchæ insania semina in suis sparsisset scriptis, a condemnandis principibus illis, qui secta erant Sacramentarii, abstinuissent, quales manifeste dicebantur, elector Palatinus, dux Wittembergensis ac marchio Badensis. Verum Jo. Fridericus nequaquam consilio aquievit, quin indignatione commolus, quasi per contumeliam, principes illos Sacramentarios et Zwinglianos appellavit, multasque turbas et contentiones excitavit, nullo habito cognationis et sanguinis respectu, quo arctissime cum Palatino jungebatur: elata namque prima uxore, quæ Lautgravii fuerat filia, ex qua nullos suscepserat liberos, Jo. Fridericus ipse, et Jo. Guillelmus ejus frater duas electoris Palatini filias matrimonio sibi copulaverant: ex quo corporum nexu nequaquam tamen, ut multi sperabant, nexus quoque secundus est dogmatum et animarum; divina misericorditer providentia id praestante, ut hac ipsa intercedente divisione exstimulati hæretici revertantur ad Dominum in Iherusalem, que est Romana Ecclesia, cum cognoscant, quod *Non est solum filia Chaldaeorum.* Cum autem per hos dies nuntii saepè cum principum consiliariis agerent, ac saepè etiam illos ad prandium adhibuissent, plane accepérunt nullam erga Concilium animi pro pensionem existere, principesque existimare, Bullam inductionis expressam esse Concilii continuationem, ex illis forte verbis, *Omni suspensione sublata, suspicantes, asserabantque nullum ex Germania episcopis Tridentum accessurum;* et antequam conventus ipse dissolveretur, constitutum est inter ipsos, ut neque ipsi mitterent ad Concilium, et metum injicerent Germania episcopis, ne a custodia rerum suarum abcederent. Cum etiam ulterius de rebus Turcarum ac Moscovitarum sermo haberetur, præsertim cum de eounubio ducis Moscoviae cum regis Poloniæ sorore rumor esset, percutiati sunt a nuntiis, num Pontifice cum Moscovitis ageret, cum fama apud ipsos percrebuisse, a Pontifice Moscovia ducem foveri. Ad hæc responderunt nuntii, aliis quidem temporibus oratores a Moscovita Roman submissos, qui a Pontifice titulum regium deprecantes, obedientiam ipsi Sedique Apostolicæ observantiam pollicerentur, Græcorum ritus ac schisma penitus condemnaliori: nunc autem nullum hujusmodi negolium cum Pontifice agitari, cuius animus ad benefaciendum nobilissimæ Germanorum nationi totus modo incumbebat. Et magnum profecto (subdunt nuntii) istos Germaniæ principes incessit timor, ne gliscens, hujus-

<sup>1</sup> I. ad Tim. c. vi. — <sup>2</sup> Ep. VIII. Feb. — <sup>3</sup> S. Athan. de Synodo.

<sup>1</sup> Isa. XLVII.

modi nuptiarum occasione, Poloniæ regis potentia, in eorum damnum augeretur, quod regio ipsorum parum a Polonia abesset, planitiesque maxima, et in ea nullæ arces, nec vires ad se defendendum suppeterent.

30. *Cum duce Saxonie et electore Brandenburgico Commendonus agit; electoribus Coloniensi et Trevirensi legationem suam exponit; Clivensem ducem, Bruxellas et Aquisgranum invicit.* — Abrupta itaque actione illa, atque omni consultatione, cum Jo. Fridericus protinus se conventu proripiens in suam ditionem abicerit, nuntii nona Februarii Nauburgio profecti ad reliqua oœcunda digrediuntur; anxi quidem de rerum eventu, metuentes, ne urbes cæterique principes Lutherana hæresi infecti Pontificis Brevia essent accepturæ, cum hi, qui in conventu aderant, neutiquam recepissent. Et Delphinus, Franconia, Suevia ac Bavaria pergrata, plurima ubique locorum eruditio ac benignitatis argumenta reliquit; Commendonus vero, cui operosior demandata fuerat provincia, altera, quam a Naumburgio profectus est die, Lipsiam venit. Sed antequam ipsum abeuntem prosequanatur, opera pretium duximus ea, qua acciderint, prout ipse card. Borromæo<sup>1</sup> significavit, enarrare. Sic igitur habet: « Paulo ante nostrum discessum ex urbe Nauburgensi, primus inter consiliarios Saxonie ducis me invitat, ac post multa humanissima verba dixit, se suo principi retulisse ea, de quibus multoties simul egeramus, sumimque præ se tulit dolorem, quod in hujusmodi conventu, et non in propria ditione suum principem reperisset, quod non immitti vir ingenio, ut ipsem animadvertere quiveram, temporis magis quam propriæ sententiae inservire conatus tunc fuerit, etc. Nocte eadem, cum jam dux discessisset, Nauburgium suum secretarium remisit, qui patentibus litteris signo ac manu electoris consignatis singulos suæ ditionis subditos proposita indignationis pena jubebat, non solum itineris ductoribus et equis me prætereuntem instruerent, sed omni etiam honore exciperent; quod commode plurimum accidit, cum per totam Misniam, partemque Saxonie ab electore possessam transeundum fuerit. Altera die una cum Delphino profectus, episcopum Naumburgensem in loco, qui dicitur Sait, commorantem convenimus, qui cum Pontificem Diploma et Concilii Bullam summa reverentiacepisset, se, quamvis senio et podagra laborante, promptum atque paratum ad Tridentinam civitatem conferendi exhibuit. Cumque mutuis dissenseremus colloquiis, dixit mihi, Amnsdorffum et alios eum sectantes in Thuringia publicis in concionibus docere, *Bona opera perniciosa esse ad salutem: et quod non ipse solus, sed omnes hæretici conciona-*

*tores a dic, qua Concilium indictum fuit, populi persuadere nituntur, non expedire ad Concilium accedere, eo quod homines ibi nanciscerentur versutos, qui veritatis lumen dumtaxat extinguere conantur, quod solis ipsis solummodo a Deo infusum existimare debent, etc. ».* Quic autem Commendono Lipsiæ acciderint, et quomodo dein Halam perrexit ex ipsomet audiamus: « Lipsiam urbem, studiis insignem, ubi appuli, statim ducis consiliarii, qui Nauburgii me agnoverant, inviserunt, plures postea illius Universitatis doctores nomine ipsius Universitatis visitatum venere, qui juxta nationis morem Latina habita oratione demissionis et reverentie plena, vini quoque munera obtulerunt; alia insuper munera paulo post ab ipsis urbis prætoribus submissa. Quatuor in ista Universitate, diviti mercede conducti, præcipui Canonum doctores habentur. Prior Decretum explicat, alter Decretalium libros, tertius Sextum, quartus Clementinas, idemque institutum Vittembergæ observari, quamvis hæresis initio hujusmodi volumina inibi flammis sint data, restituta postliminio eorum lectione, accepi, etc. ».

31. In alia autem, quam per arbitrarias notas conscripsit Epistola ad eundem cardinali Borromæum hæc habet: « Audivi, ducem Saxonie, Brandenburgii marchionem, aliosque principes novum celebraturos conventum; quoniam in Nauburgensi cum comite Palatino, Lantgravio, Vittembergensi duce aliisque convenire non poterunt, quod in Calvini et Sacramentariorum hæresim inclinarent. Illud etiam accepi, quod in eodem Nauburgico conventu sedulo curaverint modum aliquem invenire, quo effusam illam libros typis edendi licentiam frænarent, quibus novæ quotidie profrebantur opiniones, verum, quominus hujusmodi tollerentur, obstitisse tot inter se divisas principum de religione sententias. Illud etiam accepi, quod antequam Nauburgium perveniremus, palam a principibus regina Anglia oratores admissi fuerint, quos, cum legationem de more expondere, Lantgravius, qui connubium reginæ cum uno ex filiis suis frustra diuque tentaverat, interrogavit, Quandonam eorum regina paritura esset? Quo dicendi modo oratores maxime offensi summa animi indignatione discesserant. Itaque potissimum de causa Calviniana pars incrementum, addita regina auctoritate, sumperat, spargebanturque de Lantgravio querela, quod, cum eadem sentiret, privatas tamen ob causas neglexerit ».

Lipsia discedens Commendonus<sup>1</sup> Halam venit, ut ibi, inquit Gratianus, peregrinationis ejusdem comes et testis oculatus, archiepiscopum Magdeburgensem conveniret: « Is erat

<sup>1</sup> Ep. xvii Februarii.

<sup>1</sup> Cap. I. l. XII.

Joachimi Brandenburgii Septenviri creando Cæsari, quos Germani a munere electores appellant, filius : sed eo non invento Berlinum ad Joachimi ipsius regiam perrexit, Albi flumine ad Vitembergam trajecto. Oppidum Lutheri furore et Caroli V Victoria, et Friderici Saxoniis et Lantgravii clade nobilitatum. Joachimus Alberti patris cura in fide Romane Ecclesie diu retentus, post mortem inde patris temporum illorum procella abreptus se haereticis adjunxerat. Sed tamen ex ingenio suo multa retinuerat de pristinis Sacrorum ritibus, multa item ex disciplina Lutheri respuerat. Advenientem Commendonum perhonoris hospitio accepit, coluitque omnibus humanitatis officiis, plura, ut ne a Catholico quidem praestari potuerint ». Quæ singillatim recensita praestat audire ab ipsomet Commendono in Epistola, quam decima nona Februario ad cardinalium Borromæum conscripsit : « Continuo, inquit, ubi Berlinum appuli, elector per suum marescallum, et a consiliis primum, insequenti luce me ad prandium invitat, ad quod serius, quam potui, accessi, veritus ne juxta Nauburgense decretum, ubi ejus consiliarii adfuerant, Pontificis Epistolam non recipet; ideo inter epulas optabam colloquia miscere, ac mandata postea exponere. Itaque cum elector una cum suis consiliariis ad me audiendum esset paratus, statim mensam jussit apponi, cumque inter recumbendum plura conferremus, sensim sermones flectere curavi de eo, quod Nauburgii inter principes evenerat, ac de summa Pontificis benignitate, paternaque ac sincera erga omnes voluntate : multaque in hanc sententiam fuerunt dicta. A prandio, cum mihi quietem imperasset, nec nisi altera die conveniendi sui potestatem fecisset, tunc, cum per duas horas ante mensam, totidemque post illam, de Concilio pluribusque aliis rebus quaestiones mihi proposuisset, semper lamen mandata mea exponendi occasionem mihi surripiebat, quod cum animadvertissem, serioque apud primum consiliarium instarem, ut me audiret, ille principem semper ad me audiendum paratum dixit, optare tamen, ut quindecim vel viginti dies ibi subsisterem. Quod cum fallendi temporis gratia postulari cognoscerem, ne bonum otium contererem, amplius consiliarium urgebam, qui cum electore se tandem acturum est pollicitus. Insequenti luce, cum diluculo de facili ad principem aditu cognovissem, quod jam cum suis consiliariis me operiretur, obviam illi factus, ipso annuente, coram theologis et consiliariis suis Pontificis mandata exposui, Bullam Concilii et Breve simul exhibui. Ille singula accipiens, Breve aperuit, Bullam perlegit, responsionem ad aliam diem distulit, quam prolixam valde vigesima quarta mensis reddidit: cuius haec summa erat : Pontificis salutationem se ea, qua par erat, reverentia, excepsisse,

multasque ei gratias habere : exploratam sibi jam olim, cum in Pannonia moraretur, optimam ejus mentem summanque probitatem ; se quoque paci semper incubuisse, neque me in hoc de se ipso existimando fuisse deceptum, cum omne studium omnemque operam pro asserenda concordia perpetuo insumpserit, ignarus equidem, an his immorans, pacem inter omnes et gratiam ineat. Parum tamen sibi curae ac mœroris esse, quid tandem alii sentirent, conscientiae sue paci et verbo Dei freto, quo impellente, non aliqua vero levitate, Augustanam Confessionem admirerat, summoque desiderio mortalibus cunctis, ac precipue Summo Pontifici veram agnitionem filii Dei expelebat. De inductione autem Concilii respondit : Non sui ipsius, nec Naumburgensis tantum conventus, sed multorum aliorum principum et statum esse negotium; nil proinde aliud responderi posse, nisi quod communiter statuissent; compositionis tamen et pacis studium sibi semper cordi futurum, quamvis, quod jam experientia magistra didiceral, nec principum voluntates, nec res ipsa difficultatibus plena multum sibi de illa promitterent, etc. ».

32. Ilæc cum audisset Commendonus<sup>1</sup>, ac simul comperisset electoris animum ingenua quadam sinceritate ornatum, gratamque summopere habuisse, quam ipsemel pariter exhibuerat sinceritatem, eo fidentius insinuare coepit, conscientiae pacem, et filii Dei agnitionem non alibi melius ac lutius, quam in universalis Concilio exquirendam : hanc sibi modo offerri, et deprecari ab illo, qui successor et haeres illius existit, cui a Domino praeceptum fuerat, *Ut aliquando conversus confirmaret fratres suos*, addito privilegio certissimo, *Ut non deficeret fides sua*, quod Dominus Jesus Christus ad hunc finem suo in terris vicario impetravit. Ergo ad hunc a Deo constitutum judicem humiliter accedat, Iomenque illud sequatur, quod in continua Sedis Apostolicæ successione et in perpetua atque constanti Patrum doctrina reperitur. Plurima in hanc sententiam, cum Commendonus esset cloccutus, « cupientem deinde discedere », scribit Gratianus, « aliquod apud se dies precibus et comitate retinuit, quotidie plures cum eo horas consumens, ut nunquam nisi ægre a colloquio ac sermone ejus avelli videretur, viri ingenio atque eruditione, ut ipse ferebat, delectatus. Itaque non difficile ei fuisset Joachimum ab illo errore, in quem credulitate lapsus erat, ad Ecclesiæ fidem reducere, fatentem jam ignota sibi fuisse multa, quæ Commendonum disputantem audierat, nisi suorum auctoritas eum continuisset. Nam Germaniae principes omnes ipsi doctrinae, omnium exterarum rerum morumque expertes, mirum quam se plerumque iis cre-

<sup>1</sup> Lib. II. c. 4. Vit. card. Comm.

dunt, quos sibi in Concilium ascerunt, scientia juris, aut industriae opinione commendatos». Sed quenam major animum ipsius obversaret circa fidem Catholicam et Concilium difficultas, Commendonus ipse suis litteris exponit: « In multis cum se elector facilem demonstrasset, unum illud asperum nimis, nec suadibile existimabat, quod eorum theologi a ferendis in Concilio suffragiis arceantur; que cum saepius repeteret, multisque suam sententiam conarebatur firmare rationibus, rogavi tandem ipsum, quidnam respondendum esset aliarum sectarum hominibus, qui haec eadem postularent, si quando Confessionistis concederetur? Omnibus aliis neganda dixit, quia *Non habent, ut Confessionistæ, Dei Verbum*. Atqui omnes sectæ (subjunxi) Dei verbum habere se credunt. Necessum proinde fuit, a Deo certum in terris constitui judicem, quem videmus in antiqua et perpetua gubernationis Ecclesiæ forma Romanum Pontificem fuisse ». Cum vero insequenti luce ad prandium ab electore adhibitus fuisset, simulque adeset doctor e suis; cum denuо in eamdem sententiam loquerentur, ac nullam sectarum de jure in Concilio suffragium expetere posse elector affirmaret, nam præter id, quod falsæ sint, non etiam immediate Romana Ecclesiæ adversantur, quemadmodum Augustana confessio, quæ abusus præcipue tollit, et revocare Evangelii puritatem conatur, futilis hasce rationes strenue Commendonus disjecit, in tantum, ut cum abeundi facultatem a Joachimo<sup>1</sup> exposceret, haec illum sibi dicentem audiverit: « Reverendissime Domine, profecto injecisti mihi multas et magnas cogitationes ». Magdeburgensis autem archiepiscopus ejus filius, cum verbis obsequentissimis Breve et inductionis Bullam exceperit, responsionem distulit, donec cum patre consilium communicaret, quem Commendonus bonum et fidelem consiliarium respondens secum habere, onus nimirum episcopale, quod gerebat, rogavit, ut pro suo munere, qui non solum archiepiscopus, sed etiam primas erat, suffraganeos episcopos, antequam denuo reverteretur, ad Concilium pelliceret, exemplique suo, cum ætate et valetudine vigeret, animaret: cui Magdeburgensis pronam maxime voluntatem non Tridentum dumtaxat, sed et Romanum ipsam accedendi demonstravit.

33. Mox cœptum iter prosecutus Commendonus Frescam ad Jo. Franciscum marchionem electoris Brandenburgensis fratrem divertit, a quo per humaniter cum fuisset exceptus, acceptis Pontificiis litteris spatium duarum horarum dari petit, donec se ad consiliarios reciperet, ut quid Brevi ac Bullæ Pontificie respondendum esset, cognosceret. Re deliberata, una cum Adriano quodam doctore ad ipsum revertitur.

Is per summam petulantiam responsum a marchione differendum, donec alios quoque principes propediem alloqueretur, exponit, quod haud ambigendum, veritati innixum, atque ad omnes potissimum cavillationes disjiciendas apprime opportunum futurum, præcipue super requisito ad Concilium accessu; quod nil aliud equidem esset, ac si lepores ad concionandum inter leones progredierentur. Aliae in Concilium ipsumque Pontificem, cuius benignitatem Commendonus extulerat, convicia ac maledicta contorquens, Pium insimulabat, quod eo auctore in Italia cæterisque provinciis hominum piorum carnificinae (hac voce usus est) exercerentur, non aliam ob causam, quam quod puram Evangelicam doctrinam ament, erroresque ac idolatrias, que in tyrannide Pontificia sunt, nec possunt nec volunt admittere. Commendonus, quamvis sub haec audita multa intra se indignatione fuisse commotus quod sciret decere, Pontifici, quantum cum dilectione scripsera, eamdem vicissim dilectionem, non autem contentionem et contumeliam referre, tamen, qua erat animi celsitudine ac prudentia, vultu placido ad Jo. Franciscum conversus, manifeste ostendit, Adrianum non ad ea, que proposita fuerant respondisse, ac longe securus, quam mens Pontificis esset, Concilii Bullam fuisse interpretationem; nec colloquendi, sed accusandi causam suscepisse, quibus omnibus manifeste nullum ab iis expectandum responsum, indicabat, in quibus rixandi potius quam charitatis affectus eminebat; non esse hoc legati officium, nec sui moris ita agere: principibus ipsis soleme esse ab hujusmodi verbis abstinere, præcipue non lassitudinis, sed in honore habitus, ac propriis in domibus. Hoc se co gravius ferre, quo minus merito sui vel Pontificis accidisset. Ibis dictis brevi responsione diluit cuncta illa, que Adrianus edixerat, ac Jo. Francisco in memoriam redigit, Pontificis mentem in hoc positam, ut publica fides ad Concilium accendentibus detur; utque omnes benigne illuc audiantur, nec tanquam lepores, ut insulce aiebat Adrianus, inter leones, sed tanquam oves inter pastores. Demum, ut ipsemel marchio prudentis responsionis apud alios principes auctor esset, interpresque pacis, tum temporalis, tum spiritualis, quod unum Pontifex in votis habebat, enixe rogavit: assurgensque jam discessum parabat, cum marchio et ipse assurgens, ut secum pranderet efflagitavit: tum, quæ consecuta sint ex ipsis litterarum Commendoni verbis<sup>1</sup> videamus: « Cum me Jo. Franciscus prandio accepisset, aperto semper capite, cæterisque omnibus reverentia et obsequii signis discubuit; advenienti atque abeundi dexteram præbuit; discedentem humanissimis verbis magnisque pol-

<sup>1</sup> Ex. Ep. sub die xxv Febr. ad card. Borrom.

<sup>1</sup> Ep. ad card. Bor. IV Mar.

licitationibus est prosecutus suosque omnes consiliarios, qui me usque ad hospitium deducerent, submisit, ipsum etiam doctorem Adriannm, qui quæ dixerat, ne amaro acciperem animo, exoravit. Respondi, me nullo majori ad illa refellenda impulsum respectu, quam satutis ipsorum desiderio; cum si de mea tantum ageretur causa, gaudendum potius mihi esset, quod cum ipsi dissensionibus modum imponeare nollent, hujusmodi nterentur responsis, quæ perspectam nostræ cause justitiam reddunt, perpetuamque benignitatibz et charitatis Pontificis commendationem important. Tum ille, cum hoc solum questus dixisset: *Monachi fuerunt in causa harum rerum omnium, profectus est.*

34. Discedens Commendonus Bresca<sup>1</sup>, Berlinum iterum ad electorem redit. Catholicam habebat uxorem elector, Poloniæ regis sororem, ad quam quotannis semel a Polonia, qui mysteria divina præberet, sacerdos Catholicus accedebat: plures cum hac Commendonus sermones habuit, simulque cum filio Magdeburgensi archiepiscopo, qui per eos dies adhuc ibi morabatur. Is, ubi nuntii redditum cognovit, postridie ejus dici ad eum invisendum perrexit, pollicitamque Pontificio Brevi responsionem per suum consiliarium in hunc modum reddidit: « Innumeræ Pontifici gratias habere, quod benedictionem sibi impertierit, talemque erga se voluntatem exhibuerit; immortales Deo, quod Pontificem tam benigno erga Germaniam studio suscitaverit, cum pro ejus potissimum salute Tridentinum Concilium indixerit. Illuc se indubitanter accessurum, doctrina a pluribus quidem episcopis, fidelitate tamen erga Pontificem a nemine superandum. Majori in posterum cum fiducia Pontificem suis in necessitatibus, ut qua ope, quo consilio cœnobiorum conservationi, rerumque ad Ecclesiam spectantium firmitati incumbat, adiuturu, quando ipsius Pontificis tam paterno Brevi fuerat decoratus, cui hanc propria exarata manu responsionem dabant ». Commendonus mirifice talem erga Pontificem observantiam laudans, illum ad ea, quæ episcopalis munera erant, cognoscenda et obeunda prudenter et strenue incitavit: summopere indolens tam præclaræ indolis et mentis juvenem, erat enim annorum viginti duorum, hæreticis undique famulis adeo obseptum conspicere, ut ne unum quidem Catholicum dignoverit. Interea, cum electoris conjux, quæ dinitius laboraverat febre, convaluisset, summa et ea, quæ Catholicam decebat fœminam, reverentia Pontificis Breve suspiciens, magna, pro missa sibi a Pontifice benedictione, voluptate perfusa, Commendonum rogavit, ut ejus nomine Apostolici pedes oscularetur, affirmans velle

sub sua Beatitudinis benedictione in Catholicæ Ecclesiæ fide usque ad exitum permanere, pro cuius vita et felicitate juges ad Deum preces fundebat. Multum per hos dies elector consultandi causa cum Commendono colloquebatur, necessitatem tot dissidiis finem imponendi satis jam perspectam, viam tamen ad illa tollendam hucusque ignotam. Querebatque instanter, num Pontifex suffragium theologis sue partis unquam esset concessurus, cum in Bulla indictionis, inquietabat, constet, quod vocat eos tantum, qui *De jure, et consuetudine*. Quæ cum Commendonus nullo negotio refelleret; ad alias elector expostulationes orationem flexit, quod jam olim Tridenti tot decreta Protestantibus absentiis essent sancta, ex quibus tot difficultates modo emersissent. Has tamen omnes querelas a Pontificiis in Protestantes ipsos Commendonus sapienter avertit, cum toties vocati ac tam multo tempore expectati nunquam tamen accedere voluerint. Electorem demum rogavit, compositioni atque oratorum ad Concilium missioni operam daret, utque ad provinciam hujusmodi subeundam probatos viros pacisque studiosios deligeret. Cui Elector: « Profecto, respondens, Theologi non quærunt pacem, sed semper contendunt », suam tamen pollicitus est operam. Discedendi veniam deprecantem ad biduum adhuc subsistere impetravit elector, volens sacras, quas in sua Ecclesia habebat reliquias, simul ac ritus, quibus illi inserviebatur, ostendere. Renuit Commendonus presentiam suam missæ hominum non initiatorum exhibere: a prandio tamen veneratus est sanctissimas, quæ ibi custodiebantur, reliquias, quas summo nitore asservari inspexit, multis ad illas recludendas statutis argenteis, vasisque, et crucibus aureis prisca Caroli Magni, ut ipse leví memorie lapsu opinabatur, vel, ut fortasse verius Pallavicinus arbitratur, Othonis I pietate et munificentia confitatis. Viscebatur etiam ibi aurea Rosa Pontificis benedictione consecrata, quam Nicolaus Quintus Pontifex Maximus avo suo transmiseral. Cum autem inclinata esset dies, ægre admodum ab electore facultatem in crastinum proficisci extorsit, cum a Commendono alloquo divelli vix posset. Altera luce elector ipse Commendonum invisit, petitiqne instanter, ut sibi a Pontifice particulam ligni sanctissimæ Crucis Christi impetraret, aureæ simul et chrysostomæ Cruci affabre jam antea excitatae, includendam. Hac cum lector audierit, quo pacto divinæ providentia non obtupescet consilium, dum ad Hagiomachos ipsos confundendos, qui sanctorum reliquias ut dæmones detestantur, effecit, ut de cultu, ac veneratione ipsis habenda<sup>1</sup>, *Inimici nostri essent iudices*, illasque tam sedulo exquireret ac studiose custodiret Ger-

<sup>1</sup> Sac. hist. Soc. Jesu l. v. an. 1561.

<sup>1</sup> Deut. c. 32.

maniæ præcipius princeps, quamvis a fide Catholica alienus, dum alii intra ipsius Germaniaæ fines tam rabida vesania, more Gentilium ac Manichæorum, in ipsas desævirent. Sed jam historiam prosequamur. Elector, postquam sacratissimas Crucis reliquias a Commendono poposcisset, denuo ad consueta religionis atque unitatis sarcinæ colloquia revertitur, quam facili aditu consequendam dicebat, si probati ex omni natione viri controversiarum omnium judices deligerentur. Verum Commendonus, cum manifeste ostendisset, nullibi resarciri posse fidei damna, nisi ubi non possit fides sentire defectum, ideoque nec alias exquirendos judices, quam Concilium legitime congregatum, cui certitudinem infallibilem conciliat infallibilis Spiritus sancti assistentia, dilatam per hujusmodi colloctiones post meridiem suam perfectionem adornavit, cui discedenti elector litteras ad Pontificem tribuit, fuitque hic unus, ut notat Sacchinus<sup>1</sup>, omnium Lutheranorum principum, qui honorificentissime et Pontificis tractavit legatum, et ad Pontificem scripsit, ac de Pontifice et Romana Ecclesia mentionem nunquam sine honore usurpavit. Abeuntem legatum<sup>2</sup> multis et pretiosis muneribus studit comitari, que omnia cum Commendonus respuisset, duo electorem, ne sibi denegaret, postulavit; nimirum, ut librum, quem conjugi sue Warmiensis episcopi nomine obtulerat, dignaretur legere; continebat liber iste fidei Catholicae confessionem, atque Augustanae Confessionis aperiebat. Alterum ut monachis Chartusianis, qui apud Francfordiam ad Oderam adhuc remanserant, loca quædam sublata restituerentur. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, approbare quoque visus est, quod cætera, que obtulerat, Commendonus respuisset.

35. Ab eo profectus Brunsvicensibus<sup>3</sup>, Lüneburgensibus, cæterisque regionis ejus regulis episcopisque conventis, ad Rhenum per Vestphalos iter vertit, visis circa Paderbornam campis saltibusque Variana olim clade et Arminii victoria claris; que loca post tot saeculorum spatium a Germanis cum gloria et ostentatione majorum suorum virtutis monstranlur; et hac nostra ipsa ætate a celsissimo principe Ferdinando de Furstenberg episcopo Paderbornensi et coadjutore Monasterensi præclaris ingenii sui monumentis fuere illustrata. Praerat tum Paderbornensi Ecclesiae Joannes Comes ab Hoja, quem insigni virtulum ornatus cultissimum, tradunt scriptores. Is quamvis devexa esset ætate, ad Concilium tamen se venturum Commendono promisit, ac plenas obsequii litteras Pontifici reddidit.

<sup>1</sup> Hist. Soc. Jesu an. 1561. — <sup>2</sup> Gra. Vit. Com. l. ii. c. i. — Grat. c. 4. l. ii. In libro inscripto Monum. Paderbor. et in Poem. Ferdin. de Furstenber. Bucelin. in Germ. Topog.

36. In Ubis apud Agrrippinensem Coloniam urbis ejus archiepiscopum S. R. I. quem vocant, Electorem conveniens, in loco, qui dicitur Brall, ubi tunc non longe ab urbe morabatur, legationem suam exposuit: « Elector, responsione primum cum consiliariis communicata, gratias se Pontifici agere dixit pro Apostolica collata benedictione et litteris transmissis; ac sanctissimam ejus mentem commendavit, quod tot occurrentibus malis Germanie potissimum impenditibus remedium afferre paraverit. Se quidem devotum semper, et Sedis Apostolicæ dicto obsequentem futurum, ultiroque ad Concilium conventurum, quod tamen, non communicato prius cum Cæsarea majestate consilio, polliceri nequivat ».

37. Inde bidui itinere adverso progressus ad confluentem Mosellæ Rhenique, Trevirorum item archiepiscopum adiit. Erat tum Trevirensium archiepiscopus, idemque Sacri Romani imperii elector Joannes a Petra ejus nominis VI, qui cum paucis Germanie principibus, religionis avita tutelam defensionemque serio receperat, cuius virtuti suffragium ferens Commendonus<sup>4</sup> ipse in Epistola ad cardinalem Borromaeum hæc habet: « Quad archiepiscopum Treverensem, non est hominem invenire majoris humanitatis, nec ferventioris zeli pro divino famulatu, aut obsequentioris reverentia erga Sedem Apostolicam Summumque Pontificem ». Quæ autem cum ipso egerit, propriis ad eundem cardinalem litteris explicita his verbis: « Idibus Aprilis Confluentiam appuli et archiepiscopum conveni, qui obsequium omne erga Pontificem ostendens, sincere mihi retulit, Cæsarem ad electores Ecclesiasticos omnes litteras dedisse, ut cogitarent, quænam aptior judicaretur via ad Concilium promovendum, an imperialis dieta, vel certus quisque aliis modus; dietamque a tribus ipsis electoribus, consentientibus sententiis, improbatam, quod Protestantates in ipsa semper iniquas atque insolentes conditiones circa Concilium obfirmato animo exposcant, cum quibus satius ac fructuosius erat singillatim agere, quod et me ipsum experientia edocunt non ambigebat, cum prius in conventu Nauburgico, ac postea cum electore Brandenburgensi egeram. Respondi, me profecto hoc satis compertum habere; verumtamen a dieta peculiaria haec officia non excludi, quæ antequam principes congregarentur, Cæsar cum unoquoque ipsorum auctoritate sua interposita seorsim obiret, nec cum Protestantibus solum, sed cum ipsis etiam Ecclesiasticis principibus. Res religionis in Germania eo jam adactas, ut præsens remedium exposcent, quod si diutius ultra differatur, difficultius ac periculosis evadet in dies. Auctiores quotidie hæreticos fieri,

<sup>4</sup> Ep. xxi. Ap.

nec principes tantum aliquot in eorum jam sententiam adductos, sed plurimas quoque Catholicorum principum provincias haereses viri infectas ac contaminatas, e quibus nec consueta accipere vectigalia, nec debitam exigere obedientiam amplius valebant. Instare tempus tot calamitatibus imponendi modum, velsaltem occurrendi, ne progradientur ulterius. Facilem esserem, si modo Catholici viribus longe majores unum sentiant ac approbent. Hoc uno nomine haereticorum potentiam meliendam, quod conjuncta sit, que tamen conjunctio animorum summe inter se dissidentium, quos in unum dumtaxat conjunxit Catholicæ religionis odium, et bonorum Ecclesiasticorum, quibus inhiant, rapina? omnem se salutem in Catholicorum consensione respicere, ex qua vel felicem dieta existum, vel absque ipsa dieta facilem ad Concilium promovendum aperientam viam: jam quantum existimationis atque animi multis principibus Franconicum fœdus attulerit, experientia ipsa innotescere. Haec de sententia mea tantum, non jussum, nec velut Apostolicum nuntium detulisse, ob studium invadendæ Germanicæ nationis, quam sæpius lustraveram, et ob exploratum, quod in ipso electore cognoveram, pro Catholicæ religione ardens studium. Elector post multa humanitatis et prudentiae verba, pronuntiavit, quod, cum ipse haec allocutus fuerint, fiducialiter narrare volebat, se anno jam elapsò cum Cæsare agitasse, ut fœdus inter electores Ecclesiasticos, Belgicas provincias Catholicæ regi subjectas, Clivensem ducem, et Monasteriensem episcopum, aliosque fūtilimos principes percuteretur, quod Franconio federi responderet, his conditionibus, ut unum in superiori Germania, et aliud in inferiori, status spirituales ac temporales Catholicorum fuertur, essetque unum alteri juxta necessitatis exigentiam adjumento et subsidio. Hoc cum Cæsari consilium placuisse, enix postulasse, ut cum duce Clivensem ejus genero cæterisque aliis rem transigeret, verumtamen hucusque de fœdere nil transactum. Tum sciscitatus sum ab electore, an Catholicæ regis voluntas super hoc fuerit explorata? responditque, magnam a rege exhibitam promptitudinem. Ergo, adjeci, quis hujusmodi consilio obversatur? cumque ignorare se fateretur, illud sum veritus, ne ipsa regis Catholicæ promptitudo suspicionem injicerit, quasi protector electorum Ecclesiasticorum cæterorumque principum agnoscere voluerit; verum nisi adinveniatur via, qua Catholicæ simul in unum conjuncti, de metu ac servitute, qua premuntur, evadant, desperata prorsus videtur in his regionibus religionis causa, etc. Confluentiae xiv Aprilis». Et rursus in aliis litteris, cum cardinali Borromæo per certum hominem Epistolas, quas a Catholicis principibus, et ab electore Brandenburgensi hæ-

retico pro responsione ad Pontificem accepérat, misisset, quid sibi quoque Trevirensis elector de suo ad Concilium accessu responderit, expónit. Elector nil magis optare se dixit, quam ad Concilium venire, Pontificem tamen, ut patrem ac Dominum suppliciter orat, animadverte dignetur, qui tumultus olim fuerint exorti, cum electores ad Concilium accessissent, quanta in eorum ditionib⁹ pericula, quonodo e Concilio, necessitate cogente, fuerit abeundum; quot in ipso reditu discrimina pertulerint. Nec memoria excidisse, quae seditiones ante annos decem in ipsa Trevirensi civitate excitate fuerint, cum ad Augustanum conventum elector se contulisset. Dei proinde obsequio, si res eo, quo nunc sunt, loco constiterint, conducibilius, oratores suos ad Concilium submittere, quam ipsum coram adesse. Non intermissurum se tamen, quin omni studio una cum cæteris electoribus Concilii celebratio promoveatur, et certa aliqua suscipiatur via, qua gliscentibus in dies Germaniæ malis ulterior prohibeatur excursio.

38. Cum vero non ita pridem ab eodem electore in ipsa Trevirensi civitate nobilis Academia instituta fuisset, atque a patribus Societatis Jesu magno Catholicæ religionis emolumento administraretur, placuit Commendono ipsam inviseret, atque, ut habent Trevirenses Annales<sup>1</sup>, « est, Treviris ille certe magna et incredibili certe principis benevolentia, et omnium ordinum gratulatione acceptus. Preclare quidem illud cecidit, quod cum præterito jam anno ad docendum publice bonas artes Societatis homines accessissent, Commendonus in Academico cœtu eximie de juventutis erudiendæ partibus, et ratione docendi in Christianis scholis, tum denique de professorum cujusque facultatis officio dissereret: ostenderetque universas doctrinæ copias, vel ad vitiorum et scelerum expugnanda monstra, vel ad cœcos errorum ab Ecclesia propulsandos impetus, transferendas. Inde perlustratis antiquis et augustinis sanctorum Basilicis, et in æde maxima Pontificio ritu sacris peractis, undevigesimo Januarii Treviris dissestit ». Sed hoc anno in sequenti contigisse arbitramur, cum denuo Commendonus Treviros invenisset.

39. Sed antequam ipsum abeuntem prosequamur, quæ prava in Agrippinensi Colonia haereticæ pravitatis semina repererit, ac simul excindere molitus sit, inspiciamus: « Incommodo multum acciderat, per illos ipsos dies, quibus Commendonus Vestphaliā peragrabat, prior cœnobii prædicatorum, ad quem inquisitionis munus spectabat, moreretur, nec aliis vigilia eadem demandata adhuc fuerat. Alius vero inquisitor, qui archiepiscopi nomine al-

<sup>1</sup> Brover, et Massenius, to. II. an. 1561, num. 134.

teri adhærere consueverat, cum pene jam exacta esset atate, nihil penitus agere, imbecillo corpore, valebat. Jamque tribunal illud in causis fidei pernecessarium ab omni pene officio tam alieno tempore abstinebat. Idipsum Moguntina et Trevirensis provincia, quæ ab ipso Coloniensi inquisitore ministros in causa fidei accipere consueverat, patiebatur. Ergo cum nullus esset excubitor, qui lupos ex officio avertet, paulatim ad Christi gregem mactandum rapaces intrabant lupi. Et quamvis urbs ipsa esset Catholica, ac magistratus qui eam moderabantur Catholici simul extarent, tamen, qui contagione haeretica jam erant infecti, sin minus alia possent, saltem executiones contra haereticos impediabant. Si vero istorum freti auctoritate et auxilio, ex omnibus undique locis, et ex plurim sectarum colluvione Cotoniam properabant, Lutherani, Zuingiani, Sacramentarii, ac cætera omnis a fide aberrantium fex. Detrimento sum quoque illud erat, quod Patres Societatis Jesu recipere, certumque eis domicilium ac templum tribuere cunctarentur; sed tanquam doctores potius, non veluti religiosi homines agere in trium Coronarum pedagogio (Bursan ibi vocant) permittebantur. Denique ad summam Catholicae religionis perniciem accedebat, quod plures majoris auctoritatis cives filios litterarum disciplinis imbuendos non longe ab urbe ad magistros eruditos quidem, sed haeretica pravitate infectos mittebant, ac præcipue ad locum, qui dicitur Danssaldor, ubi publice per eos dies Monemius quidam docebat, qui cum efferalo esset animo erga religionem Catholicam, nihil habebat antiquius, quam adolescentulos rabido in Ecclesiam odio scientiisque haeresi pollutis imbuere; qui demum patriam repentes, atque ad jus dicendum et preturas exercendas admovendi, verendum maxime erat, ne omnia immutantes Catholicam religionem everterent. His anxiis curis Commendonus, cum Coloniæ ad se venientes civitatis consules, exconsules et candidatos una cum aliis exciperet, ac Pontificia mandata de Concilio exponeret, cœpit simul constantiam corum in fide laudare, sanctasque, quibus regebantur leges; ex quibus summae prudentiae ac pietatis fuerat, cavere ne quis in civitate domicileum, qui non probe sit cognitus, possit contrahere, multaque aliae huic similes, quibus non modo obtemperare religiosum erat, sed periculoso hoc tempore, similes de novo condere, perutile. Delitos laudibus rogavit, ut patriis consulentes legibus, haereticos nullo prohibente undequaque confluentes arcerent, atque ipsorum fibros imprimi aut venundari inhiberent. Senatus omne studium pro Catholica religione tuenda exhibens, et antiquas servari leges, et novas ad sartam tectamque fidem reddendam condi pollicitus, magnam

quoque præ se tulit erga Pontificem benevolentiam, quod ad mittendos oratores ad Concilium velut libera respublica fuisset invitata. Post hac theologiae facultates aliosque doctores Commendonus accersens, egregie Apostolici legali partes cum ipsis explevit, evellens nimis et destruens ea, quæ male succrecebant corruptelarum germina, et ædificans et plantans, quæ ad Ecclesiastice disciplinæ normam et ædificationem requirebantur. Instituit etiam per Epistolas apud cardinalem Alexandrinum supremum tunc inquisitorem, ut celarius defunctor successorem in munere inquisitionis decerneret.

40. « Tum navgio exceptus secundo flumine ad Oceanum usque provehitur, tantum ex itinere ad Clivensem regulum digressus, qui Pontificiam benedictionem et paternam ejus ad majorem suorum conservandam fidem adhortationem obsequentissime admittens, a Catholica fide se nunquam defectum professus, Concilii indictionem summopere laudavit, et oratores suos, ac omnia simul, quæ Catholicum principem decebant, spopondit, opportunum autem, aiebat, ut ex Concilio fructus, qui sperabatur, accederet, omnium Germania principum sensum curare; seque ad illum extorquendum, interpretem ac sequestrem offerebat. Ac Commendonus, cum probe obfirmatam haereticorum principum pertinaciam cognovisset, gratiis relatis duci, quanta jampridem Pontifex sollicitudine hoc tentaverit, ipsum edocuit; quamve astute principes ii semper spes omnes elevarent atque eluderent; non esse proinde tam salubre remedium paucorum obstinatione abjiciendum, nec bonis obesse malos debere, aut Ecclesiasticam relinquendam disciplinam, quia pauci, temerarii et improbi, cœlestes et salutares vias Domini derelinquent, ut majora esse furentium sclera, quam sacerdotum judicia censeatur. Instituit etiam cum duce miscere colloquia, et pravas quasdam ex ejus animo opiniones evellere, qui ingenio licet subfervido, multa tamen humanitate erat præditus, plurimumque Commendono tribuere visus est. De communione primum sub utraque specie sermo est habitus; quæ quoniam sua in ditione inoleverat, ab illa populos avertere impossibile pene dicebat; ejusque utilitatem inde etiam probare nitiebatur, quod plures haeretici, hac satisfactione accepta, haeresim aversantur, multique in haereticas opiniones admodum proni ob hujusmodi concessam formam ab iis dimoveantur. Hanc in suis provinciis nec novam, nec suo exortanti tempore affirmabat, cum jam sub ipso patris sui gubernio inolevisset. De sacerdotum quoque coniubio multa dissenserit, paucorum, qui suo in ducatu honeste viverent, raritatem expponens; utque huius, ceterisque, qui in Ecclesia abusus irreperserant, obviam iretur, cavere se

dixit. Commendonus, ubi mentem ducis accepit, studium in primis Pontificis ostendit, quo ut abusus de medio tollantur, nihil intentatum relinquere, omnemque subinferre curam atque operam satagebat, ad disciplinam Ecclesiasticam recte instituendam restituendamque, quod abunde ipsa Concilii indicatio demonstrabat. De communione vero sub utraque specie ac sacerdotum connubio, cum multa dicerentur, id potissimum, nec frustra, curavit, ut haec ipsa dux Concilio decernenda relinquaret, qui et suam de communione sub altera tantum specie sententiam expones, bonam illam esse ac sufficientem est professus, atque integrum Christi Corpus cum Sanguine continere. Sed homini suopte ingenio ad pietatem ac fidem Catholicam propenso, valde a pravis suasoribus metuebat, ac praecipue a concessionatore quodam domestico, quem perniciosorum dogmatum sectatorem fama ferebat, eundemque illum fuisse, qui primus (incertum tamen, an ducis jussu) in Ecclesia Sancti-Francisci communionem sub utraque specie administraverat, quid veneni lateret, quidve vitiosum in eo homine esset, ut ducem a concepta de ipsis doctrina, quam sanam pulabat, opinione amoveret, prudenter ac leniter exposuit; consuelas haereticorum versutias aperiens, qui per ambages perniciosa identidem spargentes dogmatum, iniquorum more amicos suos laetant, et ducunt eos per vias non bonas. Multam quoque impedit curam, ut magistrum in sue ditionis oppido magna discipulorum frequentia pravas atque in haeresim prolabentes opiniones docentem de suis finibus ejiceret ac deturbaret. Quem et alias increpitum professus dux, et provide in posterum in officio continentum promisit. His acceptis promissionibus, nuntius meliora in dies de duce sperare, quod praeferim ipsum cerneret ab Ecclesiarum spoliis invadendis, easque oneribus aggravandis abstinuisse, et si quae apud ipsum in fide Catholica irrepserat nebula, aliorum magis consiliis, quam pravae ipsius voluntati dandum erat, cum ad Augustanam confessionem profitendam saepius tentatus, semper constantissime recusaverit, ac summum Pontificem ea fuerit veneratione prosecutus, ut quando de ipso sermo fuerat, illum compellare conuseverit<sup>1</sup>: *Sanctissimum Dominum nostrum Pium, sanctæ Romanæ et universalis Ecclesie Pontificem Maximum, dominum nostrum clementissimum.* Quam etiam in discessu Commendoni auctiorem ostendit, cum ipsum bis postulaverit, ut suo nomine Pontifici obsequium ac reverentiam præstaret, et se ipsum resque suas illi commendaret. Quin et abeunte palatio, domum deducere, ac novo unius horæ colloquio secum voluerat immorari. Haec omnia,

cum plurimo fidei Catholice compendio esse intelligeret, quod princeps multorum statuum, magnarumque agnationum esset ac regionibus illis dominaretur, que vicinas undique provincias, Landgraviatu Hassiae excepto, Catholicas quidem, sed in fide admodum hesitantes haberent, cardinali Borromeo significavit, ut omni humanitate ipsum allicere, ac intra septa Romanæ Ecclesie detinere studeret, cum periculoso valde esset, ne ipso ab illa deficiente, conterminas quoque provincia deficerent.

41. « Bruxellas iter suum peragens Commendonus applicuit, ac Margaritam Philippi regis sororem, quæ cum imperio iis gentibus præsidebat, simulque cardinalem Granvellanum convenit, qui litteris et mandatis Pontificis demissio animi obsequio accepit, præclarum pro fide Catholica ardorem exhibuere. Mox in Eburones ad Leodiensem<sup>2</sup> episcopum transit. Erat is Robertus a Bergh litteratorum præcius patronus, ac ut ipse Commendonus cardinali Mantuano scripsit, præsul omni honore dignus<sup>3</sup>, præclaris dotibus, generis nobilitate; litteris, vita integritate, atque in suo explendo munere diligentia spectabilis, verum corpore infirmus, qui illis ipsis diebus cum periculo vitae epilepsiae morbo laboraverat. Hic sub diem Pentecostes<sup>4</sup> a Commendono conventus, Pontificis monitis obsequentissimum se offerens, paucos intra dies Leodium petere, ac sua civitatis capitulo Pontificia jussa exponere decrevit, eaque tum stabilire quæ pro ejus ad Concilium absentia disponere pro temporali ac spirituali ditionis gubernatione opus erat. Inde Aquisgranum divertit, de cuius adventu in historica Aquisgrani narratione haec habet Petrus a Beech<sup>5</sup>: Anno MDLXI, duo legati alter a Summo Pontifice Pio IV, alter a Romanorum rege Ferdinandino Aquas appulere, quorum commissio, ut denuntiarent Concilium Generale et OEcumenicum reassumendum esse circa enatas fidei controversias, ac simul indicerent, ut felicem successum, ac finem rei adeo salutaris ac necessariae supplicationibus, eleemosynis et expiationibus delictorum fideles jugiter promoverent. Eodem anno de mandato synodalis judicij in singulis parœciis proclamatum, ut omnes indigenæ juxta ritus Catholice Romanæque Ecclesie vitam et actiones componant; securus, si quisquam supremum vita spiritus editurus ex contemptu Sacramentorum, inde defluentium gratiarum viatico salutari Eucharistico pane refici neglexerit, sepultura asini sepieliendum, et qui in vivis communione cum Catholicis detrectarit, in morte itidem ab iisdem separandum ».

Aliam insuper Catholica urbe dignissimam

<sup>1</sup> Sam. Gall. Christiana to. II. — <sup>2</sup> Bucel. German. Topog. —

<sup>3</sup> Comm. in Ep. 1. Jun. — <sup>4</sup> C. 13. p. 267.

<sup>5</sup> Ep. v Maii.

Constitutionem Commendonus adinvenit, qua cuncti a magistris arcebantur, qui ante eos initos, et Catholicos se esse, et Catholicam religionem conservatores non jurarent. Ab his igitur, cum decreta Pontificis mandataque exposuisset, altera luce plenam reverentie ac fidei responsionem accepit, cum primum innumeras Pontifici gratias redderent pro Apostolica impertita benedictione, ac insimul pro litteris submissis; dein proficerent in obedientia sanctae Ecclesiae inconcussam usque ad mortem perseverantiam. Quoad Concilium vero, quando doctos et apatos ad banc provinciam reperirent viros, confestim in oratores eligendos, atque ad Concilium legandos; decretis postmodum illius absque ulla vel modica transgressione obtemperaturos. Hoc auditio Commendonus rem ipsam probavit; addidit tamen, non eam in oratoribus, quorum munus assentiri tantum est, non disceplare, requiri doctrinam, ut proinde ab iis destinandis abstineant, si doctiores non adsint; percupere Pontificem, ut et ipsi sua legatione in OEcumenico Concilio pietalem illam ostenderent, quam in propriae urbis gubernatione demonstrant, et coram universis nationibus honor iste tam religiosae urbi tribuatur. Quæ omnia ad senatum referenda multa cum gratiarum actione, prona in Pontificis jussa voluntate sunt accepta.

42. *In Academia Lovaniensi excitant turbas Baii et Hessel opiniones, de quibus a Pontifice silentium indicitur.* — Sed jam, que per ipsum in Brabantia acta sint<sup>1</sup>, inspiciamus. Lovanium est ampla ac nobilis ejus gentis urbs, in quam studiorum ac litterarum causa magnus et toto Belgio circumjectisque provinciis adolescentium numerus convenire solet. Ac tum doctissimi hominibus divinarum rerum et sacrarum litterarum interpretibus florebat. Illius Academiae celebritatem alque frequentiam ne circumserpentes undique haereses ullo penitus modo inficerent, prudenti cautione sancitum fuerat, ut qui nonen illi dare cupiebat, Sacramento se obstringeret, *Perpetuo in Ecclesia Catholica permanendi, cuius caput Romanus Pontifex existit.* Quod, cum varios ab illa Academia auditores averleret, quidam, quibus major luci quam pietatis cura erat, de medio tollere satagebant. Verum Commendonus<sup>2</sup> exhibilis civitali, alque Academia Pontificis litteris, adjuvantibus praeterea Margherita Belgii moderatrix, et cardinali Granvellano, ita prudentia et auctoritate sua adversariorum conatus discusit, ut nulla amplius novitatis hujusec inferendæ succreverit opinio; cum præseriū aperie demonstraret, severiores Universitatibus suis ab haereticis indicetas et tamen custoditas leges, nominisque celebritatem non a discipulorum

numero, sed ab eorum probitate Academiis comparari:

43. « Verum inter hujus Universitatis magistros, quæstio ac dissensio (ut scribit Gratianus) magnis orta de rebus dislaxerat civitatis studia, vehementerque accenderat juvenum animos, ut non modo in scholis palam pro sua quisque sententia contendenterent, sed scriptis quoque, librisque placita tueri parabant. Quæ res alienissimo tempore novum datura incendum, aditumque haereticis ad perturbandas Belgarum res factura videbatur. Eo accersitus Commendonus vocatis ad se, qui utriusque factionis capila erant, qua comiter appellando, qua leviter castigando, et de rebus ipsis, quæ in disceptationem venerant, ex usu disserendo, crumpentem illam flammarum repellend, neque destituit, donec auctores quoque dissidiis in gratiam concordiamque reduxit. Quæ res non parvam illi famam atque existimationem adjunxit; quippe quos non magistratus auctoritas, non imperium præsidis revocare a pertinaci contentione potuerat, unius viri prudentia, aplausque mulcedis tractandisque eorum animis sermo ad pravam emulationem detrahendam prostraserit ». Sed ut quæ, dum bis immorabatur curis, Commendonus cardinali Mantuanu per litteras significaverit singillatim agnoscamus, reddemus hic ipsisiusmet litterarum verba<sup>3</sup>, quæ hoc modo se habent:

44. « Quidam Michael Baio vir satis doctus opiniones quasdam capiti sectari circa liberum arbitrium, opera et alios articulos; cui adhaesit postea Jo. Hessel vir pariter admodum doctus et vita exemplaris. Hi continuo post susceptam doctoralis magisterii lauream, publice illas cum per multos annos docuissent, ab illis destitute; jamque res silentio salubriter involuta jacebat, quando postremis hiis diebus Fratres Ordinis Minorum eorumque discipuli super his controversias cœperunt agitare, quæ co usque incrementum habuere, ut ab aliis antiquæ opinionis religiosis curalum fuerit, ut Sorbonica facultas doctrinam illam in decem et octo articulos divisam condemnaret. Verum alii ab hac censura ad Lovanienses ipsos magistros provocantes emorham pene doctrinam denovo extraxerunt in lucem, Parisiensis Academæ censuram novis proscindentes scriptis, quæ vicissim, illis auctoribus, redarguentis Sorbonie certamen adeo forte suscepere, ut rumor jam sit, plures jam prælo disponuisse libros, a rei hujusec fama quotidie percrebescit. Ambo isti, Michael nempe et Joannes, ad Concilium accedere preoptant; jamque aliorum relatu dico, a Lovaniensium schola ad id destinatos. Nec ambigendum, quin se illic exhibere velint,

<sup>1</sup> Grat. Vit. Com. c. 4, l. II. — <sup>2</sup> Ep. card. Com. XI Mai.

<sup>3</sup> Ms. card. Barb. codem loco quo superiores, et inferiores, que dantur Comm. Epistole.

et si quando eis loquendi facultas concedatur, multas præcipue in Germania turbas conflabunt, quod Protestantium principum summo ad propriam oculendam contumaciam emolumento vertet; et quanquam a Concilio ipso blande retrahantur, sua tamen scripta palam evulgabunt, quorum jam doctrina absque typis ac scriptis apud couplures disseminata est. Si quid autem contra ipsos gravius statuatur, nihil tam extimescendum, quam ne ab Ecclesia ad haereticorum castra se conferant, atque in apostasiam ruant, incredibili harum regionum existatio, apud quas illorum existimatio summa, et fidei Catholica veritas multis ex partibus jam nulat; essetque haereticis in latitiam et gaudium, qui quamvis scholasticos nostros parvi pendere videantur, attamen si quidam e nobis ad ipsos deficit, plurimi eum faciunt, ipsiusque opera multum utuntur, cum jam inter ipsos, qui vere sint docti, non sit invenire, Lutheri dumtaxat. Philippi atque hujusmodi fecis hominum scriptis incumbentes, ac scholasticum laborem fugientes, in tantum, ut in tota Saxonia unum dumtaxat doctorem Alvarum et apostolam repererim. Ille tamen non ita dixerim, ut asscras doctores istos, de quibus nunc sermo, in hac prolapsuros; verum epidemia grassante, morbi omnes in epidemiam facile resolvuntur; imo quibusdam enuntiantibus didici, Ruardum dicere solitum, nil aliud ab ipsis, quam schisma expectandum, ad aliquod ideo tempus a doctorali laurea suscipienda prohibitis. Magnum sibi ob doctrinam apud omnes existimationem conciliarunt, ac probi quidem, et modesti sunt viri; attamen *Uniuscuiusque superbia in eo, quod agit, sita est. Ceteris in rebus libenter omnia suffert.* Alienissimo profecto tempore emerserunt circa hos articulos contentiones ab hominibus doctrina præstantibus, ac multorum stipatis discipulorum numero, quos pars quoque magna Laureatorum, et Baccalaureorum, ac fere dimidia doctorum sequitur pars. Quinimo cum ad recens erellas episcopales sedes tres hujus Universitatis homines, qui aliam tuebantur sententiam, assumpti fuerint, apud hos universæ theologicæ facultatis dispositio pœne remansisse videtur; nec satis mihi adhuc constat, an forte illorum electio istis indignationis extiterit causa. Baus multam erga Sanctam Sedem reverentiam præse fert, sed in ejus dictis quædam sunt, quæ suspicionem aliquam ingerunt. Ileselius ejusdem Universitatis modo est decanus. Illic me Lovani altera vice transeuntem cum alio doctore, Tiletano nuncupato, in visit, cumque multuo colloqueremur, ac sensim curarem, ut de novis hisce opinionibus sermo caderet, maxima humanitate ac dexteritate cum ipsis de novitatibus circa religionem, ac quæ ipsas consequentur, tum scandala, tum hoc potissimum tempore

pericula, disserui, ostendens quanta sollicitudine incumbendum esset, *Ut essemus cor unum et anima una: nihil per contentionem aut inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantur,* quæ et alia hujuscemodi verba probare, atque adeo benigne admittere visi sunt. Nec multo post eorum discessum Tiletanus syngrapham misit, qua et se purgabat, et officium a me exhibitum commendabat. Interjecto deinde sex aut septem dierum spatio, Heselius quoque Epistolam scripsit, cuius exemplum, ut quid mihi scriptum sit, illustrissimam dominationem vestram non lateat, submitto, in qua *conspiciet, quam summo desiderio flagret de suis articulis in disceptationem venire, morasque omnes impatienter ferat.* Haec cum ad me perlatæ fuissent litteræ, nihil responsionis reddere melius arbitratus, cum parum religioni conducere judicarem meis Epistolis quemquam, vel irritare, vel commendare, scripturasque multiplicari, cum jam profectionis mea Leodium versus tempus instaret, tabellarium remittens, jussi doctorem meo nomine perhuminiter salutarem, cum per temporis angustias respondere discessurus non possem, meque promptum paratumque, si qua in re opus ci fuerit, testaretur, atque ita cumulate satisfactum abs me dimisi. Interea, cum pergerem in itinere, et ad res componendas Lovanium iterum redire pene decrevissem, obvium habui Patrem Everardum Societatis Jesu præpositum provincialem, qui Lovani residere consueverat (is erat Everardus Mercurianus, qui post Sanctum Franciscum Borgiam ejusdem Societatis Præpositus Generalis postea fuit renuntiatus,) quem pro veteri cum Joanne Hesselio amicitia, hominem denuo convenire, meoque nomine invisere jussi, ac simul ostendere, quanto cum animi angore inquis hisce temporibus audiverim, in Universitate fidei Catholice propugnatrice scissuras esse, quibus, qui oderant nos, gloriarentur, et in suæ pravitatis commodum prætherarent. Hoc fuisse meum, nec ambigebam, quin et suum, et cujusque probi Catholicorum, cum secum collocutus eram, propositum, ne æmulationes, detractiones, inflationes sint inter nos, sed omnis doctrina ad ædificationem, et ab omni prorsus offendiculo aliena. Insuper illius doctrinam probatosque mores, qui per ora hominum ferebantur, commendavi: quo factum est, ut heri Antuerpiam certum hominem ad me mitteret, qui multas mihi redderet gratias, suamque operam Catholicæ religionis auxilio exhiberet. Attamen vehementer extimesco, ne quandoque parvus hic ignis incendium vehementer exuscitet, ac nisi præsens remedium adhibeatur, paucos etiam intra dies, occasione accepta a provinciali Capitulo, quod Patres Ordinis Minorum sunt celebratur, ubi et ipsorum Generalis Minister expectatur, tunc enim, cum

duo ad munus Provincialis, alter ex una, alter ex alia sententia concurrant, haud dubium, quin addita etiam doctrinae emulazione, magnas concitatari sint turbas. Jamque, qui antiquas opiniones tueri profitentur novisque adversantur, Romanum se causam dicturos, aliorumque sententias ut haereticas delaturos minantur, quod authentica plurium Universitatum censura, qua articuli illorum condemnantur, sint muniti. Ego itaque ea, qua per est animi demissione, dominationem vestram illustrissimae dicam: bonum forsan esset consilium, erumpentes ab his regionibus flamas avertere, et antequam quidquam novi moliantur fratres, silentium a Pontifice omnino indici, et causam ad se advocare; arreptaque praesentis Concilii occasione doctores aliquot e Germaniae Universitatibus, ac praeceps Colonia et Lovanii accersere Tridentum, rem ita disponendo, ut ambo isti Lovanienses ad hanc provinciam eligantur; certus, quod apud dominationem vestram illustrissimam, in qua summa est prudentia, auctoritas et dexteritas, fax haec majoris, quam forte existimetur, periculi atque incendi consopita extinguetur. Novae iste opiniones, ut ipsa optime novit, febri haereticæ omnino sunt similes, cui si præsens adhibetur remedium, facile evanescit; sin autem contemnitur, nulloque precatetur pharmaco, sera in cassum medicina paratur. Haec tamen cuncta, prudentissimo dominationis vestrae illustrissimæ judicio committo, unum addens, quod si mea haec sententia probetur, nihil est cunctandum, ne res effteratur, nam hoc cognito consilio, frustra remedium opponeretur ». Hucusque Commendonus, qui pro exaggerata sua prudenter probe noverat, quantum omnis sententiarum novitas fuerit semper in Ecclesia suspecta, et quantum in antiquitate usuque veteri semper reperiatur fundata firma securitas, dicente Dominino per Prophetam<sup>1</sup>: *State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea, et invenietis refri gerium animabus vestris.*

43. His accepitis cardinalis Mantuanus<sup>2</sup> una cum Seripando, qui jam Tridentum pervenient, plura super hoc excogitaverunt consilia, quæ pariter Commendono communicaverant, ut ejus quoque sententia probarentur. Ille alterum ex his duobus eligendum dijudicabat; vel quod Pontificis Breve conserberet, quo suppressis Michaelis Baii et Jo. Hesselli nominibus indicaret iis Fratribus Ordinis Minorum, qui una cum ipsis sentiebant, cæterisque omnibus de his articulis silentium; quo fieri, ut Brevi hujusmodi adversariorum sermonibus celebrato, Michael ac Joannes ignorantiam cum obtendere non possint, hoc veluti frâno deterreantur, et tamen

eorum nominum famæ consulatur: vel certe, ut honoris specie ambo ad Concilium, velut papæ theologi, una cum duobus aliis, Lindano nempe ac Tiletano vocarentur; idque quam primum magni interesse arbitrabatur, ut bonum nacti otium, antequam Concilium aperiretur, qua suasionibus, qua disputationibus, illorum hominum animos demulcerent, pravasque, si quæ insedissent opiniones, refellerent. Nec absconum existimabat, ut ex una hac Universitate tot nomine Pontificis vocarentur doctores, namque, inquietabat, non video ex qua alia Germania Universitate accedere possint. Coloniensis vix credo, quod præter unum possit offerre, cum ibi totum Theologæ studium a solo Collegio Societatis Jesu habeatur; et Patres isti tales juvenibus utilitatem afferunt, litteris bonisque moribus eos imbuendo, urbique toti concessionibus, confessionibus, ac vite exemplo, ut quemquam ex ipsis vocare, majori ducere detrimento, quam utilitati. Evidem in Germania nulla alia in re majus aut validius reperi Catholicæ religionis præsidium, quam in horum Collegiis, quæ optandum esset, ut multa forent. Vienna, si opus erit, imperator mittet, Ingolstadio Bavaria dux, Staphilium, ut arbitror, destinabit. Relique Universitates, vel tenues admodum sunt, vel haereticæ. Attamen Germania theologi, quamvis forte aliis doctrina non præceellant, maximo erunt usui cum haereticorum ingenium magis compertum, eorumque dissidia, ac enascentes quotidie novitates sub oculis habeant, possintque commodius editos ab ipsis libros evolvere, qui plerumque modo Germanico idiomate conscribuntur.

46. Placuit Pontifici silentium indicere, demandataque fuit provincia cardinali Granveliano<sup>1</sup>, qui leniter ac prudenter rem totam consopire visus fuerat, ni illam denuо recrudescere facisset importunus superioris cuiusdam Franciscanorum ardor, qui in subjectos sibi viros, quod easdem tuerentur sententias, alieniori tempore animadvertis, sententias ipsas ut haereticas patam arguendo, Romamque ad Pontificem pro hujusmodi censura deferendas, minitando, doctorem simul ac discipulorum animos vulneraverat. Suspensa est itaque illorum ad Concilium vocatio<sup>2</sup>, donec procedente tempore, cum incommoda omnis de ipsis suspicio amota fuisset, Belgarum gubernatrix cosdem honorifico regiorum theologorum titulo Tridentum direxit, ubi cum nec tempus, nec occasio afforet de illorum opinionibus publice disseundi, ipsis ultiro silentibus compressa potius quam extincta flamma illa est. Sed quoniam « Cito », quemadmodum Cyprianus<sup>3</sup> aiebat, « rursus in incendium flamma revocatur, nisi to-

<sup>1</sup> Hieron. vi. — <sup>2</sup> Ep. Tom. ii. Jul.

<sup>1</sup> Pallav. l. xv. c. 7. num. 11, 12. — <sup>2</sup> Possev. in Appar. Sac. Myr. in Cat. Script. Belg. — <sup>3</sup> Ep. xxviii.

« tuis ignis etiam usque ad extremam scintillam  
« materia restinguatur », paulatim denuo sive  
quod jam per multis illorum opinione vulgatae  
essent codices<sup>1</sup>, vel quod multorum jactarentur  
sermonibus, in tantum succrevit, ut necesse fu-  
erit, quod alibi videbimus, beatum Pium Quintum,  
ejusque successorem Greg. XIII, depopula-  
lanti flammæ Apostolicas Constitutiones pro ag-  
gere opponere; qua iterum compressa, iterumque  
erumpens novissimis hisce diebus Innocentium  
Decimum et Alexandrum VII Pont. Max.  
coegerit, ut mala germina ex infecta illa radice  
pullulantia Apostolica falee succiderent. Sed  
jam ad historiam<sup>2</sup> redeamus.

47. *Commendonus Lubecam petit, et hujus civitatis statum deplorat; Daniam et Sueciam frustra tentat ingredi.* — « Cum itaque Commendonus Pontificis Maximi mandato ad Daniæ ac Sueciæ reges, ultimas Germaniæ ac Septentrionis oras incolentes, proficiisci, atque eos invitare ad Concilium juberetur, properavit difficillimum iter, antequam exiret. Estas, conficere, ne Hyeme in frigidissimis regionibus prehendetur. In Hollandiam cum transisset, consensa apud Amstelrodam navi, Oceani sinum, cui incolæ Zuderseæ nomen dedere, seva vexatus procella, trajecit, atque inde per Frisios et Saxoniæ, nobile ad Balticum oppidum venit ». Ingentique dolore animi conspectus civitatem illam a fide Catholica adeo defecisse, ut vix in ea fidei vestigium esset reperire; minoremque apud illos humanitatem, quam apud cæteras Lutheranas urbes est expertus. In rebus autem civilibus populum multum, sed pauperrim adinvenit, quem concionatores adeo pro arbitratu moderabantur, ut vel ipsi senatores eos metuerent; nam si quando ab istis aliquid fuisset statutum, quod concionatoribus esset ingratum<sup>3</sup>, palam et ex superiori loco suis ipsi concionibus coruebant; qua dicendi libertate, cum nec ab iis aperte nominandis abstinerent, magnam sibi apud populum paraverunt auctoritatem, multamque apud nobiles formidinem. Hi omnes fere apostata erant, qui a religione ac pudicitia ad hæreticorum lustra popinasque confugientes, suscepti uxoribus ac liberis, opibusque satis instructi, omni simul hebdomada ad obtrectationes ac discordias serendas, conspirationesque confandas conveniebant. Constatisque erat opinio, quod si ipsi Commendoni adventum odorati fuissent, omni illum aditu prohibere pro viribus tentassent. Nuntiatum hic etiam Commendono fuit, Lubecam una cum septem aliis Vandalicis urbibus conventum Lumburgi destinasse, accitosque una cum theologis illarum urbium, ac insuper civitatis Bremae oratores, jussisseque, ut eum ipsis pariter

singulae peritum jurisconsultum submittant, ut communi consilio articulos duos cognoscerent atque investigarent; videlicet: quo pacto respondere, seseque Concilii inductioni opponere valeant, ac quamnam Confessionem Augustanam, cum multoties immutata fuerit, sequi debeant, ac præcipue, an Sacramentarii sint condemnandi. Infelices propemodum populi, qui ex uno in aliud malum precipitantes<sup>4</sup>: *Nunquam tamen dederunt cogitationes suas, ut reverterentur ad Deum suum*, sincereque illam, quam maligne deseruerant, Catholicam reassumerent fidem; sed obfirmato potius animo de malo in malum volvi elegerunt; facti de numero illorum, de quibus Judas Apostolus<sup>5</sup> in sua Catholicæ Epistola scribit: *Vx illis, qui in via Cain abiérunt, profugi nimirum semper ac inconstantes*<sup>6</sup>. *Et errore Balaam mercede effusi sunt, illius videlicet, qui Cadens apertos oculos habebat, ut omni ignorantiae excusatione sublata thesaurebant<sup>7</sup> sibi iram in die iræ, eo quod veritatem Dei tot licet hæresem fallacijs detectis in iustitia detinere, quam profleri maluerunt.*

48. Sed ut miserae Lubecensis civitatis in diversa distractæ studia statum perspiciamus, Commendonum ipsum, qui post Pontificia exposita mandata adhuc ibi operiebatur responsum, cardinali Borromœo per litteras scribentem consulamus: « Audivi multa de mea hac legatione colloquia misceri. Alii quamvis Lutherani, cogitantes statum in quem post religionis mutationem inciderant, merorem suum exprimebant, benignamque reputabant Pontificis mentem, quod optaret unumquemque de beneficio absolutionis gaudere. Alii e contra plenum fraudibus negotium aiebant, nec charitatis aut pacis studio, sed diaboli arte ad abusus et mendacia confirmanda contra verbum Dei, Pontificem molitum; instructam proinde fraudem ulciscerentur, meque omni colloquio ac responsione summoverent; vel si forte aliqua daretur, ejusmodi esset, qualem decebat puritatis Evangelicae sectatores. Has partes concionatores fovabant, quis studium omne erat, Pontificem palam in suis concionibus insigni onerare mendacio, falsisque obtrectationibus illius famam atque existimationem evertere. Quæ quamvis probe nossem, quantum a veritate abhorrent, molestins tamen ac gravius accidit mibi, quod et cuiilibet Christiano ac præcipue Pontificis servo accideret, apostamat durarum spatio horarum vilium plebeiorumque hominum multitudine circumfusum adeo impudenter atque procaciter Apostolicam Sedem, Christique vicarium, supremum omnium principem, cuius pedes imperatores ac reges osculantur, arguere, probris ac contumeliis afficere, et impune aspernari. Cui rei prudenter obvertendum curavi;

<sup>1</sup> Cellot, in App. Hist. Gothes. — <sup>2</sup> Grat. I. II. c. 4. — <sup>3</sup> Ep. ad card. Mant. et Bör.

<sup>4</sup> Osee XI. — <sup>5</sup> Jud. Ep. Cat. — <sup>6</sup> Num. xxiv. — <sup>7</sup> Rom. 1.

nam accersito Gaspare a Schenich, quem Cæsar itineris mihi comitem, suumque commissarium decreverat, multisque ex canonicis, qui una mecum sæpius pergunt, promptum me esse dixi leniter audire quodcumque mihi dederint responsum; an autem ipsi eadem sint suspecturi lénitatem, quæ dixerim, ignorare, quamvis obtræctationes atque convicia longe a meis dictis sint futura, cum semper ob oculos habere velim, quid proferre Christianum hominem ac Pontificis famulum oporteat, queae consenteantur sint oratoris muneri, in quem tam impudenter insurrexerant: cum non tam dolor apud nos debeat quam pudor loqui. Deferbuit post hæc obortus ille plebis rumor; non tamen quievit, nec adhuc concionatores quiescunt, quin legationem istam ex suggestu oppugnantes minorentur, cur in suis terris nuntium Pontificium versari patientur; venisse Dæmoneum ad conscientias turbandas et superseminanda zizania; senatum in Christi obsequio ignaviter torpentinum; plures jam seductos; et sexenta hujusmodi mendacia atque calumnias. Efferebant ex adverso summis laudibus palamque indigabant cives aliquot, quod viriliter puritatem, ut aiebant, Evangelii tufarentur, nihilque omittabant, quod ad ciendas turbas aptum judicarent. Hisce per aliquot dies conturbato turbis illud non parum consolationis attulit, quod audierim, majori civium parti, quamvis Lutherani sint, hæc displicuisse, et usque adeo displicere. De quibus tamen ipse nunquam sum conquestus, neque me hanc rem odoratum fuisse indicavi; dolorem tantummodo identidem ostendebam, quod a veritate tamdiu aberrarent, ac Pontificis benignitatem frequentius collaudabam. Denique duo primarii urbis consules, qui majores possidebant opes, nosocomiis et cenobiis ademptas, commissionem meam in consilium non esse referendam decreverunt, neque aliud in curia proponendum, quam non decere ipsos solos in causa fœderatis aliis civitatibus communi, deliberare; ac rem totam politicis rationibus transigentes, necessariam dicebant omnium consensionem, alterumque alteri auxilium invicem præbere, neque a principibus se elongandum, a quibus multa expectari possent incommoda, si quid de his suspicarentur, atque hinc expeditio oratorum ad Lucemburgensem conventum ortum habuit, in quo in illam tandem inclinavere sententiam, nolle consensum præstare Concilio a Pontifice indicto, quem nec Ecclesia caput, nec sibi principem ulla ex parte habere volunt. Nunc autem, ut aiunt, totius disputationis cardo inter ipsos in hoc vertitur, num hujusmodi consilium nuntiare mihi debeant, an non? In eodem conventu de Confessione Augustana et Sacramentalis eum agitari cæptum fuisset, illico silentium imperatum. Eligunt ipsi potius sub conficto hoc unitatis

Confessionis nomine vivere, modo veritati Catholicæ se opponant, quam suas peculiares haereses defendere, quamvis aperte sciunt, quemadmodum et verum est, inter se adeo dissentire; quo plane ostendunt, magis apud ipsos valere odium erga nos, quam fidem et zelum illarum opinionum, quas tamen eorum quilibet ad salutem necessarias prædicat, quamvis pro comperto habeant, pseudotheologos et concionatores suos ad hæc impelli, quod nimisrum sua comoda et perfugia amittere pertimescant, cum principes et civitas politicis ex causis hanc doctrinæ consensionem, sive veram, sive falsam, conservari ac nominari jubeant. Et quanquam summa pluribus in locis sit Prædicantium auctoritas, cum tamen ad hos conventus acedunt, velint, nolint, hanc unionis doctrinæ vocem usurpare et ostentare coguntur, e quibus recentes inter se ipsos impudentissime digladiantur. Nam, ut præclare Nazianzenus<sup>1</sup> aiebat: « Quod vi ac necessitate exprimitur, præterquam quod tyrannicum est, minimeque laudandum, ne firmum quidem ac stabile est ». Solet enim id, cui vis adhibita est, non secus ac planta per vim manibus inflexa, simul ut dimissa fuerit, ad se versam redire»; ut videas, quanam sit istorum fides, quæ non diuinis oraculis, sed efræni principum licentiae deservit.

49. Certum Lubea hominem ad Danie regis explorandam voluntatem, premittere consilium fuit, ac præter litteras, quas Commendonus ipse ad regem dederat, Gaspar quoque Schenich, qui imperatoris jussu nuntium commissarii titulo associabat, suas addidit, quibus multa abs se cum ipso, Cæsaris mandato, tractanda dicebat, nec a Commendono, cui ab ipso imperatore comes additus fuerat, poterat se Jungi: petere itaque regem, ut ambos simul ad se venire permettat: « At Danus, juvenis, ut scribit Gratanus, aspero ac feroci ingenio, et usque adeo vino atque intemperantiæ deditus, ut raro sobrius inveniretur, interque ipsa pocula efferti insolenter ac jactari solitus, superbe ac rustice respondit, non esse, eur se Romanus episcopus legationibus sollicitaret ». Gaspari vero, qui pariter admissionem in regnum postulaverat, hac rescripsit:

« Exemplar litterarum regis Danie.

« Fridericus II Dei gratia Daniæ, et Norvegiae, et Vandalorum, et Gothorum rex; dux Slesvici, Holsatiæ, Stormaria, et Dithmarsia comes in Oldenburg, Dolmenhorst, etc.

« Praemissa gratissimi animi promptitudine, strenue, honorande, dilekte, singularis. Ad litteras vestras, quas ex Lubea xvi mensis hujus ad nos misisti, vicissim gratissime non reticebimus, vestram præsentiam, ut legati Romane Cæsareæ majestatis, amici charique domini no-

<sup>1</sup> Orat. 1.

stri avunculi in regnis et ducatibus nostris prorsus gratam acceptamque fore; et si per vos tantum modo nos invisere statuistis, vestrum adventum quam primum in civitate nostra Coppenague expectabimus; Pontificio vero nuntio, qui una vobiscom suas litteras scriptis, cum a temporibus domini ac patriis nostri insignis ac Christianæ memoriae, nunquam in usu fuerit, nos insuper una cum nostris sumus informati, merito deliberandum esse, an posthaec ulla Pontificia tractatione nos amplius oneraremus; propterea haec vice nulla ratione judicavimus, assentiri petitioni, de admissione in regna nostra, et dominia, et de audientia. Respondemus, et gratiore postulantes, ut ipsum de hac significacione voluntatis nostre informetis, et ut ex parte vestra, hanc resolutionem nostram boni consulatis, nam alias supradictæ Romanæ Cæsareae majestatis amici, charique domini nostri avunculi, ad omnia amica officia grata et desiderata semper parati sumus, et vobis etiam ad gratiam omnem prestandam bene admodum affecti sumus. Data in arce nostra Coldingen xxii mensis Julii MDLXI ».

A tergo :

« Strenuo honorando nostro singulariter charo Gaspari a Schenich Romanæ Cæsareae majestatis oratori ».

50. Non ea animi insolentia Henricus Suecorum rex missum a Commendono nuntium suscepit, sed quamvis irrita ea quoque fuerit destinatio, benignius tamen atque humanius agere rex ipse visus est : « Nam », ut scribit Gratianus<sup>1</sup>, « Suecum, qui missus est compara classe in Britanniam parantem trahicere, ab Elisabetha regina inani spe conjugi illectum invenit. Hic quanquam in Lutheranorum erroribus institutus erat, et tum etiam, ut sibi Elisabethæ animum, cuius magnopere affectabat nuptias, conciliaret, Calvini scilicet sententiam amplexabatur; tamen magnificum existimans se in ultimis positum terris, tam longinquis legationibus adiri, benigne Commendono rescripsit, sive in regnum suum, sive in Britanniam, quo propediem transmissurus erat, ad se venisset, verba ejus libenter auditurum, neque ei ullum apud se jus hospitiū abfuturum ». Misit insuper publica fidei litteras, ut omni ad se veniendi securitate esset instructus, praesentique responsionis Epistola certum hominem dimisi :

« Henricus II Suecorum, Gothorum, Vandolorumque rex reverendissimo patri nostro Romani Pontificis legalo, salutem et omnia læta precatur.

« Quia de nostra ad serenissimam Angliae reginam profectione lactenus incerti fuimus, factum est quominus ante hoc tempus certum

locum nostri congressus vobis designare potuimus. Jam vero; postquam animum induximus et cerlo decrevimus, primo secundo vento spirante, in Angliam vela facere, nolnimus vobis hoc ipsum celare. Nam, modo vobis placet nos in Angliam sequi, vestram audire legationem, quam primum de vestra præsentia apud nos in Angliam certi facti fuerimus, minime gravabitur. Quod ad fidem publicam attinet, quamvis absque eo, tuto vos accedere, et immunitate legatorum frui et gaudere potueritis, tamen quia vobis litteras publicae fidei, ac securitatem præstari postulatis, ne videamus vobis in aliquo velle deesse, eas per præsentem tabellarium ad vos mittimus, et vos favore et benevolentia complectimur. Valete. Elsburgi ex castro nostro ».

31. *Abbatem Martinengum ad Elisabetham Angliæ reginam Pius legat, sed regno arcetur.* — Sub haec ipsa tempora Pius IV, qui communem omnium expectabat salutem, Illyeronimum abbatem Martinengum in Angliam legaverat, ut Elisabetham ejusque populos ad Concilium invitaret, atque ut inter alienos tuto pergeret, jesus ficerat prestolari in Belgio oratoris Catholici Londini manentis litteras, qua fidem publicam preberent; qua recepta, illico in Angliam migraret solusque ad regiæ audientiam accederet, nec Catholici oratoris domum aliorumve subiret, ut omnis incommoda tolleretur suspicio quasi religionis prætextu aliquid politicum et civile acturus ivisset. Abstinere quoque mandatum illi fuerat a deposita captivorum episcoporum liberatione, aliisque transigendis negotiis, que plurimum difficultatis haberent, antequam assensum ad Concilium impretraret. Sed quid ab Elisabetha acceperit ex Sandero<sup>1</sup> audiamus, qui Pii charitatem in deperdita illa ove exquirenda enarrans, haec habet : « Cum hoc modo Britannia tota periret, laboraret Gallia, ac nationes Septentrionales omnes periclitarentur, Pius Quartus Pontifex Maximus tanto malo consuetum Ecclesiæ remedium allaturus, magno studio saepè antea impeditum OEcumenicum Concilium Tridentinum, omnium pæne Christianorum principum consensu, iterum cogi curavit. Atque nuntium inlerim suum, qui per inferiorem Germaniam, Angliam versus progrederetur, mox misit, ut Elisabetham erroris admoneret, et ne propter odium Pontificis se regnumque nobilissimum perderet, suaderet; ac si quidquam esset, de quo sibi propter incertos natales ab Ecclesia vel Pontifice, quadam regnandi metueret, Sedis Apostolicæ benignitate, facile transigi posse diceret. Sed nuntium nec audire voluit, nec in insulam trajectionem ullo modo permisit. Alterum paulo post Pontifex, ne quid intentatum relinqueret, legavit, qui reginam, ut suos saltē aliquos ad

<sup>1</sup> C. IV. I. II.

<sup>1</sup> Lib. III. de Schism. Anglic. p. 413.

Concilium mitteret, qui cum Catholicis conferent, omni illis et securitate et disputandi libertate promissa, horaretur, sed et ipsum superbe rejecit, et pseudoepiscopi consciit imbecillitatis et ignorantiae sua diligentissime apud reginam, ne ad Synodum suorum quisquam amandaretur, egerunt ». Porro Apostolici legati<sup>1</sup> exclusionem tribus polissimum Elisabetha excusabat causis. Prima; quod ipsi non fuerit, quemadmodum ceteris principibus, Coneilii indicatio communicata. Secundo, quod Concilium non esset liberum, pium et Christianum, quod si quando hujusmodi foret, doctos et ipsa ac probatos viros Anglicanæ Ecclesiæ nomine submitteret. Tertio, quod hac arte Pontifex querat Catholicos illius regni sibi subjicere seditionesque excitare, atque hoc idem in Hibernia praestitum expostulabat, affirmans missum ab Urbe Hibernum quendam ad turbas in ditione illa commovendas; addebatque non esse novum in illo regno Pontificios nuntios non recipere: paucos ante annos Mariam sororem suam omni aditu prohibuisse Pauli IV nuntium, qui cardinalatus insignia F. Guillermo Poeto deferebat; utque magis hoc facinus purgaret, Catholici regis oratori, qui de his secum egerat, scripturam exhibuit, quam tamen ille recusavit. Sed ad res etiam magis evertendas, illa quoque res accidit, ut prope Londinum pauper sacerdos detentus fuerit, quod Breviarium secum deferret, qui propositis crueialibus perterritus multum in illo regno Catholicorum numerum prodiderat, magna reginæ ipsius tum admiratione, tum indignatione.

32. Idem quoque verendum erat, ne Commendono accideret, ut scilicet illius regni ingressu, quamvis pro eo deprecator accessisset Succorun rex<sup>2</sup>, aversa reginas mente, areceretur. Cumque in Belgio rei praestolaret exitum, certis accepit nuntiis, Suecia regem ter conatum, ter quoque adverso repente vento rejectum, profectiorem suam itinere terrestri ad aliud tempus cogitare; cum interim Elisabetha assuta dolis, et quæ, vel lepide Bernardinus Mendoza aiebat: *Singulis annis sponsa, nunquam vero nupta erat*, postquam vanis communib[us] spebus Henricum detinuisse, se modo de nuptiis non cogitare, alio forsitan tempore cogitaram, professa est.

33. *Commendonus Romanum revocatur.* — Commendonus ergo, cum Bruxellis Pontificis litteras accepisset, quibus, ut scribit Gratianus, « comprobato consilio ejus, ut omissa ad regem Suetia profectione, in Italianum reverteretur, et ex itinere civitates regulosque, qui Rhenum circa colunt, adiret iterum, eosque, et maxime episcopos ad Concilium exciret jubebatur. Per

Rhemos Lotharingiam petit, et regionis ejus regulo appellato, in Treviros, atque ab his navi-gio per Mosellam vectus ad Rhenum descendit, ac Moguntiam, atque inde Assemburgum ad Moguntinorum archiepiscopum se contulit. Pau-lum inde a Rheno discedens ad Heripolensem et Bambergensem episcopos divertit. Ab his Nor-imbriagam prævalitam Franconie urbem, at-que inde viso Aestadii episcopo ad Albertum Ba-variae dueem venit, atque ab eo discedens decimo tandem ae septimo mense, postquam pro-fectus ex Italia fuerat, Tridentum pervenit, quo jam frequentes Patres ab Italia, Hispania Gal-liaque ad celebrandum Concilium convenie-rant ». Ibi septima die mensis Martii anni inse-quentis dum congregatio haberetur, ea, quæ in itinere confececerat<sup>1</sup>, necdum per litteras signifi-caverat, renuntiavat :

34. « Tridento Romam vocatus a Pontifice perrexit, Germania, quanta a Belgarum ultimis finibus, Britannicoque Oceano ad Odeam flu-men, atque ab Dania, Cymbricaque, et Baltico mari ad Rheetias Alpes patet, omni peragrata, omnibus latissimæ gentis populis principibusque aditis, pari industria atque innocentia opinione apud omnes relicta. Mirabantur plerique, quod cum tot feroces et Romano nomini infestas nationes obivisset, omnes, non solum intactus ab injuria, sed ne risu quidem aut ludibrio ullo violatus, evasisset, sive haec in ipso cautio fuerit, seu spectata virtutis atque integratissima fama venerationem ejus etiam apud barbaros feeserat. Nam Germanorum ingenia aspera indomitaque, quemadmodum vera Dei religio cultusque molliverat, ac frenum feroci-bus animis injecerat, ad humanitatemque tra-duxerat, ita solitus nunc, abjectisque Christianæ legis ac disciplinae vinculus, quibus antea continebantur, effaseri iterum, atque in antiquam truculentiam, barbariemque videntur, haec maxime gentes, que longius ab exterorum commercio remotæ, interiora Germaniaæ colunt. Roma Commendonus in renuntianda apud Pontificiem legatione multa de Germania vulne-ribus commemoravit, nihil ibi intactum a pravis religionibus, nihil non pollutum, nihil non inquinatum. Prisece sanctitatis instituta omnia, aut vi sublata abolitaque ab haereticis, aut no-vorum rituum contaminata et corrupta. Ecclesiasticum ordinem, amissa majorum disciplina, lieentiam omnium rerum amplexum, ac plerosque non tam officio ac studio religionis, quam utilitate ac spe retinere. Episcopos præposterioris animis posthabere divinarum rerum curam, et ut sue sibi fortuna, opesque et princeps ille splendoris ac dignitatis locus, quo inter catéros eminent, salvus inviolatusque permaneat, id enixa laborare. Hinc regulis et potentibus

<sup>1</sup> Ex. Ep. Comm. ad card. Mant. — <sup>2</sup> Jo. Loccenius l. v. Hist. Suec. c. 4. l. ii. Vit. card. Comm.

<sup>1</sup> Antonius Maria Gratianus in Vit. Comm. c. 4.

hominibus, quos ante in sua auctoritate habere consueverant, adulari, tantoque deditos atque obnoxios magis esse, quanto illos avidius, aut occupandis Ecclesiasticis bonis inhiare, aut occupatis incubare sentirent: scilicet, quorum cupiditati conatibusque obviam ire, insolentiamque coercere, et deberent, et si se nossent, conjunctaque et concordia habere consilia vellent, etiam possent, eos ipsi ultra metuunt, suspectosque gratia atque officiis lenire et conciliare student. Quin episcoporum quosdam a fide Romanæ Ecclesiæ discessisse atque in principum hæreticorum clientelam se tradidisse, eorumque tectos ope ex sua libidine vivere. Ad Concilium arbitrari se eorum ventrum neminem, paucos missuros, siquidem sibi, qui aut valetudine aut senio invalidi inhabilesque ad labores iterque essent, prolixè pollicitos se Pontificis Maximi dicto audientes futuros, ac Tridentum primo quoque tempore venturos, cæteros manendi veniam omnes orare, negareque sine evidenti periculo posse ab se Ecclesiæ resque suas relinquì, patentes adversariorū injuriis, et absentia sua opportuniōres excubantibus in omnes occasiones hæreticis futuros. Adversus hac tota incommoda, quæ apta atque utilia remedia, quibus Catholici Ecclesiasticis præsidii adjumentisque fulcendi confirmandique esse viderentur, quibus inter se federibus jungendi, obligandique, quo ab inimicorum fraude, atque vi tuti libertatem suam, munusque vindicarent, ac neminem magnopere formidare necesse haberent, exposuit. Quæ omnia magna, et locorum, et hominum, et rerum illarum notitia, memoriaque disserentem attente audivit Pontifex, et collaudatum amantissimis verbis redire Tridentum, atque eadem præsidentes Concilii edocere, iisque publicam rem tantam agentibus consilio atque opera adesse jussit.

33. *Canobius ad Cæsarem et in Poloniam mittitur.* — Hæc ipsa, quæ Commendonus arbitrabatur de Germania episcopis, quos ad Concilium posse accedere desperabat, Ferdinandus Casar Joanni Canobio confirmavit. Fuerat is a Pontifice in Poloniam directus, jussusque in itinere ad Cæsarem divertere, illumque adhortari, ut Germania episcopis Tridentum adire suaderet. Verum imperator impossibile respondit factu, ut quando Protestantes non accederent ad Concilium, ipsi convenire possent; esset namque Protestantium arbitrio res religionis permittere, cum nullus adesset, qui ipsorum violentiis ac fraudibus occurreret, quod probe ambo Pontificis nuntii, Delphinus nempe et Commendonus, qui utramque Germaniæ regionem lustraverant, animadverterant. Re itaque infecta, Canobius ad Sigismundum Poloniæ regem profectus, Pontificis mandata et Concilii inductionem exhibuit. Ille, commendata Ponti-

fici voluntate, Concilium se approbare reverenter exposuit. Cum autem Canobius ipse in mandatis accepisset, ut ad magnum quoque Moscoviae ducem procederet, demiso animi obsequio negavit rex, obnientibus maxime Lithuaniae fidem illi publicam dari posse, quod patriis legibus velarentur, cum bellum inter utrosque arderet, cuiilibet, quantumvis magni principis oratori, in illas regiones transitum permittere; nuntium quoque ab instituta legatione revocavit, quod compertum sibi maxime esset, nullum ex ea fructum, cognita gentis illius nequitia, multum dumtaxat periculi in barbaris illis ac deviis regionibus expectandum; ut tamen ad ducem Prussiae commigret, benignissime litteras dedit. Renuit tamen iste oblata Pontificis nomine Concilii inductionem, ac cum antea Confessioni Augustanae se addixisset, Pontificem, ut Ecclesiæ caput cognoscere, eique obedire recusavit. Hoc idem a pluribus Germaniæ superioris civitatibus responsum fuerat Zachariae Delphino Apostolico per eas regiones nuntio, quales fuerant Norimberga, Argentoratum, Francofurtum et Augusta, quæ Summo Pontifici auctoritatem Concilii congregandi una cum novatoribus denegabant, remque omnium sæculorum testimonio comprobalam refellere atque eludere non pudebat, quam licet pluribus cardinalis Baronius, et nos ipsi in Annalibus manifeste ostenderimus, nunc ad illustrandam magis veritatem, Gasparis quoque Cardili sententiam Lutheranorum objecta elidunt referemus.

56. *Lutheranorum objectiones contra Concilium Tridentinum.* — « Afferunt Synodus Tridentinam non debere legitimam putari, neque posse, quoniam cum facultas Synodus indicendi imperatori jure insit, hanc ipsam Tridentinam non imperator, sed potius Pontifex Maximus Pius Quartus indixit.

« Nos vero sic statuimus: Vis et facultas cogendi et celebrandi OEcumenicam Synodum jure non ad imperatorem, sed ad Pontificem Maximum spectat»: mox pluribus id probat, tum maxime subjectis verbis: « Is facultatem habet Synodum convocandi, qui jurisdictione spirituali praeditus est, princeps vero sæcularis nulla simili facultate instructus est, sed ejus vis universa externis rebus impenditur atque desudat, corpori videlicet, facultatibus et vitæ, ergo non suppetit huic Synodum indicendi et cogendi facultas. Pontifex vero Maximus, quia princeps Ecclesiæ est, haud dubie potestatem spiritualem accepit a Christo, atque ex consequenti jurisdictionem, cum sit jurisdictionis, vis atque facultas dicendi jus. Hanc accepit beatus Petrus, atque in eo cæteri omnes Summi Pontifices a Christo Jesu illis verbis, *Pasce oves meas, Pasce agnos meos* (non autem hæc dicta sunt Tiberio Cæsari) quare ad eum maxime spectat

sacros istos Ecclesiæ conventus indicere, atque convocare. Confirmatur ratio : Inferior non potest usurpare, quæ sunt superioris propria peculiariaque juxta communem omnium jurisprudentium sententiam; cogere autem atque indicere Synodum, Pontificis Maximi peculiare est, cui Christus dixit : *Pascet oves meas*; una siquidem et præcipua pastus animi pars sacro-sancti Concilii continetur, ergo princeps sacerdotalis, quicunque is sit, facultate vacat Synodum convocandi, qua unus Pontifex Maximus prædictus est. Rex etenim atque imperator longe inferiores dignitate sunt Pontifice Romano, tam longe quidem, quam ovis a pastore superatur, ab anima corpus, externa pax ab æterna vita temporaria ». Et post multa.

57. Cum is error olim in quorundam animis inesset, eumdem octava sancta Synodus generalis radicitus evellendum curavit, quod fecit his verbis : « Tanquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principe praesentia celebrari ». Subjungit : « Cum nusquam sacri canones convenire principes sacerdtales in Conciliis sanxerint, sed solos antistites; quod si nulla Ecclesiæ lege (nam divina proculdubio de ea re nulla est) si nulla evidenti necessitate principes sacerdtales Conciliis interesse debent, quis est, obsecro, tam stultus, aut mentis inops, qui defendere, aut affirmare non vereatur eis esse tributum Synodum vocare ? et mox : « Concilium, quod Apostoli tenerunt, verum atque legitimum habitum est etiam hæreticorum testimonio, ad cuius normam cetera omnia exigenda esse censem. At in eo, neque imperator adfuit, neque rex aut princeps illus sacerdtales ».

58. Confirmat id auctor non modo scriptis veterum Pontificum, sed etiam imperatorum Valentiniani et Martiani, et Pulcheria Augustæ, tum decretis Conciliorum, inter quæ extat insigne illud Septime Synodi : « Statutum est, ut qui princeps episcopos ad Concilium venire prohibuerit communione privetur ». Et paulo post : « Isidorus Hispanensis, vir pietate et bonarum artium studiis pro ea presertim aetate admodum clarus, de Conciliis agens ita inquit : Synodorum congregandarum auctoritas Apostolice Sedi commissa est; neque ullam Synodum Generalem ratam esse credimus aut legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulcita ». Subjungit : « Hoc auctoritas testatur canonica, hoc historia Ecclesiastica comprobat, hoc sancti Patres confirmant. Augustinus præterea id asserit (quod testantur adversarii) cum ait : Summus Pontifex, quando Patriarchis et aliis Ecclesiæ prælatis denuntiaret voluntatem suam de congregando Concilio universati, semper explicabat necessitatem, etc ». Cumulatur in eam sententiam plurium SS. Patrum auctori-

tates et exempla. Dein refellit argutias hæreticorum ea tantum de causa exigi consensum imperatoris, ac regum, et principum, ut patrocinium et opem ferant ad celebrandum Concilium, confirmataque exemplis generalium Synodorum, tum subdit : « Illud tamen dissimulare nolo, neque subscriptisse unquam Synodo imperatore, ut partem Concilii aliquam, quæ suffragium ferret de rebus fidei, neque absoluta peractaque Synodo ejus Acta confirmasse, quin potius, aut ille subscriptis nunquam, aut subscriptis, quasi Acta probaret, ut inferius monstrabo, et sunt omnia OEcumenica Concilia Summi Pontificis auctoritate corroborata ; at qui cum leges civiles in conventibus regni solemnibus feruntur, eas princeps confirmare consuevit, uti earum lator legum, ex quibus plane constat, facultatem convocandi atque tenendi Synodum, neque jure, neque antiqua consuetudine ad imperatorem pertinere, quod adversus Protestantes efficeret cupiebamus ».

59. Denique vere objectum novatoribus ab internuntiis, eos nullam certam habere doctrinam perspicue demonstratur ex maxima sectarum colluvione inter eos enata, adeo ut publico Saxonis edicto quadraginta septem sectas Saxoniam infestantes damnatas viderimus, et confessio eorum Augustana, qua adeo gloriantur, saepius immutata fuerit, ut ipsi queruntur Lutherani; quo pateat, illam humanum commentum fuisse, cum illa, quæ vera sunt, excerpta fuerint ex Ecclesia Catholica, sed adjectis multis mendaciis adulterata. Hoc vero ipso anno multæ novatorum clucubrations prodiere in lucem <sup>1</sup>, quæ inter se pugnant, Calvini et Theodori Bezae contra Heschiusum, Petri martyris contra Bullingerum, necnon Guillelmi Clebitii, qui libro suo hunc titulum inscripsit, *victoria veritatis, et ruina papatus Saxonici*, Joannes etiam Sturmius in Lutheranis scripsit, atque inter alia dixit : « Eos, quos velint et quæ velint, probare; rursum quæ velint et quos velint, improbare, vexare, condemnare, proscribere, palis prope et cruci affigere, in ipsas prope astiones et rogos compellere »; et contra Martinus Kemnitius, ac Brentius adversus Zuinglianos Commentarios suos edidere.

60. Sternbergerus novas hæreses contra Trinitatem promulgat. — Emerxit etiam inter eosdem hoc anno perditissimus novus hæresiarcha Sternbergerus, qui adversus Trinitatem personarum atque alia mysteria plura blasphemia evomuit : e contra alii in Polonia polytheiam, sive tres deos induxere, qui singuli deliria sua fidem Evangelicam esse contenderunt, ut narrat Surius <sup>2</sup> subjectis verbis :

« Hoc anno quidam impius blasphemus, et ter execrabilis furcifer Lucas Sternbergerus no-

<sup>1</sup> Sur. in Comm. — <sup>2</sup> Ibid.

mine in sacrosanctam Trinitatem, et in Christi Iesu divinitatem, in ipsum quoque Spiritum sanctum, in sanctissimam Dei genitricem Mariam, de Sabbatho polius quam Dominicō colendo, de Eucharistia Sacramento, de Baptismo denique, quem Sathanicam vocant institucionem, tam horrenda et abominanda palam dixit et asseruit, ut nullæ piæ aures sine horrore ferre queant. Idem ipse cum aliquando pauciores opiniones sua cœnam Domini percepturos habebet, alios omnes his verbis accersivit, *venite hue, non enim possum sohus illum devorare.* Et ille quidem se fassus est in Eucharistia Melanthonem sequi, in reliquis Lutherum. Docuit inter alia non esse Trinitatem, sed unum Deum, non Christum, non Spiritum sanctum.

« Fluic tam impie opinio quædam alia plane contraria emersit in Polonia, dicentibus quibusdam pseudo-prophetis non unum, sed tres esse Deos, at Filiū tamen aliquanto minorē esse Patrem et Spīritū sancto : porro Athanasii symbolum jure Sathanasianum appellandum. Sciscitantibus quibusdam Poloniæ proceribns, unde hoc dogma accepissent ? illi responderunt purumputum esse Evangelium, et eam doctrinam se accepisse a suis præceptoribus Calvino, Bullinger, Petro martyre, et Wolfgango Musculo, hunc vero tantum thesaurum nunc denuo voluisse Deum per suos fidèles servos revelare ».

61. *S. Theresia reformationem Ordinis Carmelitarum aggreditur.* — Dum hæretici <sup>1</sup> tam obfirmate animo a Pontificis imperio, et Catholice fidei obsequio diabolis fraudibus avertentur, non repulit benignissimus Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non dērēlīquit; sed quemadmodum scriptum legitur <sup>2</sup>, *pro saliuca ascendet abies, et pro urtica crescat myrtus, deficienlibus ipsi, ac bellum aere Ecclesiæ indicentibus ad ejus defensionem* <sup>3</sup>, *nova bella elegit Dominus, et portas hostium ipse subvertit; suscitans alteram Debboram, seraphicam nempe virginem Theresiam a Jesu* <sup>4</sup>, *quæ sacrarum virginum agmen dicens phalanges everteret Chananæorum.* Hæc Roman, Christo ipso edocente, pro instauranda antiqua carmelitarum Ordinis observantia, ad Pontificem missil, ut Pontificia auctoritate cogitatū opus absolveret. Cum enim per annos plures inter moniales Carmelitanas egisset <sup>5</sup>, nec illud mīte vivendi genus sitū divini amoris, quo flagrabat, explesset : grandi ausu arctiorem vitæ disciplinam adeo meditata postmodum feliciter condidit, ut non virgines plurimas tantum, sed eximios quoque viros ad imitationem allexerit; clauistro egressa multas urbes obicerit, monasteria multa construxerit, eodemque tempore

Patres illos, qui eam æmulari cœperunt, ad caenobia plura condenda pernoverit. Videcet <sup>1</sup> *parvus fons*, monasterium scilicet Abulæ, cuius initia hoc anno auspicamur, quanquam insquenti tantum Pontificium Breve pro ejus confirmatione sit datum, *crevit in fluvium, et in lucem solemque conversus est, et in aquas pluras redundavit* <sup>2</sup>, propagato non in Occidente tantum, sed in ipsis Oriens partibus Ordine, præter innumera sacrarum virginum examina, qua ad defensionem Ilyrusalem excubantes die ac nocte non facent laudare nomen Domini. Sed ut consilium sancte virginis in rigidiori observantia revocanda innotescat, ipsam in aureo illo, quem composuit, libro *iter perfectionis*, inscripto, disserentem audiamus <sup>3</sup> :

62. « Principio, cum monasterii hujus primordia jacerentur, nondum animo statueram, ut tantus in exterioribus observaretur rigor, nec ut sine redditibus fundaretur, quin potius optabam adesse media, quibus rerum necessariis inopia tolleretur. Ea tempestate delata ad me fuerunt damna Galliarum, et quantum Ecclesia Dei cladem Lutherani intulerant. Magna extemplo me cœpit animi molestia, et tanquam non nihil valerem, plorabam ad Dominum, et supplice tanto malo remedium postulabam. Videbar mihi mille datura vitas, ut uni sallem ex tot pereuntibus animabus, suppetias ferre possem. Sed me mulierem inutilē esse considerans, neque voluntatis desiderio vires suppetere ad præstandum obsequia Domino proficia (angebarque animo et adhuc angor, ut quando tam grandis adversariorum numerus sit contra Dominum, tamque exiguis eorum, qui ipsi adhærent, ii saltem probati atque electi forent) decrevi modicum hoc, quod meārum erat partium, nimirum consilia Evangelica, qua possem perfectione, sectari, et sorores has paucas ut idem præsent inducere ». Et paulo infra <sup>4</sup> : « Cum agnovissem tam grandia exorta mala, ut humane vires non suppetant hæreticorum istorum igni qui tam late depascit ac progreditur extingendo, necessarium mīlii est visum, quod, veluti dum hostes tolam vastaverunt regionem Dominus illius in arco se positum cernens, civitatem aliquam subit, eamdemque valida munitione corroborat, nec raro accidit, ut inde erumpentes milites adversariorum vires plerumque elidant, etc. tales igitur, et nos curemus inveniri, ut ad ferendum regi nostram opem, sin minus alia suppetant arma, munda saltem oratio robar impetrat militantibus ». Hæc aliaque plurima seraphica virgo, probe nosecens <sup>5</sup>, *quod arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitiōnem, consilia destruentis, et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.*

<sup>1</sup> Cap. 3. — <sup>2</sup> Isai. LV. — <sup>3</sup> Jud. V. — <sup>4</sup> F. Franciscus de S. Maria l. 1. c. 41. — <sup>5</sup> V. P. Jo. a Jesu Maria in recapitulatione.

<sup>1</sup> Esth. x. — <sup>2</sup> Cap. 1. — <sup>3</sup> Cap. 3. — <sup>4</sup> Il Cor. x.

63. *Aethiopes ad Concilium invitati.* — Dum opportunis hisce suppetiis Ecclesiæ suæ consulebat Dominus, atque hæreticis in omnem carnis libertatem effusis, choros virginum atque virorum opponeret, qui tesseram illam ab eorum moribus discrepantem ostenderent, qua Apostolus dignosci eos, qui ad Christum pertinent, profitebatur cum diceret<sup>1</sup>: *Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis ac concupiscentiis*, providebat quoque Pontifex, ut populos ab Ecclesiæ sejunctos ad ejus notitiam cultumque traduceret. Ob id ipsum Andreæ episcopo Jerapolitano, Societatis Jesu, quem alias vidimus in Aethiopiam directum, in mandatis dedit, ut cum Antonio Pinto, Sebastiani Lusitaniae regis oratore, Mennam illius genitis imperatorem conveniret, indictioque Tridentino Concilio hortaretur, ut legatosipse suos ad tam præclarum opus submitteret. Litterarum autem, queis haec Andrea mandaverat, hic tenor fuit<sup>2</sup>:

64. « Venerabili fratri Andreæ episcopo Jerapolitano.

« Venerabilis frater, salutem, etc. Auditum te in Aethiopia esse apud charissimum in Christo filium nostrum Mennam Aethiopia imperatorem illustrem; id, si ita est, magnopere laetamus, et gratias agimus Domino, qui isthuc perduxerit, speramus enim præsentiam tuam divina adjuvante gratia, pro datis tibi a Domino donis aliquid ad divinæ majestatis sue laudem acturam esse, vel potius egisse. Per dilectum hunc filium Antonium Pintum, qui has tibi litteras reddet, scribendum ad filium istum nostrum charissimum duximus, quarum litterarum exemplum cum his tibi misimus: mandavimus autem ipsi Pinto, ut cum ad aulam istam, Deo juvante, pervenerit, primum ad te, quam ad alium per interpretem aeat, ut omnia, quæ in mandatis accepit, tecum communicet. Deinde tecum una ad sereneissimum imperatorem aeat, easque litteras nuntiata majestati sue verbis nostris diligenter salute et benedictione nostra reddat, quarum sententiam ubi majestas sua ex interpretatione cognoverit, volumus ut eas oratione illis consentanea subsequaris, paternamque erga illum voluntatem nostram accurate comminemores; hortamini etiam, cum primum facultas erit, mittere oratorem unum, seu plures, sicut ei scribimus, ad Concilium OEcumenicum et generale quod sicut ex Bullæ nostræ exemplo intelliges, Tridenti indiximus, et Deo dante celebraturi sumus, conuentur illuc prope Italiae, Hispaniae, Franciæ, Germaniæ, Poloniæ, et aliarum nationum epis copis. Charissimus in Christo filius noster Sebastianus Portugalliae et Algarbiorum rex illustris illuc jam oratores et episcopos suos misit.

Patriarcha quoque Constantinopolitanus eo mittere dicitur archiepiscopum Galatiæ, qui suo nomine illi intersit. Idem facturum speramus patriarcham Copthorum, qui nuper obedientiam nobis et huic sanctæ Sedi per litteras et oratorem suum praestitit, hujus Sanctæ Sedis unionem admodum expetens. Speramus hoc Concilium maximos esse Ecclesiæ Dei fructus allaturum. Nos certe operam dabimus et enitemur, ut omnes gentes pium animum nostrum perspicere possint. Cupimus mirum in modum de statu tuo et rebus istis als te fieri certiores. Non egere autem rem tuam nostra hortatione certo scimus, ut talenta tibi a Domino concessa istie diligenter et sedulo exerceas. Considerare vero te volumus præter supernum favorem, nullum, quod tibi a nobis afferi potuerit auxilium, defuturum. Omnipotens Deus te a peccatis omnibus absolvat, et ad suæ sanctæ Ecclesiæ utilitatem incolumem custodiat. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum die xx Augusti MDLXI, anno II ».

63. *Societatis Jesu religiosos Pius IV commendat.* — Dum adeo strenue divinam gloriam sacerdotes Societatis Jesu<sup>1</sup> proferrent inter barbaras nationes dæmonum laqueis irretitas, atque in Occidente pietatem augerent inter Catholicos, adversus hæreticos vero seculo fidei et gladio spiritus constanter ac generose decertarent, corumque tenebras doctrina splendore discuterent, Pius Pontifex eos Ferdinando imperatori his litteris<sup>2</sup> commendavit.

« Ferdinandus Hungariae et Bohemiæ regi illustri in Romanoru[m] imperalorem electo.

« Societas Jesu meritorum erga Dei Ecclesiæ et religionem Catholicam magnitudo, quæ nos ut eum Ordinem commendemus majestati tuæ movet, eadem, ut illam nec testimonio nec commendatione nostra egere potemus facit; æque enim nota ejus merita sunt majestati tuæ ac nobis. Nec vero ulla fere orbis terrarum est pars, quo ea Societas non operarios strenuos ac fideles miserit jam et quotidie mittat ad religionem Catholicam vel adversus hæreticos defendandam, vel apud nationes idolorum cultui deditas Dei auxilio inserendam et propagandam. Quod cum ita sit, apud tam pium principem commendatione nou[em] indiget. Itaque satis est ejus Societatis desiderium indicari majestati tuæ, etc. » et infra: « Nobis vero tributum putabimus quidquid ipsis a majestate tua tributum fuerit. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die viii Augusti MDLXI, Pontificatus nostri anno II ».

Quam pie Ferdinandus imperator Pontificis obtemperaverit jussis, quantumque emolumenti Catholica religio acceperit cretis per diversas

<sup>1</sup> Epist. ad Galat. v. — <sup>2</sup> Pius IV. lib. brev. divers. sig. 2922. Ep. LV.

<sup>1</sup> Sacchinius hist. Soc. Jesu hoc anno. — <sup>2</sup> Pius IV. lo. ii. brev. sig. 2897. Ep. CXXI.

Romani imperii provincias huius sacrae familiae seminariis atque collegiis docent passim ipsius Societatis Historia<sup>1</sup>, ac recenset novissime crudelius Pragensis Ecclesiae decanus Thomas Joannes Pessina, ut proinde illud lati usurpare possimus<sup>2</sup>: *Castra Dei sunt hæc.*

66. Ornata est eadem Societas a Pontifice apud Philippum regem Hispaniæ amplissimis laudibus, quibus eximia res gestæ a religiosa ea familia in luce collocantur<sup>3</sup>. Rogatus vero est idem rex, ut Alexandro episcopo Cariatensi internuntio Pontificio pro eadem verba facturo fidem adhiberet:

« Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholico.

« Et officio nostro convenit, religiosam vitam degentes patrocinio nostro diligenter tueri ac fovere, et regibus maxime expedit de servis ejus, per quem ipsi regnant, optime mereri. Dominus enim in servis suis recipitur et honoretur, sicut ipse in Evangelio dixit, *qui recipit vos, me recipit*. Sed inter religiosorum Ordines singulare ab Apostolica Sede studio, merito complectendus is Ordo est, qui non ita pridem institutus, et ab hac Sancta Sede confirmatus, Jesu Societas appellatur. Hi enim operarii licet novissimi tanquam nona diei hora in vineam Dominicam ab ipso Domino inducti sint, adeo strenuum tamen et utilem operam navare cœperunt, ut non modo spinas ex ea et vepres evelere aggressi sint, sed ipsam etiam alibi auxerint et propagarint. Incredibile fere est, quantum tam brevi tempore hic Ordo profecerit, quantum Ecclesie Dei utilitatis attulerit, quam multa ejus Ordinis collegia, divina favente gratia, alia aliis in provinciis instituta fuerint, non sine maximo earum naſionum fructu et commodo, quorum diligentia alibi fides Catholica confirmatur, alibi hæreticæ pravitatis pestis reprimitur, alibi gentiles et idololatriæ, relicto idolorum cultu, ad Christi Dei cultum convertuntur, ex quo cuivis perspicuum est, excitatum hunc a Domino Ordinem fuisse his tam turbulentis et calamitosis Ecclesiae temporibus, ut adversus Sathanæ ministros et operarios oppositum, ut cum illi Ecclesiam Catholicam vehementer oppugnent, eam hi non minus acriter defendant; cum illi simplicibus hominibus errorum tenebras offundant, hi lucem veritatis ostendant, ut quantum denique illi pravis exemplis et disciplina pestifera destruant, tam hi vita ac morum sanctitate, et salutari doctrina ædificant. Hujus Ordinis maximum in hac alma Urbe collegium habemus, quod tanquam seminarium quoddam aliorum est, quæ per Italiam, et extra ipsam Italiam, in Germania et Gallia propagantur. Ex hoc uberrimo seminario Apost.

Sedes instituit delectos idoneos ministros, tanquam generosas et frugiferas plantas alias alio, prout usus venerit conserendas mittere, qui quidem instituendis pie et diligenter pueris, tum prædicando Evangelio, tum ministrandis Sacramentis fructus eos Domino cooperante ferunt, quibus hoc tempore Ecclesia Dei maxime indiget. Nullum unquam hi laborem pro Dei honore, et hujus Sanctæ Sedis obsequio recusant, eunt et navigant ad omnes nationes et loca quocumque mittantur, etiam ad hæreticos, ad infideles, et ad remotissimas Indiæ partes, sine ullo omnino metu ejus nimirum auxilio freti, cui deserviunt. Itaque multum debemus huic collegio, ita de Catholica religione merito et assidue merentli, adeo ad Christi Domini nostri et hujus Sanctæ Sedis obsequia parato, etc. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die xxiv Novembris MDLXI, Pontificatus nostri anno II ».

67. In Belgio cum ingravesceret hæresis, adversus novatores opponendo esse censuit Pius Pontifex eosdem sacerdotes Societatis Jesu<sup>1</sup>, qui tenebras errorum ab impiis offusas doctrine luce disjicerent, quique Catholicos excolerent, atque in fide confirmarent, quos cardinali Granvellano<sup>2</sup> commendavit:

« Dilecto filio nostro sancta Romanae Ecclesiae card. Antonio de Granvela vocato.

« Omnipotens et misericors Deus, qui Ecclesiam suam nova semper prole fœundat et pro patribus in ea filios exoriri facit, ad laudem nominis sui et ad Ecclesiae sue sanctæ utilitatem, non ita pridem novum, ut scis, religiosorum Ordinem excitare dignatus est, qui quidem ab eo ipso, cui se sanctissime devoverunt, Jesu Societas appellati, jure id sibi indictum nomen ostendunt. Quandoquidem toto animo totaque mente, et omnibus viribus suis ei fideliter et strenue inserviunt, animarum salutem, quas ille sanctissimo suo sanguine redemit, sitiens, et quanta maxima possunt diligentia procurantes. Qui quidem Ordo et a Sede Apostolica approbatuſ et confirmatus tanquam vitis abundans palmites suos non modo per Hispaniam, Lusitaniam, sed etiam superiorem Germaniam, constitutis ubique multis societatis sue collegiis extendit, quin etiam eos usque ad fines terræ et Indorum regna admirabiliter fecunditate propagavit et protulit. Quanta ab hoc Ordine utilitas ad Ecclesiam Catholicam perveniat, nos ipsi prope quotidie non audimus modo, sed etiam experimur, modo eos in has, modo in illas provincias mittendo, in quibus tam promptos animos ad hujus Sanctæ Sedis obsequia, tantum studium ad tuendam et propagandam fidem Catholicam invenimus, ut nul-

<sup>1</sup> Sacchin. p. 2. hist. Soc. Pessina in Phosphoro Septicorni p. 329.  
— <sup>2</sup> Gen. XXXII. — <sup>3</sup> Pius IV. 10. 11. brev. sign. 2897. Ep. CXLI.

<sup>1</sup> Sacchin. hist. Soc. Jesu. — <sup>2</sup> Pius IV. 10. 11. brev. sig. 2897. Ep. CXL.

lius unquam, quamvis longi itineris navigationis que labores recusent, nulla pericula divino nimirum auxilio freti, pertimescant, sed a nobis, quocumque usus venerit, missi summa mentis alacritate mandata nostra conficiant. Sed meliores hi Dei servos et Ecclesiae se ministros praebent, quo tam turbulentis hisce Ecclesiae temporibus eorum utilior est opera et industria opportunior. Illoc fovendus magis hic Ordo a nobis est, et Apostolicæ Sedis, de qua ita assidue merentur, prasidio defendendus, atque ut ubique crescat et multiplicetur, optandum est. Sane quanto in discrimine in ista nobilissima Flandriæ provincia, et aliis finitimiis dominiis charissimi in Christo filii nostri Hispaniarum regis Catholici Catholica religio versetur, quantopere haereticorum secte ibidem augeantur, circumspectio tua melius, quam nos novit, quod enim nos audimus, ipse oculus tuus cernis: itaque cum pro pastorali nostro officio et regis ipsius causa, mentis nostræ oculos ad populorum istorum salutem conversos tenentes, intelligamus, hujus Societatis Jesu Ordinem prodesse plurimum posse ad haereticam pravitatem ibi reprimendam, et Catholicae fidem conservandam, faciendum esse duximus, ut ipsius Ordinis protectionem circumspectioni tuæ potissimum committamus. Novimus enim quanto domus Dei zelo ardeas, quantum curam sollicitudinemque sustineas, ut istos populos in fidei Catholice cultu, et in regnisi ipsius obsequio contineas», et infra: «Quicumque illi opera charitatis efficiunt, tum prædicando, ut solent, verbo Dei, tum juventute erudienda et ad pietatem informanda, tum ministrandis Ecclesiae Sacramentis, horum tot et tam piorum operum particeps ipse futurus es, etc. xxx Octobris mœxi, anno ii».

68. In Belgio divina vindicta in Calvinianum contemptorem Eucharistia. — Statuit hoc anno in Belgio divina justitia insigne vindicte exemplum in blasphemum haereticum, qui furore Calviniano sacrosanctam Eucharistiam deriserat: rem ex teste oculato exceptam narrat Tilmannus Bredenbachius<sup>1</sup> subiectus verbis:

«Anno Christi mœxi, Neomagii accidit Feria secunda Pascha circa horam dici nonam, ut sermone in Ecclesia parochiali simul et Collegiali absoluto, alter parochorum, nomine Antonius Vorstius una cum audituo accerseretur ad agrotantem mulierculam, que in solemnni die Resurrectionis ob corporis imbecillitatein in templo non communicaverat. Decumbebat autem mulier in platea Regularium. Porro in altiore parte prope vallum oppidi taberna erat meritoria, in qua parum honeste tunc temporis diversabantur viri duo juvenes; uni No-

viomagum patria erat, alteri Trajectum superius ad Mosam, utroque ibidem tunc ovum Paschale, quod vocant, solito more elixum, manibus ostentante, certamen initur inter eos, idque periculo hauriendi poculi cerevisiarum, uter suum prius ovum glutire queat. Interim adventat pastor predictus cum venerabili Sacramento oviculam suam infirmam in vicinia commorantem refecturus. Auditæ per plateam nola, quæ præferebatur Eucharistiæ, alter ille, qui Trajetensis erat, in contemptum tremendi mysterii, audacter dixit ad sodalem suum: «Ego ovum illud, quod manu teneo, citius diglutivero, quam ægrotans muliercula Deastrum illum». Dixit, et protinus bians ovum in os immisit, volens trahicere illud per gulam. Sed ecce præsentissimam Dei vindictam, qua præpeditus nullo modo ovum transmittere potuit. Haerente autem illo in fauibus, cum miser homo se statim suffocatum iri, nec spem vitæ reliquam videret, oculis horribiliter contortis conspicit candelam sebaceam ex clavo pendentem. Arripit celerrime sebaceam, et absque mora injicit ori, cupiens conansque candela tali protrudere ovum, sed frustra; nihil enim aliud effecit, quam quod sebo candela in gutture ad ovum relicto ellychnium, seu fila nuda retraxerit. Ilac spe frustratus humili procubuit instar bovis maciat, memoria loquendique facultate omnino privatus, et supinus jacens fuliginosum et velut Æthiopicum vultum induit, et gutture divina ultiione contracto tristissimam efflat animam, parocco memorato cum sacrosancto illo pane astante. Is enim, simul atque infirmam communionis participem fecisset, ex illa domo rediens audit miserabiles voces ex taberna vicina resonantes: horrore percusus introcurrit; cum venerabili Sacramento, rogat, quid illic sit negotii? audit ex ore præsentium rei gestæ seriem, hominem divinitus percussum videt, humi palpitante et cum morte certantem, et paulo post expirantis guttur fractum, ovo nunc instar tuberis intercutanei in altero colli latere, et non in fauibus residente. Itæ ego ad verbum scribo ex ore ejus parochi domini Antonii Worstensis, qui apud Neomagenses curam gessit animarum annis xxvi et amplius magna cum laude usque ad extremos furores Geusiorum, parochus pariter et canonicus ibidem: in præsens autem ob verbi Divini gratiam, et bonitatem suam Catholico Resensem gregi gratissimus pastor».

69. Pius IV sustollit lites ortas in Belgio circa fines incertos quarundam diocescon. — Decreverat jam ante Paulus IV in Belgio condendos plures novos episcopatus, ut aucta populorum multitudine, pastorum quoque numerus augeretur, ac plures præsules in salutem animarum, quas impii suis erroribus illaqueare nitebantur, excubarent, sed cum in circumserbendis singulorum episcopatuum limitibus dif-

<sup>1</sup> Tilmann. Bredenbach, collat. Sacr. I. vii. c. 60. et ex eo Jod. Goccius fo. ff. I. vi. de Euch.

ficultates obortae essent, eas Pius hoc Diplomate <sup>1</sup> sustulit :

« Considerantes eamdem regionem populis haereticis atque schismaticis omni fere ex parte cinctam adeo pestiferis seductorum haeresiarumque doctrinis infestam esse, ut Catholica illuc fides et animarum salus in maximo discrimine periculoque versentur; his de causis, aliisque que animum nostrum impulerunt, adducti, precibus etiam annuere volentes, pioque desiderio satisfacere ipsius Philippi regis, qui pro sua pietate et Catholicae fidei studio hac de re nobiscum, et saepe, et perquam diligenter per litteras et muntios egit, habita, sicut magnitudo rei postulabat, cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus deliberatione matura, tam graviter periclitanti in illis partibus fidei orthodoxæ, et animarum saluti aptissimum esse remedium duximus, si veterum Ecclesiarum in illa regione positarum dioeceses commodioris regiminis causa divideremus, nonvisque erectis cathedralibus Ecclesie ejusmodi præficerentur episcopi, qui tum exemplo, tum verbo commissas sibi oves pascant, diligenterque illas adversus insidiantium luporum rabiem tueantur atque custodiant, et metropolitanae aliquot Ecclesiae opportunis ejus regionis locis erigantur, ad quas commode adiri possit, quibusque præfuturi suffraganeos suos in officio contineant. Ex certa igitur nostra scientia, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis honorem, et sancte ipsius Ecclesie utilitatem, Cameracensem Trajectensem, Atrebatensem et Tornacensem Ecclesias, civitates atque dioeceses a Rhemensi Coloniensiisque provinciis, quibus erant metropolitico jure subjectæ, exemplimus, ac Mechliniense, Antuerpiense, Harlemense, Daventriense, Lenuardiense, Groningense, Middelburgense, Buscoducense, Ruremundense, Namurcense, Audomarense, Vprene, Gandavense et Brugense, celeberrima Cameracensis, Trajectensis, Leodiensis, Moricensis et Tornacensis dioecesum oppida a sua quodque eorum dioecesi et provincia separavimus; ab Ecclesia Cameracensi, quam nuper ab omni potestate et jurisdictione Rhemensis archiepiscopi, cuius suffraganea erat, liberavimus, eam ipsius dioecesis Cameracensis partem, qua in Brabantia ducatu et Flandria comitatu erat, itemque ab Ecclesia dioecesique Leodiensi ipsius partem, etc. »

Qui vero Belgicis iis episcopatibus recenter institutis præfeci fuerint docent Acta Consistorialia <sup>2</sup>, inter quos Guillelmus Lindanus, qui scriptis luculentissimis haereticorum errores confutavit, recensetur.

<sup>1</sup> Ivi, divers. Bull. sig. 2319, p. 219. — <sup>2</sup> Act. Cons. sig. num. 134. p. 328.

« X Martii MDLXI, Belgicis Ecclesiis restitutis præfeci sunt episcopi : ad Mechliniensem in archiepiscopalem erectam Antonius card. de Granvela translatus ab Atrebatensti, cui suffectus Franciscus episcopus Nicopolitanus; Traiectensi in metropolitanae constituta Frideric. Schenck ex Baronibus de Lentemberg impositus; Ecclesiae Brugensi Petrus Curtius presbyter Tornacensis; Antuerpiensi Philippus Niger archidiaconus Moricensis; Middelburgensi Nicolaus de Castro canonicus Ecclesie Sanctæ Mariæ Traiectensis; Buscoducensi Franciscus Somnus presbyter; Harlemensi Nicolaus ab Ebroicensi translatus; Daventriensi Joannes Mahusius Ordinis Fratrum Minorum preficitur; Levardiensi Remigius Drutius presbyter Moricensis diœcessis; Gruningensi Joannes Bussius Ordinis Sancti Francisci de Observantia; Ruremundensi Guillelmus Lindanus presbyter Leodiensis diœcessis ».

70. In America Philippi Hispaniarum regis ope multæ sedes episcopales eriguntur. — Propagata latius in America religione Catholica plures episcopatus etiam conditi sunt in variis illius provinciis, quos Philippus Hispaniarum rex regia liberalitate congrnis veetigalibus donavit, ac singuli præsules in singulis a Pio creati, ut narrant Acta <sup>1</sup> Consistorialia :

« Romæ die Veneris xvii, fuit Consistorium, in quo referente reverendissimo camerario Sanctissimus dominus noster erexit oppidum Sancti Jacobi del Nuovo extremo in provincia de Chilla in insulis Indiarum Maris Oceani in civitatem, et in ea unam Cathedralem Ecclesiam sub invocatione beatæ Mariæ pro uno episcopo Sancti Jacobi del Novo extremo, et illam subjecit archiepiscopo civitatis Regum cum dote ducentorum ducatorum per serenissimum dominum Catholicum regem assignandorum, et providit de persona Roderici Gonzales presbyteri Hispalensis diœcessis.

« Eodem referente erexit oppidum Veræ-Paci in provincia Veræ-Paci in insulis maris Oceani Indiarum in civitatem, ac inibi unam cathedralem Ecclesiam pro uno episcopo Veræ-Paci nuncupando, et illam subjecit archiepiscopo Mexicano cum dote ducentorum ducatorum per serenissimum dominum Philippum regem Catholicum assignanda, necnon provisione Petri de Augulo Ordinis Fratrum Prædicatorum ».

Vacabant tum plures episcopatus in eisdem Indiis Occidentalibus, quibus episcopos præficit in eodem Consistorio, nimirum Venezuelensi Petrum de Agreda Ordinis Prædicatorum, Antequerensi in provincia de Guaxaca Joannem Vaca Ordinis Sancti Benedicti, Cubensi Bernardinum Vilalpandum Ordinis Sancti Augustini Canoni-

<sup>1</sup> Act. Consist. sig. num. 134. p. 337.

cum Regularem, Ecclesiae de la Pata (Plata) Ferdinandum Gonsalvum clericum, Tascalensi Ferdinandum de Villago presbyterum, Cartazanæ Aloysium de Campenia clericum Rossanensem.

Constituit etiam xix Novembris in oppido Jucatano in Provincia Jucatana episcopatum, cui Cucumelensem Ecclesiam adjunxit, illique Franciscum de Toral Ordinis Minorum præfecit, rex vero Catholicus ducentos ducatos aureos pro anno vesticigli attribuit. Referunt eadem Acta<sup>1</sup> decima die Novembris in Monte Politiano Hetruriæ oppido episcopatum institutum sanctæ Romanæ Sedi immediate subjectum, quem ipso die administrandum Joanni cardinali Riccio Politiano Pontifex tradidit, ut ex Pii IV Diplomate<sup>2</sup> ab autographo ejusdem Ecclesie accepto demonstrat eruditus amicus noster Ferdinandus Ughellus abbas Cisterciensis in sua *Italia Sacra*, quam multo labore ac studio elucubravit.

*71. Decimas eidem regi concedit Pius ob bellum contra Turcas.* — In Africa res Christiana superiore anno inclinata ob acceptam in Meninge insula cladem magis depressa est, nam victor Turca Christianorum urbes arcesque variis excursionibus maritimis vexavit, prædasque varias abegit. Ad comparandam itaque novam classem Pontifex Philippo regi gravissimo bello fidei tuendæ causa implicito, subsidia nummaria ex vesticigibus Ecclesiasticis illi decrevit, ut subjectum Diploma<sup>3</sup> ostendit :

« Charissimo in Christo filio Philippo Hispaniarum regi Catholico.

« Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Superioribus mensibus unum subsidium annum trecentorum milium ducatorum auri largorum usque ad quinquennium a kal. Januarii proxime præteriti computandum super quibusvis fructibus, redditibus et proventibus Ecclesiasticis in quibuscumque civitatibus, diocesibus, et locis regnum Hispaniarum majestati tuae subjectis consistentibus ab omnibus et singulis personis Ecclesiasticis, seu aliis fructus Ecclesiasticos, vel annuas pensiones super illis percipientibus pro rata veri anni valoris quolibet anno dicti quinquennii persolvendum sub modis et formis tunc expressis per nostras sub plumbō confectas litteras imposuimus, ac ex pecuniis subsidii hujusmodi unam quinquaginta triremium classem contra infideles parari debere voluimus, et alia fecimus, mandavimus et ordinavimus prout in dictis litteris continetur. Cum autem triremes hujusmodi ob ingruentis temporis brevitatem parari, remigibusque et aliis rebus ita instrui nequeant, ut hac æstate tibi usui esse possint, tuaque majestas gravissimas impensas pro tuendis regnis

suis adversus Turcas et alios infideles ex partibus Africæ cuncta fere ditionis tuae loca præsertim maritima acerrime infestantes, misereque depravantes in praesentia subire cogatur; nos pro singulari nostra ac plane paterna erga serenitatem tuam dilectione atque charitate, urgentibus ejus necessitatibus, quantum cum Deo possumus, opportune consulere cupientes, eidem tuae majestati trecenta millia ducatorum, qua de praesenti anno ad præfatam classem instruendam exponenda dicta impositionis vigore exigere potuisses, non solum per nuntium isthie nostrum, sed etiam per alias quascumque Ecclesiasticas personas per eum ad tui libitum deputandas libere exigendi, et eamdem summam sic exactam non modo ad instruendam classem prædictam, verum in aliam quoque defensionem præcipue locorum tuorum contra eosdem Turcas et infideles arbitrio tuo convertendi » et infra : « Concedimus facultatem et potestatem, etc. xxii Maii MDLXI, anno II ».

*72. Nec modo Africana ora Hispanis obnoxia infestata est a Turcis, verum etiam Dragutus archipirata in Siciliæ littora predas acturus incurrit hac Æstate, atque septem triremes Siculas impetu rapuit, ac magnam utriusque sexus multitudinem in funestam servitatem abegit, ut deplorat Pontifex<sup>1</sup> post defletam superioris anni cladem, qua maxima pars classis Hispaniæ capta fuerat :*

« Ad futuram rei memoriam.

« Proxime exacta Æstate, cum perfidissimus archipirata Dragutus septem præsidarias regni Siciliæ triremes de improviso adortas, illas compluribus nostris interfectis in pugnando cepit, et tam in ipsa classe, quam in dictis septem triremibus sic captis, quam alibi pro custodia ejusdem regni plurimæ utriusque sexus Christiani nominis personæ capte, et in miseram servitutem abstractæ fuerint, quare Philippus rex nobis humiliiter supplicare curavit, ut cum ad redimendos dictos captivos suæ facultates non suppetant, ipsi de aliquo idoneo subsidio in primis subvenire atque succurrere paterna pietate dignaremur, etc ». Proponitur indulgentia per modum Jubilæi collaturis stipem decernendam pro captivis redimendis. « Datum Romi, apud Sanctum Petrum v Novembris MDLXI, anno II ».

*73. Pontifex laudat regum Lusitanorum pro fide labores, patrum regis creat legatum a latere et prohibet Catharinæ reginæ ingressum in monasterium publicæ utilitatis causa.* — Distinebatur etiam barbarico bello Sebastianus Lusitanus rex, qui Septam, ac Tingim, et Mazaganum multissimas urbes in Africa obtinebat, ac sibi pro fidei causa pugnanti ab Ecclesiasticis subsidia pro classis sumptibus sustinendis conferri fla-

<sup>1</sup> Act. Consist. sig. num. 135. p. 345. — <sup>2</sup> Ital. Sac. tom. I. — <sup>3</sup> Pius IV. l. 1. p. 631.

1 Pius IV. l. 1. p. 581, ut in alia p. 107.

gitavit, quæ ipsi a Pio decreta memorant Acta<sup>1</sup> Consistorialia.

« Romæ die Veneris, v mensis Septembris MDLXI, Sanetilas sua concessit regi Portugallie subsidium quinquaginta millium ducatorum annuorum a kal. Januarii proxime venturi incipiendo ad quinquennium, et deinde ad aliud quinqueunum arbitrio sua Sanctitatis, si sibi expedire videbitur, prorogandum super fructibus Ecclesiarum, et beneficiorum Ecclesiasticorum illius regni pro stipendio tot triremium vel navium instruendarum de novo ultra classem ordinariam dicti regni adversus infideles, haereticos, vel schismaticos, ac etiam pro subsidio Sedis Apostolicæ juxta formam litterarum desuper expediendarum ».

Concepimus sunt ex subjectis verbis, quibus recensentur præclara regum Lusitanorum facinora, qui pulsis Mauris e Lusitania eos in Africa invasere, Tingitanamque provinciam subegere, ac circumacta classibus Africa penetrarunt ad Indos, pluribus bellis gestis cum Arabibus, Turcis, Persis atque Indis, latissime Christi fidem circumtulerunt, innumeramque populum multitudinem Ecclesiae adjunxerunt, quorum vestigia Sebastianus rex consecutus flagrantissimo pietatis studio, continua pro Christo bello gerat<sup>2</sup>:

« Ad futuram rei memoriam.

« Charissimus in Christo filius noster Sebastianus Portugallie, et Algarbiorum rex illustris per dilectum filium nobilem virum Laurentium Peres de Zamora consiliarium, ac ad nos et Sedem Apostolicam oratorem suum, nobis exponi fecit, quod Portugallie olim reges claræ memorie progenitores sui non absque gravibus dispendiis et sanguinis effusione, non solum ejctis e suo regno Mauris, qui, non pauca Lusitanie parte occupata, in partibus illis coauerant, zelo fidei accensi, armis in Africam translati, urbem Septensem in fauibus Oceani in arco positam Christiano nomini tunc infestissimam, queaque ex ipso Oceano in Mediterraneanum ultra citroque commercia impidebat, occasiōnemque Mauris præfatis Hispaniam invadendi, eamque crebris incursionibus diripiendi cum non modica jactura fidelium animarum præbebat, aliasque munitissimas urbes et oppida in ipsis Africæ partibus viriliter pugnando cœperunt, sed etiam pro Catholicæ fidei dilatatione et exaltatione circumactis a tergo ipsius Africæ per Atlanticum littus classibus Ethiopiaem, Arabiā, Persidem et Indiae partes ingressi, cum immanissimi Turcarum tyranni classibus, aliiisque regibus, qui illis provinciis et regnis præuerant dimicando, contusis hostiū viribus, plerasque civitates,

terras et littora ditioni sue subjecerant, et exinde innumeram Indorum multitudinem ad Iesum Christi nominis agnitionem ejusque Catholicæ fidei cultum abjectis cœcitatibus erroribus, divina cooperante clementia, induci procuraverant, ipseque Sebastianus rex etiam nunc cum gravissima impensa diuturnum bellum sustinendo, tam Septensem prædictam, quam Tingensem antiquissimas et nobilissimas civitales, quam Magazeni oppidum in partibus Africæ tenebat, cogebaturque tam pro prædictorum quam aliorum maritimorum locorum a barbarorum incursu defensione, unam classem sumptibus propriis sustentare, ac in dominio Indiae, Persidis, et Arabie partibus continuo bella gerere, sperataque præclaræ memorie progenitorum suorum Catholicorum regum vestigiis insistendo Christi fidem in partibus illis opera sua longe lateque propagari, nisi facultates tanto operi assiduo bello necessarie, quas non suppetentibus sui regni opibus desicere videbat, sibi omnino deessent. Quare nobis humiliter supplicari fecit, sicut pro eadem fidei causa nos et Romani Pontifices predecessores nostri pluribus Christiani orbis principibus, præsertim charissimo in Christo filio nostro Philippo Castellæ, Legionis, ac Aragonum regi Catholicæ indulsimus, pro tanti belli, quod contra Mauros, Arabes, Turcas, Persas et Indos, ad fidei exaltationem prosequi intendebat, onere supportando auxilia et subventiones præbere, atque opportune providere dignaremur. Nos », et infra : « Revolentes ipsius Sebastiani regis progenitorumque suorum pietatem in ipsum Deum, singularem constantiam et devotionem, et in hanc Apostolicam Sedem reverentiam et merita, aliasque eximias ipsius Sebastiani regis dotes, quæ succeditibus sibi feliciter annis ipsum in magnanimum ac invicissimum imperatorem, Christianæque religionis propagatorem acerrimum more majorum suorum perducere debeant, ut speramus, considerantesque difficillimum esse ejus regni opes propter immensas in bellis prædictis gerendis expensas alieno ære, prout nobis innotuit, nimium gravatas, tantam molem bellorum, quæ in pluribus ac diversis locis contra Christiani nominis validissimos potentissimosque hostes geruntur, vix sufficiere posse ». Et infra : « Sperantesque ipsius Sebastiani regis suorumque opem, ad reprimendos imminentes Turcarum impetus, nobis et Apostolicæ Sedi Christianæque reipublicæ magnopere profutaram, particularium Ecclesiarum opes atque redditus pro necessaria illarum, suorumque filiorum, et Christiani nominis, tam clericorum quam laicorum salutis causæ, atque salutis defensione, et ipsius religionis Catholicæ augmento larga manu suppeditari debere dignum et justum reputantes, habita prius super

<sup>1</sup> Acta Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 131. p. 31. — <sup>2</sup> Pius lib. reg. sig. num. 19. et num. recentiore 1563. p. 586.

hoc cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus in Consistorio nostro secreto, deliberatione matura, de unani illorum consilio et assensu, unum quinqaginta milium ducatorum cruciatorum nuncupatorum subsidium annum usque ad quinquennium proximum a kal. Januarii proxime futuri computandis duraturum pro manutentione unius classis Ecclesiastica nuncupandæ triremum, seu navium, aut caravellarum, quæ intra kal. predictas ultra triremes, naves seu caravellas per dictum Sebastianum regem instrui et teneri solitas, decenter instruvi, ordinari et armari debeant, tam ad tuitionem et custodiam oppidorum et locorum, quæ in dictis Africæ partibus ipsius Sebastiani progenitores Christianæ reipublicæ sua virtute et industria addecerunt, et in futurum ipse non minore fidei ardore divina favente clementia adjicere intenit, quam contra infideles et hæreticos vel schismaticos, sive ad offensionem, sive ad defensionem, et contra quoscunque in nostrum et Sedis Apostolicæ subsidium et defensionem dumtaxat servire, et cum nostris et Apostolicæ Sedis ex una, et ipsius Sebastiani regis ex altera partium insigniis educi debeant, super omnium Ecclesiæ et monasteriorum proventus Portugalliae, et Algarbiorum regnorum », et infra : « Erogandum, Apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus, etc. Romæ apud S. Petrum MDLXI, XIII kal. Octobris ».

EGO PIUS CATHOLICE ECCLESIE EPISCOPUS.

Adjectum est sigillum hac sententia insignatum : *Si mei non fuerint dominati, tunc immunitatus ero.*

- « Ego R. card. de Carpo ep. Portuen.
- « †.....
- « Ego Fed. car. Cæsius ep. Prænest.
- « Ego Joannes card. Moronus ep. Sabin.
- « Ego Otho de Valdburg card. Augustanus.
- « †.....
- « Ego Jo. Mi. card. Saracenus.
- « Ego Jo. card. S. Vitalis.
- « Ego Jac. card. Puteus.
- « Ego Jo. B. Cicada card. S. Clementis.
- « Ego G. Asc. Stortia card. Camerarius.
- « Ego Vitellotius card. Vitellius.
- « Ego Carotus card. Borromæus.
- « Ego I. card. de Aragonia.
- « Ego Alf. card. Jesualdus.
- « Ego Jo. Franc. card. de Gambara.
- « Ego B. card. Tranensis.
- « Ego Jo. card. Reomanus.
- « Ego Jo. A. card. Capisuccus.
- « Ego Clemens Monil. card. Araæcæli.
- « Ego Jo. Ant. card. S. Georgii.
- « †.....
- « Ego Phi. card. a Burd.

« Ego L. card. Simoneta.

« Ego Ma. Ant. card. Amulius.

« Ego Hieronymus card. Correggius.

« Ego B. card. Navagerius.

« †.....

74. Flagitante eodem Lusitaniae rege, Pontifex, habito cardinalium senatu, Henricum Sebastiani regis patrum cardinali legatum a latere in Lusitania creavit, amplissimisque mandatis instruxit, ut Ecclesiasticam eam claram adversus infideles conficiendam curaret, quæ subjectum Diploma<sup>1</sup> confirmat :

« Henrico tit. SS. IV. Coronatorum presbytero cardinali, Portugaliæ Iufanti, nostro et Sedis Apostolicæ de latere legato.

« Intelleximus magnopere gratum nos facturos charissimis in Christo filiis nostris regi et reginæ, si tibi legationis munus in isto regno committeremus, sicut a felicis recordationis Julio predecessor nostro olim tibi delatum fuit; id nos etc ». Et infra : « Opportuno jam tempore eo etiam libentius accedente venerabilium fratrum nostrorum consilio fecimus, quod illis gratum admodum fore perspeximus, et cum hac in re ea, qua decuit benignitate, eorum desiderio satisfecimus, tum etiam de subsidio Ecclesiastico postulato precibus utriusque illorum et tuis libenter annuimus. Videamus enim illud pecuniæ subsidium impensum iri in classes, quibus continue bellum cum impiis fidei nostræ inimicis tuendæ et propagande religionis studio, tam feliciter quam pie geritur. Quia in re gaudemus eum majorum suorum vestigiis insistere, quorum praeclera et gloria in Christianam religionem merita nulla obscurabit vetustas, nulla non prædicabit posteritas, quorum ad pia et fortia facta imitanda simul, et ad Apostolicam Sedem omnium fidelium matrem pari, atque illi fecerunt, devotione colendam minime dubitamus, quin tu, et serenissima regina illum assidue vestris præceptis et hortationibus dirigatis, etc. vi Octobris MDLXI, anno II ».

75. Gesserat hactenus una cum Henrico cardinali Lusitani regni procuracione Catharina regina Sebastiani regis avia, pietate ac reliquis virtutibus ornatissima, quæ tranquillioris vitæ studio, ut ad divinas res liberius animum applicaret, abhiciendæ regni administrationis, seque in monasticum secessum ad excolandam cum sanctimonialibus religiosam vitam conferendi consilium init, at de eo consultus Pontifex ipsam regni administratione abire prolixiuit<sup>2</sup>, cum non modo suæ, sed etiam aliarum animarum immunierarum saluti consulere deberet: asserenda enim religioni et hæreticorum insidiis propulsandis strenuam operam dederat, atque

<sup>1</sup> Pius IV, to. II, brev. sig. 2897. Ep. CXXIX. — <sup>2</sup> Ib. sig. 2597. Ep. LIX.

a charitate alienum esset, nepotem pupillum in primo labore adolescentiae deserere, ad quem regis virtutibus erudiendum, et augendam, confirmandamque in eo regno religionis dignitatem incunbore jussit.

Charissima in Christo filia nostra Catharinae Portugalliae et Algarbiorum reginae illustris viduae.

« Certiores facti sumus, te religiosæ studio quielis incensam statuisse, relicta regni istius procuratione, in monasterium aliquod secedere eo consilio, ut reliquam ibi ætatem exiges; quod propositum tuum non possemus non probare, si tuæ tantum salutis ratio tibi habenda esset, et si tibi uni viveres, sed cum in ista deliberatione serenissimum regem nepotem tuum et populos qui sub ejus regno sunt, respicere debebas, horlandam duximus serenitatem tuam et rogandam, atque etiam in virtute sancte obedientie monendam, ne regni procurationem relinquas, neve charissimum filium regem nepotem tuum, fidei et tutelæ tuæ commendatum, in illa pupillari ætate deseras ac destitutas; alienum id profecto esset a charitate materna, alienum ab ea spe, quam in te piæ memoriae rex conjux tuus habuit: si antequam is patre et avo suo orbalus fuisset, in monasterio ipsa inclusa vivere instituisses, maternæ charitatis viscera ad ejus teneram ætatem regendam, et ad consulendum tot ejus regno subjectis populis te inde extrahere debuissent, nedum eum illa ætate nunc relinquere, et ab ejus te abdicare tutela debeas. Credis ne, charissima filia, gratius Deo fore illud institutum? ipsi vero divinæ majestati nihil est gratius charitate, quæ quanto plures sollicitudine sua beneficiisque complectitur, tanto est Deo gratior, et majora ab ea beneficia promeretur: nullas personas magis commendatas haberi, nullus majore studio protegi ac defendi Dominus in sacris Scripturis præcipit, quam pupillos: quod si omnes in illa orbitate tuendi sunt, quanto reges studiosius, et diligentius? nempe quanto per eos plurimorum saluti inservit, et ipsius Dei honori religionique magis consultatur. Habet quidem rex dilectum filium nostrum cardinalem patrum suum eximia virtute, summa fide, præstanti religione præditum, cuius tu fiducia videlicet tutelæ onus, et procurationis regni subterfugere statuisti: sed is sicut cura et diligentia sua laborem tuum magna ex parte est levatorum, ita ad id onus sustinendum teipsam sibi potissimum sociam et adjutricem requirit et desiderat. Vides quæ sint tempora, vides quantis procellis et turbibibus, latifus in dies hæreticæ pravitatis peste serpente, Ecclesia Dei, et religio Catholica conculiatur et agitetur; tunc in tantis regnorum periculis ab istius regni defensione et regime le subduces? et ut tibi ipsi consulas, omne pondus in ipsum cardi-

nalem tot aliis oneribus et curis laborantem rejicies? Vide, quesumus, ne parum pie facias deserendo pupillum, et pupillum regem, neve quæ omni cura et studio hæreticam pravitatem reprimere, ac populos istos in religione Catholica confinere debes, quantum in te est, in discrimen adducas ipsorum populorum salutem simul et fidem in isto regno Catholica. Haec te amantissime monemus et horlamur, tantumque abest ut salutis æternæ viam tibi impeditiorem reddere velimus, ut tua apud Deum merita majora fore minime dubitemus. Semper Portugallie reges pro sua pietate hujus sanctæ Sedis auctoritatem plurimi fecerunt, semper piis ejus monitis paruerunt; ipsa vero omnibus in rebus Sedis Apostolice maximam cultricem te esse omni tempore declarasti: fac igitur, ut tuam nunc quoque pietalem, sicut confidimus, agnoscere, et obsequium laudare possimus, cum scriptum sit meliorem obedientiam esse quam victimas. Quod ut facias, tuæque unius quieti totius regni commodum, et tot populorum tanta ac tam pia studia ac desideria anteponas, nos, et pro ea auctoritate, quam a Deo in hoc loco positi habemus, iterum te monemus, et in remissionem peccatorum tuorum etiam suademos. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxx Martii MDLXI, Pontificatus nostri anno 1. ».

76. *Maria Scotia regina rosa aurea donatur.* — In Scotia religio Catholica adeo defloruit improbissimis Elisabethæ Angliæ reginæ studiis, ut pæne toto regno extincta visa sit, ac tantummodo in regia divina mysteria pergeremtur, adeo ut Maria regina in tanta hæreticorum licentia alique impietate, rosa inter spinas videretur, ad quam Pontifex<sup>1</sup> rosam auream sacra prece lustratam vetere instituto, hoc anno congrue transmisit:

« Reginæ Scotie, etc.

« Benedictum solemni ritu nuper a nobis antiquo prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum more rosam auream in quarta Dominica Quadragesimæ, qua canitur in Ecclesia *Lætare, Hierusalem*, mittendam Serenitatem potissimum esse duximus, ad nostrum erga te paternam benevolentiam declarandam, quæ tanquam rosa pulcherrima inter spinas suavissimum fidei et bonorum operum tuorum odoreni longe lateque diffundis. Refert autem hic flos Dominum et Redemptorem nostrum Jesum Christum, qui de radice Jesse ortus, flos est campi, liliumque convallium, Ecclesia vero gaudium letitiamque, ut tibi merito mittendus fuerit, quæ et ipsum Christum Dominum nostrum pura admodum atque integra fide, nec minore vita ac morum honestate colis, et universalem Ecclesiam tot filiorum amissione mo-

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. divers. sig. 2910. p. 211.

renrem tue fidei pietatisque constantia consolans. Hoc tu igitur, charissima filia, munus non tam ex materia, quam ex mysterio, et nostro erga te animi testimonio aestimandum, pie admodum devoteque suscipe». Et mox : « Sed ut sacram munus sacra etiam cum ceremonia, sicut decet, accipias, post Missam ab aliquo, quem elegeris, episcopo, et in qua volueris Ecclesia, rite celebratam, ipsam rosam tradivolumus : illius aurei floris recordatione incitata ita in timore Domini et in mandatorum ipsius observatione persevera ac profice, ut ad illius celestis Iherusalem gaudia sempiterna, ipso perducente Domino, pervenire merearis, etc. Die xxii Martii MDCXI, anno i».

77. *Principis Transylvaniæ consanguineum in ordine diaconatus constitutum nuptias inire permitit Pontificex.* — Hoc anno Pontifex consanguineum principis Transylvanie in diaconatus ordine constitutum nuptias gravi urgente causa inire cupientem, a nuncupati voti religione ad preces ejusdem Transylvaniæ principis de religione Catholica bene meriti exsolvit, de quo cardinalis Sancti-Sixti ad eundem Transylvananum exfant litteræ<sup>1</sup> :

« Waivoda Transylvaniæ.

« Illustrissime princeps. Cum multorum nuntiis et fama ipsa mihi nota esset egregia dominationis tuae illustrissimæ virtus, et insignis erga fidem ac religionem Catholicam, Sanctamque hanc Sedem Apostolicam devotione, eamdem ex tuis litteris, atque ex sermone egregii viri Georgii nuntii tui plenis cognovisse magnæ milii fuit voluntati; Sunmo Pontifici autem reverentiae atque obedientiae officium, quo per ipsum nuntium tuum fumetus es, gratum valde ac jucundum fuit, atque eximia te inter praecipuos sanctæ hujus Sedis filios charitate complexus est, quod in negotio consanguinei tui facile prospicere poteris; cum Sua Sanctitas precibus ac supplicationibus tuis commota id ei concederet a Subdiaconatus Diaconatusque vinculis absolvendo, quod arduum sane ac insolitum gratie genus est, etc. xxiii Martii MDLXI ».

78. *Saluberrimæ sactiones a Pio IV editæ.* — Edite sunt hoc ipso anno saluberrimæ plures Constitutiones, quibus magnitatem nominis sui dignitatem ornavit Pontifex, aliisque operibus insignem pietatem explicuit. In primis cum advertisset nimia in homicidas indulgentia, flagitia impunitatis spe crescere, omnem veniæ spem iis sustinuit, licet repetenda ob acceptas injurias ultionis causa patrata dicerentur<sup>2</sup> :

« Considerantes (inquit) quod licet Deus, qui ex pricipi amoris sui dulcedine hominem ad imaginem suam creavit, in lege veteri po-

pulo illi rudi et infirmo mandaverit, proximum diligi, inimicum vero odio haberi permisit; tamen secundum Evangelicam doctrinam, quæ lege veteri excellentior et perfectior est, præcepit etiam inimicum diligi, et transgressorum hujus legis ultionem expectare debere innuit, cum dixit, qui gladio ferit, etc. VIII idus Januarii anno ii ».

79. Eosdem etiam<sup>1</sup>, ac sicarios et rebelles, et eos qui facinorosos ac rebelles exciperent, gravibus aliis poenis coercendos sanxit. Sacerdotes impios abentes sacra exomologescos Sacramento<sup>2</sup>, ac mulieres ad flagitia et in honestos actus incitantes sacerdotiali dignitate exui ac supplicio affici jussit. Censorum fidei auctoritatem amplificavit<sup>3</sup>; ad augendum divinum cultum sacerdotes, qui divinis officiis non interessent, quotidiano censu multatavit; cardinales graviter monuit, ne coitiones<sup>4</sup>, vel arcanae passiones pro creando successore Pontifice ini- rent.

Pauperum quoque, et egenorum curam suscipiens, ut certis continerentur ac sustentarentur locis, ne per Urbem vagarentur provide mandavit, ut Acta<sup>5</sup> Consistorialia declarant :

« Romæ die Veneris xxvii Junii MDCXI, fuit Consistorium, in quo Sanctissimus dominus noster deputavit reverendissimos dominos Moronum, Cæsium, Sabellum Urbis Vicarium, necnon camerarum ad providendum pauperibus mendicantibus, ne vagentur per Urbem, sed contineantur in certis locis, et illis de alimento provideatur, vocatis etiam ad hoc deputatis a populo Romano ».

Fuit hoc sæpius Summorum Pontificum studium, ut ad pauperum levandam inopiam, certa quedam excitarentur loca, ubi alimentis corporalibus simul ac spiritualibus refecti, corpore quamvis agro, non tamen inertii otio diffluerent ac torperent, quod imperialibus quoque legibus cavetur. Erant olim apud Ethnicos loca quædam<sup>6</sup> extra civitates pauperibus decreta, quod nimurum infelicitatis quoddam genus pauperiem existimarent, ideo timorem, palorem, paupertatem ac senectatem, tamquam noxia Numina a civitatibus arcere : ac Rome, ut innuit Plautus, extra portam Trigeminam, seu Tergeminam, quæ eadem est Ostiensis ac S. Pauli, stabant, aut sedebant tenues et egentes homines, ibique stipem petebant saccum manu tenentes. Horum Sedes in Vaticanum postea fuit translata, ut ibi esset pauperum statio, ubi Sanctorum Apostolorum sacra conduntur corpora, qui Christum relictis omnibus sequentes peculiarem adeo pauperum enrau suscepere,

<sup>1</sup> Bull. Const. 7. — <sup>2</sup> Ib. 31. — <sup>3</sup> Ib. 36 et 40. — <sup>4</sup> Ib. 31. — <sup>5</sup> Ad. Consil. sig. mun. 131. p. 336. — <sup>6</sup> Cod. Just. I. XI. tit. 25. Lex ab Al. dier. Gen. I. II. c. I. capl. Dram. Amanu. Marcell. I. XXVII.

ut sollicita ipsorum diligentia factum fuerit, quod ex tam magna multitudine, quemadmodum inquit Lucas<sup>1</sup>, Neque quisquam egens erat inter illos. Procedente extinde tempore, distributis per Urbis regiones diaconis, demandata illis fuit cura pauperum, ac demum alias pro temporum varietate remedii adhibitis in hoc descendenter Pontifex, quod et ab Aquisgranensi Concilio sub Stephano IV probatum reperimus; Cananique 14t sic praecepit<sup>2</sup>: « Oportet, ut prelati Ecclesiae precedentium Patrum exempla sequentes, aliquod praeparent receptaculum, ubi pauperes colligantur, et de rebus Ecclesiae tantum ibidem deputent, unde sumptus necessarios juxta possibilitatem rerum habere valeant, exceptis decimis, qua de Ecclesia villis ibidem conferuntur ». Sed cum Roma theatrum sit orbis, ac jure comparari possit sagenae missae in mare ex omni genere piscium congreganti, cum nova gens semper, quotidiano concursu frequenti cœtu ex omni parte sese infundat in Urbe, ut quar mundaveris hodie, eras aspersa sordibus necesse sit reperire, quamvis multa excita sint receptacula, ocnrrri tamen de novo advenientium pauperum multitudini vagæ omnino non potuit, in quam tamen curam modo denuo sollicite incumbere SS. D. N. Clementem papam Decimum novimus et lætamur. Sed jam reliqua, que idem Pius in eodem Consistorio agitaverit, inspiciamus :

« Deputavit etiam reverendissimos DD. Moronumi, et de la Cueva, Saracenum, Sancti-Clementis, Camerarium, Navagerium, et Sabellum pro reparatione, et restaurazione Ecclesiarum, maxime titulare Urbis, qui debeant vocare cardinales titulares de quorum Ecclesiis pro tempore agetur pro reparatione hujusmodi facienda.

« Deputavit similiter reverendissimos S. Angeli, Sancti-Vitalis, Sabellum, Amulium et Camerarium pro provione et reparacione facienda adversus inundationem Tyberis, et pro institutione novi alvei, et alias, prout expediens fuerit.

80. *Pauli IV nepotes neci traduntur, et Caroli V memoria vindicatur.* — Statutum hoc anno est a Pio inauditum justitiae exemplum adversus Pauli IV Pontificis nepotes et propinquos, qui illius gratia et anctoritate ad sua flagitia abusi erant, et capitales inimicitias cum Carolo V Cæsare, et Philippo Hispaniarum rege, Galica freti potentia, exercere ausi, senis capularis longiorem vitam esse non posse, et longas regum manus, instabilemque humanam felicitatem, non cogitarant. Caroli cardinalis Caraffæ causa cognita est a Pio Pontifice, atque ab eo judicaria sententia pronuntiala, ut referunt Acta<sup>3</sup> Consistorialia :

« Romæ die III Martii MDLXI. Lectus fuit processus contra illustrissimum dominum cardinalem Caraffam, et lata sententia prout in cedula ». Excidit illius schedule exemplum. Tertio post die exercita est ejus sententia acerbitas, ut referit Joannes Franciscus Firmani<sup>4</sup> sacrorum Rituum magister, his verbis : « Nocte sequenti post quintam diem Martii reverendissimus cardinalis Caraffa fuit in Aree S. Angeli strangulatus, corpus fuit delatum ad Ecclesiam B. Mariæ Transpontinæ : eadem nocte fuit decapitatus in carcerebus Turris-Nonaæ dux Palliani frater predicti cardinalis, qui fuerat Confalonierius Ecclesiae, comes Montorii et miles Ordinis S. Michaelis Franciae ; paulo ante mortem pī litteris filium hortatus est, ne uulnorum principatum spe, divini amoris et timoris cultum abjeceret, delitias temneret, pravorumque consuetudinem fugeret ». Porro de pī illius exitu extat singularis Epistola Bonsignorii Caccia-guerræ, que una cum aliis ejusdem piissimi viri editis litteris circumfertur.

Principuae cause illius capitalis in Caraffas judiciei referuntur a Panvino in Vita Pii IV.

De Alphonso vero cardinale Caraffa libere dimisso, extant Pii Pontificis litteræ<sup>5</sup> ad Nuceræ, Andriæ et Mathalonæ duces, et marchionem Sancti-Lucidi consanguineos Alphonsi cardinalis, quibus significat se in eo liberando nativa clementia sua morem gessisse, ac dominisse, non reperisse Carolum Caraffam minus nocentem, ut in eum mitius ageret.

« Dilectis filiis nobilibus viris Nuceræ, Andriæ et Matalonæ ducibus, et Sancti-Lucidi marchionio.

« Deus novit de cardinali Caraffa molestissime nos fulisse, nimia atrocitate criminum ejus coactos et compulsos nos esse id agere, quod egimus; id quod ex gestis quoque ejus causæ facile intelligi potest. Neque aliter sane agere potuimus, nisi Dei honorem, et huius Sancte Sedis existimationem ac nostram negligere voluissemus; sed ut in eum miserum, cogente justitia, severi fuerimus, ita de dilecto filio nostro Alphonso cardinali Neapolitano, cuius longe alia causa erat, libenter mansuetudini et clementiæ nostræ obsecuti sumus, eo incolumi, et sibi, et vobis, ac easteris propinquis suis restituto, de quo precibus nos vestris et nobilis familie vestræ cedere potuissé, cum ipsis, tum vestra etiam omnium causa lætamur, piumque quo erga illum functi estis, officium, valde in Domino laudamus. xiii Aprilis MDLXI ».

81. Appellerat inter alia flagitia Carolus Caraffa gravissimis calumniis Carolum V imperatorem et Philippum regem Hispaniarum, quod insidias vita Pauli IV Pontificis struxissent, ac

<sup>1</sup> Act. IV. — <sup>2</sup> Apud Labbe, tom. VII. Cone. — <sup>3</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134, p. 327.

<sup>4</sup> Jo. Franc. Firman. Diar. tom. XII. Ms. arch. Vat. p. 373. — <sup>5</sup> Pius IV. Io. II. brev. sig. 2897. Ep. LIII.

nonnullos innocentes judiciis iniquis circumventos extremo supplicio affici jusserat, tanquam insidiarum conscientios convictosque : quos Pius Pontifex innocentes pronuntiavit, atque Carolum imperatorem ac Philippum Hispaniarum regem ab omni calumniarum suspicione ac labo vindicavit subiecto Diplomate<sup>1</sup> :

« Ad perpetuam rei memoriam.

« Ad Romani Pontificis, tanquam veritatis et innocentiae licti defensoris attinet officium, innocentium famam a calumnia et falsis criminationibus præservare, idque tanto studiosius, quanto innocentes ipsi, quorum illustre et clarum nomen calumnialorum audacia et nimis effrænata temeritas apud Sedem Apostolicam gravissimorum criminum labo polluere ac maculare tentaverit, in altiore honoris et dignitatis gradu constituti sunt. Hinc est, quod nos, qui dum in minoribus essemus, tempore felicis recordationis Pauli papæ IV, perspicuis cognoveramus argumentis, prout etiam omnium recti judicij virorum opinio erat, quandam iniquitatis et perditionis filium Carolum Caraffam, tunc Sanctæ Romanæ Ecclesie diaconum cardinalem, licet immeritum, tam ut honori et famæ clarae memorie Caroli V Romanorum imperatoris tunc in humana agentis, ejusque ac nostri in Christo charissimi filii Philippi Hispaniarum regis Catholice detraheret, quam ut præfatum Paulum prædecessorem ad indignationem contra illos, bellumque gerendum induceret, quosdam processus super conficta violentia duarum triremium a portu nostræ, tunc ipsius prædecessoris, Civitalis-Vetus abdunctione, et circa quasdam litteras quandam ducis Palliani, tunc comitis Montorii ejusdem prædecessoris nepotis non minus conficta deceptione inique fabricari, et dilectum filium Joannem Franciscum Lottinum ex ea causa carceratum super eo, et etiam an apud eosdem imperatorem, et regem, ac nobilis virum duecum Florentiæ, aliosque principes et dominos contra dictum prædecessorem nostrum, ejusque personam, ac statum et Sedem Apostolicam, deque futuri Pontificis, eodem Paulo vivente, electione, ac de modo circa electionem hujusmodi tenendum tractasset, electionemque ejusdem Pauli ad Summi Pontificatus apicem tanquam illegitime factam, cum eisdem improbasset, nonnullosque venerabiles fratres nostros, Hinc dicti Pauli ejusdem S. R. E. cardinales contra præfati Pauli personam et statum, ac Sedem Apostolicam machinatos fuisse scivisset, nullis prorsus precedentibus indiciis, ne minima quidem suspicione interrogari et rigorose examinari, et quandam nobiles viros ducem Amalphitanum, et bon Bernardinum de Mendoza, tunc proregem Neapolitanum, et dilectos filios Garziam Lasso et Briseñum abba-

tem nuncupalum, aliosque dictorum imperatoris et regis ministros, quod præfatum Paulum veneno necare, ac aliquos ejusdem S. R. E. cardinales ferro et tormentulis igneis per sicarios pretio et premio conductos ad id transmissos interficere, etiam eorumdem prædecessoris et cardinalium familiaribus corruptis, ac uno Theutonico ad venenum in puteos Palatii Apostolici injiciendum misso tentavissent, falso imputari, et per tunc alma Urbis gubernatorem, et Cameræ Apostolice auditorem, ac alios judices commissarios contra prædictos eorumdem imperatoris et regis ministros inquire, et eos ex falsis et corruptis testibus, ac confessionibus nonnullorum, qui tanquam rei criminum prædictorum carcerati, et alsisque legitimis indiciis nullo juris ordine servato etiam contra seipson, criminis, quæ non commiserant, tam per tormenta injuste illata latere exacti, quam etiam per impunitatis pollicitationem subornati et inducti, demumque ne veritatem quandoque pandere possent, ultimo supplicio traditi fuere, processus institui procurasse et fecisse, et in vim eorumdem processuum, sicut præmittitur, confectorum, præfatos imperatorem et regem per eundem Paulum prædecessorem nostrum, tanquam de seitu et mandato ipsorum dicta conficta criminis attentata et commissa fuissent, nulla etiam precedente citatione, non minus inique inquisitos et processatos extitisse. Assumpti postmodum ad Summi Apostolatus apicem, divina favente clementia, statim in ipso Pontificatus initio dictos processus ad nos afferriri jussimus, illisqne diligenter inspectis eam, quam antea putaveramus, veritatem esse compiperimus, utque illa in lucem prodiret, ac honori et famæ Caroli imperatoris et Philippi regis, aliorumque supradictorum consuleremus, dictum Carolum cardinalem ac nonnullos alios carcerari, et per venerabilem fratrem nostrum Hieronymum episcopum Sagonensem, almae Urbis nostræ modernum gubernatorem, veritatem super præmissis, ac compluribus aliis gravissimis et atrocissimis criminibus per eundem Carolum cardinalem commissis inquire mandavimus; et cum per inquisitionem et processum per ipsum gubernatorem desuper sic de mandato nostro factum, tam ex aliquorum confessionibus, quam ex aliis etiam probationibus, et urgentissimis præsumptionibus in eo deductis, prout ipsi, perfecto processu hujusmodi, deprehendimus, veritas omnium adversus præfatos confectorum criminum supradictorum aperitus dilucidata extiterit, etsi de tam optimis principibus eorumque ministris, quid tale unquam suspicari, neque debuerit neque potuerit, minusque debeat nec possit, ut nihilominus, sicut par et aquam erat, ac nostro incumbebat officio, Caroli Quinti imperatoris claram memoriam, et Philippi Hispaniarum regis Catholici

<sup>1</sup> Pius IV, reg. sign. 1953, p. 373.

nomen gloriosum a tam indignis calumniis, quantum in nobis est, vindicaremus, et ministrorum prædictorum, qui falso insimulati fuerunt, fame et existimationi prospiceremus, nostra definitiva sententia in Consistorio nostro secreto coram venerabilibus fratribus nostris ejusdem sanctæ Romane Ecclesiæ cardinalibus in throno justitiae sedentes lata, pronuntiavimus et declaravimus omnia et singula crimina in processibus prædictis contra præfatos imperatorem et regem eorumque ministros contenta, falso et contra veritatem ex composito per dolosam machinationem conficta, processusque prædictos super illis, tam contra Lottinum, quam contra Theutonicum supradictos, et quemdam Casarem Spinam et abbatem Nannium ultimo supplicio traditos, quantum ad dictos imperatorem et regem eorumque ministros attinebat, inique et dolose, ac alias, sicut præmittitur, formatos et institutos fuisse, et propterea ipsos, omniaque in eis deducta respectu præmissorum cassari, aboleri et annullari debere, ac Carolum V imperatorem, et Philippum regem, omnesque alios supradictos ab omnibus et singulis, de quibus in processibus supradictis, innocentissimos fuisse et esse, ac nos etiam processus, et in eis deducta et cætera prædicta cassavimus, et abolevimus, et annullavimus, cassarique et aboliri, eisque in posterum nutlam fidem adhiberi mandavimus; ac ne illo unquam tempore tam iniquis calumniis et falsitatis referti, ac super illis fabricati et detestandi processus contra præfatos imperatorem et regem, ut præmittitur, formati apparere et videri queant, quod quidem candore, quo semper Sedes Apostolica præfulsit, valde indignum esset, illos igni tradi et comburi mandavimus, ac perpetuum desuper quibuscumque calumnioribus deceptoribusque silentium imposuimus, prout etiam per præsentes litteras nostras motu proprio, et ex certa nostra scientia declaramus, cassamus, abolemus, mandamus, atque impunimus, ac irritum et inane, si quid secus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignorantiter attentari configerit, decernimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ declarationis, cassationis, absolutionis, mandati et impositionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXI, VII idus Maii, Pontificatus nostri anno n.

« Fed. cardinalis Cæsius.

« F. de Lyon ».

82. *Quisnam tunc fuerit status aulæ Gallicæ.*  
— Sed quia luctus luctum excitat<sup>1</sup>, modo ad

plangenda, quæ in Galliis evenerunt funera, stilum convertamus. Ineunte anno coactis tribus Galliæ regni Ordinibus Joannes Quintinus, juris Pontificii professor, Lutelia orationem habuit prolixam, sed eruditio pietate florentissimam, ad Carolum IX regem, ex qua haec visa sunt delibanda : « Hoc a te auxilium petimus, Carole rex, bujus nominis None, quod a primo maiores nostri sacra Ecclesia ministri impetrarunt; quod in Francisco II fratre tuo rege innocentissimo, et vita longiore dignissimo, quadrum breve ejus regnum permisit, experti sumus; quod ab illo Clodoveo huc usque maiores tui Galliæ reges nobis cumulate præstiterunt : petimus, inquam, ut in fidei capitibus, in Sacramentis, eorumque usu, in Traditionibus Ecclesiasticis, antiquorum Patrum Constitutionibus, cæremoniisque in Ecclesia Romana et universa, quam Catholicam vocant, ab illorum temporibus huc usque usitatis, nihil innovetur, a quibus discedere nobis nefas esse ducimus. Petimus, ut si quis novarum religionum, aut potius veterum, et jam diu sepultarum, antiquisque Concilii damnatarum persuasionum velut ex inferis excitator libellum offerat, tuthusmodi pestibus tempa ad exerceendam suam impietatem condonentur, quemadmodum in privatis quarundam provinciarum conventibus libellos oblatos audivimus, ut (inquam) qui hujusmodi libellos circumferat aut offret, tanquam haeticus, id est, falsæ religionis convictus, puniatur. Hic est vetus haeresiarcharum mos, ut Ecclesiam adversus Ecclesiam, altare adversus altare, templum adversus templum erigere, et Deo aliquem velut socium addere conentur; quæ malignitas, Apostolorum canone trigesimo primo satis redarguitur. Circiter annum a Christo ccxc, Ambrosius Arianis templa Mediolani condonare recusavit, quanquam, ut condonaret, Valentianus II imperator vehementer instaret. Clamat hinc imperator cum exercitu : Trade Basilicam, namque mei sunt omnia juris. Respondebat Ambrosius : Nec mihi fas est tradere, nec tibi, o imperator, expedit accipere. Quæ divina sunt, imperatoris majestati nec potestati subjecta sunt. Circiter annum Christi cxv aut cxii Gainas, natione Seytha, Romani exercitus, tam equitum quam pedum dux, imperii invadendi avidus templum sibi suisque Arianis, qui Dei omnipotentiam, Christi divinitatem negabant, in urbe Constantinopolis dari ab Areadio imperatore posuavit. Id Arcadius, Gaine audaciam verilus, annuit; accessitus, ut traderet, Joannes Chrysostomus episcopus, ita Gainam allocutus est : Aut eamdem cum imperatore religionem sequeris, aut alienam : si eamdem, tempa nostra, ut ores, tibi patent; si alienam, nulla tibi tempa in hac urbe tradenda sunt, ut conventicula tua facias, verum ut proditor ex imperio exturbandus es : et is quidem proditio-

<sup>1</sup> Francisc. Belcar. I. xxix. num. 19.

nem statim declaravit, et ab imperatoris exercitu caesus est : et haec quidem de templis, sive Basilicis hereticis tradendis dicta sint. Proximum est, ut majestatem tuam obsecremus, uti Justiniani imperatoris, et qui tibi magis imitandus est, Caroli magni decretum renoves, et tua auctoritate confimes : id ita habet : Omnes secundum canones et Patrum regulas vivere cogam. Ne patiaris, rex Christianissime, hanc injuriam antiquis illis Patribus fieri, quibus Christianismum debemus, ut deliri, et eorum Concilia deliramenta appellentur. Haec Montani impia sententia est, qui circa annum Christi CLXXV sanctissimos prophetas Isaiam, Hieremiam, Ezechielem et ceteros sua deliramenta (prophetias illorum intelligebat) extra se positos insano animi impetu, non divina inspiratione, effutusque dicebat. Hoc Macedonii impietas est, qui circa annum Christi CCCXLV, Spiritum sanctum atque ejus effectus negabunt. Montaniani sunt, et qui ab octingentesimo anno hoc usque Christi Evangelium pie probeque intellectum negant, quasi Dei Spiritus Ecclesiam Christi sponsum tot annis contra ejus promissum pro derrickta habuerit. Sic Montanus Dei spiritum nulli, antequam sibi, ne Apostolis quidem datum gloriaratur, quasi Dei veritas, ne omnino periret, istos in auxilium expectavit, ut inquit Tertullianus. Hoc haereticorum, ut vulnari verbo utar, proprium est, ut se omnibus, qui sunt et qui fuerint, doctiores esse jacent, unde et a Grecis Gnostici per ironiam appellati sunt, quasi omnium scientissimi. In corrupti hujus saeculi moribus, quis Evangelium, hoc est, vita integritatem, anima salutem, pia et salutaria opera, observantiam erga Magistratus, erga Deum et proximum charitatem magis intelligit, quam pii illi Patres, qui Conciliis, sub Carolo Magno celebratis, Moguntino, Rhemensi, Turonensi, Cabilouensi, Arelatensi interfuerunt? quam qui in Aquisgraniensi Gallicorum celeberrimo sub Ludovico Pio Caroli Magni filio pia decreta sancserunt? Cujus Concilii tres libri ab episcopis qui interfuerunt scripti, et Pipino Aquitaniae regi ejusdem Ludovici filio dicati extant, quorum lectione quantam sanctissimi illi viri sacrarum litterarum scientiam consecuti essent, quivis intelligere potest. Si Dei Spiritus in sanctis illis viris fuit, qui intra octingentes superiores annos floruerunt, quem successione continua ab Apostolis acceperunt, et ad nos transmiserunt, certe in novatoribus istis, et novarum sectarum auctoribus aut professoribus esse non potest; sin in illis non fuit, omnes Christiani ab octingentis annis, et qui hodie Romanam religionem profitentur, extra Christi Ecclesiam

sunt, extra quam nulla est salus, ut vulgo dicitur, et in numero impiorum habendi sunt, quod nemo nisi insanus confiteri audebit. Ne igitur, rex Christianissime, Christianos cum non Christianis commisce, haeretici enim Christiani non sunt, et Theodosii junioris ac Valentiniani III decretis circa annum Christi CDXXXVII editis, Christianorum nomen sibi vendicare prohibentur, auctorum suorum nomina sibi attribuere jubentur: ut Ariani, Macedoniani, Nestoriani, et sic ab aliis appellantur qui sacra Scriptura ex privatis suis affectibus haec illuc trahunt atque pervertunt. At nos, qui Romanae religionis fidem profitemur, caelerarum non Lesbiam, sed veram et exactam regulam, ad quam dirigi debent, ex veterum Conciliorum decretis, ex antiquorum Patrum, et Ecclesie doctorum auctoritate, ex Apostolicis Traditionibus camdem interpretamur. Cum igitur novatores isti extra Ecclesiam sint, a qua se excluderunt, et sacris Christianis interdicantur, id est, ut vulgo loquimur, excommunicati sint, obsecramus majestatem tuam, rex Christianissime, ut nullum illis permittas nobiscum in posterum commercium, vel consuetudinis, vel mercium, vel alterius cuiuslibet rei, quarum specie perversam suam doctrinam propagare solent. Id si in bellis inter finitos observatur, quibus de corporum vita et fortunam certamen est, quanto magis, cum de animorum interneccione agitur, observandum est? Anno Christi CDXXX, idem imperatores Theodosius junior et Valentinianus III Constantini Magni, ac trium ejus liberorum, aliorumque aliquot Romanorum imperatorum decreta renovarunt, haereticos prospererunt, et a toto Romano imperio excluserunt, cormque fortunas publicas hasta subjecerunt, illos ipsis intestabilis declararunt, quae poena ad extremum supplicium proxime accedit, cui eosdem Martians addixit, etc. »

83. Non andita sunt a Catharina regina veracia haec monita et saluberrima consilia, politicas enim secuta opiniones ad acceptam regni administrationem sibi asserendam, curas omnes convertit, ad quam refinendam, cum sibi Calvinianos adhucuros, si iis studeret, opinaretur, illorum factioν aliquatenus favebat. Decreta itaque in iis Comitiis, ut rescessisse Francisci II et aliorum regum adversus haereticos legibus<sup>1</sup>, « Qui religionis ergo in custodiam dati fuissent, emitterentur, et ne quis in eos, aut in eorum possessiones ageret, ne quis alteri religionem exprobaret ». (1) Haec fuerunt infelices regni Caroli IX, quo tantum sanguinis Gal-

<sup>1</sup> Blear. I. XXIX. num. 22, 25.

(1) Edicta Gallicana in causa religiosis paulo diligentius explicanda sunt, duce du Tillot in Chronico. Die xxviii Januarii publico edicto cautum est, ne judices quidquam moverent in heterodoxos illos quos de mota seditione habebant suspectos, addidimusque, ut quos tenebant auctiori carcere inclusos latiori permitterent. Die mensis eiusdem xxx, disputationes omnes in causa religiosis silere jussæ;

lici fusum est, auspicia, cum flospalis politici consiliis se regendam Catharina regina dedisset. Aurelia translati sunt Pontisarum, ac rex ad Foulem-Bella-Aqua secessit nonis Februarii, quo Condæus Calvinistica factionis princeps excitus, ac ill idus Martii in sanctiore consilio absolutus est, a quo innocentium Catholicorum fuso sanguine Gallia funestanda erat. Mox Calvinistica impietas augeri admodum cepit, Hugonottis ministris apud Condæum et Colinium impias conieções habentibus; nam licet Navarre rex extremo superiore anno obsequium cum regina Joanna Pontifici detulisset, tamen in fide fluctuabat, et Joannes Monlucius pseudoevêscopus Valentinius Calvinisticus, impietatis professor, in majore aula concionabatur, ac late Calvinisticam impietatem diffundebat. Quadragesimalibus jejuniis Parisis publice caro vaenalis proposita est. Tunc tamen Mommorantius magister equitum, licet filio Franciso natus maximo Calviniano importune renitente, et fremenibus nepotibus Caslilionibus hereticis, Guisii, Monpenseris et Sanctandreas regiorum castrorum praefectus, die resurgentis Christo sacro, sumpta Christiano more Eucharistia, sacram fœdus pro defendenda atque asserenda religione Catholicæ pepigerunt, quod Galliae salutem attulit. Ut vero aula regia in duas religiones, ita in duas factiones discessa est, idemque malum in urbibus ingravescebat, ut res ad civile bellum, ac mutuan Gallorum interencionem spectaret, et heretici in Catholicæ pietatis contemptum impudenter Papistas appellare Catholicos ausi, contra Catholicos Calvinistas Hugonottorum nomine perscrinxere, atque ab iratis vocibus, ad gladios, et cædes, ac seditiones ventum est; cui malo, ut mederefur regius senatus edicto veluit, ne qui sibi hæc nova seditionum vocabula Papistarum atque Hugonottorum, aut alia huiuscemot nota exprobarent. Rejectum est sapienter senatu Parisiensi hoc regium Diploma, quod viderentur covariæ religiones induci: « Cum a Clodovao primo », inquietabant illi, « rege Christiano in hunc usque diem una et sola Romana religio, quam Catholicam et Universam vocant, in hoc regno culta sit, cæteræ religionis sectæ, si que forte intervenerent, repente rejectæ sint, hinc reges nostros Christianissimos vocari ». Subrogatum mense Julio illius loco aliud edictum, quo religioni Catholicæ cautum est, visuri sumus.

#### 84. Cardinalis Ferrarensis in Galliam lega-

tus mittitur a Pio, qui infelicem statum religiōnis deplorat in illo regno. — Catholicæ religiōnis pericula, atque impietatis Calvinisticae late per Galliam diffusæ progressus infelices audiens Pontifex, ut tantis malis mederetur, Hippolytum card. Ferrareensem legatum Apostolicum in Galliam decretivit, illumque amplissimis mandatis ad coercendos hereticos, atque asserendam Catholicam religionem instruxit, habitu ea de re cardinalium senatu secunda die Junii, ut referunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia: « Deputavit legatum ad Christianissimum regem reverendissimum dominum cardinalem Ferrareensem, cum facultatibus ». Hortatus vero est Carolum regem subjectis litteris<sup>2</sup> ut ad dissidia religiōnis compescenda, ac sedandas seditiones saterrima legati consilia sequeretur:

« Charissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum regi Christianissimo.

« PIUS PAPA IV.

« Charissime in Christo fili oster, etc. In plurimis atque gravissimis curis, quas in hoc loco a Domino constituti, tam turbulentio, tam misero ac luctuoso Ecclesie tempore sustinemus, illa, ut novit Deus, præcipue cor nostrum angit sollicitudo, ille animum nostrum excruciat dolor, quod inclytum regnum istud, quod reipublica Christianæ robur, Ecclesia Catholicæ præcipuum ac nobilissimum vinculum semper est habitum, quod concordia bono ante præter cetera regna frui, nec minus puræ et orthodoxæ religionis cultu ac pietatis laude florere, quam rerum gestarum gloria consuevit, hoc tempore disseminatis a Salhano zizaniis deformatum atque turbatum est. Quibus nos malis pro officiis nostri munere, et pro eximia charitate, quam Francorum regibus ita de se benemeritis Apostolica Sedes semper impendit, adhibueramus remedia, quibus res istas in commodiorem statum redigi posse speramus, sed quoniam adhuc minus spe et opinione nostra profecimus, necessarium esse existimavimus, legatum isthac mittere ad res istas Dei auxilio componendas, ampliore ei potestate concessa, quam alii quibus vicies nostras isthac delegavimus, obtinere. Utinam autem ipsi potius venire potuissent, omnem laborem libentissimo animo suscepissent, sed quoniam ab hac specula divinitus tradita recedere, nos pastoralis

<sup>1</sup> Acta Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. Jo. Frane. Firmanus Diar. to. xi. Ms. arch. Vat. — <sup>2</sup> Pius IV. to. ii. brev. sign. 2897. Ep. cliv.

dissidentesque partes unice inter se, ut viventem mandatum est; quod iterum Februarii mense edicto ad Foulem bella aqua late confirmatur. Nee diu post rex Navarrae rectoribus imperii adjactus est, non quidem rectoris, sed locum-tenuenis nomine et potestate. Secundum hæc Moi mense Carolus IX rex insignia regalia suscepit, et Condæus princeps judiciali sententia ab omni impacto criminis immunis declaratur. Tantum hereticorum tranquilitatem subita coorta procella turbavit; cum Julio mense publico edicto deuaniens fuerit minister et regio secessus, nec deinceps religio alia præter Catholicam permitteret. Injunction insuper, ut Ecclesiastici de heresi, regi vero ministri de violatione legum cognoscerent. Septembri mense Poissiaci (Poys) colloquio inter hereticos et Catholicos theologos institutum, sed irrito conatu. Annis sequentiis Januario mense prodiit Constitutio, qua edictum Januarii appellata est; copiam faciens heterodoxias conieções more suo habendi in subiectis, quæ dum fierent, regii ministris imperatum est, ut adisterent, ne quid interim contrajus et fas tentaretur.

MANSI.

officii ratio minime passa est in hoc tempore, de venerabilium fratrum nostrorum consilio ac assensu elegimus dilectum filium nostrum Hypolitum Sanctus-Mariæ in Aquiro diaconum cardinalem, de Ferraria vocalum, quo nec fidelio rem quemquam, nec honoris et gloriæ tue, et Gallici nominis amantiorum mittere potuimus, qui etiam affinitatis vinculo tibi conjunctus, maxima cœlata sua parte isthie ita versatus est in intima familiaritate claræ memorie patris et avi tui Christianissimorum et prudentissimorum regum, et utrique eorum probatissimus et acceptissimus fuit, nec pro eorum dignitate et gloria ullum unquam laborem ullum periculum recusavit. Et quoniam prudenter quoque ac dexteritas in rebus agendis querenda fuit, præter ceteras ejus egregias virtutes, his quoque bonis ita cum ornauit altissimus, eaque ipse illa auxilii usu et tractatione rerum maximarum, ut nibil tam arduum atque difficile sit, quod non ei rectissime committi posse confidimus. Ei igitur in Dei nomine commiso plena legationis officio de latere nostro, tanquam pacis angelum ad majestatem tuam misimus piis votis et precibus prosecuti, ejusmodi mandatis et obtestatione, ut omnia studia, omnes curas et cogitationes suas desigat in majestatis tue gloria, in regni sui quiete, tranquillitate et concordia restituenda, nullumque officium prætermittat, quod pertineat ad declarandum paternum erga te animum nostrum, cuius ipse testis est optimus, et de ceteris consiliis nostris ad gregis Dominicæ salutem spectantibus te diligenter edoceat; quod ille manus quamquam valeridine tenui et imbecilla, tam alaceri suscepit animo, non itineris longitudine deterritus, non viarum asperitate commotus, non anni tempore ad faciendum iter properiter ingentes calores incommodissimo retardatus, ut incredibile quoddam studium exequendi pia mandata nostra declaraverit. Majestatem tuam hortaremur in Domino, sicut mos est, ut pro Sedis Apostolicæ reverentia benigne et honori fice eum exciperes, sicut majores tui Christianissimi reges et Sedis Apostolicæ observantissimi, quorum vestigiis insistere debes, legatos ab hac Sede missos excipere conseruerunt, sed adventus eum suus, et sumnum ac singulare studium erga res tuas satis commendabunt. Ut vero amanissimis ejus fidelissimisque monitis, imo nostris ore illius proferendis, aures benignas præbeas, piisque salutaribus consiliis acquiescas parem illi fidem habens, atque nobis ipsis essem habiturus, de nobis denique ea omnia tibi pollicearis, quæ ab amanissimo Pontifice, quæ ab optimo Patre plus illius, et Christianissimus Francorum rex expectare debet, majestatem tuam rogamus et obtestamur, omnipotentem Deum precantes, charissime fili, ut te incoludem custodiat. Datum Romæ apud

Sanctum-Petrum sub annulo piscatoris die xxviii Junii M.DLXI, Pontificatus nostri anno II».

85. Rogavit quoque Pontifex Antonium Navarræ regem<sup>1</sup>, quem regina Catharina in regni administrationis societatem asciverat, verita ne omnino eo munere submoveretur, ut regia studia ad componendos Galliæ tumultus adhiberet, ac legatum, cuius omnia consilia ad publicam salutem et Dei gloriam spectarent, sua auctoritate folciret :

« Quantum, inquit, spei et fiducie istarum rerum componendarum in tua serenitatis prudentia, virtute et auctoritate repositam habeamus, ex eo audies, cuius orationi super his, que tibi post salutem et benedictionem nostris verbis imperitam nostro nomine exponet, fidem ut habeas, ejusque actiones directas ad Dei honorem et animarum salutem, ac regni pacem, quietem atque concordiam consilio et auctoritate tua, sicut confidimus, ut adjuvem, sevitatem tuam in Domino hortamur et omni animi studio requirimus. xxviii Junii M.DLXI. »

Monuit præterea Pontifex amanter Ludovicum Navarri regis fratrem Condæ principem<sup>2</sup>, ut generis sui memor legatum pro publica regni concordia promovenda missum, officiis suis juvaret :

« Dilecto filio, nobili viro, principi Condæo.

« Dilecle fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster Hippolytus cardinalis de Ferraria isthuc a nobis missus fuit Apostolicæ Sedis legatus ad consilendum istius inelyti regni quieti, tranquillitati atque concordiae. Is nobilitatem tuam nostris verbis salutabit, et quantopere pias et salutares ipsius actiones tuo studio adjutum iri speremus, exponet. Quam nostram de te spem, ut piis officiis tuis comprobemus, sicut genere tuo dignum est, nobilitatem tuam in Domino valde hortamur. Dat. Rome apud S. Petrum die xxvi Junii M.DLXI, Pontificatus nostri anno II». »

86. Fascinatus adeo erat princeps Condæus ministrorum Sathanæ fraudibus, ut nullum pietatis sensum ac sanioris mentis consilium admitteret, sed ad proferendum Calvinismum omnia studia viresque converteret, adeo ut inde graves motus Ambiani, Bellovaci, Pontisaræ atque Lutetiacæ exorti sint, tanquam funesta impudentium malorum præludia; ac Bellovaci quidem Odettus Castilio cardinalis, ejus urbis episcopus, Iudea proditionis exempla secutus, apostolam se fidei professus est, dum in festo Paschali sacris in principe Ecclesia peragendis interesse noluit, sed in privato palati colloquio, cum domesticis et aliquot civibus impietate corruptis non eonam Domini, sed Calvini vel Sathanæ, cui se devorandum dedit, sub utraque

<sup>1</sup> Pii IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. CLVI. — <sup>2</sup> Ib. Ep. CLXXI.

specie peregit, inde populus sacro fidei studio ardens in eum tumultum excitavit, ac sacerdotem proditorem, qui pueros sibi commisso preculas Calvinisticas docebat, interfecit. Lugduni<sup>1</sup> horrendum pariter crimen ab audacissimo Calvinista patratum est, nam cum more solito, die festo Corporis Christi Eucharistia circumlata esset in publica supplicatione agmine instructo religioso celebrata, eamque sacerdos esset in altari repositurus, ferox hereticus insiliuit, eamque ex ejus manibus rapuit eam pedibus conculcaturus, sed sacre species erexit ab impio conatu, ac nequissimus ille furcifer eodem die vivus exustus est, urgente causam flagrantissimo fidei studio in impium Antonio de Albone archiepiscopo, qui cibo abstinuit, donec judicario ordine lata sententia poena de impio repetite esset; et haec fuere Calvinistici furoris initia, qui postea adeo effuse in Gallia debacchatus est, ut ex permissa a regina Catharina haereses libertate adauactae sint in immensum Gallici regni, olim, dum religio in eo floruit, florentissimi, calamitates, ut queritur Pontifex in litteris<sup>2</sup> cardinali Ferrarensi de legatione illi decreta ad instaurandam religionem, delendamque haeresim datis:

« Dilecto filio Hypolito Sanctæ-Mariae in Aquiro diacono cardinali, Ferrarensi nuncupato, ad charissimum in Christo filium nostrum Carolum Francorum regem Christianissimum, et totum regnum Franciæ nostro et Apostolicæ Sedis de latere legato, salutem, etc.

87. « Cum nos hodie te ad charissimum in Christo filium Carolum Francorum regem Christianissimum, et totum regnum Franciæ, ac universas provincias, civitates et terras eidem Carolo regi subjectas, et quæcumque alia loca, ad quæ te declinare contigerit, pro reipublicæ et religionis Christianæ negotiis, nostrum et Apost. Sedis de latere legatum ad Dei laudem, et Ecclesiæ Catholicae exaltationem, haeresumque extirpationem de fratribus nostrorum consilio duxerimus destinandum, nos, qui quantum regni ipsius, nuper pietate et fide clarissimi, nunc haeresum tenebris oppressi calamitates iam in immensum adauactas, et ni divina providentia resistat, inevitabilem ruinam minitantes, quamque ex animo dolemus, tantum etiam in sedanis illis curarum atque operæ sedulo impendimus, plurimum spei secundum Deum in tuis virtutibus, quibus ab illo maximis insignitus es, ponentes, ut tibi ad eximiam voluntatem tuam, que nobis probatissima est, potestatem applicandi negotium tibi commissum concedat, ita quod tandem levi aura cœlestis spiritus depulsi errorum nebulis, rediuvio solis æterni lumine fotum, tuaque diligentia probe exclu-

tum, ac sentibus et spinis omnibus purgatum, suaves atque uberes Domino fructus ferat, motu proprio, et ex certa scientia nostra, ac de potestate Apostolica plenitudine citra tamen facultatum, quas nos pridem super his venerabili fratri Franciso episcopo Ostiensi, de Turnone, et dilecto filio nostro Carolo tit. Sanctæ-Apollinaris presbytero, de Lotharingia, nuncupatis cardinalibus haereticae pravitatis inquisitoribus in illis partibus a nobis deputatis per diversas nostras litteras concessimus, necnon quorūcunque inquisitorum ejusdem pravitatis Apostolica auctoritate deputatorum revocationem, circumspectioni tue intra limites tue legationis hujusmodi una cum dictis Francisco episcopo et Carolo cardinalibus, vel altero corum, qui tunc præsens fuerit, aut interesse potuerit, seu voluerit, utroque vero absente, aut nolente, vel impedito solus contra quoscumque utriusque sexus, tam laicos quam Ecclesiasticos, seculares et quorumvis etiam mendicantium ordinum, ac Congregationum et militiarum regulares etiam in sacris et presbyteratus Ordinibus constitutos, ac quæcumque, quotiescumque et qualiacumque beneficia obtinentes, etiam exemptos et dictæ Sedi immediate subjectos, ac quocumque privilegio suffultos, Lutheranæ aut quarumcumque aliarum haeresum vel opinioneum a dicta fide alienarum sectatores illasque tenentes, sive sortilegia haeresim sapientia committentes, seu de his diffamatos vel suspectos, aut schismaticos illorumque fautores, et illis auxilium vel consilium directe vel indirecte, publice vel occulte præstantes, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis et qualitatibus fuerint, et quacumque Ecclesiastica, seu etiam ducale, vel potiori mundana dignitate vel excellētia præfulgeant ». Et infra: « Procedendi liberam et omnimodam facultatem, absolutamque potestatem, te in regno ac locis præscriptis nostrum et Apostolicæ Sedis commissarium et hereticæ pravitatis inquisitorem generalem constitudo et deputando, tenore præsentium concedimus et indulgemus, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXI, V kalendas Julii, Pontificatus nostri anno II ».

88. Adduxit secum legatus in Gallias viros pietate et eruditiotheologica florentissimos, inter quos fuit Laynes socius S. Ignatii, ejusque in supremo Societatis Jesu magistratu successor, a quo saluberrimis monitis Catharinam reginam inquis studiis partes haereticas effarentem correptam visuri sumus. Porro religio Catholica efferi mox a decreta hac legatione visa est, regis enim edictis mense Julio compressa est hereticorum licentia, vetitis conventiculis, ac prohibita Sacramentorum ritu Calvinistico administratione, ut narrat Belarius his verbis: « Mense Julio, rex in senatu Par-

<sup>1</sup> Severt. in Chronol. Lugd. — <sup>2</sup> Pius IV. reg. 19. sign. num. 1558. p. 429.

siensi sedens, Navarro cæterisque regiæ stirpis, aliisque principibus Francie patriis et sanctioris consili proceribus comitatus, cuncto senatu comprobante edictum edi jussit, quo interdictum est ne quis cuiquam religionis specie, aut alia de causa injuriam faceret, contumeliamve imponeret; ne quemquam verbo, aut re ipsa publice aut privatim lacerret, neve seditioni occasionem ullam præbret, pena capitisi indicta: ne quis scripto quod ad factio nem aut seditionem vergat nomen det; ne qui ad populum docendum concionantur eundem ad seditiones incitent, sed in pura religionis sinceritate et tranquillitate confineant. Seditionum causas judices regii, quos prasidiales vocant, singuli in suis prefecturis sine ulla provocatione cognoscant, sententias tamen vel mortis, vel quæstionum, vel alterius supplicii, aut absolucionis, nisi denarium numerum impleant, non ferent. Si quis de aliquibus querendi occasionem habebit, ad eosdem judices recurret; privatum nihil molietur. Omnia convicula publica cum armis, aut sine armis, privata quoque, ubi de religione conciones habebuntur, aut sacramenta administrabuntur, aliter quam haberri aut administrari in Romana Ecclesia solet, bonorum et corporum proscriptione damnabuntur ».

Carolo rege sacris regiis initiatu ritu solemnni Carolus cardinalis Lotharingius Rhemis postulavit, ut certa lex de religione statueretur ad seditiones, quarum alioqui nullus modus futurus esset, comprimendas, atque ex edicto Remorenicensi superiore anno a Francisco II edito hæreseos criminum cognoscendorum provincia Ecclesiasticæ demandata, si tamen illorum consensu ad judices regios pervenerit, gravior exilio pena imponi vetita, donec vel universi Concilii, vel Gallica nationis decreto aliter statuatur: sed fixæ leges paulo post refixa, atque Castilio amiralius importunis apud Navarrum precibus conquestus novatores edicto severiore percelli, suasit, ut accersitis Petro Martyre et Theodoro Beza hæresiarchis, qui eloquentia sua ad impietatem propagandam abutebantur, colloquia fierent cum Gallis episcopis et theologis Sorbonicis, cumque legibus in amiralium hæreticum atque propagatore hæreseos agendum fuisse, exceptæ sunt a Catharina regina et rege Navarræ, et aulicis curiosis impiae fraudes; probi tamen ac docti viri illud colloquium improbarunt, cum imbecilles animæ ab hæreticis versutissimis hæreseos laqueis essent irre tiendæ, atque auctoritas impiae superstitioni consuleret; ad id autem disturbandum Academia Sorbonicæ theologi hunc supplicem libellum regi porrexerunt<sup>1</sup>, ne qui adversus Ecclesie veterem doctrinam novarum religionum

superstitiones inducere conantur, ulla ratione audiatur, eorumque fautores repellantur:

89. *Renitentibus licet doctoribus Sorbonicis Calvinistar colloquium cum Catholicis obtinet: quænam agitata fuerint in colloquio Possiaco. — Decanus doctoresque facultatis theologie Parisiensis, regiæ Christianissimæque vestræ majestatis servi humiles, atque obedientissimi oratores suppliciter orant.*

« Cum, rex Christianissime, regnum vestrum semper cum maxima prosperitate floruerit, tam in bonis temporalibus quam spiritualibus, ac semper reformatum, honoratum, laudatum, exaltatum ab omnibus nationibus, quamdiu unius fidei leges in eo vignerunt, praesertim autem inter alia quamdiu augustissimum ac sanctissimum Missæ Sacrificium et Sacramentum, cum aliis sex a Christo Domino nostro institutis honorifice et reverenter conservatum fuit, quamdiu etiam sanctæ ceremoniæ, institutiones et traditiones Ecclesiasticæ fuerunt in eo diligenter observatae, et quamdiu populus vestræ majestati subditus agnovit a tempore beati Petri successive ad hæc usque tempora caput verum et unum esse Ecclesiæ, et supremam potestatem in omnes Christianos obtinere, tanquam Domini nostri Jesu Christi in terris vicarium. Cumque et contrario, ex quo errores ac hæreses contra fidem ac religionem Ecclesie pullulare coepérunt, regnum vestrum ita statim cæperit a sua pristina majestate et excellentia multum imminui, cumque hac tempestate omne sectarum condemnatarum ac perniciosarum genos in dies crescat, ac magis contra Dei honorem et ejus potentiam, sapientiam, bonitatem, atque adeo majestatem infinitam, augmentum accipere nitantur: unde magna schismata, variaeque perturbationes ac divisiones obortæ sunt, eaque de causa maxime metuendum est, ne Deus Optimus Maximus, adeo provocatus vineam suam, quam ante multos annos in Gallia plantavit, eradicet, ut in aliis provinciis ac regnis eam transplantet, quemadmodum simili ratione aliis regnis colligisse videmus, ut satis est tam Veteris quam Novi Testamenti indiciis et argumentis manifestum, malignos interea et ingratos agricolas puniendo, vineamque suam aliis locando, qui fructum tempore suo ac loco redderent, ac ne etiam permittât majores adhuc commotiones populique seditiones insurgere, que consequenter possent totius regni vestri ruinam et subversionem secrete afferre, quod quidem hactenus in fide solidum atque integrum extitit, de quo hac occasione sic testatur beatissimus Hieronymus, sic inquietus: Galliam inter ceteras regiones solam monstris caruisse, hoc est, hæresibus, quæ quidem Corpus Christi mysticum (Ecclesiam nempe) Christi Domini monstruosam efficiunt. His igitur diligenter

<sup>1</sup> Lat. in Ms. card. Spadae sig. num. 31. p. 355.

consideratis, domine rex, quodque ante annos mille quingentos, coeque plures ea fides et religio, quam beatus Dionysius beati Pauli Apostoli discipulus, Galliaeque Apostolus sua predicatione, proprioque sanguine plantavit, usque ad regnum vestrum inviolabiliter fuit observata, nihil contra illam adversariorum aut tyrannorum, aut falsorum fratrum, et pseudo-prophetarum insultibus atque impugnationibus efficienibus, atque adeo sanctus ipse Ludovicus in ea per Sedem Apostolicam fuit canonizatus, quod quidem indicium est evidentissimum, eam a Christo Domino fuisse fundatam et institutam, atque ab Apostolis ejusque discipulis fuisse praedicatam et promulgatam, atque adeo ab eorum successoribus continuo conservatam, præserfum cum errores et hereses, que per suggestionem et semen hostis infestissimi hominis (hoe est, Diaboli) in ea obortæ sunt, quas hodie adversarii totis viribus renovare contendunt, majori ex parte per sacra Conciliorum decreta reprobatae ac condemnatae fuerint. Placat vestra maiestati tamquam Ecclesie protectori et propugnatori, qui a sancta Sede Apostolica primogenitus, ac rex Christianissimus nuncupatur, conservare, propugnare ac fueri populum vestrum in ea simplicitate ac devotione, quam accepit, didicit ac exercitata obseruavit a suis fratribus et majoribus, atque etiam ut Ecclesia Gallicana in sua forma ac disciplina antiqua religionis permaneat, absque ulla ejus innovatione, neque pati candorem ac puritatem Lilii Gallicani ullo modo maculari ac contaminari erroris atque heresis tenebris, sed expresse decernere, atque cum maxima securitate præcipere, ut omnes seductores, heresiarchæ, atque omnes adversarii, qui etiam præter Ecclesie Romanæ doctrinam introducere conantur, atque etiam hi, qui quoquo modo favent illis, nulla ratione audiantur preterquam a prælatis et Ecclesia superioribus, qui eos, vel ab Ecclesia excommunicare, vel eidem reconciliare possunt. Nos vero interea pro vestra maiestate Deum Optimum Maximum deprecabimur, ut dignetur vestra maiestati eam etargiri gratiam sic in regno vestro temporali regnandi, ut post exactam longissimam et felicissimam vitam regnare in perpetuum valeat in Christi Domini regno, quod paratum est a Patre electis ante mundi constitutionem ».

90. Non audita sunt sapientissima haec theologorum Sorbonicorum monita, pluribus enim aulicis proceribus incesserat cupiditas audiendarum controversiarum fidei non aliter, quam pasci et oblectari solebat fabulis comedendorum.

Cœplum est colloquium Possiacum Vnonas Septembri⁹<sup>1</sup>, cui impius Hospitalis regii scrinii

magister præluisit, utque nullius erat religionis, ita regem nullius esse voluit, statuit enim illud axioma, « Regem nec veteris religionis nec novæ persuasionis sectatoribus sese adjungere debere, hoc est (quod diserte addere ausus non est) omnibus, quam velint religionis persuasione sequi permittere debere ». Inhiasse illum una cum amirabilio invadendis Ecclesiasticis bonis refert Belcarius, tum addit postremo egisse: « De antiquando recenti Parisiensi edito, quo publici privatique conventus, in quibus aliter quam Romano more sacramenta administrantur, vetabantur ». Dictitans inepte, leges tanquam calceum ad pedes accommodandas pro temporum varietate, nec ille Achitophel vidit, permissa haereseos profienda libertate, civilibus bellis Galliana arsuram. Cum vero cardinalis Turnonius, qui princeps episcoporum erat, assurrexisset, questus longe alia proponi, quam quæ ante colloquium proposita fuerant, eaque scripto tradi postularet, ut de iis cum præsulibus deliberaret, ille abnuit, ne qua sibi inde molestia exhiberetur, ac regina Catharina haereticæ factioni studens jussit, ut Beza dicaret, hoc est, blasphemiarum suarum pompam explicaret. At ille non segniter impietatis sue totum virus effundere impudentissime cœpit in sacrosanctam Eucharistiam<sup>2</sup>, effutiendo Corpus Christi tanto ab ea dissimum intervallo, quanto Cœlum distet a terra : ad quæ verba pii infremuere, et cardinalis Turnonius conversus ad regem rogavit, ne dictis fidem haberet, episcopos enim mendaciorum illorum tenebras veritatis splendore discussuros. Se quidem et alios præsules suis conscientis vim attulisse, cum ad conventum accessissent, cum præviderent, blasphema ab impiis in Deum evomenda, ac ni regia majestas eos confineret, concessum abrupturos ; superiorem vero blasphemam vocem non modo Catholicæ, sed Lutherani etiam multis Commentariis confutarunt.

Tenuit plures actiones illud colloquium, atque XVI kal. Octobris cardinalis Lotharingus eruditum habuit orationem, atque ut ait Belcarius<sup>3</sup> :

« Colloquium illud summa animorum non consensione sed dissensione dissolutum ». Cum vero victoriam haeretici in eo sibi vindicarent, Claudius Espencæus<sup>3</sup> Eustathio Bellaio episcopo Parisiensi gestorum rationem reddit hisce litteris proximo ineunte anno exaratis :

91. « Cum una atque altera disputazione semiperta nihil promptum viderent, tentarunt alteram viam, procul ab omni, tum tumultu, tum etiam ostentatione, jussis ex nostratibus episcopis atque theologis, et ex recentioribus ministris, si quo id usui esse posset, modo binis,

<sup>1</sup> Belcar. comm. rer. Gall. I. xxix. num. 30. Ib. num. 28. Sup. num. 30.

<sup>2</sup> Schüsselberg. Cat. her. I. III. in prefat. — <sup>3</sup> Belcar. I. xxix. num. 27. — <sup>3</sup> Claudius Espencæus in Ep. ad Eustachium Bellæum epis.

modo quinis convenire ». Et mox : « Ecce autem pauculis tantum nos dieculis, sed horulis vix una contuleramus, cum nescio quis male feriatus foras esset, collationis vix cœptæ conciliationis ne vix quidem umbram semipictam : Ministris, si qua fronti modo fides, non magis volentibus, quam nobis invitit. Vehementer enim contendebant, ut ejus quidquid pariter conferremus, singula modo exemplaria utrinque extarent, quod nos facturos recipere non potuimus, ac multo minus prestare, quod ea, qua a ministris obtineremus, episcopis nostris facere communia, ut par erat, oportaret. Absit enim, reverende mi, ut nos a senatu vestro secessionem facere, et alterum quasi quemdam senatalum cogere, vel per somnium cogitaverimus ». El paulo post : « Inscriptio erat: Consensio de articulo cœna conciliate in Concilio nationali Possiaci per deputatos a rege, tam Protestantes, quam Sorbonicos. El interim nescit hic nugivendulus ministros adeo se non inscribere Protestantes, ut non magis cum Protestantibus, quam nobiscum in re sacramentaria eis convenient. Et ex quinque nostratis, duos facit Sorbonæ theologos, qui nullam forte unquam Sorbonam viderunt, theologi certe Parisienses minime sunt, et brevi ac eleganti scilicet rhytmo, utrosque delectos comprehendit. Nec ita multo post, prodiit libellus, Acta Possiaci titulo pollicens, sed adeo non servata locorum, temporum et personarum circumstantia, ut in eo plura sint falsa quam folia : quod pralatorum consensu cum ministris collatum sit : quod ministri diu antequam in rem præsentem venirentur, articulos præcipue controversos ad eosdem pralatos miserint : quod rege præsente, duodenii utrinque contulerint : quod hæc de cœna Domini Confessio communii aliquot ex sacerdotali grege (sic enim loquitur homo sacer), et ministrorum consensu sit Possiaci obtenta : et (ut mendaces sui fere minus sunt memores) quod post abruptum colloquium, hoc est, ut ipse dicit, post xxx diem Septembbris, Ministri ejus mensis xxiv secundi orarunt, cum quidquid inter nos fuit colloquii, post eam demum orationem enatum sit, idemque reginae tantum jussu, non etiam episcoporum assensu. Sed omissois publicis actis, que alias et otio et litteris quam ego magis abundans persecutatur, quoniam privati cum ministris colloquii, quod materiam adeo publicam nescio quis fecit, pars aliquantula fui, ita ut res habet, bona fide tradam. Postridie quam ministri secundo, et pridie quam iidem cum duabus ministris miscendo subsistere in crastinum jussi, ibi formulam de cœna Domini concepimus, conceptam nostris utique hominibus communicandam recipimus. Eam, quia neutrobi recepta est, premo, non tamdiu indubie ab istis premendam, qui nihil non quod in rem modo suam ulcumque

sit produnt, nisi ea foret non paulo clarior, ac etiam tolerabilius. De hac ergo, cum non magis inter ministros, quam inter nostre convenient, ecce mensis penultima multo mane regine matris litteris rursus ego, et alii duo theologi Possiaco Sangermanum evocamus, ubi duobus episcopis adesse et assidere jussis, primum de futuro cum quinque ministris colloquio tantum contulimus nisi quod confessio nem a binis utriusque partis delectis quatriduo ante confectam, ministrorum unus privato breviculo negavit se probare posse. Ultima mensis ministri formulam nobis proposuerunt, secundo postea loco promulgatam, quam plus satis eis prædictimus, a nostris minus receptum iri. Prima Octobris post aliquam multam utrinque collationem, formulam aliam ab eis obtinimus priore postea loco evulgatam, adeo chartæ et actorum libelli auctor (si modo idem) neque tempus neque locum observavit: habitum enim totum est Sangermani, quidquid fuit inter quinos colloquii : Possaci, ejus nihil, enjus hic est exortus et exitus. Secunda enim Octobris renuntiati non convenimus; tertia vero nobis accitis visum est, ut antequam colloqueremur, supplices regine regique Navarrae comonstraremus quam nullo profectu, neque tamen periculo nullo plus temporis in eum congressum collatului essemus, nulla presertim episcoporum quibuscum ad synodum, non ad comitatum veneramus, missione, vel auctoritate : sentire igitur nos, et obnoxie precari, ut priusquam congregandi pergeremus, quantillum a ministris obtentum erat, ad patres Possiaci collectos referretur. Postrema igitur formula postridie ejus diei in comitiis episcoporum proposta, et aliquot diebus excussa nona mensis rejecta est, decima quoque tertia theologia honesta missione, et gratiarum actione synodi nomine valere jussis, colloquium quinorum sic amputatum est, ut nihil magis utrique, vel cogitaremus, vel in votis haberemus quam ut se ad se quisque referret, quod et non ita post cum collega meo, quocum illuc profectus eram, haud gravate feci. Itac est colloquii summa simplex, atque nuda, qualis esse debet veritatis oratio ». Et infra : « Et primum quidem sic esse, quando omnino ita est, ponas oportet, eis non semel privatim, publiceque fuisse promissum, et nobis eorum collocutoribus prescriptum, ut hanc conciliationis viam inituri, de Euchalistie primum usu tantum conferremus, neque pedem causa effereremus. Proinde quod in formula legitur, Corpus et Sanguinem Domini proprium Spiritus Sancti opificio vere nobis, et in substantia in cœna offerri, dari, et exhiberi, vere item, et re ipsa spiritualiter, sacramentaliter, et fide a nobis recipi, utrinque nobis, et omnibus (opinor) convenit. An vero aliter, quam vel fide, vel spiritu, quod idem pii, adorent, quid indi-

gni, vel vorent, vel edant, et de hujus Sacra-  
menti extra usum negotio, de his nullum collo-  
quentes verbum fecimus, ne quidem ex com-  
posito superiore poteramus: proin quid super  
his rebus ministri sentiant, ex colloquio nesci-  
mus, ac nec quæsivimus quidem. Attamen, ut  
ex particularibus (quas vocant) universales ne-  
gativas, aut exclusivas inferre non didicimus;  
ita si qui in tam paucis verbis velut herbis, aut  
angues latitant, aut scorpiones cubitant, non  
probamus. Quod autem in medio formulae po-  
situm est, fidem, ut ministri maluerunt, ut nos  
voleamus, verbum Dei, repræsentare, seu præ-  
senta facere, que promittit, mirum si cui un-  
quam in cor ascenderit, adeo parum, ne dicam  
nihil, cordis utrisque nostrum fuisse, ut hoc  
axioma generaliter acceptum vellemus. Non est  
magna, aut decennali theologia opus, ut nove-  
rimus fidem rerum esse et præteritarum, et  
præsentium, et futurarum. (Et paulo post): « Hic  
vero non vertitur controversia cardo de vera  
veri Corporis et Sanguinis Dominicæ in his my-  
steriis præsentia controvertetur, et ut adhuc  
controvertimur, et nisi nos Deus respexerit,  
perpetuo controvertemur, de qua etiam agunt,  
quæ in formula hoc axioma circumstant, et sive  
præcedunt, sive sequuntur non orationes modo  
singulæ, sed et omnes propemodum dictiones,  
syllabæ, litteræ ejus. Ego quidquid et quantum  
est in hoc sacramento Christi carnis et sanguini-  
nis præsentia rationem, qua poteram urgebam,  
et malebam, ut hodieque malo, Dei verbo, quod  
ut reliqua ejus opera perfectum est, quod omnipo-  
tent est, et promissioni, quia fidele, permanet,  
et seipsum negare non potest, quam hominis  
sive accipientis fidei, quæ quandiu hic peregrinamur,  
et corporis (quod corrumpitur, et ani-  
mam gravat, ac deprimit) infirmitate circumda-  
mur, manea est, mutila, infirma, et imperfecta,  
ut pauce dicam, Dei, quam hominis fidei attri-  
buere.

« Et si enim sacramentorum fructus, et  
profectus adeo fidei apprehendentis est, et sine  
hac illa non modo nihil prosint, sed etiam ve-  
hementer obsint; eorum tamen didici veritatem,  
rationem, substantiam, quam etiam ideo for-  
mam, et quasi animam theologicæ schola non  
male appellant, in divino verbo promisso et  
instituto sitam esse, et illinc pendere, adeo ut  
si hoc desit, et hoc illa si destituantur, mortua,  
nudaque remaneant elementa, et hoc quoque  
nobis reliquum est, ut probemus.

« Neque vero minus Eucharistia, quam  
baptismus Evangelicis verbis consecratur: aut  
hujus magis, quam illius, elementum, seu ma-  
teriam verbum viventem, loquentemque facit,  
aut de illa, quam de hoc minus vere dici pos-  
sunt, illa divi Augustini proloquia: Accedit ver-  
bum ad elementum, et fit Sacramentum, etiam  
ipsum tanquam visibile verbum. Detrahe, inquit,

verbum, quid est aqua, nisi aqua. Ita hic de-  
trahit verbum, quid est panis, nisi panis? Vinum,  
nisi vinum? aqua, nisi aqua? Accedunt verba  
ad elementa, et fiunt sancta Corporis Sanguini-  
isque Dominicæ Sacra menta, et non interest,  
cum de Sacramenti sanctitate et integritate  
tractatur, quid credit, et quali fide imbutus sit,  
qui Sacramenta accipit: interest quidem pluri-  
num ad salutis viam, ad Sacramenti questio-  
num nihil interest: fieri enim potest, ut homo  
integrum habeat Sacramentum, et perversam  
fidem. Et hic quidem, ut et prius Augustinum  
de baptismate tractare agnosco, sed quod et in  
Eucharistiam quadrare possit, qui sequitur ejus  
sermo, probat. Cum de Sacramentis tractarem,  
dixi vobis, quod ante verba Christi, quod ofer-  
tur, panis dicatur: ubi Christi verba deprompta  
fuerint, Christi corpus appellatur. Augustini  
quoque Catechista Ambrosius: Quid dicimus,  
(inquit) de divina consecratione, ubi Salvatoris  
verba operantur? nam et Sacramentum, quod  
accipis, Christi sermone conficitur, consecratio  
enim quibus verbis, et cuius sermonibus est?  
Jesu Christi. Nam per reliqua omnia, quæ di-  
cuntur, laus Deo defertur, oratione pro populo,  
pro regibus et pro cæteris petitur. Ubi venitur  
ut conficiatur venerabile sacramentum, sermo-  
nibus jam non suis sacerdos, sed Christi utilit.  
Christi ergo sermo hoc Sacramentum conficit;  
sed quis Christi sermo? nempe is quo facta sunt  
omnia: jussit Dominus, et factum est cœlum:  
jussit et facta est terra: jussit et facta sunt ma-  
ria: jussit et omnis generata est creatura. Vides  
quam sit operatorius Christi sermo, in cuius  
sermone, si tanta vis est ut inciperent esse quæ  
non erant, quanto plus est operatorius, ut quæ  
erant, in aliud commutentur. Si operatus est  
caelensis sermo in terrenis rebus, non operabitur  
in Sacramentis cœlestibus? Ergo didicisti,  
quod verbi cœlestis consecratione ex pane  
Christi corpus, ex vino et aqua in calicem mis-  
sis sanguis fiat, quodque accipis, Christi corpus  
esse. Vis autem scire, quid a verbis cœlestibus  
consecratur? accipe verba. Tum canonis (ne  
forte canonem adeo nuperum putes) recitata ea  
parte, quæ incipit: Qui pridie etc. quæ verba,  
sunt Evangelistarum, usque ad accipite, sive  
Corpus, sive Sanguinem, quæ et inde Christi  
verba sunt, comedite, hoc est Corpus meum, et  
bibite, hic est Sanguis meus. Antequam (ait) con-  
secratur, panis est, ubi Christi accesserunt verba  
Corpus Christi est: et ante Christi verba, Calix  
est vini et aquæ plenus, ubi Christi verba fuerint  
operata, ibi Sanguis efficitur, qui plebem rede-  
mit. Testificatur ergo nobis Dominus, quod  
corpus ejus accipianus et Sanguinem, ne de  
ejus fide et testimonio dubitaremus. Et de be-  
nedictione patriarchæ Aser: Hunc (ait) panem  
Dominus dedit Apostolis, ut dividere populo  
credentium, hodieque nobis eumdem dat, quem

quotidie sacerdos consecrat suis verbis. Nec aliter divus Cyprianus de prima Sacramenti hujus institutione concionatur. Ante, inquiens, verba illa (Christi indubie) cibus communis nutriendo tantum corpori commodus, vite corporalis subsidium ministrabat; sed ex quo a Domino dictum est, *hoc facite*, queque sequuntur: *Quotiescumque*, his verbis et hac fide actum est, panis ille substantialis, et calix benedictione solemni sacratus, ad totius hominum vitam salutemque proficit ». Et paulo post: « Panis quem Dominus discipulis porrigit, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro, ita Sacramento visibili divina se infudit essentia, etc. in quo Cypriani testimonio singulariter observandum, quod cum verbo fidem junxit, quoties ait, his verbis, hac fide agitur. Et vere nos ea non disjungimus, inno fidem requirimus, non ut alioqui sit Sacramentum, sed ne non credenti obsit. Et hic quoque cum Latinis Graeci consentiunt. Irenaeus noster <sup>1</sup>, hoc est, Lugdunensis episcopus (Graece autem, an Latine scripsit, nunc minus euro): Quando, inquit, et mistus calix, et fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia Sanguinis et Corporis Christi. In Justini quoque altera pro Christianis Apologia <sup>2</sup> ita legimus: Quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jesus Christus carnem, et sanguinem pro salute nostra habuit, sic etiam per verbum precationis, et gratiarum actionis, saceratam ab ipso alimoniam ejusdem incarnati Jesu carnem et sanguinem esse didicimus. Sie enim Apostoli in Evangelii sibi Iesum mandasse tradicerunt, sumpto pane et poculo dixisse, *hoc facite*, etc. sibique solis dedisse. Et iisdem argumentis, ac totidem proponendum cum Ambrosio verbis ratiocinatur Damascenus, Dei verbo vero, vivo, efficaci et omnipotenti, ut omnia quecumque voluit esse perfecta, omnem et celorum et elementorum ornatum, Deum etiam ipsum Verbum hominem esse factum: sic eodem, inquam, verbo, et panem ejus corpus, et vinum et aquam ejus sanguinem effici. Dixit in principio, *producat terra herbam virantem*, et usque nunc plurima facta producit germina divino coadjuta et vigorata praecepto. Dixit item Deus: *Hoc facite*, etc. atque omnipotenti ejus praecepto, donec veniat efficiatur. Et hoc sive prior, sive posterior (nunc non magis quam que hujusmodi prius occurserunt, disputo) Chrysostomus <sup>3</sup>. Quae tunc in cena fecit Dominus, eadem nunc quoque facit, operatur et perficit. Ministrorum quidem nos ordinem et locum tenemus, qui vero haec sanctificat, ipse est: nec enim homo est, qui proposita in consecratione mensae Domini Corpus Christi facit et Sanguinem, sed ille ipse, qui crucifixus est pro nobis Christus. Sacerdotis ore verba

proferuntur, at Dei virtute consecrantur et gratia. *Hoc est (ail) Corpus meum*, hoc verbo proposita consecrantur. Et sicut illa vox <sup>4</sup>, quæ dixit, *crescite, multiplicamini, replete terram*, semel quidem dicta omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura, ita, et vox illa Christi semel ita dicta, per omnes Ecclesias mensas in bodiernum diem, et ad ejus usque adventum sacrificio firmitatem praestat. In eundem sensum non producerem primos illos Romæ Pontifices viros, haud dubie sanctissimos, quod eas, quæ illorum titulo circumferuntur Epistolæ hodie video esse controversas, nisi ea superioribus (nisi vehementer fallor) satis superque probatis consentirent. Sic autem argumentatur in hanc rem Alexander I: Si tactu fimbrie vestimenti Salvatoris salvatos infirmos esse non dubitamus <sup>5</sup>, quanto magis virtute sacrorum ejus verborum divinitus sacrantur elementa, quibus et corporis et anime sanitatem humana percipit fragilis? Hujus in Pontificio et martyrio successor Antherus, et utroque aliquanto posterior Felix II eodem sensu scripserunt, Ecclesiarum ministros sacro et proprio ore Christi Corpus confidere, quorum si quis Epistolæ fastidit, ut apocryphas et subreptitiæ, latine (opinor) noverat Hieronymus, qui cam locutionem in eodem versans argumento suam non semel facit ad Ieliodorum, Evagrium, Fabiolam scribens, episcopos, presbyteros Apostolico graduvi succedentes, Christi Corpus carnes agni ore sacro confidere ». Et paulo post: « Sed jam talium locorum plus satis, ex quibus liquido constat, quam non heri aut nudius tertius natum sit, quod tamdiu in sententiis theologicis et decretis Ecclesiasticis collectum legitur Augustini nomine de Corpo Domini, qui liber <sup>6</sup> nunc ubi extet non bene memini, Corporis atque Sanguinis Domini mysteria non in merito consecrantis (nec vero magis ex fide, vel dignitate suuuentis) sed verbo perfici creatoris, et credendum esse Christi verbis Sacraenta confici, et cuius prius imperio creatur (elementa) ejus utique verbo in melius recreantur, et horum quidem locorum, quæ tum mihi occurrere, fragmента indicavi. Quod etiam in primo, unde hanc telam exorsus sum, Augustini testimonio sequitur ita: « Inde tanta vis aque, ut corpus tangat, et cor abluat? » etiamsi de baptismi magis effectu et profectu, quam de veritate et substantia sonet, diligenter utrinque a nobis excussum est. Sic enim confictum fuit: unde tanta mystico cibo poculoque virtus, ut os intret et cor sanetificet, nisi faciente verbo? Responsum est <sup>7</sup>, nullo medio, non quia dicitur, sed quia creditur. Replicatum ibidem subjici,

<sup>1</sup> Lib. v. c. 2. — <sup>2</sup> Lib. iv. c. 14. — <sup>3</sup> Serm. de prod. Jud.

<sup>4</sup> Gen. iii. — <sup>5</sup> Matth. xiv. — <sup>6</sup> Lib. iv. dist. 13. 2. cap. intra Catholicum. — <sup>7</sup> Claud. Espenc.

aliud est in verbo sonus transiens, aliud virtus manens. Regestum est, Augustinum tandem concludere : *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, etc.* His et similibus sanctorum Patrum testimonii, quibus etiam plura licet adjicere, nisi jam nos Epistole moles deterret, olim jam partim persuasus, partim eorum etiam aliquot tunc memor, sic in formula ex colloctorum consilio ministris proposuerat : *quia verbum Dei, et promissio, cui fides nostra nütitur, praesentia reddidit, que promittit etc.* Responderunt inter cetera ministri, pro ea, que est inter verbum et fidem analogia et vicinia, Scripturam non insolenter alteri attribuere, quod alterius est. Itaque non admodum referre verbi-ne vocula, an fidei priore loco ponatur? Sed quoniam verbum sine fide esse potest, non enim omnium est fides<sup>1</sup>, nec omnes credunt Evangelio : non vero sine verbo fides esse potest, quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, malle se ita scripto inferre : *quia fides verbo Dei nitens res facit praesentes, quea promittuntur, etc.* Verum præterquam quod fides magis proprie dicitur accipere, et apprehendere, quam vel polliceri vel præstare : si non ita multum refert, utra vox alteri in formula antecedat, cur non (*inquietam*) verbum fidei hic anteponimus, et sic convenimus, et porro pergimus. Suæ sunt, et constant illis rationes, cur secus maluerint : *quas minus rescivi proinde, nec executio. Certe si quod tandem testimonium ex sacris Scripturis, aut scriptoribus id, de quo controvertitur fidei vindicare, cum tam multa id verba vendicent, idque vel mihi tum in mentem venisset, facile cessisset concordie causa, vel Bibliotheca mea sibi redditum aliter edocuisse, ne hodie quidem celarem.* In ea igitur sententia hodieque persevero, ut corporis sanguinisque Dominicæ veram in hoc Sacramento praesentiam, hoc est, ipsissimarum rerum, quas in coena novissima Ecclesiae sue Dominus postridie pro eadem mortem subiturus testamento dictavit atque legavit, representationem, sive exhibitionem, verbo, non fidei, hoc est, Deo, cuius dicere, facere est, pollicenti, non homini credenti adscribere malim. Et quidquid tamen, aut quantum est, quod a ministris obtinuimus, aliud quipiam proprius eam, quam ab eis exigebamus Christi Domini in hac sua mensa praesentiam, non facile in tam multis eorum hac de re scriptis invenias. Faciat, qui volet periculum ita forte nobis aequior futurus. Quod si quis eos putet persuasus, et ut Galli loquantur, calciatu faciliores, ut solidis, vel scripturis, vel veterum scriptis, aut rationibus utrolibet ductis, plus ab eis extorquere se posse confidat, per nos licet tentet, et conferat, pugnet et expugnet, etiam

nobis, qui hujus adeo invidiosi negotii rudimenta posuimus, et difficillimam ejus portionem exhausimus, exclusis ». Et paucis interjectis :

« Itabes, pater reverendissime, de externi, creati, temporariique verbi Dei, quod et quatenus est interni, increati, æternique verbi, ac filii Dei organum, instrumentum, ac seu vehiculum ea secum, quea praesentia promittit, afferens in sacris altaris mysteriis efficacia, potentia, adeoque quadam quasi omnipotencia : et quod in eis vere nobis adest, vereque præsens est Corpore et Sanguine suo vero, verus, verax, ac veritas Christus propter verbum, quod in supremæ nocte ecclœ cum fratribus recumbens locutus est, quod hodieque in Ecclesia loquitur, et perpetuo, donec redeat, loquetur, quantumlibet huic verbo multi non credant, praesentia, inquam, verbum facit, quea in presentiarum promittit, sua autem cuique fides utilia ea et salutaria reddit. Pollicetur illud, et efficit, proponit, offert, exhibet, haec proposita accipit, haec oblata apprehendit, haec promissis et presentibus fructur. Prodest, inquit Hieronymus, signum, si justitia (fidei utique) cuius est signaculum adsit, cæterum sine illa superfluum est : addo etiam noxiū, neque tamen nullum. Aliud enim Sacramenti virtus, aliud veritas ». Et mox : « Oportuit oviculam si non qua vellet, at certe, qua posset de articulo, secus multo quam res habet, passim ventilato, fidem suam suo Pastori liberare, qui de animulæ hujus salute (ne forte homuncionem fastidias) rationem vicissim sis redditurn, etc. Lutetiae<sup>1</sup> ex ædibus Rhemæsis feriis Epiphaniae molxi, scilicet ab Incarnato Verbo ».

92. Extracta sunt colloquia illa et Comitia in proximi anni Februarium, quorum exitus significatus est ab Hypolito cardinale Ferrarie Carolo cardinali Borromæo Pontificio nepoti, factionem Hugonottam præter omnium opinionem suis votis illusam fuisse, licet omni virium contentione ad obtainenda tempora incubuerit, rogatos quidem senatores, utpote erga Ecclesiasticos pravis affectibus imbutos, ad sinistram partem inclinasse, sed concilii sanctioris senatores acerrime repugnasse, ac rem Catholicam defendisse, demonstrasseque, gemina religione in regnum inducta, omnem ordinem eversum iri, decretumque fuisse non concedenda Hugonottis templo, prohibitumque ne nova extruere possint, utque invasa templo ac bona Ecclesiastica restituant; tolerari tamen ut extra urbēs et oppida conciones suas habeant, absque ullo tumultu et absque ulla vi, donec decreta Concilii OEcumenici promulgata sint, quibus si non paruerint, solum vertere cogantur. Ex hoc contrario suc-

<sup>1</sup> Illustriss. et Reverendiss. D. meo observantis. cardin. Borrom. Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 5. Illustriss. et Reverendiss. D. observantissime. Ex Ital.

cessu cum feliciora sperarent, Hugonottos rabie efferatos pallore vultus dolorem præferre : cumulatissimam vero lœtiam ex eo a se conceptam, quod rex Navarræ, qui penultimus sententiam dixit, apertissime declararit, se parti Catholicæ studere, atque modo superius dicto pronuntiassse. Post eum vero reginam repetitis aliorum sententiis maxima contentione explicuisse pium animum erga sacrosanctam Ecclesiam, præcipue docuisse, licet bujusmodi conventus habeantur, non alio a se consilio conceptos, quam ut media exquirat, quibus seditiones ac tumultus enascentes inter populos extinguat; ac nunquam ipsam vel filium exemplo prædecessorum regum ab obsequio et conjunctione Ecclesie discessuros. Haec esse capita decretorum, que modo scriptis mandantur, ut promulgentur, sententias regis Navarræ ac reginæ matris pietate illustres suis conceptas verbis, cum haberi poterunt, transmittendas iri. Äquum autem esse, ut Pontifex regi Navarræ ob constantiam in tuenda re Catholicæ explicata grates agat, optimamque mentem pro rebus ejus promovendis ostendat, utque expressis magis verbis Hispana illa promissa illustrentur. Haec decreta sibi a regina matre communicata fuisse dissoluto conventu, addidisse tamen sent iis facaret satis, qui præferunt conscientiam suam doctrinae Catholicæ accommodare, non posse, nisi melius instructi suos errores ponant, percipere, ut colloquium doctorum ex utraque parte fiat, cui ipsa una cum sanctiore senatu intersit, summaque contentione rogatum, ut illi interesse vellet, verum sanctissime contestatam nihil in iis controversiis decernere, sed ut controversia mittantur ad Pontificem, a quo cuncta dirimantur, vel ea ad Concilium definienda transmittat; sufficere enim reginae, ut istis Hugonottis id concedatur auditos fuisse, utque responsa, atque declarationes ad singulas eorum propositiones aptentur, ut tandem importuna corum ora obstruantur. Verum licet Ferrariensis nihil prætermiserit in adducendis rationibus, ob quas regia majestas non deberet illud colloquium permettere, nec se ad illud adstringere, etsi non adeo prompte, atque expedite, ita volente Deo, cogi possit Concilium, ad quod omnes istae controversiae referantur, nunquam tamen potuisse reginam a suscepta opinione dimoveri, quam non alter legatus amplexabitur, nisi ita sentiente reverendissimo cardinale Turnonio, cum quo sperat se errare non posse, maxime cum viderit quantam reprehensionem incurserit in re a se in simili arguendo contra illius sententiam, adjecta ea lege totius rei ad suam Sanctitatem referenda, qua ratione nullum damnum rei Catholicæ inferendum videbatur. Maxime quoque conducere, ut fiat satis optimæ reginæ, cum plurimum intersit illius benevolentiam devinctam tenere, pro

explorato vero habeat reverendissima dominatio sua, vitio Ferrariensis auctoritatè Ecclesiæ minime labefactum iri, seque prefidere Hugo-nottos in eo colloquio res suas non magis pro- vecturos, quam in aliis provexerint. Addidit cardinalis Ferrariensis asperiora verba jactata fuisse inter magistrum equitum tum amiralium, pariterque inter illustrissimum cardinalem Bor-bonium, ac principem Condéum fratrem, eas tamen altercationes nil gravius parituras, sollicitatius fuisse Momorantium seniorem, ut filius castrorum praefectus ad Concilium mitteretur, sed eas spes evanescere, itaque ducem Candalie a regina ad id designatum, sed obtentas ab eo graves excusationes ob lites, quibus definitur, itaque reginam de alio inferioris gradus deli-gendo cogitasse, atque præsules, ut profectio-nem ornent ad Concilium incitatum iri, etc. « Datum apud Sanctum-Germanum xvii Jan. MDLXIII ».

Adjecit ad litterarum jam claudendarum calcem, mandata legationis suæ post varios circuitus a senatu Parisiensi fuisse admissa, ac licet alias id levioris foret momenti, hoc tam tempore videri gravissimi. Porro reginam con-stituisse mittere ad Pontificem D. e Lansaco regiæ societatis equitem, atque ex eo perspicue constare, nec regem Christianissimum, nec regnum ab obsequio Sedis Apostolicæ defec-tiōnem moliri, sed in omnibus officiis præstandis, quæ a majoribus exhibita fuerint, constanti-sime perstare.

93. « Illustris. et reverendiss. dominationis vestra servus humillimus.

« Hippolitus cardinalis Ferrariae ».

At Pontifici idem cardinalis significavit, se colloquio cum Hugonottis cepto ex consilio cardinalis Turnonii interfuisse, ut impendientibus gravissimis malis occurseret; regem Navarræ conjunctionem cum Catholicis præferre conjunctioni hereticorum; ut magna gerat pro re Catholicæ, magna quoque pro eo gerenda, nec sufficere eximia verba. Anteferendam esse animæ salutem cæteris bonis, in his enim locis principes salutem animæ utilitate ac voluptate facile meliuntur.

De colloquio Possiacensi, haec Monumen-tis suis tradidit Jacobus Laingens<sup>1</sup> Doctor Sor-bonicus : « Carolus rex Gallia, hoc nomine Nonus, jussit omnes doctos viros convenire anno Domini MDLXI, mense Decembri, in urbem Poysiacam, ubi libertas data erat ad disputandum de quibusdam fidei articulis, sed quam temere, inconsiderate et inconsulte, citra con-sensum et voluntatem Summi Pontificis factum sit, judicent pii viri, et illud in controversiam revocare, et pro incerto habere, quod clarissi-mum, et certissimum, et etiam a pluribus Con-

<sup>1</sup> Jacobus Laingens in Vita card. Jostad, p. 29.

ciliis jam erat conclusum. Proh dolor! quam sancte, pie ac vere solet diei: *Vx regno cuius rex puer est!* Sic Anglia periit, sic Scotia fidem fere amisit, sic Gallia magna ex parte turbata fuit, dum nullus aut rex esset, aut tantum puer regno praesasset.

94. « Quod ad agitatas controversias in eo colloquio significavit Carolo cardinali, multum tempus consumptum ex utraque parte in sermonibus de imaginibus, ac reginam cuiusque opinionem auscultare velle, ac multos doctissimos viros partes Catholicas strenue propugnasse, tum adversus eos, qui variis argutis eas abolendas contendunt, tum adversus alios, qui arcans artibus eas oppugnant, ac retinendas aiunt in Ecclesia, sed earum abusus emendandos, ita ut timidae conscientiae earum adoratione non offendantur, exempli gratia, ut ab aris amoverentur, ac circa templa ad excitandam piam memoriam, vel ornatus causa collocarentur, repetentes illud Exod. xx : *Non facies tibi sculptile, et similia; adduntque omnia simulacula a Deo prohibita, neque expressum Dei mandatum iure violari posse, hærentque litteræ cortici, nec ejus expositionem aliam admittendam dicunt.*

« Ulterius contendunt primis quatuor sæculis nullum imaginum usum fuisse in Christianorum Ecclesia, nec aliqua veneratione, sive honore affectas.

« Addunt præterea damnatas fuisse in Concilio Illiberitano et Francfordensi, at septimam Synodum, quæ est Nicæna secunda, quia in ea approbantur, penitus rejiciunt, veluti non legitimam ex libello Caroli Magni recenter typis excuso Parisiis, in quo eadem Synodus impugnatur.

« Afferunt etiam pro se plures antiquos Patres ut Cyprianum, Arnobium, Lactantium, Originem, Epiphanius in Epistola ad Joannem Hierosolymitanum traducta ab Hieronymo, in qua ait, a se discissum velum in quo Jesu Christi imago depicta erat, dixisse contra auctoritatem Scripturarum esse talium imaginum usum; opponunt etiam Epistolam S. Gregorii ad Serenum, qua permittuntur imagines, ad excitandam memoriam tantum, ac prohibetur expresse earum adoratio; afferunt etiam ab iis corruptela et absurdæ picturæ, quæ contra rei veritatem visuntur in Ecclesiis, veluti Trinitatis in tribus personis; pingi Deum, qui incomprehensibilis est nullaque arte potest exprimi, et alia similia.

« Responsum est a parte contraria, atque opposita auctoritas universalis Ecclesie, cui promissum est perpetuum Spiritus sancti præsidium, in eaque usum imaginum usque ad hæc tempora perpetuum fuisse propagatum: veterem esse hæreticorum morem ad suas confirmandas hæreses captare occasionem ex ali-

quo Scripturæ textu, abjecto sensu Catholico et universali, atque inhærendo sensui privato, proprio et contrario.

« Attali ab iisdem fuere plures Scripturæ textus, quibus constat præceptum fuisse a Deo confici quasdam imagines, seque ipsum patriarchis et prophetis in variis figuris et imaginibus ostendisse, in quibus fuerit adoratus.

« Demonstratum præterea in testibus ad ductis ab hæreticis non prohiberi confici imagines, sed ne adorentur cultu latræ, atque idola a gentibus adorata pro diis, et quibus inesse aliquam divinitatem putabant, prohiberi; ab his Christianorum imagines maxime differre, non enim statua vel picturas adorari, vel aliquam iis divinitatem asungi, atque honorem, venerationemque omnem ad sanctos quorum memoriam excitant, referri.

« Allatas ab adversariis auctoritates adversus idola dictas esse, ac si de Christi et sanctorum imaginibus loquantur, corruptela alicujus causa, quæ in aliquo loco vel tempore irreperitur, fuisse pronuntiatas, vel ante Concilium OEcumenicum, ac decretum Sedis Apostolicæ, cui sua dicta et opiniones submittebant, locutas fuisse, atque adeo dicta, vel facta singulare adversus definitiones Ecclesie non valere.

« Ita Epiphanium disrupte velum pio ardore, sed non secundum scientiam, ut ait D. Gregorius in Epistola ad Serenum episcopum Massiliensem, quem arguit ob diffractas in suo episcopatu imagines, tanto minus approbasset factum Epiphanii, qui velum in aliena diœcesi disrupterat, mittendo falcem in messem alienam, atque adeo deceptus fuit existimans usum imaginum esse contra Scripturam sacram: Gregorium prohibere ne adorentur cultu latræ, de se tamen profiteri, prostertere se solitum ante imaginem Salvatoris non eam adorando, sed Christum in ea representatum ».

95. Quod ad Epiphanii dicta attinet, demonstrat Baronius<sup>1</sup> illa ab iconoclastis corrupta fuisse, eamque Appendicem adjectam ab hæretico. Secundo non diei discissam ab eo Christi imaginem, sed quasi Christi vel sancti cujusdam; non enim subdit, satis memini, cuius imago fuerit: potuit etiam esse profani hominis ibi depicti, uli non raro aulæ in Ecclesiis, in quibus Adonis et Venus picti sunt, prætenduntur ministrorum stultitia, quæ pie lacerari possent. Sed ad legati litteras redeamus :

« Argumentum illud quo disceptant adversarii, quadringtonis primis annis nullum fuisse usum imaginum in Christianorum Ecclesias multis productis doctoribus confutatum est, qui vel primis quadringtonis annis, vel paulo post floruere, nempe Martiale, Tertulliano, Lætantio, Eusebio Cæsariensi, D. Athanasio,

SS. Basilio, Gregorio Nazianzeno et Nisseno, Paulino, Prudentio, Damasceno, Gregorio Magno, Nicephoro, et aliis, qui antiquitatem usus imaginum in Ecclesiis demonstrant, tum ut iis Christiani instruantur, tum ut ipsas veneratione afficiant; præterea Sanctam Crucem omnibus temporibus in summa veneratione habitam fuisse. Atque ita novatores jactantes non fuisse usum imaginum primis quadrangulis annis convicti sunt falsitatis. Tum adversus eos additum est, licet in primitiva Ecclesia non fuisse imaginum usus, sive quia tyranni extrui Ecclesias vetabant, sive quod ab ethnismo conversionis earum usus non conveniret, postea tamen confirmata fide, ac deleta idololatria, novos ritus temporis ac locis aptiores induci potuisse, quod variis exemplis ostendens est.

« Nec majus facessebant negotium duo objecta Concilia<sup>1</sup>, Eliberitanum nempe et Francofondiense, cum eorum pariter nutaret fides ac auctoritas, exploratimque esset, quam sincere Carolus Magnus ab Hadriano Pontifice edocitus, sub quo Francofondiensis fuerat Synodus coacta, sanctorum imaginum cultum asseruerit.

« Defense quoque sunt imagines sanctissime Trinitatis; quoad formam quidem Patris, ex Daniele, ubi dicitur antiquus dierum : filium forma hominis pingi posse, cum hominem induerit ; Spiritum sanctum specie columbae in Evangelio expressum. Quod si alicubi corruptae irrepererint in imaginum usu ex imperitia, eas emendandas, ac populos de vero venerationis modo informandas. Cæterum inquirendum in Vaticana Bibliotheca libellum Caroli Magni, an discrepet ab isto, quem ostentant heretici, qui ab ipsis depravatus esse potest.

« Denique lecta fuit Epistola D. Gregorii ad Secundinum, ubi ait, quod se prosterneret ante imaginem Salvatoris, et quod tamen eam non adoraret ut Deum. Ac tunc a nobis maxima contentione postulatum est, ut illa pro definitione ac regula hujus controversiae admittentur, hoc enim modo tum assereretur consuetudo inclinandi corporis ad sacras imagines, ac pariter divinum præceplum prohibens idolatriam; præterea congrueret aliud dictum Gregorii: Imagines fieri ut instruant, non ut adorantur (scilicet cultu latræ). Hoc postulatum nostrum non poterant neutrales honeste rejicare, sed ministri nunquam consentire postulatis volueré, sed pertinacissime institere, eas e tenuis ejicieendas, contendentes, nou alia ratione prohiberi posse, ne adorarentur.

« Demoni regina sanxit, ut ab utraque parte in scripta redigerentur, qui modus tenendus esset ad docendum populum, ut ex

<sup>1</sup> Vide Bar. I. ar. 57, num. 119, et I. ar. 791 num. 33, Ferd. de Mendoza, de Conf. Concil. Illib. I. III. p. 41, Labbe I. VII, Concil. Gen.

usu imaginum in nullum superstitionis vitium fraheretur. Qucis scriptis componendis opera datur».

96. Extat in Ms. Archivii Vaticani sententia Sorbonica Academie<sup>1</sup>, qua sacrarum imaginum veneratio commendata est adversus Huguenottorum nefandas calumnias, ac consilium optimum suggestum est regi, ut dubia circa fidem exorta, vel ad Pontificem, vel ad Concilium OEcumenicum referret :

« Theologorum a Parisiensi theologiae schola deputatorum sententia dicta et approbata in conventu, qui fuit in regis Francie palatio ad D. Germani xi Februarii MDLXI.

« Jesu Christi sanctorumque, et facere et habere imagines, easque ponere in templis et oratoriis, minime pugnat cum Dei præcepto.

« Ita venerari et honorare imagines, ut qui eis habetur honor, referatur ad id quod ipsæ repræsentant, ex traditione et usu Ecclesiæ, non est supersticio, nec idololatria, nec repugnat sacrae Scripturæ, que solum prohibit idolatriam. Prosterni ante Jesu Christi imaginem in eo adorando, qui per ipsam repræsentatur, ut ait S. Gregorius, et ante sanctorum imagines inclinari, et geniculari, et ejusmodi alia agere, que sunt externa signa decentis reverentiæ, sunt actiones pii et religiosi animi, non autem idola colentis aut superstitionis. Thure item suffire, cereos et candelas accendere, Deo votare, et aliquid offerre ante Domini nostri Jesu Christi et sanctorum imagines, que sunt collocatae in Ecclesiis, hymnos et cantica in honorem Dei canere, sanctorumque laudabilem facere commemorationem, dum honorantur et orantur, sunt in Ecclesia Catholica semper fieri solita et sanctorum Palmarum sententiis approbata. In processionibus et supplicationibus crucem ferre, sanctorumque reliquias et memorias, ut siebat tempore sanctorum Chrysostomi et Augustini, res est pia et laudabilis.

« Quod autem ad sanctæ Trinitatis imaginem attingat, et quatenus Deus in tribus personis sit spiritus, qui comprehendendi non potest nec effingi; non debet tamen videri alienum et reprehendendum, si pingantur, aut aliqua alia ratione repræsententur signa et figure, in quibus sacra declarat Scriptura cum apparuerint, et sic manifestasse hominibus, ut continuatur et exerceatur populus in fide articuli sanctæ Trinitatis, qui est præcipuum fundamentum Christianæ religionis, quomodo per picturas, effigies, imagines, aut historias mysteriorum nostrarum redemptionis institutor, et confirmator in cæteris articulis nostra fidei, nempe Nativitatis, Passionis, Resurrectionis et Ascensionis : quo fit, ut sit perspicuum hominum esse, ac refinere imagines proper fructum et utilitatem, quæ ex eis capitur,

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3229. p. 283.

tum ut admoneatur populus beneficiorum, et illorum quæ a Christo accepimus, tum ut ejus sanctorum dona et salutaria exempla nobis represententur, ut pro iis Deum laudemus, et eorum etiam virtutem imitemur, et eadem ratione excitemur ad Deum diligendum, vitamque corrigendam, exercendamque pietatem, eosque honoremus, et eorum auxilium invocemus, ut pro nobis apud Deum intercedant.

« Neque tamen inficiamur, quin in eis acciderint aut possint accidere nonnulli abusus adversus Ecclesiæ doctrinam et mentem; ejusmodi esset abusus plane intolerabilis, si in imaginibus estimaretur esse aliqua divinitas, aut virtus, propter quam essent venerande aut honorandæ. Et quamvis sit laudabile pietatis et religionis instinctu ire ad ædes sacras, easque visere in memoriam Sanctorum, propterea quod Deus sua inscrutabili voluntate ac providentia nobis aliquando suam magis ostendat operationem, et virtutem in uno loco quam in alio, et aliqua magis ratione una quam alia, magis tamen ad unam quam ad aliam currere imaginem, eamque pluris facere et magis revereri, quod sit ex diuina et pretiosiori materia, aut sit ejus forma speciosior, ac recentior, aut antiquior, aut ornatrix, et elegantius et concinnius expressa, est plane abusus et superstitione.

« Est etiam abusus, si quispiam in imaginibus suam collocet fiduciam, ut olim gentes in suis idolis. Non parvus quoque est abusus, si pingantur aut effingantur imagines forma impudica et lasciva, et quæ non convenial castitati et integritati sanctorum et sanctorum, quos representant. Est etiam abusus minime tolerandus sicuti falsa et commentitia excoigitentur miracula et ejusmodi imposturæ.

« Ut his autem et similibus occurratur abusibus, nobis videtur expedire, ut frequentibus prædicationibus et exhortationibus de his erudiatur populus. Qui est etiam docendus, alium honorem deberi Christo Domino nostro, alium vero sanctis, quos honoramus videntes eorum imagines: ex quo sequitur, ut alio etiam modo sint orandi. Ad Christum quidem dirigendæ sunt preces nostræ, tanquam ad eum qui est auctor totius nostri boni, estque solus Redemptor et Servator: ad sanctos autem tamquam ad intercessores nostros, ut id, quod nobis opus est, a Deo impetreremus per charissimum suum Filium Jesum Christum, ut mos est solemnis Ecclesie ad Deum suas preces dirigere cum Sanctorum commemoratione, et per Jesum Christum eas terminare. Est etiam erudiens populus ne, cum orat, mentem et cogitationem suam defigat in imagine, sed in eo quod ipsa representat, et totum ad Deum referat. Providendum est etiam ne cui privato liceat ultam erigere aut erigendam curare imaginem, absque auctoritate episcopi, neque ulla admittantur miracula, nisi quo-

rum legitime facta fuerit fides, et quæ fuerint approbata ab episcopo. Prohibeatur etiam auferre et frangere imagines, propterea quod id valde aduersetur honori Dei et ejus sanctorum, et religioni Christianæ magnum afferat detrimentum.

« Definienda autem et decidenda hujus controversiae, et aliarum quæ ad fidem pertinent, et totius reformatio Ecclesiæ, non est alia melior et commodior ratio, quam si ad Oecumenicum referatur Concilium, aut ad Sanctam Sedem Apostolicam.

97. « Certiore fecit Hippolytus cardinalis Ferrariæ Pium IV<sup>1</sup> non potuisse adversus sectam Huguenottam omnia necessaria remedia adhiberi, multum tamen in aliis promotum, perennis impendentibus periculis; ac quantum sagaci conjectura colligeret, duo ad malum hoc elendum necessaria remedia, alterum, quod jam a Sanctitate sua summa prudentia adhibitum est, cuius sacra consilia nullo utinam casu abrumpantur, alterum esse temporis beneficium, in quo major locanda sit spes, quam in alterius remedii vehementia; sincere se posse asserere, majora adjumenta causæ Ecclesiastice temperatis a se officiis allata, quam acri aliorum acerbitate. Hec ipsum ex Niebetto, qui a secretis est, intellecturum. Omnia denique data imperia strenue a se confectum iri; cum Sanctis sua multo melius agnoscat, que magis publico beneficio atque Apostolice Sedis decori verant, etc. Dat. apud Sanctum Germanum iv Novembr. MDLXI »

His addidit Ferrariensis cardinalis<sup>2</sup> legatus in litteris ad cardinalem Borromeum, se omne studium in eo collocare, ut agnoscat regina, dissensionis pertinaciam stare a parte sectariorum, quibus nulla cura insit pacandum horum tumultuum ac dissidiorum regni, sed id tantum consequatur, ut suas opiniones tueantur, quod jam in sermone disceptandi causa illato patuit; ostentarent enim maximum fœdus et consensionem Gallorum Huguenotorum cum Anglis haereticis, Scotis, Danis, Suecis, ac Poloniæ et Germaniæ parte. « Ego vero, subdit, imprimere reginæ animo non prætermisi, quādiū hi conjuncti extiterint cum his, qui se hostes Sedis Apostolice profitentur, non sperandum esse, ut conjungantur huic regno, quod ipsa in conjunctione et obsequio Sedis Apostolice persistare optat: atque hoc arguento eos segregare meditatus sum a conjunctione ac federe aliarum provinciarum, aut cum constet eos magis conjunctos esse velle exteris nationibus, quam ceteris Gallis, regia majestas eo magis eorum perfidiam atque exitialia consilia agnoscat: nec posse ipsos in his rebus fidele consilium sugge-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 1. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 27.

rere, cum nullo publici boni amore afficiantur, atque adeo potius habendos horrorem, atque regno depellendos; quæ quidem monita in animam regie majestatis alte descendisse mihi visum est».

Edictum quod confectum est, cum dissolvetur postremus conventus, non est promulgatum a senatu Parisiensi, licet enim gratum sit habitum in ea parte, qua favet Catholicis, in alia tamen repugnatum, qua nimium Hugonotis studet, ac pena abrogantur contra eos in alio mense Julio superioris anni constituta, vi derique iis facultatem profitenda sua hæresecos regio consensu indulgeri. Arbitrabatur regina illo edicto optime consultum Catholicis pro acerbitate temporum, sive Huguenottos ad parendum juri revocari, atque ad Ecclesias et alia bona erupta Catholicis ab iis restituenda, fluxu temporis meliora expectanda.

98. Prædicto colloquio finis impositus est, postquam primum lecta fuere ministrorum Huguenottorum scripta, dein Catholicorum in quibus nulla animadverbatur consensio, adeo ut regina et rex Navarræ, accersitis Turnonio et Borbonio cardinalibus ac regii scrinii magistro, collatisque inter se sententiis imperarit scrinii magistro, ut regiam mentem eœtui panderet, qui hæc ferme concepta verba retulit :

« Reginam quietis et concordiae istius regni percupidam perpensis controversiis, ac dissidiis religionis in hoc regno concitatis, optasse fieri coram se colloquium aliquorum utriusque partis doctorum, ut modum exquireret, quo ipsos inter se conciliaret, atque has controversias componeret, tamen perspexisse in hoc primo articulo de imaginibus proposito multis diebus doctissime disceptato, quanta sit opinionum discrepantia, ac non modo partes inter se propins non accessisse, sed longius a concordia discessisse; at si in hoc articulo omnium facilissimo consentire inter se non potuerint, regiam majestatem perspicere, multo minus sperandum, ut in aliis articulis gravioris momenti inter se consentiant, atque adeo ne disceptationes, ex quibus nullus speratur fructus, imo maiores contentiones atque odia augentur, repetantur, visum esse dimittenda hæc colloquia, atque hortari se doctores Sorbonicos, ut Lutetiam se recipiant, ubi conjunctim opinione suas circa articulos subsequentes scriptis commendent; idemque agant Huguenotti, pariterque theologi illustrissimi legati, ac si aliqui e regno doctores velint suas opinione scriptis tradere, tradant, que omnia regi tradita, vel ad Pontificem, vel ad Concilium transmittantur, prout regie majestati opportunius visum fuerit. Ita congressus ille dissolutus summa Catholicorum decretoriam eam sententiam laudantium volupate. Quatuor ex iis, qui vocantur neutrales, suas opinione in scripta redactas circa imagines oblulere, sed eae magno

corum dolore ac pudore admissæ non sunt. Horum exemplaria et Catholicorum scripta vestra dominationi illustrissimæ transmitto. De his vero omnibus regina oeyus certiore me reddidit, atque etiam una cum rege Navarræ invisi se dignata est, ac prolixis verbis successum colloqui, ac alia optima sua consilia exposuit. Certe vidua regina et Navarræ rex optimum ac firmissimum erga fidem Catholicam studium ostenderunt, necnon regina conceptam lætitiam ostendens ex optima regis Navarræ in partes Catholicorum propensione, eo praesente, hac verba repetit, nolle posthac in religionis rebus, si non optime succedant, excusari, cum regem Navarræ pro tuenda religione sibi conjunctissimum habeat : quod conspicuum indicium est difficultatum in conficiendis rebus objectuarum, dum opinionibus dissentirent. Propterea saepius repetiti hunc principem officiis devincendum, cum in eo summa rerum consistat. Exulto de hoc rerum successu, cum nulla sit jactura facta, sed potius promotum, cum vero infirmitas hæc ad vigorem ascenderit, extrema remedia non patitur quæ initio adhiberi potuissent ; oppugnata vero veritas magis effulsit, etc. Datum apud Sanetum-Germanum xi Febr. MDLXII. ».

99. Ilæc licet ex parte proximo ineunte anno gesta, praesenti annexenda visa sunt, ne eadem reperientur.

Inflicta tamen est maxima plaga Catholicæ religionis ex illo colloquio non aliter, quam ex Lipsiensi disputatione Lutherismo; ex illo namque ingenia ad novorum dogmatum cognitionem excitata. Quamvis enim hæreticorum argumenti confutatae sint validissimis argumentis, tamen quia illæ feriunt imperitorum sensus, responsa vero sublimiora sunt, quam ut a carnalibus hominibus, maxime a feminis capi possint, non enim humana fides habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum, hæsere hæreticorum sophismata imbecillibus animis, tanquam jacula : cumque antea ministri Calvinistici in angulis tantum atque locis abditis sua venena diffunderent, ex ea disputatione, in qua hæresiarchæ comparati fuerant cum episcopis, excitati atque insolecentes passim per omnes provincias provocare sacerdotes ac presules ad disputandum ausi sunt, fastu quoque et furore armati, quasdam Ecclesias invaserunt. « Cum in colloquio Pissiaco, episcopi ac theologi Parisienses », inquit Belcarius<sup>1</sup> « cum ministris Calvinianis haud convenire potuerint, Calviniani sibi victoram vendicantes, tempora quedam occuparunt, quibus se nemo opposuit », propendeante nimis regina Catharina regni administratrice, quam administrationem ut sibi assereret aduersus eos, qui ad eam regni procriptionem spectare negaverant,

<sup>1</sup> Relic. I. xxix. num. 33.

Gasparem Castillionem Amiralium enixe roga-  
vit, ne sibi adversaretur, quem auctoritate apud  
Navarrum regem plurimum posse noverat.  
« Ille », inquit Belcarus<sup>1</sup>, « quidvis se perfec-  
turum pollicetus est modo sue sectæ, id est,  
Calviniana; libere et publice obcunda potestas  
daretur, illa datum iri repromisit ». Quamvis  
vero tertio nonas Novembbris edictum manasset,  
ut Calviniani templo veteribus possessoribus  
erupta restituerent, tamen illi, qui se legibus  
solutos opinabantur, non paruerunt, immo amira-  
lius tot templis, quod hæreticorum erant cœtus,  
scilicet bis mille centum quinquaginta postu-  
lavit. Et quia increbrescebat fama, Pontificem  
regemque Hispaniæ cum Catholicis Gallis arma  
conjurunctos ad hæreticos eo regno depellen-  
dos, Calvinianos, si bellum instaret, regi suo  
sumptu militarturos sposondit. At Guisii, Mom-  
morantius equitum magister, Mompenserius,  
Brissacus ac Sanctandreas, Catharinam regi-  
nam officii monuere, atque ex negligentiâ re-  
giorum magistratum, qui edictum Julianum  
non observabant, seditiones et bella concitatum  
iri; itaque extremo Novembri ex aulico comi-  
tatu discesserunt. Exinde ab horum discessu  
Calvinismus magis ingravescere, cum Gaspar  
Colinius in aula dominaretur, atque Navarræ  
regem et principem Condænum suis consiliis  
diceret, necnon Hospitalis, quem Beza hære-  
siarcha favisce hæresi testatur, senatores Parisienses  
ad se pelliceret, ac tum præter Calvi-  
nismum grassata est neutra religio, proximique  
Galliarum excidii terror pios invasit, qua mala  
ob nimias in celebrando Concilio moras cre-  
visse, memorat Claudius Espençæus<sup>2</sup>, eoque  
prolapsos jam plures, ut non Concilium OEcumenicum  
audiendum, sed privata conventicula  
discepstant. Sic igitur scribit :

100. « Nec hodie desunt, qui plausibili Evangelii titulo non tantum interreligionem, sed et interregnū et anachriam meditantur, in qua fiat, quod scriptum est : *In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod rectum erat, vel oculis potius suis videbatur, faciebat.* Quo loci Spiritus sanctus magistratum reprehendit ignaviam, ut depravata disciplina corrupaque cultus divini causam, cum illi non magnopere curant, qualis populis doctrina proponatur, sic quasi nullo apud nos regnante, suo quisque vivat arbitratu ». Et paulo post : « Quanta iis non multis annis facta sit a sancta Sede Apostolica discessio, videamus atque pal-  
pamus; metuendum ne major fiat nisi mature adhibeatur remedium. Et talium tamen motuum defectionumque vix alia causa est, quam quia toto jam annos plus quadraginta Concilium ab omnibus piis frustra expeditur, nec obtinetur.

Dum autem fictum magis hactenus est, quam serio indictum, hoc est, loco ejus toties mutato coactum, motum, prorogatum, suspensum, interrumpatum, translatum, dissolutum, factum tandem est, ut quo Pontifice superstite coitum esse Concilium aliqua spes erat, vix sint, qui adire velint; sint etiam, qui de rebus, quæ proprie sunt Concilii, in comitiis quique suis, quam in Concilio statui malint, ut sint scilicet tot fides, quot provinciae, tot religiones, quot nationes : adeoque quas, vel omnium maxime præsto esse, et secessionis a reliquis sue in legitima Synodo rationem reddere oportebat, nec ad Synodus quidem sese venturas publico publicatio typis responso Pontificis legis, nuper non dissimulaverunt, non contemendi sane principes, et bona Germaniæ, hoc est, amplissima propemodum nationis pars. Et ut in nos descendamus, et ad Galliam nostratem veniamus, quam solam errorum et hæresum monstrâ non habuisse, in Vigilantium sacer olim jam scribebat Hieronymus, nec ita post sub Justiniano Agathias Scholasticus, Francos omnes esse Christianos, et rectissimæ inter ceteros persuasionis : mirum quos religionis ergo ubique pæne tumultus ciel. Videmus quo res deducta sit, quo sit relapsura, viderit Dominus, cuius ingenti quidem beneficio foris pugnæ desunt, sed intus, si unquam alias, et timores et terrores. Pax vobis Dei gratia cum rege Catholico Christianissimi regis sororio; pax cum imperio et Cæsare; pax a reliquis viciniis, sed non pax a domesticis, adeoque nec a nobis ipsis; neque vero dubitamus, et Christianissimam reginam nostram, et serenissimum Navarræ regem generalem Francia prefectum, et tam regii sanguinis principes, quam regni ordines, pro suo quemque, tum in Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, et amore et honore, tum in Christianissimi regis nostri æstatulam affectu, de componendis his tumultibus et rebus ita perverse constitutis in ordinem ac statum decorum, aliquando restituendis, esse (prout atque debent) anxios et sollicitos. Testes sunt præter alia, tam solemnes, et quotidiane in curiam Parisiensem coitiones, alternantes sententiæ, et gravissima consulta, et necesse quidem habent consulere, qui enim in re adeo momentosa solemnii clausula abstinent? nam templorum, quæ periclitantur, excidia, locorum, nisi obviā eatur, indubie publicorum, familiarumque secutura extinctio : etenim, si quis omnium retro temporum descriptiones observet, et regnorum, et imperiorum mala, et Ecclesiarum molestias, una et ex æquo accidere reperiet, seque sic rempublicam et religionem redamare, ac invicem honorare, ut altera vel turbata, vel pacata, altera quadam quasi vel commiseratione turbetur, vel gratulatione conquescat ». Et infra :

<sup>1</sup> Belc. I. xxix. num. 28. — <sup>2</sup> Claud. Espençæus in Ep. ad Mich. Hospital. Fr. Canc. Jud. xvii. p. 626.

« Quocumque verlas oculos<sup>1</sup>, multa est querelarum et quidem justissimarum materia, et ea est rerum humanarum, etiam Ecclesiastiarum natura, maris in morem multa secum deferre, que absorbet. Ecclesia, et hic quidem sancta, sine nave tamen ullis, sine rugis<sup>2</sup> el maculis, non prius futura, quam Christo suo, cum apparuerit in cœlestibus, tota gloria exhibita et repræsentata. Quod considerantes glorijs sane viri, laudatissimique principes Romani, Constantini, Theodosii, Justiniani, etc. nostrates quoque constitutiones, non dubium, quin de pastorum consilio institutione ac consensu ediderunt. Etenim Christiani principes pro æterna vita Pontificibus, et Pontifices vicissim pro temporalium rerum cursu principibus opus habent<sup>3</sup>, ut agnovit ad Michaelem imperatorem Nicolaus PP. I. Meminerint tamen se boni principes Ecclesie filios, non dominos, intra Ecclesiam esse, non supra, quod non solum nulla eorum offensione, sed et cum gratia, et ea, qua nihil honoriscentius dici potest, honoriscentia dixit, et posteritati dicendum reliquit in Auxentium hæreticum Catholicus pastor Ambrosius<sup>4</sup>. Idem quoque hic Valentiniiano. Libertatis et sanctimonij paris coepiscopus Gregorius Nazianzenus Valenti imperatori in faciem ausus est<sup>5</sup> ita dicere : « Christi lex vos mea potestati meoque subjecit tribunal, immo peramus et ipsi, addo imperio majori et perfectiori, ut oportet potius carni Spiritum et terrestribus præesse cœlestia : suscipe igitur vocem liberiorem. Scio te ovem esse gregis mei, et pastoris magni agnum, Christi gratia regnas, Christi gratia imperas, etc. ». Sic autem sunt reges Ecclesie filii, ut et nutritii. Erunt, inquit per Prophetam<sup>6</sup> ad Ecclesiam Dominus : Erunt, inquam, reges nutritii ac proinde patroni, defensores, advocati tui. Reges, ait idem, ministrabunt tibi<sup>7</sup>, et mamilla regum lactaberis, ac proinde defenderis ac propugnaberis, etc. ». Hæc Espencæus.

Ut vero proximo anno ineunte concessa sit hæreseos promulgandæ libera facultas regio edicto, ex quo malorum omnium, quæ Galliam postea merserunt, fons erupit, suo loco dicitur.

101. *De retinendo in vera fide Antonio Navarræ rege consilia versant Catholicij proceres.* — Pronis ita in exitium Gallicis rebus<sup>8</sup>, cum gravis terror delendæ ab impiis religionis Catholicae in florentissimo eo regno immineret, Ferrarensis legatus, et Turnonius cardinales, cum Sanctandreano et proceribus Catholicis atque regis Hispaniæ legato versarunt consilia de retinendo in fide Catholicæ Antonio Navarræ rege, atque ad capessendam Catholicæ religio-

nis defensionem obstringendo, reque communicaata cum Pontifice ac rege Hispaniæ, promissa est a Philippo II rege Hispaniæ extremo hoc anno regi Navarræ Sardinia regnum, si in veteri orthodoxa religione perstaret, atque Henricum filium in eadem educaret, quod quidem commentum merum fuisset tradunt vulgo historici, sed rem serio et puro animo agitatam inferius visuri sumus, cum etiam Pontifex Philippo regi ad compensandum id damnum, quod ex Sardinia largitione contraheret, se devinxerit, ut dicetur inferius, quod non latuit Belcarium<sup>9</sup> dum ait : « Se quasi prædem constituebat Pius Pontifex ».

102. Extant eo argumento proximo ineunte anno litteræ<sup>10</sup> Hippolyti cardinalis Ferrariæ ad cardinalē Borromeum datæ, quibus certiore fecit, reversum ex Hispana aula oratore a regina missum, optima verba a rege Catholicō erga regem Navarræ retulisse de conferenda illi æqua compensatione, quamvis ea speciatim expressa non fuerit, modo Navarræ rex ad res Catholicas religionis strenue confirmandas in hoc regno se comparet, atque ad compescendos tumultus, pro quibus comprimendis majestas Catholicā ad Catholicorum partes capessendas, se paratissimam exhibeat, tamque ingentem ruinam Christiani imperii avertendam, regem Navarræ ad hoc negotium veluti maximis momenti facilis aditus dare, atque a se sollicitari ne egregia occasio desit, dum hic cœtus publici habentur, ac multi inclinant, ut serviatur tempori, atque adversariis sectam suam constabilire permittatur. Urgeri a se eum regem, ne quid in gratiam sectæ Hugonottarum, tum publici, tum privati boni causa decerni patiatur, quod idem rex sibi persuasum, optimumque consilium ostendit, ac summa ejus spes locata sunt in optimis strenuisque officiis, quibus Pontifex eum prosequitur. Idem rex Navarræ, ac regina mater in dies fieri certiores expetunt a Nichetto de optima Pontificis mente in hoc negotio. Foveri a se maximas spes, non permissurum cumdemic regem quid constitui in conventibus ordinum adversus rem Catholicam, ne sibi officiat, spesque sibi propositas dissolvat; in iis vero majorem partem pronam esse, ut faveat Huguenottæ sectæ, maximumque damnum rei Catholicæ illatum ex modo, quo Hospitalis regi serini præfectus rem propositus in comitiis, in Hugonotticam parlem propendendo, tramitemque indicando, quem in sententiis suis securi essent; ceterum mirum id non videri, cum sint idem Parisienses senatores, qui in cœtibus Æstate præterita habitus Catholicæ religionis dignitati adversati sunt: verum plures superesse, et dicendi gravitate, stabilitateque judicii magis conspi-

<sup>1</sup> Cland. Espencæus in Ep. ad Mich. Hospit. 627. — <sup>2</sup> Eph. v. — <sup>3</sup> Dist. XCIV. — <sup>4</sup> Lib. v. — <sup>5</sup> Drat. XVIII. — <sup>6</sup> Ep. XLIX. — <sup>7</sup> Ep. LX. — <sup>8</sup> Belcar. I. XXVIII. num. 26.

<sup>9</sup> Id. ibid. August. Thuan. — <sup>10</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sign. num. 31. p. 2.

cuos, qui sunt e sanctiori regio consilio, qui sententiam dicturi sint adeo ut speret causam fidei ab illis strenue defendendam, nec opiniones numero, sed pondere libratum iri. Auctorem se fuisse reginæ, ut horum opiniones accipiat, non veluti decretorias sententias, sed suggesta monita, utque sibi jus atque imperium decernendi cum sanctiore regio consilio reservaret; nonnullos tamen adversatos, atque scrinii praefectum impulisse, ut de his eam interpellaret. Summis opus esse viribus atque interrito animo ad molimina adversariorum dissolvenda; magno quidem se arsisse desiderio his cœtibus interesse, cum regii senatoris locum teneat, idque sibia rege Navarra suaderi, suamque presentiam causæ religionis in iis conventibus perutilem fore, cum sit opus viris, qui summa libertate eloquantur, suoque exemplo alios ad id concipient, sed deterritum se ob pravam eam censuram, qua ob concionem infelicer auditum perstrictus est, nec se ultra calumniantium telis velle exponere, cum gesta non in bonam partem, qua fiunt, accipiantur.

Percrebuisse famam, de recenti excitatos in Aquitania motus, atque ab impudentissimis Hugonottis nonnulla templa evastata, direptaque oppida, visumque comitiis Ordinum fuisse eo mittendum principem Condæum, facileque inclinasse Hugonotte factionis studiosos, tum ut seditionis faveret, tum, ut data ea occasione ex his conventibus subduceretur, sed sectæ Hugonottæ fautores mutasse sententiam, ne eo absente ipsorum res in pejus labantur, atque adeo discessum extrahi, donec dimissi sint conventus. Allatam Parisiis famam in crastinum diem apparari Calvinisticam eennam, in quam maxima hominum multitudo concursura foret, cum insignis alicujus periculi offendiculo publicaque expilationis terrore, ac mox reginam proficiisci eo jussisse regiorum castrorum praefectum Memorium, ut eam rem disturbaret, ministrisque Calvinisticis vetuisse, ne quid novarent, accersitosque presentibus Navarræ rege ac principe Condæo objurgasse, atque monuisse, ne presidio eorum perfiderent, quos etiam ultores persensuri essent, idque ab iisdem rege et principe confirmatum.

Regem Navarræ, ut optimum erga religionem animum sibi panderet, nuper aperuisse consilium dimittendi domum reginam Navarræ, eo fuco ac specie, ut propriis rebus consularet, eamque boni et æqui rei accepisse, sibique a regina matre atque a rege promissum, ea abeunte posthac non permisuros, ut conciones hæreticæ in aula habeantur, ex quo quanta latitia exultarit, judicio illustrissimæ dominionis relinqu, verum ob adversa tempora et insalubrem valetudinem, protectionem reginæ in Vere primum extractam, etc. Decima Januarii millesimo quingentesimo sexagesimo secundo».

103. *Parisiis tumultus ab Hugonottis concitatæ.* — Exeunte anno mota est Lutetia ab hereticis seditione die SS. Innocentium memoria sacro, nam cum plebe Catholica exarmata Calvinistæ armis instructi sua prophana conventicula in aede propinquæ Ecclesiæ Sancti-Medardi agerent, effterati in iras, quod fragore campanarum turbaretur eorum concionator, in Ecclesiam hostili impetu irruperunt, eamque cædibus et horrendis sacrilegiis funestarunt, ut Guillelmus Rossæus<sup>1</sup> de barbara eorum impietate queritur :

« Adeo projecta ad malitiam et sacrilegium erant, ut in tenera Evangelismi sui infantia, cum ille vixum in crepundiis vagiret, vixum primos dentes emitteret, in ipsa metropoli, et tum propter potentiam, tum propter Catholicæ fidei zelum præcipua Galliarum urbe Parisiensi, usque eo se efferebant, ut prædicante suo ministro Servetano, qui Trinitatem, et simul Ariano, qui Christum Deum negaret, instigavit, ipsa Christi nati celeberrima festivitate in Ecclesia Sancti-Medardi populum Catholicum invaderent, viros fœminasque sauciarent et occiderent, Christi et sanctorum imagines confringenter, calices, vestes et ornamenta Ecclesiastica compilarent, pedibus suis sanctissimum Christi Corpus conculcarent, in Ecclesiam equos suos stabulatum inducerent, presbyteros alias equorum incursu prosternerent, alias saucios et vulneratos in vincula conjicerent. Ilæ, qui in infantia tali tempore, tali loco, in civitate Parisiensi, in primo justitiæ foro admittere sunt ausi, ii grandiusculi facti in Normandia, in Delphinatu, in Guienna et Guasconia, ubi nullam justitiam cogitabant, ubi nec Deum nec hominem verebantur, ubi ipsi supremi erant omnium principes, ubi eis in Christum et Ecclesiam ejus jure Evangelico quidquid illis libuit, illis lieuit, hic demum quid non erant isti fideles acturi? »

Concitati ejus tumultus Parisiis<sup>2</sup> ab Hugonottis meminit cardinalis Ferrarensis in litteris ad Carolum Borromeum datis apud Sanctum-Germanum xxvii Febr. MDLXII, paucos asserens interfectos esse, ac periculum ipso danno longe majus extitisse. Catholicos ad regiam aulam accessisse, conquestosque de insolentia Hugonotorum, ac pro æquitate suæ causæ expusisse, ipsos armis exulos fuisse, ut parerent regio imperio, at Hugonottos noluisse arma ponere, atque adeo enixe poscere, ut ipsis restituantur arma, quibus se adversus vim Hugonotorum tueantur, quos in suspicionem vocant, ne ex illis conventibus, quos armati habent, ad diripiendas Catholicorum opes involent. Venisse quoque Hugonottos, et plura in sui excusationem dixisse, se retinere arma, ne inermes a Catholicis numero pluribus opprimerentur. At

<sup>1</sup> Guillelm. Rossæus p. 361. In Pig. I. vi. c. 7. — <sup>2</sup> Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 26.

reginam regemque Navarræ bonis verbis permulsiſſe Catholicos, a se quieti et libertati Parisiensium egregie consulturos, Hugonottos vero ab iisdem regina et rege asperis castigatos verbis, ni ab hujusmodi insultibus sibi temperarint, in eos legibus et armis animadversum iri, ac præſente regina, regem Navarra dixisse se valere animis, quando ipsa assenserit, ad horum insolentiam contundendam, ac perspicue dignosci regias majestates, ac universos Catholicos maxime offensos, quod Andelotus Castilio equum magno succinctus numero Theodorum Bezam per compita Parisiorum stipet. Quia vero concileatum fuerat impie ab Hugonottis in Ecclesia Sancti-Medardi sanctissimum Eucharistie sacramentum, preter alia nefanda sacrilegia, nec tamen in sacrilegos suppliciis, sed in anib⁹ verbi fulminatum era, propterea Hugonotti ad graviora prorupere, verum senatus Parisiensis proximo anno mense Junio ad eam injuriam contrario pietatis facinore sarcendam insigni pompa ducto agmine religioso supplicationem solemneam ad eam Ecclesiam circumdata per urbem ingenti apparatu Eucharistia celebravit.

104. *Pestis hæretica irrepit in comitatum Veniſiūm, faveſt Aurasiæ principe.* — Fremente ita in Gallia Huguenotta hæresi, ex quoque pestis in comitatum Avenionensem irrepit; ac licet censores fidei expurgando malo praecessent, deerant tamen delatores ac testes, qui eo flagitio implicitos accusare auderent, quare ad provinciam illam in fide continentam Pius<sup>1</sup> testium nomina supprimi in judicio jussit:

« Ad futuram rei memoriam.

« Cum sicut non sine magna animi nostri molestia acceperimus, humani generis hoste instigante, adeo schismaticorum et aliorum hæreticorum numerus in provincia, statu et diœcesi civitatis nostræ Avenionensis pravaleretur, ut propter eorum, seu alienijs ipsorum potentiam et malitiam nullus contra eos deponere, seu eorum crimina revelare et accusare audeat, quo sit, ut ipsi hæretici et schismatici remaneant impuniti, in non modicam divine majestatis offensam, et grave personarum Catholicarum scandalum. Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hæreticorum ac schismaticorum, eorum crimina revelare formidet, et nihilominus in præmissis opportune providere volentes, motu proprio et ex certa scientia nostris dilecto filiofratri Bernardo moderno inquisitori Avenionensi, vel pro tempore existenti in dicta provincia hæretice pravitatis inquisitori, ut personas, qua schismaticsos seu hæreticos hujusmodi revelaverint, seu contra eos deposuerint et testificaverint, publicare seu revelare minime teneantur; et si ab eodem inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicari contigerit, ita truncata

et secreta publicentur, ut cognitio nominum et cognominum ipsorum testium ad aliquem devovere non possit, quodque ipse inquisitor a quoquam sindicari nequeat, et nemini, nisi nobis, aut pro tempore existenti Romano Pontifici, et almae Urbis nostræ supremis inquisitoribus de processibus per eum contra dictos hæreticos et schismaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter et indulgemus, etc. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die Novembris M.DLXI, Pontificatus nostri anno II. ».

Infecta erat propinqua Avenioni Aurasia Calvinistica hæresi, in qua impietas libere propagabatur; cum vero Guillelmus illius princeps hæresim nondum esset professus, Pontifex<sup>1</sup> rem administratorum ipsius, vel sociordiæ, vel improbitati adscripsit, atque ipsum hisce litteris ursit, ut Aurasia Catholica religionis deus tueretur, atque aberrantes a fide ad eastræ Ecclesiæ redire laboraret.

« Dilecto filio nobili viro Guillelmo de Nassau principi Aurasiacensi.

« Dilecte fili nobilis, salutem, etc. Quanto Christianæ reipublicæ luctu et incommodo, quantaque orthodoxa fidei perturbatione factum sit, quod Christiani nominis principes pullulanibus et paulatim obrepentibus hæreticorum zizaniis ac venenis initio sollicite et diligenter non occurserint, nemo est fere qui nesciat; quamobrem cum nuper ad nos magna quidem cum animi nostri molestia allatum sit, homines tuæ civitatis Auraycensis juxta fines nostri comitatus Venaysini posita, impiorum quorundam audacia et falsis persuasionibus seductos, quod tuorum quoque ministorum inibi indigenitia fieri credibile est, a debita Catholica Ecclesia obedientia palam jam recessisse, damnatumque hæreticorum in vivendo morem passim sectari, nobilitatem tuam his nostris litteris palerne monendam et in Domino requirendam duximus, ut quoniam ipse longe ab eadem tua civitate abes, pro boni et Catholici principis officio statim, nulla interposita mora, ad hoc malum levandum atque sanandum ea remedia mittere alterque cures, que tibi maxime ad id opportuna et necessaria esse videbuntur, petimusque te vehementer, et ex animo, ut ita provideas et efficias, quo tui Aurasiacenses subditi, tum pro Dei optimi maximi honore, cuius causa in primis agitur, tum vero pro animarum suarum salute ad sacrosanctæ orthodoxæque Ecclesie gremium quamprimum revertantur, et deinceps Catholice viventes tibi Catholico principi, sicuti debent, serviant et obedient. Quo celerius et diligentius ab eadem nobilitate tua pro sua eximia pietate factum fuerit, ita

<sup>1</sup> Pius IV. I. 1. p. 582.

Pius IV. I. 1. p. 520.

majus et uberioris divinae gratiae et retributionis æternæ premium te consecuturum confidimus. Nos vero tibi maximas eo nomine gratias habitueros, et occasionibus quoque relatuos esse pollicemur. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum xxii Augusti MDLXI, anno II ».

105. Simulata est aliquandiu pietas a Gulielmo Nassovio Aurasiaæ principe, proximo enim anno certiore fecit cardinalis legatus<sup>1</sup> Borromæum cardinalem, missum fuisse a principe Aurasia, quem rex Catholicus monuerat officii, virum auctoritate præditum pro restituenda Aurasiaæ in pristinum splendorem religione Catholica, atque imploranda contra adversarios Pontificiorum regiorumque administratorum ope; nec meliorem animum ostendit potuisse ab eo principe, nec meliora dari imperia, atque adeo a se res illius Fabritio Avenionensi praefecto fuisse commendatas, cum maximi intersit pro rebus Avenionensibus confirmandis religionem Aurasiaæ reflorescere, atque eum principem hoc facto purgasse se ab aduersa suspicione, quam ob nuplias cum germana hæretica initas contraxerat, æquumque esse, ut Pontifex Aurasio significet, quantum gratiam existimationemque eximio eo facto collegerit, paribusque eliam officiis Sanctitas sua oratorem regis Catholicæ prosequatur. Quomodo autem Aurasiam postea hæreticorum arcem constituerit, ex qua hæretici in principatum Pontificium ad eum occupandum sèpius excurrere, inferius legemus.

106. *Pius IV scribit duci Sabaudiaæ ut religionis defensoribus auxilium præstet.* — In Sabaudia<sup>2</sup> Vallis-Agronia, et Vallis-Martini, et aliæ, quæ ad Lucernatum fines pertinent, tum vetere Waldensi hæresi, tum nova Calvinianæ pollutæ fuere, quarum incolas Sabaudia dux immissis copiis redigere ad pristinum officium pertentavit, sed perfidi, correptis armis, aliquot prælia tumultuaria cum Catholicis confecerunt, adeo ut Sabaudus, cum pertinaciam eorum frangere armis ægre posset, pactionibus initis profitendæ hæreseos divino immunitato cultu cer-

tis conditionibus impositis facultatem permiserrit. Haec vero mala ex eo oriebantur, quod magistratus, censores fidei ad extingueda nascentis hæreseos semina, sua auctoritate non fulcirent; quare Pontifex<sup>1</sup> Emanuele Philibertum admonuit, ut censoribus fidei implorantibus principis opem sine mora et cumulatione opitularetur, alioquin hæreticos contumacia armatum iri, atque excusso Ecclesiastico jugo, etiam seditiones tumultusque civiles contituturos.

« Sabaudia duci.

« Hoc tamquam parum prodesset in civitatibus ditionis tuæ inquisidores esse hæreticae pravitatis a Sede Apostolica constitutos, nisi cum accidit, ut opus sit auxilium illis tuum et magistratum tuorum, paratum eset brachium illis seculare, quotiescumque id imploraverint, sine mora præstes, et præstari a tuis imperes. Id ut facias maxime quidem te, tanquam pium et Catholicum principem quallem omni tempore præstitali sanctæ et orthodoxæ fidei zelus, et hujus sanctæ Sedis, quam semper majorum tuorum vestigiis insistens pie admonendum coluisti, reverentia movere debet, sed ut pro tua prudentia intelligis, tua quam plurimum refert in populis ditionis tuæ Catholicam religionem vigere et extirpare hæreticam pravitatem, ex qua, ut nimis multis et gravibus exemplis ætate hac perspectum fuit, homines insolescere, nec magis adversus sanctam matrem Ecclesiam, quam adversus principes suos contumaces fieri, et ad res novas, ad tumultus, ad seditiones et scandala incitari solent. Tu ergo, dilecte fili, memor quibus majoribus ortus sis, tam a paterno quam a materno genere, quam piis orthodoxisque principibus, eos, sicut semper fecisti, imitari persevera, et optimum quod tibi peperisti nomen, diligenter conservare et augere stude. Denique sic habeto; quantæ tibi cura Dei honos, et sancta sua religio fuerit, tantum tibi favoris et gratiæ divinæ in rebus tuis esse semper affuturum, etc. v Augusti MDLXI, anno II ».

<sup>1</sup> Hippolit. car. in lit. ad Carolum Borromæum Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 38. — <sup>2</sup> Belcar. l. XXIX. num. 27.

<sup>1</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. num. 2897. Ep. cxx.

## PII IV ANNUS 3. — CHRISTI 1562.

*1. Diu multumque disceptatur inter Patres ultra istarum vocum continuatio an nova indicatio adhibenda sit in Actis Concilii redigendis.* — Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, celebrati sunt solemnes episcoporum conventus ad exscindendas hæreses, discutiendas impiorum argutias purissimo doctrine Evangelicæ splendorc, collapsam disciplinam primæva restituendam dignitatibus, delendas corruptelas mores excolendos. Pellicere humanissime ad hos cœlus conatus est Pontifex Protestantium principes, ut in sinum matris Ecclesiæ revertentes, offusam oculis caliginem depelli amantissime sinearent; at ii ab impostoribus fascinati, Pontificis et Ferdinandi imperatoris piis suscionibus contempti, ponentes, ut ait Isaías, *Tenebras lucem, et lucem tenebras*, Conciliabulum Sathanicum, in quo Pontifex et episcopi reos, et laici hæretici præsides agerent a se expeli significarunt. Cum itaque ii perire magis quam parere Ecclesiæ mallent, corumque deplorata videretur salus, ad continentis in officio populos, qui maxime in Gallia contrario impietatis Calvinianæ turbine agitati fluctabant, dirimendis controversiis, constabilendis dogmatibus, damnandis erroribus, sedula opera navata est a præsulibus, qui magno concurso ex omnibus Catholicis regnis Tridentum confluxere, ut eorum numerus ad ducentos quinquaginta quinque ascenderit (si lamen totum Concilii tempus spectetur) præter maximam theologorum primiorum multitudinem, qui in varias classes distincti dogmata promulganda ventilabant. Antequam vero Sessiones haberentur, plures præmittebantur Congregationes, in quibus doctrina et canones acerbissimo examine excutiebantur, rogabanturque singulorum Patrum sententiæ, ut cum publici flerent consensus, unanimi, in ea que jam sanctienda deliberaverant atque excusserant, consensione conspirarent. Habila vero est prima

Congregatio xv Januarii<sup>1</sup>, de qua cum Gabriel Palæottius Rota Romanæ auditor, qui pro eodem Concilio doctoris legum munus exercebat, in saerum postea cardinalium collegium cooptatus in Actis Tridentini Concilii ab ipso summa fide ac diligentia conscriptis multa referat, quæ ad illustrandam illius actionis notitiam conferunt, mox dicemus. Nunc objecta aliquot, quæ ipsam præcesserunt, in medium adducamus.

*2. Comiserat Pontifex magna sagacitate prudentia Concilii, ut definiret, an Concilii prosecutio vel nova indicatio dicenda esset, ut neque hæreticos ab adeundo Tridentino Concilio abalienaret, neque Catholicos offendere; nonnulli tamen, nempe Hispani<sup>2</sup>, quos flagrantissimus tuende fidei, superiorisque Concilii propagnandi urebat ardor, ægre admodum accepere, promulgatam non fuisse prosecutionem Concilii. Itaque archiepiscopus Granatensis cardinalem Simonettam legalum convenit significans, in ea Hispanos esse sententia, ut prosecutio declaretur. Responsum est illi a Simonetta, Pontificem id maxime percupere; sed ne Lutherani absterreantur, quos summo studio pellicere ad Concilium enilitur, de industria distulisse eam declaracionem, que ab ipso Concilio decernenda sit, flagilante ila Cæsare, nec regem Catholicum a patruo Cæsare dissensurum, de quibus quatuor legali cardinales xii Januarii certiore fecere Carolum Borromaeum. Verum Hispanorum animi eo responso<sup>3</sup> haudquaquam sedati adiecere, proximis diebus se ad prosecendum Concilium venisse, velleque, ut proxime ea prosecutio declaretur; quibus<sup>4</sup> cum iterum nunclatum fuisset a cardinale Seripando ac Simonetta, rata ac firma superioris Concilii decreta futura, obsecundatum autem fuisse Cæsaris*

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3248. in Actis prime Congregationis generalis ante primam Sess. Gabriel. Palæott. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1344. Ep. LIII. — <sup>3</sup> Ib. Ep. LIV. dat. xv Ja. — <sup>4</sup> Ib. Ep. LXIX. dat. xvi Febr.

vetis, regemque Catholicum pari animorum consensione cum Cæsare conspirare, placatos hisce auditis Hispanos<sup>1</sup> legati xv Januarii cardinali Borromæo significarunt, addideruntque Congregationem centum ac duos presules interfuisse præter cardinales. Repetitæ paulo post eadem sunt querele a Varga, qui regi Catholicó a secretis erat, in litteris ad Granatensem archiepiscopum asserente Catholicos offendit, ni prosecutio Concilii promulgetur, cui tamen responsum, non passuros offendiculum, si res ordine peragatur; interim novatores provocari, ut ad Concilium accedant. Mense autem Maio institutus Hispanus orator regio nomine, ut continuatio Concilii promulgetur, cum Pontifex regi Catholicó eam pollicitus esset; at Cæsarei oratores intercessere, ut saltem Cæsar prius admoneretur. Hispani præsules<sup>2</sup> dixerunt se æqui accipere ne continuationis mentio fiat, dummodo promittatur in fine Concilii decretum de ea promulgatum iri. Porro Gallia rex significavit<sup>3</sup>, curæ sibi non esse, an prosecutio Concilii, an nova indicatio diceretur; ex quo cum patret, illum non esse conjunctum fœdere Protestantibus atque alii hæreticis, ut fama preberuerat, cardinales legati magno se inde gudio delibitos fuisse cardinali Borromæo scripsere, maxime cum idem rex in litteris regiis professus sit, se controversias religionis, quæ nimium in Gallia commoventur, Concilio dirimendas permittere. Demum Ferdinandus Cæsar<sup>4</sup>, qui tamdiu obstiterat, ne Concilium continuari promulgaretur, quod nimirum metueret Lutheranos principes, quorum hæreses in superiori Tridentino damnata magna ex parte fuerant, a Concilio accessu, hac captata occasione, abalienandos, assensit tandem<sup>5</sup>, ut vox *Continuavit* Concilii decreto insereretur, sed re prius a Concilio diligenter excussa; deinde flagitavit, ut re ipsa continuatio fieret, sed verbo non exprimeretur. Perpensis denique omnibus conventum est, ut ad confirmatione decreta Concilii Tridentini, tam sub Paulo III quam sub Julio III celebrati, quæ novatores rescindi impie deposcebant, in ultima sessione perlegerentur corroborarenturque, Spiritu sancto nimirum Patrum mentes mirabiliter dirigente, ne Apostolicum illud unquam exprobraretur<sup>6</sup>: *Si quæ destruxi, iterum edifico, prævaricatorem me constituo.* Quo vero ordine Congregatio habita sit, ab eodem Palæotto<sup>7</sup> desumamus:

3. « Cum dies xv Januarii Patrum Congregationibus initium dederit, non abs re videtur, illum ordinem paulo fusius recensere. Hæc ut plurimum secretæ erant, ac universales Patrum omnium : aliæ universales et publicæ, aliæ par-

ticularæ et private. Nunc dicendum de universilibus secretis, quæ frequentiores erant, quod ex iis facile et reliqua dignoscuntur. Ubi aliquid in Synodo de sententia Patrum erat deliberandum, sive ad dogmata, sive ad mores pertinueret, seu ad indicandam, seu ad prorogandam diem Sessionis, seu de excipiendis oratoribus principum ageretur, legendis litteris ad Synodus scriptis, aut alia de re, quæ toti Synodo esset significanda, universalis tunc congregatio Patrum hoc ordine convocabatur. Primum enim indicebatur a cursore singulis prælatis tempus certum, quo Congregatio esset inchoanda. Hæc principio quidem paucis adhuc Tridenti Patribus, in ædibus Mantuani cogebantur, poslea in Sancte-Mariæ-Majoris templo eam haberí mos fuit. Erant hic disposita subsellia in theatri speciem, quæ ducentos quinquaginta viros plus minus caperent, spatiis etiam pluribus ab utroque cornu relictis ad excipiendam in publicis Congregationibus frequentiorem turbam.

« Legatis in consessum prodeuntibus crux argentea præbatur, quæ in theatri cubiculo ut omnibus conspicua esset, defigebatur; ipsi in fronte sericeis sellis ex editiore ornatiisque loco auleis circumstratis, subjectisque tapetis considebant. Medius inter eos Mantuanus, cæteri legati ultrinque, et Madruli, ac si qui alii cardinales, eodem concessu. Ad illorum dexteram, humilioribus tamen sedilibus, oratoribus Ecclesiasticis locus dabatur, ad sinistram laicis. Hi nondum quidem hoc tempore omnes adherant, sed subinde, non nullis interjectis mensibus, advenerunt. Ex his etiam nonnulli ob dignioris loci contentionem, ab his convenientibus se abstinebant. Cæteri dcinde, si qui ab Ecclesiasticis præsulibus sæculari jurisdictione fungentibus, aut a clericorum aliquibus provinciæ ordine hic missi erant. Prælati quidem inter reliquos nulla hujus munieris ratione habita considebant, alii extremo post omnes gradu admittiebantur. Porro prælatorum honorificentior locus in imis subselliis erat: Primo patriarchæ, inde archiepiscopi, post episcopi (singuli antiquiori adepte dignitatis titulo) collocabantur. Hinc abbates mithra aliisque insignibus Pontificalibus utentes. Postea generales Religionum ex Ordinum eorum prærogativa, inter quos Jacobus Lainez Jesuitarum Generalis doctrina et pietate insignis, cum de loco inter Regulares, aut alios ei adscribendo dubitaretur, maluit modeste et prudenter seorsum ab aliis extra ordinem novissimus collocari, quam in ullam loci sui publice vel privativam contentionem venire. Proximi Generalibus, Auditor Rotæ, Advocatus Consistorialis, Promotor Concilii, et præterea si quis alius privilegio papæ, ut tunc temporis Georgius a Tayde Lusitanus, idemque Abbas litteris regis sui, ob illius virtutem et probitatem maxime commendatus, Congregationibus assis-

<sup>1</sup> Ib. Ep. ciii. — <sup>2</sup> Ib. Ep. cxi. — <sup>3</sup> Ext. ib. Ep. lxxxiv.

<sup>4</sup> Ib. Ep. cxxvii. — <sup>5</sup> Ib. Ep. clxx. — <sup>6</sup> Galat. II. — <sup>7</sup> Acta Conc. Trid. per Gabr. Palæott. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. . 136.

tendi jus habebat. Hinc novissimo loco præsumum, aut ordinis Ecclesiastici nuntii, de quibus supra. Reliqui postmodum ex concione exclusis, cardinalis Mantuanus Sancti Spiritus invocationem præmittebat ea Oratione, quæ in Libro Pontificali legitur. Videlicet<sup>1</sup>:

« Adsumus, Domine, Sancte Spiritus, adsumus quidem peccati immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, et esto nobiscum: dignare illabi in cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, et ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, et suggestor, et effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiae, qui summam diligis æquitatem, non in sinistrum nos ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio munera vel personæ corrumpat, sed urge (junge) tibi nos efficaciter solius tuæ gratia dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus a vero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut et hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur præmia semper. Per Christum Dominum nostrum.

¶ Amen.

« Inde si aliquuj forte rei prælati præmonendi erant, antequam sententias dicerent, ipse met Mantuanus, aut secretarius ejus nomine ex scripto significabat: illo absente, legatus ei gradu proximior hoc munere fungebantur. Cæteri legati, ubi opus erat, etiam inter ipsas prælatorum sententias pro concione loquebantur; hinc Patrum suffragia pari ordine sequentur.

« Primo cardinales non legati, post patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, et generales Ordinum, adjunctis etiam Ecclesiasticis oratoribus, qui tamen inter reliquos prælatos extraordinarie suæ dignitatis loco respondebant. Singulorum sententia nunc breve tempus, nunc longum, et quandoque duos dies occupabant, ex rerum gravitate, ac dicentium prolixitate, nemini certo ad loquendum spatio prætinito, seu memoriter, seu ex scripto maluerent; eas, qua poterat celeritate, secretarius notis excipiebat, atque in acta redigebat, idem et aliis eujusque arbitratu licet, sed Auditor Rota præsertim singula calamo ex plumbario lapide diligenter atque in commentariolum referre solebat. Post generales nemini suffragii ferendijus erat. Solus Auditor Rotæ, si quando a legatis sententiam rogabatur, consultivum, ut aiunt, votum proferebat. Haec de generalibus Congregationibus, quæ urgentibus negotiis sepe eodem die geminalabantur.

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. por. Gab. Palmeott. And. Rot. postea card. Ms. Fr. Barb. sig. num. 24.

« Publicæ eodem ordine habebantur, sed ad eas cunctis omnium ordinum viris liber patebat accessus; neque in illis Patres sententias rogabantur, verum audiendis theologis minoribus, qui ex suggesto de articulis ad dogmata spectantibus, antequam Patres de illis sententiam dicerent, disserebant, aut excipiendis oratoribus principum occupabantur. Private in ædibus legatorum, aut eorumdem jussu apud certos Patres pro temporum negotiorumque conditio, nunc multis, nunc paucis accessitis cogebantur.

« Verum ut clarius adhuc omnibus liqueat, quis ordo in proponendis examinandisque rebus in Sessione postea sanciendis adhiberetur, illud adjicendum est: in congregationibus, quæ veluti erant Sessionum præludia, duo potissimum diligenter tractari consueverunt, quorum alterum ad dogmata, alterum ad reformationem pertinebat, sicuti in qualibet Sessione decreta partim fidei, partim morum edebantur.

« Inchoabatur antem ut plurimum a rebus fidei, in quibus erat certum fere argumentum, de quo disserendum erat, cum ab exordio Concilii ad hæc usque tempora constans semper Patrum mos fuisset, ut septem Ecclesiæ Sacra-menta sigillatim prosequerentur. Quæ igitur materia fidei tunc occurrebat, a legatis, adhibito peritorum aliquot consilio, in articulos quosdam, seu problemata dividebatur, eaque primum theologis minoribus exutienda tradebantur. Missi enim huc ab imperatore, a singulisque regibus complures theologi virtutibus eximii fuerant, tum alii quoque in prælatorum contubernio ex variis nationibus summa eruditio predicti huc confluxerant, quibus ad disserendum publice ex suggesto de articulis propositis locus dabatur, corum responsa deinde, tum secretarius, tum Patres aliquot delecti observabant, et quod pluribus placuisse, in canonicis seu decreti formam redigebant, quod Patribus in generali Congregatione maturiore postea consilio decernendum exhibebant. In decretis vero de moribus nulla theologorum minorum adhibebatur consultatio, sed legati ipsi initio partim, quod eis ex usu Christianæ reipublicæ videbatur, re eum nonnullis prudentioribus ante communicata, Patribus proponebant, ut de quibus optassent Synodum consuli, ea sibi ipsis antea inspicienda exhiberent, idque cotile consilio, ut graviora ad Sanctissimi Domini nostri aures prius perferrent, quibus per litteras is, quod ex re esse censisset, significari mandabat, indeque ipsi reformationum decreta per auditorem contexebant, quæ Synodo deliberanda, dissimulata tamen Pontificis mente, proponebant, eaque postea a Patribus, aut recipiebantur, aut refellebantur, seu variis modis, ut res ferebat, immutabantur. Ideoque nihil illud, aut Concilii libertati, aut Patrum

auctoritati detrahebat, penes quos erat arbitrium cuncta a legatis proposita probandi aut improbandi, sed et progrediente Concilio, ab hoc etiam instituto discessum fuit, cum legatorum prudentiae et consilio omnia moderanda Sanctissimus ipse libere permisisset. Porro decreta ipsa, sive de fide, sive de moribus proposita essent, toties a Patribus examinabantur et evolverbantur, quoad a majori illorum parte recepta essent, cum unicuique loco suo ea refellendi, arguendi, corrigendi, probandive libertas summa relinquetur. Tum deligebantur a legatis Patres aliquot, qui censuras annotationesque omnes in unum colligerent: si quid tamen præclarum, licet a paucis tantum, vel ab uno animadversum offendissent, quod dignum iis inferendi, aut dirimendi decretis judicassent, illud ad Patrum conventum, ut eorum quoque judicium explorarent, referre solebant. Dum his emendandis opera dabatur, aliarum rerum disputationem Patres prosequebantur, donec elaborata omnia et expolita frequentioribus concessus suffragiis censerentur. Quæ tamen nisi peracta Sessione, sancta rataque habebantur, cum unicuique etiam in Sessione ipsa consilium mutare, probataque improbare, prout Spiritus sanctus suggereret, liceret, adeo ut cuiuscumque generis argumentum in Congregationibus tantum pertractatum, in Sessione definitum diceretur ».

Nunc ut ad rem redeam, et acta in prima generali Patrum Congregatione recensem, Mantuanus gravi oratione exorsus, lætari se tandem ait, advenisse illud tempus diu optatum a Sanctissimo domino nostro, quo possit labenti Christianæ reipublicæ præsidium afferre; nihil illi jam pridem fuisse antiquius, quam Concilium OEcumenicum cogere, quo impia haereticorum dogmata evelli, depravati fidelium mores emendari, et suus Catholicæ Ecclesiae nitor restitu posset, hac de cause novem se abhinc menses legatum huc ab eo missum fuisse, ut quam celerrime Patres negotium hoc religionis aggredierentur, postea causas exponit alias a nobis relatas, quapropter ad hunc usque diem Sacrosancti Concilii initium fuerit dilatum.

(1) Ut racemos post vindemiam colligamus, nonnulla hic addenda suppetunt, non ex historico utcumque recentiori, sed ex prisca acuclorū eius Concilii scriptoribus decerpta. PP. Marten et Durando Veter. Monum. 10. VIII evulgarnit Diarium Actorum Concilii sub Pio IV, auctore Torello Phola de Poggio Feulano, qui cum Simone Pasqua Lunensi Sarzanensi episcopo ad Tridentum se conferens ibidem ad exitum usque Concilii substitut. Narrat ille prima geosera congregatio adfuisse patriarchas Iunos, archiepiscopos sex, episcopos nonaginta. Die XVI Januarii perveniens Tridentum Guillermum Mantuense ducem; die vero XVIII ejusdem Joannem Trevisanum patriarcham Venetum, eademque pariter die, quo et prima Concilii sessio est habita, Georgium Dracovitum episcopum Quinqueclesiensis a Ferdinandō Cæsare, ut orator regis Hungariae, missus. His ergo episcopis nec majori numero primam Concilii sessionem coahuisse censeo.

In historia rerum, post primam congregationem habitam statim post sessionem primam omisit annalista adventum cardinalis Alaeamps Germani et quem Pius quartuor cardinalibus Coacilio presidentibus quatuor adject. Hunc Tridentum perveiisse die XXX Januarii idem Phola testatur.

Eodem quoque Phola auctore, Pragensis episcopus legatus missus est ad Concilium a Ferdinandō, non quidem ut Cæsare, sed ut rege Bohemia et, archiduce « ut Pragensis nominis et ut procurator pro invictissimo Cæsare regni Bohemiae et archiducatus Austriae ». Legatorum vero orationem recitat Phola eamdem, quam apud Labbeum in collectione sua extare annalista hic animadverterit. At illa qua ego utor Labbei editio Veneta, anni MDCCXXXIII, lomo XX, col. 413 eam tantummodo exhibet orationem, quam in altera sua ad patres Concilii admissione die XXIV Februario unius ex legis, episcopus Quinqueclesiensis, habuit. Nihil vero hic lego de oratione, quam legali pro Concilio recitariunt, cum primum ad patres introducti sunt, die VI Februario. Ingegne tamen fatendum est orationem, que primo habita est a legatis die VI Februario, eamdem pene fuisse cum illa quam iterum in conspectu patrum venientes die XXIV Februario produxerunt, teste

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sign. num. 3248. in Actis Congreg. I. ante 1. Sess.

Describuntur eæ accuratissime subjectis verbis ab Angelo Massarello<sup>1</sup>, qui Concilio a secretis fuit:

« Illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis Mantuanus exposuit causas, propter quas celebratio Concilii usque ad hoc tempus dilata fuit, cum prælibatus Sanctissimus in Christo pater et dominus noster Dominus Pius papa IV, Concilium hujusmodi in hac civitate Tridentina in die festo Resurrectionis Dominicæ anni MDLXI, proxime preteriti celebrandum indixisset, prout in ejus litteris latius apparet, scilicet eo quia ea die pauci admodum prælati ad hanc civitatem Tridentinam convenerant, ideo ejus celebrationem, usque dum frequentes Patres adesserent differri necesse fuit, verum cum Sanctitas sua postmodum decrevisset illud celebrari, statim postquam præfatus illustrissimus et reverendissimus D. cardinalis Simonetta Tridentum applicuisse, medio ejus tempore reverendus dominus Zacharias Delphinus episcopus Pharensis apud Cæsaream Majestatem nuntius Apostolicus per suas litteras ipsis illustrissimis et reverendissimis dominis sacri Concilii præsidentibus et legatis significavit, oratores ejusdem Cæsareæ majestatis affuturos hic ad Concilium ad diem XV presentis mensis Januarii, ex quo ut hoc sanctissimum opus majori cum existimatione fieret, ipsis illustrissimis præsidentibus visum tunc fuit, ipsis oratores expectando esse, qui cum non venerint, illius celebrationem ulterius differandam non esse arbitrati sunt, et propterea illius celebrationem in diem Dominicam proximam, quæ erit XVII præsentis mensis Cathedræ Romanæ B. Petri Apostolorum principis consecrata, faciendam decreverunt, in quo die ea quæ in publicis sessionibus peragi consueverunt, peragentur, conceptis jam verbis, quæ pro decreto ipsius sessionis in ipsa die publicari debuissent, per reverendissimum D. Angelum Massarellum episcopum Thelesinum ipsius sacri Concilii secretarium, an eis placerent recitandis (1) ».

5. *Prima sessio sub Pio IV celebrata, et decreta in ea lata.* — Rogati Patres an vellent primam sessionem præscripto die sacro Cathedræ Sancti-Petri celebrari, alque in ea promulgari Concilium ad Numinis gloriam Christianæque rei amplificationem Tridenti rite esse congregatum; collectis omnium sententiis consenserunt. Confluxerat Tridentum magna præsumulm multitudine, maximæque inde spes provehendæ rei Catholicæ conceptæ, flexu vero temporis Patrum numerus vehementer auctus est, ut de eo Astulphus Servantius<sup>1</sup> Actorum Concilii scriba, haec referat :

« Hic convenere (scilicet Tridenti) quinque primum cardinales, præsidentes et legati Concilii pro sanctissimo domino nostro papa Pio IV Pontifice optimo, duo similiter cardinales Lotharingius et Madritius, patriarchæ tres, archiepiscopi viginti quinque, episcopi centum sexaginta, abbates septem, generales septem, cum theologis centum et ultra sacerdotalibus et regularibus, et cum Ferdinandi Cæsariorum regis Gallia, Hispaniarum, Portugalliae, Hungarie, Bohemiae, Poloniae, Venetiuarum, septem Cantuarij, Helvetiorum, Bavariae, Florentiae, Sabaudiae et aliorum principum Ecclesiasticorum oratoribus ».

Cum affulisset felix dies sacer Cathedræ S. Petri, ad primam Sessionem celebrandam instructo agmine, cuius ordinem describit Paleottus<sup>2</sup>, ad princeps templum itum est :

« Advenit dies xviii Januarii primæ sessioni præfinita, cuius ordinem ritumque diligenter referendum existimavi, quando hinc cæteris etiam tum sessionibus (actiones olim vocabantur) tum publicis supplicationibus quæ postea secute sunt, satisfiet.

« Convenierant summo mane cardinales et prælati in templo D. Petri, ibique sumptis pluvialibus et Mithra cœptum fuit iter ad cathedralē Ecclesiam S. Vigili. Preibant canonici Ecclesiae, inde abbates, episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, oratores Ecclesiastici, quando his solemnibus aderant.

« Post hos dux Mantuae incedebat, qui bi-duo ante Tridentum venerat : deinceps cardinales, inter quos Madruclius sericam albam mitthram, reliqui legati mitthram textili auro gerabant. Ille laicorum oratorum locus erat.

nales, inter quos Madruclius sericam albam mitthram, reliqui legati mitthram textili auro gerabant. Ille laicorum oratorum locus erat.

« Post sequebantur generales religionum, auditor Rota, advocatus, promotor, magistratus civitatis, et permixti, deinde quamplures nobiles. Illicet incedendi mos in aliis deinde solemnibus supplicationibus quæ variis occasionibus habite fuerunt servatus est.

Ubi perventum fuit ad Ecclesiam, cardinales insigiori loco altari ipsi proximo purpureo stragulo magnifice ornato, adjecto post eos duce Mantuae, collocantur; oratores Ecclesiastici ad sinistram, inferioribus tamen sellis, laici contra. Prælati ceteri disposita aequali loco subsellia, eodem ordine, qui in Congregationibus servatur, arripunt. Mantuanus ipse missam solemní pompa, quod primum fuit sacram ab eo publice peractum, reliquis deinde sessionibus alii prælati, queis mandatum, de more, celebrarunt. Ille sacra concio, quæ legatorum arbitrio, ut resferebat, distribuebatur. Eo die a Gaspare et Fosso Ordinis Minimorum archiepiscopo Reginensi, satis pie fuit oratio habita<sup>1</sup>, quam ex collectione Lovaniensi acceptam Philippus Labbe Soc. Jesu XIV Concilio rum a se nuper editorum tomo inseruit, e qua delibanda a nobis visa est præcipua ejus particula quæ inconcussam incorruptamque fidei Romanæ Ecclesiae puritatem, hæreticorumque calumniis ipsam lacerantium impietatem demonstrat.

« Haec sancta et Apostolica omnium Ecclesiarum Christi mater Ecclesia, quæ per Dei gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunquam recessit, nec hæreticis pravitatibus aliquando succubuit, sed ut in exordio fidei Christianæ normam accepit, ab auctoribus suis Apostolorum principibus, eam illibatam semper servavit juxta ipsius Domini pollicitationem, qui ejus discipulorum principi ait : *Petre, ecce Sathanas expetivit te, ut cribaret sicut triticum. Ego vero rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Sola hæc Ecclesia nunquam fuit erroribus depravata, nec ad eam, ut Cyprianus ait, accessum potuit

<sup>1</sup> Ms. card. Pii Anctore Astulpho Servan. ser. tern. I. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 186. fin. Ael. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sigu. nom. 3218. in Actis sess. I. sub Pio IV.

Phola in suo Diario, « habitis aliquibus verbis fere ejusdem tenoris, prout supra habuerunt orationem », Cælerum errat Labbeus asserens orationem a se productam recitatam fuisse ab episcopo Quinquecclesiensi, ut Casariorum regno Hungarie oratore. Phola etenim in Diario scribit die illa Februario episcopum Quinquecclesiensem exhibuisse « mandatum imperatoris, quo constituit eum procuratorem nomine imperii pro rebus Hungarie ». Venit igitur nomine imperii ut Hungaria rebus provideret.

Quæ vero scribit annalistæ hic num. 21, de ordine, quo in sessione Concilii secunda sub Pio IV recitata sunt mandata legatorum imperatoris et regis Lusitanie, ambigibus quibusdam intricata sunt. Cum enim primo ad patres venissent legati imperatoris, ut regis Bohemicæ et archiducis Austriae, quo nomine, coram patribus sese statuerunt die vi Februario, die vero die ix ejusdem auditus pro Concilio legatus regis Lusitanie, denum, die xxv ejusdem mense, apparuerunt legatus imperii pro regno Hungarie; eo pariter ordine producenda videbantur in sessione Concilii corundem legatorum mandata. Id sane iniquum visum est legato regis Lusitanie, qui proferre litteras suas di recusavil, teste Phola; sed ea denum lis ita composta est, ut ita tunc in sessione legentur singulorum oratorum litteræ patentes, ac si tunc primum audirentur a patribus, priori lectione in congregationibus habita, vel neglecta, vel dissimulata; atque ita factum, ut Lusitanus litteræ post trium legatorum Cæsareorum litteras exhiberentur. Haec Phola.

MANSI.

habere perfidia. Defecit Hierosolyma, ubi Jacobus, Asia ubi Joannes, Achaia ubi Andreas, India ubi Thomas, *Æthiopia* ubi Matthæus, Persia ubi Judas, Phrygia ubi Philippus. Defecerunt et aliae, quibus Christi et Apostolorum discipuli præfuerent. Sola hæc Apostolico culmine insignis a fide et veritate nunquam declinavit, ut a Domino promissum est, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Si portæ inferi, quæ sunt hereses, et falsæ doctrinæ non sunt contra eam prævalitatem, cur hi impudenti ore tandem in erroribus illam fuisse proclamant? nemo dicat Deum se habere Patrem nisi hanc Ecclesiam Matrem agnoverit, etc. »

His subdit Gabriel Paleottus : « Inde precatiōnibus multis summa cum ceremonia adhibiti, atque Litanīis sacrisque canticis ad Spiritū sancti gratiam implorandam pie fusis, cæterisque omnibus antiquo ritu ex Pontificali libri lege confectis, legati omnes ad altaris suggestum, ubi usque ad sessionis extrellum e regione prælatorum assidere solebant, se transstulerunt. Tum episcopus Telesinus secretarius ex superiori loco Bullam <sup>1</sup> sanctissimi domini nostri Pii IV recitat̄ de Conciliū hujus celebrazione editam III kalend. Decemb. <sup>1561</sup>, simulque ejusdem Diplomate in cardinales legatos ad sanctam Synodus ». Quorum primo VI idus Martii exarato legatio ipsis committebatur. Secundo xx Martii superioris anni consignato instructi sunt auctoritate ad facultatem perlegendorum librorum hereticorum presulibus, theologis virisque eruditis, qui Tridentum convenerant, conferendam. Tertio auti sunt potestate ad conciliandos clām Ecclesiae eos, qui se haereses laqueis irretiissent. Quarto <sup>2</sup> vero ad succidendas de loci honorificentioris dignitate contentiones, sedium servandarum ordo ita describebatur :

« Ad tollendam omnem controversiarum materiam, quæ inter prælatos ad celebrationem sacri OEcumenici et generalis Concilii in civitate Tridentina pro tempore congregatos super eorum præcedentia forte jam sunt exortæ, et in dies oriri possunt, volumus, ac vobis per presentes mandamus, ut omnes et singulos prælatos prædictos, videlicet venerabiles fratres patriarchas primo, secundo archiepiscopos, tertio autem loco episcopos, in quibusvis actibus publicis, secundum gradum et ordinem suarum ad eorum Ecclesias promotionum, ita quod qui prius promotus ad eas fuerit, in suo quisque ordine prior existat, incedere, sedere, ac locum habere, nulla habita ratione ad ipsorum dignitates primitiales (sive veræ, sive prætensiæ illæ fuerint) auctoritate nostra faciat, studioseque et diligenter curelis, atque pro vestra prudentia

ac pietate geratis, ut cuncta istic concordibus animis in virtute Spiritus sancti, cum Dei omnipotentis honore atque timore, quiete feliciterque procedant, non obstantibus, etc. ult. Dec. <sup>1561</sup>, Pont. nostri an. II ».

6. Non propterē sedatae controversiae, nam inter alias Bracharensis archiepiscopus gravissime postea questus est suæ Ecclesiæ dignitati detrahī, dum inferiore loco sedere cogeretur, quam subditī sibi archiepiscopi sederent, quam sederet Rossanensis archiepiscopus, qui nullos sibi obnoxios habebat episcopos, quam Antibarenensis et alii archiepiscopi, quorum Ecclesiæ Turcicae erant servitū pressæ, quare promulgavere <sup>1</sup>, nullum exinde primatibus præjudicium damnumve allatum iri, cosque dimisso Concilio pristinæ dignitatis splendorem retenturos :

« Declaramus, inquiunt, quod mens sanctissimi domini nostri et nostra est, quod per hoc decretum nulli jus de novo acquiratur, nullique præjudicium generetur, nulliusque jus in proprietate, seu possessione lèdatur, atque demum in omnibus, et per omnia, unumquemque primatē verum vel prætensum in eodem statu post hoc Concilium remanere, in quo antea permanebat ».

7. Hoc decretum paulo post Pius IV subiecto Diplomate <sup>2</sup> confirmavit :

« Dilectis filiis Jacobo Sanctæ-Mariæ in Via, Puteo, et Herculi Sanctæ-Mariæ Novæ, de Mantua, ac Hieronymo Sanctæ-Susannæ, Seripando, et Stanislao Sancti-Laurentii, ac Ludovico Sancti-Cyriaci in Thermis, Simonettæ, titulorum presbyteris, neconon Marco Basilicæ XII Apostolorum Diacono de Altempo nuncupatis, cardinalibus nostris, et Apostolicæ Sedis de latere legatis, Pius PP. IV.

« Dilectis filiis nostris, salutem et Apostolicam benedictionem.

« Nuper ad tollendam controversiarum materiam, quæ inter prælatos ad celebrationem sacri Concilii in civitate Tridentina pro tempore congregatos, super eorum præcedentia jam forte tunc exorta fuerat, et in dies oriri poterat, per nostras in forma Brevis litteras, vobis mandavimus, ut omnes et singulos prælatos prædictos secundum ordinem suarum ad eorum Ecclesias promotionum, in quibusvis actis publicis incedere, sedere et locum habere, nulla habita ratione ad ipsorum dignitates primariales, sive veræ, sive illæ prætensiæ fuerint, auctoritate nostra facerentis, prout in eisdem litteris plenius confinetur. Cum autem, sicut accepimus, vos, ne dubitari possit, an ex litteris nostris præjudicium aliquod hujusmodi generaretur primatibus supradictis in proprietate

<sup>1</sup> Ext. apud Astul. Servantium Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109. p. 172. — <sup>2</sup> Ext. in Bull. const. 24. et in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. in act. congr. I. ante sess. 1.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. — <sup>2</sup> Act. per Astulph. Secr. Ext. in Actis Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1386. Ult. decembr. 1631. an. 2. Vid. bul.

seu possessione primatiarum, seu verarum, seu prætensaruin, per quoddam nostrum rescriptum, sive documentum declaraveritis, quod ea mens nostra fuerit, prout etiam est, ut per easdem litteras nostras nullum jus de novo acquiratur, nullumque præjudicium generetur, nulliusque jus in proprietate vel possessione lœdatur, alque demum in omnibus, et per omnia, unumquemque primatum verum vel pretensu in eodem statu post ipsum Concilium remanere, in quo antea permanebat, sicut declarationem hanc a vobis, ut præfertur, factam, et aequam, et rationi consonam esse censemus, ita juxta animi mentisque nostræ voluntatem processisse attestamur, illam, et in eo rescripto seu documento ipsam concernientia contenta quæcumque, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus, illisque nostræ perpetuae firmitatis robur addimus, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub anno Piscatoris die xiv Februarii M.DLXII, Pontificatus nostri anno III.

8. At de his satis : nunc ad Acta a Gabriele Palæotto conscripta revocetur oratio. Post quæ (scilicet lecta in sessione Pontificia Diplomata) prælatus ille qui sacrum operatus erat (hoc autem die archiepiscopus Reginensis præter ordinem id minus fecit) procumbens ad legatorum genua pugillare a manibus eorum excipiebat, ubi decreta pridem a Patribus examinata et firmata, et in eadem sessione publicanda continebantur. Inde ex suggesto clara voce primum decretum recitat.

Conceptum porro erat subjecta verborum forma illud decretum :

« Placet-ne vobis ad laudem et gloriam sanctæ et individuae Trinitatis, Patris, et Fili, et Spiritus sancti, ad incrementum et exaltationem fidei et religionis Christianæ, sacram OEcumenicum et generale Concilium Tridentinum in Spiritu sancto legitime congregatum ab hodierno die, qui est decimus octavus mensis Januarii an. a Nativitate Domini M.DLXII, cathedra Romana B. Petri Apostolorum principis consecrato, sublatâ quacumque suspensione juxta formam et tenorem litterarum sanctissimi domini nostri Pii IV. Pontificis maximi celebrari, et in eo ca debito servato ordine tractari, quæ proponentibus legatis ac præsidentibus ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de Religione controversias, coercendas linguis dolosas, depravarorum morum abusus corrigendos, Ecclesiae veram atque Christianam pacem conciliandam, apta et idonea ipsi sanctæ Synodovidebuntur? Responderunt : Placet ».

Hæc omnia referunt etiam Acta typis cusa; verum Manuscripta<sup>1</sup> Gabrieli Paleotti auditioris Rotæ de archiepiscopo Reginensi loquen-

tia subjiciunt : Decreto recitato subdebat in fine hæc verba :

« Illustrissimi et reverendissimi domini ac amplissimi Patres, placent-ne hæc omnia vobis? ad quæ statim ipsi legati respondebant : Placet, aut si quid aliud eis occurrebat. Subinde secretarius Concilii singulorum Patrum vota coram notariis sacrae Synodi ordine scrutabatur, qui singula, prout a Patribus, seu voce, seu scripto tradebantur, in Acta redigebat. Latis suffragiis omnia a secretario et notariis, ipsis legis renuntiabantur. Et si decretum ipsum ab omnibus aque receptum fuisset, tunc primus legatus sacrae Synodo palam claraque voce contestabatur : Decretum approbatum est ab omnibus, nemine discrepante, gratiæ agenda sunt Deo. Quod si discors aliquorum sententia fuisset, id quoque ab ipso legato ita proferebatur : Decretum approbatum est ab omnibus, exceptis aliquibus, qui cuperent in eo nonnulla tolli, sive apponi, seu mutari, aut quid hujsmodi, statimque dissentientium suffragia, prout excepta fuerant a secretario palam legebantur, ita ut quilibet sententiam suam non obscure posset recognoscere. His et inferiorum sententiarum quas per syngrapham ferebant, dum tamen decretis examinandis interfuissent, adjungebantur. Post quæ secundum decretum eodem ordine rogatis Patrum sententiis promulgabatur, mox tertium, et deinceps reliqua, singillatim suo loco sanciebantur, ita tamen ut uno decreto, seu rogatione omnia, quæ ejusdem argumenti erant, sive ad dogmata, sive ad mores pertinenter, multis disjecta capitibus continerentur ».

Tradunt vero Acta<sup>1</sup> in hac prima sessione, sive primo Patrum consessu promulgatum hoc secundum decretum fuisse :

« Placet-ne vobis proximam futuram sessionem habendam et celebrandam esse feria quinta post Secundam Dominicam Quadragesimæ, que erit dies xxvi mensis Februarii? Responderunt : Placet.

« Quibus absolutis, promotor Concilii absentium prælatorum contumaciam accusabat, inde omnes protonotarios et notarios ibidem præsentes rogabat, ut omnia in ea sessione gesta in publica redigerent documenta. Extremum illud sessionis erat, Hymnum *Te Deum laudamus* summa cum exultatione canere, post quem cum benedictione Patres omnes dimittiebantur. Hæc in omnibus sessionibus eodem fere modo observabantur, excepta procedendi pompa quæ hac die ad felicioris et augustioris initii significationem adhibita fuit, in aliis post omissa, cum salis esset die sessioni præstituto, prælatos in Cathedrali ipsa Ecclesia convenire, ubi sacro missæ confecto tunc demum pluvialia mithrasque desunebant ».

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 20.

<sup>1</sup> Acta Conc. Trid. sess. 17. que prima sub Pio IV.

Hactenus Gabriel Palavottus<sup>1</sup>, qui nomina eorum, qui interfuerūt huius primae sessioni recenset, cui consentit Astulphus Servantius Septempedanus, Angeli Massarelli episcopi Theslini, qui Concilio a secretis erat, scriptor, qui Acta Itatice quidem, sed accuratissime scripsit, ac insignia Monumenta Latinis verbis concepta in Concilii Diaria retulit, ac de prima congregatio generali post memoriam sessionem coacta, deque illius gestis haec narrat<sup>2</sup>:

*9. Articuli adoptati tum de admittendis in Concilium haereticis, tum de tollendis dissensionibus inter oratores principum. — « Congregatio prima generalis, post primam sessionem habita est xxvii Januarii in ædibus cardinalis Mantuani, in qua propositi fuere subjecti articuli.*

In prima præterita sessione declaratum est, et communī omnium voto approbatum, perfractandum esse de iis, que necessaria videbantur ad Catholicam fidem stabilendam, atque morum integratēm restituendam. Ut autem hoc Deo duce aggrediamur, visum est magnopere referre ad doctrinam de fide in suam puritatem restituenda, ut libri a variis auctoribus post exortas hereses scripti, atque etiam librorum censura in diversis locis a Catholicis editæ examinentur, de quibus quidquid sancta Synodus statuerit, tanquam sacro-sanctum decretum suo tempore publicabitur, ut ab omnibus absque ulla tergiversatione custodiatur; super qua re, quicumque pro ejus faciliori explicazione aliquid afferre voluerint, libenter audiatur.

Ad hanc rite dijudicanda, ut vocentur omnes, ex decreto Sanctæ Synodi consentaneum fore existimavimus, ad quos istarum rerum aliqua pertinere quoquo modo possunt, ne deinceps inauditos se esse condemnatos excusari possint.

« Non abs re quoque putavimus esse, omnes, qui in hereses quascumque lapsi sunt, et adhuc irretiti sunt, ad penitentiam invitare; tum salvi conductus ampla concessione de promissione magnæ, et singularis clementiæ, et benignitatib; modo redant ad cor, et sancta Catholica Ecclesia divinam potestatem agnoscent, securos reddere.

Tam super modo facilioris expeditionis, examinis librorum et censurarum, quam super aliis que sequuntur, Patres, postquam hujus scripti exemplum accepérunt et consideraverint, dicent suas sententias in congregacione».

Proposuit cardinalis Mantuanus<sup>3</sup>, an proposito edicto haereticorum signiferi, ut Joannes Calvinus, Brentius, ac Jocabus Andreas evocandi essent ad Concilium, ut eorum impietas palam revinceretur, ne posthac quererentur, se

inauditos damnari; verum plures dissensere, ne impietas virus, vel arcānis, vel publicis colloquiis, vel concionibus simplicibus afflarent: ac licet subjeceret cardinalis legatus, tantam iis Tridenti licentiam non permissum iri, sensere tamen præsules, pervicacissimos haeresiarchas, licet firmissimi argumentis revincerentur, eorumque nānīa dissolventur, tamen eos impudentissimis mendaciis victoriā ac triumphum sibi arrogaturos, itaque ne latius venena spargant, singulare nomine non accersendos. Ut vero publica syngrapha liberi commeatus, tum Protestantibus, tum aliis haereticis, ut accederent ad Concilium si vellent, data sit, dicetur inferius. Nunc quæ medio tempore gesta sint prosequamur.

10. Quo die prima sessio celebrata fuit, Tridentum accessit Georgius Drascovitus episcopus Quinqueclesiensis doctrina maxime conspicuus a Ferdinandino Cæsare Hungaria regni nomine orator missus, ultima vero Januarii Antonius Mugilitius Moravus archiepiscopus Pragensis ejusdem Ferdinandi, ut Cæsar, orator, quem paulo post decima nempe Februarii secutus est Sigismundus a Thun, sive Tun, quæ eadem est ac Roma nobilis familia Capisuechia, ut ostendit Armannus<sup>4</sup>, qui una cum Mugilitio imperatoris nomine apud Tridentinos Patres orator fuerat declaratus; Mugilitius itaque ac Drascovizius, sublati prudenter a Patribus difficultatibus, quæ de digniori loco obortæ fuerant, die sexta Februarii excepti fuere, ubi post exhibitas Ferdinandini litteras, egregiam, ut scribit Pallavicinus, Drascovizius habuit orationem, quam vel aliam ab ea, quam ex collectione Lovaniensi edidit novissime Philippus Labbe Societatis Jesu tom. XIV Conciliorum, asseritur que sub die xxvi Februarii confectam, dicendum, vel aliqua tunc prætermissa, nempe quæ de Sigismundo a Thun oratore, veluti praesente loquitur, cum nec Tridentum adhuc pervenisse compertum sit, que postea die xxvi Februarii addiderit, cum in sessione secunda omnes pariter iterum fuerant admissi, ex qua tamen oratione quadam hic delibare visum fuit, lectorem ad ipsum Labbe remittendum, si eamdem integrum ac simul epistolas inspicere optabit. Est autem hujusmodi:

« Si vobis, illustrissimi legati, præclaræ domus, quæ est Ecclesia Dei, optimi fortissimique cardines huius sacrosanctæ generali Synodo divinitus dati ac donati præsidentes, vosque Patres ac pastores amplissimi, atque vigilansim; si vobis, inquam, Ferdinandi Cæsar, Augustissimi fides, pietas, vita propemodum angelica, ac in retinenda defendendaque Christiana Catholica religione perpetuae vigiliæ, labores plurimi, indefessumque omni tempore

<sup>1</sup> lb. p. 21. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. 1109, 22. per Astulph. Serv. — <sup>3</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal.

<sup>4</sup> Vinc. Arm. de Fam. C.

studium, jam antea perspectissima non essent, crederem quidem me, si haec sciens tacerem, non modo accusandum merito, verum etiam tanquam omnes impietatis limites dolose transgressum, jure optimo damnandum esse. Verum quia optimi Catholicique Cæsaris rarae et inaudite virtutes vobis notiores sunt, quam ut a me in medium proferri debeant, haec tanta, tamque præclarata, et plane cœlestia dona in hoc nobilissimo omnium Christianorum principum capite, stellarum instar micantia, maxima admiratione veneranda rectius, quam oratione splendidissima etiam celebranda esse merito existimaverim. Ac nisi hunc talem tantumque nobis imperatorem Deus pro sua benignitate dedisset, infelix profecto infinitis prope malis afflita, haec nostra tempestas, et esset, et haberetur. Gratias itaque Deo aeterno supplex agere debebit, quod illi præter ullum meritum hic alter Constantinus Catholicus obtigerit. Nam per Deum immortalem, nonne vere Constantiū aut eo etiam majorem dixeris, qui ante aliquot sæcula hæresis vel schismatis injuria collapsas Ecclesias, imo vero penitus deletas, hisce calamitosissimi temporibus nova liberalique fundatione restaurata, collegia et cœnobia eversa soloque aquata reparata, et nova etiam magna impensa exadäficata, clerum denique ipsum cum orthodoxa religione in plerisque locis extinctum non sine maximis et incredibilibus sumptibus pristino splendori restituere omnibus viribus annuitur? Sed ne curiose magis explicare, quam strictè quædam attingere voluisse videar, illud unum hoc loco dicam, et vere quidem laudatissimi hujus imperatoris cura atque opera perfectum esse, ut multorum scelere deformata religionis nostræ facies suum decus, suum nitorem recuperare posse videatur. Jam vero quantum illud est, quod ut Christianos e Turcarum fauibus eripere, eosque a sævissima illorum tyrannide in libertatem asserere possit, nihil eorum quæ ad hanc rem recte ac laudabiliter gerendam adhiberi debeat, omittit, sed continuis bellis, magno studio, incredibili cura, ita se impio illorum conatu opponit, ut quod Germani, quod Itali, quod Galli, quod Poloni, quod aliae prope omnes gentes securius vivant, id ipsi uni secundum Deum acceptum referre debeant. Quis enim est in orbe Christiano locus, quem non Turcarum rabies jam olim pervagata esset, nisi hic tamque pius imperator, se suosque Christianos liberos hinc pesti objecisset, ejusque impetum solus ex omnibus Christianis principibus sustinuerit? Sed haec ejusmodi sunt, ut nullis verbis, nulla ratione satis explicari posse videantur. Atque hunc quidem imperatorem omnium virtutum heroicarum cumulatissimum thesanrum, si vobis, Patres laudatissimi, hic coram intueri licet, verbis exprimi non potest, quanto gaudio perludere-

mini: vicissimque ne cogitatione quidem completi possum, quali quamque inexplicabili lætitia sua Cæsarea majestas afficeretur, sin in hoc augustinissimo loco eum, in quo olim paracletus ille Spiritus sanctus sub ignitarum linguarum forma visibilis apparuerat representante, tot doctissimorum ac religiosissimorum, imo vere Apostolicorum locum tenentium Patrum venerandas facies praesens insiperet, sibi certe temperare non posset, quin in omnium vestrum sancta oscula rueret; imo quo est in rem Christianam studio ipsamet majestas sua huic libenter venisset, si propter plurimas, easdemque gravissimas, sacri Romani imperii regnorumque et dominiorum suorum occupaciones in praesentiarium sue majestati id facere licuisset. Ne tamen interim quidquam, quod in hac parte muneri Cæsareo incumbit, omitteret, voluit sua majestas oratores et commissarios suos ad hoc sacrosanctum OEcumenicum Concilium tempestive et ante omnes alios Christianos principes mittere, qui et personam suam referrent, et cum plena auctoritate et mandato, nomineque et loco majestatis sue celebrationi hujus sacrae OEcumenicae Synodi interessent, quemadmodum haec et alia multa præclara, que in mandatis habebant R. D. archiepiscopus Pragensis, et magister D. Sigismundus a Thun majestatis sue oratores hic praesentes illustrissimis dominis legatis privatum luculenta oratione exposuerunt. Ex his itaque, quæ jam dicta sunt, antistitis amplissimi, manifeste appareat, quo studio quamque propensa voluntate sit ejus majestas in hanc sacram Synodus, praesertim vero, cum non solum ab eo, qui modo universam illustrat Ecclesiam Pontifex maximus, vere Pio IV, verum etiam ab aliquot sua Sanctitatis predecessoribus Pontificibus maximis pia memoriae, magna contentione petiverit, ut jam tandem majorum suorum exempla seuti, convocato veteri de more generali Concilio, extirpatisque hæresibus, Christi fidelium salutis propiscerent. Quamvis sanctissimus quoque dominus noster, piissimus pastor, statim in ipso Pontificatus sui felici initio ante alias omnes gravissimas urgentissimasque euras hanc data opportunitate in primis de congregando universali Concilio, spinisque ex agro Domiuico resecandis pro sibi innata pietate et sapientia ultra suscepérat; id quodjam sanctitatem suam laudatissime, omniumque Christi fidelium mirifice applausu re ipsa praesclare cernimus. Pater cœlestis, serva haec orbis Immortalis, quæ ad conservandam tuendamque rem publicam Christianam, imo vero preioso Filii tui Domini nostri Jesu Christi sanguine acquisitam Ecclesiam, virtutibus pietatisque studiis cumulata, ita conjuncta esse voluisti, ut alterum in altero cernere liceat.

« Quod Sanctitatis sua præclarum summum-

que Pontifice ac pastore dignum, universoque orbi Christiano salutare studium, cum non sine magna animi voluptate Christianissimus imperator videret, sua quoque majestas Cæsarea, tanquam primogenitus Ecclesie Catholicae Sedisque Apostolicae addictissimus filius, hoc sacrosanctum OEcumenicum Concilium, quod in Spiritu sancto rite ac legitime congregatum agnoscit, pro Cæsareo suo munere, quotiescumque res postulaverit, ab omnibus injuriis tueri, manuteneare, atque defendere sese promptam ac paratam benigne offert. Quo autem hanc suam voluntatem ejus majestas magis testatam faceret, non solum, ut imperator Romanorum, ac Bohemiæ rex, et archidux Austriae hos graves et præstantes, munerique huic obeundo maxime idoneos viros, quos coram cernitis, oratores suos huc mittere dignata est, sed etiam quatenus est rex inclytae Hungariae, antiquissimi illius et nobilissimi Christiani orbis propugnaculi, me, licet immeritum, huic sanctissima Synodo nomine suo regio, cum plena auctoritate et mandato interesse voluit». Et paucis interjectis: « Postremo ut ex officio meo, et illustrissimorum ac reverendissimarum amplitudinum vestrarum expectatione satisfaciam, litteras plenæ auctoritatis et mandati regis mei reverenter exhibeo, orans, ut et illas in hoc ornatissimo consessu, pro recepta jam consuetudine, publice perlegi facere, et me cepta hac sua singulari benignitate complecti dignentur ».

Dismissis e coetu oratoribus, de responso iis dando actum est, quod postquam lectum ac probatum fuit, revocatis iisdem in Concilium a Thelesino episcopo sacri Concilii secretario in hunc modum recitationem est :

« Reverendissimi domini, adventus dominationum vestrarum magnam huic sanctæ Synodo letitiam attulit, tum propter maximam benevolentiam, qua Synodus ipsa sacrum Cæsaream majestatem prosequitur, tum propter eum honorem, qui ei ex hac nobilissima potentissimi atque religiosissimi principis legatione accessit. Quare sancta ipsa Synodus dominations vestrarum, quas præstanti virtute ac pietate prædictas esse non ignorat, latè amplectitur atque recipit animis, mandatumque et litteras sue Cæsareæ et regiæ majestatis in hoc loco lectas et recitatas, quantum de jure debet, admittit ». Hoc quidem repetitum fuit a Patribus in secunda sessione die xxvi Februarii.

11. Octava Februarii die habita est Patrum congregatio, in qua legali cardinales, iidemque Concilii præsides, ut rixarum occasiones atque offendicula submoverent, quæ inter regum et principum oratores de poedria sive honorificentiore loco oboriri possent, certas leges aquitati consentaneas, distinctas subjectis capitibus, Patribus proposuerunt.

### *Capita ad tollendas dissensiones inter oratores principum.*

« Illustrissimi domini sacri Concilii præsidentes et legati ad obviandum difficultatibus et dissensionibus, que oriri possent inter oratores, circa eorum præcedentiam decreverunt, ut sequitur :

« Quod in aula Congregationum oratores Ecclesiastici sedeant parte dextera illustrissimorum legatorum, sicut in præcedenti congregatione sederunt.

« Oratores vero laici imperatoris, sive alterius cuiususcum regis sedeant parte sinistra ipsorum illustrissimorum legatorum.

« Dum ex ædibus illustrissimi cardinalis Mantuani itur in Ecclesiam, oratores laici præcedant illustrissimos legatos et Crucem immediate; oratores autem Ecclesiastici subsequentur immediate post illustrissimos legatos ante omnes prælatos, et hoc ordine ingrediantur Ecclesiam.

« In celebratione Missarum solemnum in Ecclesia cathedrali, et in sessionibus, oratores Ecclesiastici sedeant, ubi erat Tabernaculum Corporis Christi prope Altare majus; oratores vero laici sedeant e regione illustrissimorum legatorum.

« Pax et incensum detur prius oratoribus Ecclesiasticis, deinde oratoribus laicis, deinde prælatis.

« Dum imponitur cinis, quia prælati omnes sunt cum mithris et pluvialibus, primo accedant oratores Ecclesiastici, deinde cæteri prælati, et post prælatos mithratos accedant oratores laici.

« Oratores Ecclesiastici, si dicere volunt eorum sententias in congregationibus et sessionibus, quia tunc loquuntur ut episcopi, non ut oratores, loqui debeant juxta ordinem suarum promotionum ».

12. *Oratoris regis Lusitani sermo et responsio.* — Nona Februarii die, eademque feria secunda habita est congregatio generalis<sup>1</sup>, in qua Ferdinandus Martinus Mazcarenius, Sebastiani regis Lusitanæ orator, qui nudius tertius Tridentum accesserat, exceptus est, productis ab eo regiis litteris quibus Sebastianus ad tuendam amplificandamque religionem flagrantissima studia explicabat. Habila est oratoris nomine perelegans de eximiis regum Lusitanæ gestis, propagaloque ab iis Christiano imperio, commendata Pontiticis in cogendo Concilio pietate, oratio, cuius potiorem partem suis conceptam verbis subiecimus<sup>2</sup>:

13. « Sanctissimi domini nostri Pii IV Pontificis, et Apostolicae dignitatis fastigio, et animi

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Astulph. Ser. p. 24. Vide ea cap. Lab. to. xiv. Conc. p. 1143. — <sup>2</sup> Ap. Labb. to. xiv. Conc.

ornamentis vere maximi, laudibus nulla sane par ullo unquam tempore oratio poterit reperiiri, qui ut excellens in Christianam rempublicam sue unius curae sollicitudinique divinitus traditum studium testaretur, cum primum fuit Pontifex maximus declaratus, ut quod salutari auspicioato plane nomine pollicebatur, adhibita inveteratis Ecclesiae malis medicina praestaret in Concilii celebrandi ratione, quo uno remedio omnium mentes ad sanitatem reduci posse videbantur, omnes suas curas cogitationesque ab ipso summi Pontificatus exordio collocavit; cuius cum pios conatus et paternae pietatis viscera prospicerent hi, quos ille, et nuntiis, et amantissimis litteris ad hanc urbem ad OEcumenicum Concilium celebrandum adhortabatur, convenerunt frequentes, ut videamus, et ut speramus, non modo illius auctoritate, sed hujus etiam sanctissimi conventus exemplo celebritateque incitati, frequentiores in dies convenient, et hujus sacrosanctae Synodi dignitatem sua pietate magis illustrabunt. Quod si OEcumenicorum Conciliorum auctoritas sanctorum litterarum monumentis non tam diserte esset comprehensa, quis tamen sobriae sanque mentis erederet, pio tot integerrimorum sanctissimorumque presulum conventui sanctum Dei Spiritum defuturum, qui in medio duorum triumve de pietate agentium se promisit futurum. Cum vero tanta sit sacrorum Conciliorum dignitas et religio, ut que in illis decernuntur, pro divinis oraculis excipiantur ab omnibus, quis sibi non facile persuadeat in omnibus de Christiana religione controversiis eam fore verissimam sentientiam, quam tot Patres matura etate, spectata virtute, exactaque eruditione ornatissimi comprobaverint, et reverendissimi illustrissimique legati divina quadam sorte ad hoc munus electi, qui Pontificio nomine sacro Concilio praeceperint, sua auctoritate confirmaverebant; tametsi vero facile addueimur, ut credamus in eadem sententia ceteros pro sua pietate et sapientia futuros, de nobis tamen possumus id constantius apertiusque profiteri, qui ornatisimo vestro conspectu in tantam Christianam reipublicam sapientissimi vestris decretis constitueret expectationem sumus erecti, ut non modo vestra pietate existinemus fore, ut omnes de religione controversie dirimantur, sed vestra etiam censoria severitate omnium ordinum, sacerdotumque praesertim, qui ceteris scientia et vita integritate praelucere debent, mores ad Evangelica sinceritatis normam dirigantur; que qui sibi ex sacro Concilio non pollicentur, aut quam vim habeant, non perspicuum, aut cuius auctoritate nitantur, non intelligunt. Hos quidem fructus, aut ubiores, etiam postulat a vobis Christiana respublica: hos expectat serenissimus princeps Sebastianus Portugalliae Algarbiorumque rex hujus nominis primus,

qui licet suum in Christianam rempublicam studium satis vobis erederet perspectum et cognitum, ut tamen suam erga sacrosanctum Concilium observantiam illustriore testimonio declararet, ornatissimum virum, quem videtis D. Ferdinandus Martinez Mazcarenium ad hoc sacrum Concilium destinavit non oratorem solum, sed pignus obsidemque perpetua erga sacrosanctum Concilium observantiae et pietatis. Quanta vero cura optimo religiosissimoque principi fuerit OEcumenici hujus Concilii celebrites et amplitudo, testari apud vos poterunt non solum antistes Bracharensis, Conimbricensis, Leriensisque sacrum litterarum scientia, spectata pietate et vita integritate insignes, qui se explicare celerius et maturius in hanc urbem venire potuerunt, sed et qui constitutis Ecclesiarum suarum rationibus aderent ex illius regnis et dominiis, quos omnes Christianae pietatis studiosissimus princeps accurate est per litteras hortatus, ut quam diligentissime possent, se ad matrum profectionem comparent, ne vel jubenti volentique Summo Pontifici segnius parere, vel laboranti Ecclesiae serius, quam cum eorum pietas, tum periculi magnitudo postulabat, adesse viderentur; quæ omnia a serenissimo rege studiosissime sunt curata, partim, ut sue erga sacrum Concilium observantiae satisfaceret, partim etiam, ut clarissimum Portugalliae Algarbiorumque regnum majorum suorum religioni pietatique responderet, quorum res forliter et feliciter gestæ ita semper fuerunt cum publica Christiana religionis utilitate et dignitate conjunctæ, ut tot de fusis profligatisque barbaris regibus victoriis, tot direptis expugnatisque hostiis oppidis, tot arcibus in adverso Numidie Getulique littore ad comprehendendam Barbarorum audaciam erectis, non tam sui imperii fines proferre, quam Christiana religionis gloriam propagare voluisse videantur. Incitabantur illi quidem regii animi excellenti magnitudine, sed ad nativam insitamque eorum propensionem accedebat aculeus ille, quem Alfonsus Primus Portugalliae regni conditor et auctor posteriorum regum animis impressum reliquit. Quod si apud clarissimos Portugalliae reges tantum valuit exemplum perpetua quadam serie, velut per manus traditum, quid vos, amplissimi Patres, expectare par est a serenissimi regis Sebastiani animo, quem non solum superiorum regum illustria exempla, sed recens spiransque adhuc Emanuelis proavi Joannisque Tertii avi memoria ad provehendendæ religionis studium vehementius accendit? quonodo enim potest, vel Emanuelis regis pronopos non iisdem vestigiis insistere, vel Joannis optimi maximisque quandam regis nepos cognitus ab omnibus propemodum, qui hic adestis, illius pietatis exempla minime consecutari? quorum ille subjectis Sedis Apostolicæ imperio tot in

Oriente regnis, provinciis, barbarisque nationibus ejus gloriam longe lateque illustravit, hic vero non modo subactos ab Emanuele felicissimae recordationis rege patre suo populos in officio fideque continuat, sed etiam studio diligentiaque perficit, ut repudiato nefario inanium simulacrorum cultu, Christianæ religionis sacra moresque libenter sequerentur, a quo propaganda nostræ religionis cursu, cum partim fuitimorum Africæ regum infestis excursionibus, partim magnis a Solymanno ad revertendum nostrum in Oriente imperium missis classibus subinde interpellaretur, illorum quidem audaciam temeritatemque gravissimis illatis dannis repressit, hujus vero navales copias in ipso Dii florentissimæ totius Cambajæ regni urbis conspectu ita oppressit, ut Solymannus purpuratorum satraparum apud barbarum et immanem tyrannum gratia et auctoritate longe maximus, qui classi summo cum imperio præferat, multis depressostris tremibus, laceris frumentisque navigiis ægre sit fuga salutem consecutus. Quæ ideo breviter cursimque a nobis sunt commemorata, Patres amplissimi, non modo ut intelligeretis, quanto suorum periculo et sumptu suo clarissimi proferendeque latius Christianæ religionis studiosissimi Portugalliae reges, non in opposite nobis Africæ solum proximis, sed in Asia etiam remotissimis distinssiisque provinciis gravissima periculosisimique bella suscepint, quaque ea vel animi magnitudine gesserint, vel constantia felicitateque confecerint, sed etiam ut cognosceretis, eundem erga sanctam Sedem animum, idem ad Christianam religionem amplificandam propagandamque studium, eamdem erga hoc sacram Concilium observantiam, eamdem denique pietatem expectandam a serenissimo rege Sebastiano, et regia præstantissimæ indolis significatione ad excellentes omnes virtutes propenso, et domesticis imaginibus, clarissimorumque regum illustribus exemplis incitat, qui quod sanctissimo Pontifici suis litteris est pollicitus, hodie cumulate præstat, suumque ad illustrandam hujus sacrosancti Concilii celebritatem studium vobis, amplissimi Patres, hodierna die per D. Ferdinandum Martinez Mazarinum, suum oratorem, virum non solum antiqua generis nobilitate et familia multis Asie Africæque triumphis insigni, sed fide, integritate, cæterisque ornamentiis longe præstantem, effuse pollicetur: sperat autem fore, ut quoties cum de publicis Christianæ religionis, atque disciplinæ, tum de privatis negotiis nostrarum Ecclesiarum, quæ singulari Dei optimi maximi beneficio, nec ab Ecclesia Romanae cæterarum parentis et magistri observantia deflexerunt, nec a veteri recepto que semel cultu recesserunt, apud vos illius orator agere volet (quod pro sua prudentia nonnisi necessariis, aut gra-

vibus certe causis impulsus faciet,) vos cognitis serenissimi regis mandatis eum pro vestra humanitate benigne excipiatis.

41. « Responsum sanctæ Synodi illustrissimo oratori serenissimi regis Portugalliae in ejus comparatione.

« Illustrissime domine orator. Mandalum ac littera serenissimi Portugalliae regis, quæ modo a dominatione vestra exhibite in hoc sacro loco recitate fuerunt, necon ea, quæ ornatisima oratione exposita sunt, huic sanctæ Synodo jucundissimum nuntium attulerunt, eum declararent eximiā et perpetuam quamdam clarissimorum Portugalliae regum, ac præcipue serenissimi Sebastiani regis in Deum pietatem, insigne in rempublicam Christianam studium, ac summam erga hoc OEcumenicum et Generale Concilium observantiam, licet nihil novi huic sanctæ Synodo allatum fuerit. Nemo enim est, cui compertissima non sint pœcilla regum Portugalliae facinora in Christiana religione, veraque Christi fide in Orientis partibus propaganda. Non minor tamen majestati sue majoribusque suis piissimis et clarissimis regibus laus et gloria hac temestate debetur, quod in his calamitosis temporibus, tot dissidiis tolque in Ecclesia exortis heresis, regna et ditionem suam in orthodoxa fide, Ecclesiæque Catholicæ unitate semper (uti vere Christianos principes decet) conservant, quam in barbaris et idolorum cultui deditis nationibus ad veram religionem traducendis. Quamobrem hæc sancta Synodus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi meritas de iis omnibus gratias agit, dominationemque vestram, tum ipsius regis causa, tum ob singularem ejus prudentiam et sanguinis splendorum grato et benevolo animo recipit regium vero mandatum, quantum de jure debet, admittit. »

15. *Articuli exhibiti ab oratoribus imperatoris et responsum legatorum.* — Venerant cum Lusitano oratore eximiū theologi, qui multum virtutis et doctrinae speciem in asserenda fide orthodoxa, refellendisque novatorum erroribus explicare. Proximis diebus magna contentione opera navata in disquirendis rationibus, quibus Protestantes ad Concilium Tridentinumpellici possent<sup>1</sup>, ut depositis erroribus fidem orthodoxam amplectentur, ac reliquo fidelium coetui aggregateantur; id vero opus maxime erat arduum, cum in pertinacia maxime obfirmati esfutirent Conciliorum a Paulo III et Julio III habitorum decreta impia esse, atque adeo a Ferdinando Cesare concordiæ cupidissimo missi sunt subjecti articuli, quos illius oratores legatis cardinalibus decima octava Februarii exhibuere, ut si quo modo præfracla eorum pervicacia deliniretur, tum amplissima liberi com-

<sup>1</sup> Act. per Astulp. Serv. p. 26.

meatus syngrapha ad eos mitteretur, necon abscinderentur omnes occasiones, quas ad declinandum Concilium toties inani ac fallaci specie exputum prälexere affectabant. Monnere etiam arcana Concilii, scriptioesque imperfetas, necum discussas, temere non evulgari<sup>1</sup>:

« Articuli illustrissimis et reverendissimis legatis sacri Concilii presidentibus, per oratores Cæsareæ majestatis die xiii Februario exhibiti.

« Primum omnium, cum ipsi omnes videant instare prædictæ Sessionis prefustum terminum xxii diem presentis mensis Februario, arbitrati sunt suas illustrissimas et reverendissimas dominationes paucis de ipsa Sessione, et aliis quibusdam Sacre Cæsareæ majestatis commonefacere.

« Non ignorant suæ illustrissimæ dominationes Protestantes, seu eos qui ab obedientia Sedis Apostolice discesserunt, omnibus viribus conari, ut qualecunque tandem prætextum inveniant, quo muniti hoc Sacrum OEcumenicum Concilium in Spiritu sancto congregatum subterfugere possint. Et quoniam subterfugi ipsius primam et präcipitam occasionem hinc Protestantes accepturos esse oratores ipsi arbitrantur, si statim ab exordio Concilii in hac prima Sessione, ante decennium intermissionum articulorum continuo facta fuerit, ideoque contendunt, ut omnibus modis hujusmodi occasio präcaveretur, in præsentiarum videretur hac de causa etiam in proxima Sessione continuationis faciendæ nullum argumentum exhibendum esse, quo cum omnium fere regum et principum Christianorum oratores a Sessione abfuturi credantur, ne ex hac quoque occasione Protestantes ipsi exclamare possint, fere solos Pontificios episcopos et Cæsareos oratores rei bene et prospere gerendi spem ademisse, et eripuisse Concilii celebrationi.

« Quare illustrissimi legali cum reverendissimorum Patrum ad hoc sacrum OEcumenicum Concilium congregatorum consensi non inchoationem quampiam, sed continuationem prosequendam censuerint; videri tamen oratoribus ipsis in hac prima Sessione omnino continuationis facienda significationem präcavendam esse, imo existimarent oratores Sessionem hanc, si ulla ratione fieri posset, in aliud aliquid tempus competens rejici debere, ut et Protestantes interim expectarentur, et alii oratores, qui expectantur, interesse possint. Quod si vere id illustrissimis suis dominationibus facere integrum non esset, saltem illud efficiere velint, quo generalia quædam, et noui magni momenti negotia, cuius generis sunt illa, quomodo, et quibus verbis contiencia litteræ quibus Protestantes et alii lapsi ad gremium

Catholicæ Ecclesiæ invitari et revocari deberent; item de formula salvi conductus confienda, vel alia quæpiam hujusmodi, quæ illustrissimi et reverendissimi domini legati pro sua rara prudentia facile invenire poterunt, pertractarentur. Secunda vero Sessio omnino diutius et in aliud tempus proroganda videtur propter allegatas causas, et quod huic inveterato malo cum aliqua acceleratione vix obviari poterit.

« Praeterea cum in præsentiarum tractetur de reprobandis libris hereticis in Indice Romano comprehensis, inter quos non postremum locum obtinet Augustana Confessio, videtur ipsis oratoribus ita ab initio ipsam Confessionem non esse damnandam. Nam præter id, quod Protestantes vocati venire recusarent, etiam extrema quoque pericula pro defensione ipsius confessionis adire non dubitarent, imo (quod omen Deus avertat) nocentissimæ conspirationes essent expectandæ, et ex hac re etiam occasionem quamdam ipsi Protestantes arriperent, communicatis consiliis et auxiliis cum iis principibus et novatoribus, qui jam ab obedientia Sanctissimi Domini nostri et sancte Romanæ Ecclesie discesserunt, et signanter stantibus hisce Gallicis tumultibus funesta bella suscitarent, ac etiam coptum Concilium in tristem eruentiamque tragediam deducere student; ideoque hereticos et lapsos ipsis in spiritu lenitatis potius in viam revocare, quam in foveam perditionis propellere, studendum esset. Nam et superiorem imperatorum sua Cæsarea majestatis angustissimorum predecessorum temporibus in hujusmodi errantibus reducendis plus valuisse benevolentiam, quam severitatem, plus profecisse cohortationem quam comminationem, plus denique egisse charitatem, quam potestatem, omnibus palam esse existimat.

« De fide publica<sup>1</sup> ipsis Protestantibus danda quam amplissima, et qualiter ipsimet desiderant, cum omnes fere Patres in id consenserent videantur, ipsis quoque omnibus valde necessarium videtur.

« Item quoniam sua Cæsarea majestas oratoribus suis in mandatis dedit, ut quotiescumque ab illustrissimis et reverendissimis DD. legatis vocati fuerint, ad quamlibet ipsorum requisitionem comparere, et loco ac nomine sua Cæsareæ majestatis quæcumque agenda, et pro more, et consuetudine, ac ratione Concilii rite habendi, consultandi fuerint, in iis diligenter operam, consensem, studiaque sua adhibere debeant, quotiescumque ab illustrissimis et reverendissimis dominis legatis vocati et requisiti fuerint.

16. « Praeterea hoc quoque predicti oratores illustrissimis et reverendissimis dominationes

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3229, p. 81. Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 1109, p. 26. Act. Concil. Trid. per Astulph. Servantum Septempedatum Scriptorem Episcopi Telesii Secretarii.

<sup>1</sup> Salvoconductu.

nibus suggestere voluerunt, quod licet ipsis consultationibus, quae in publicis Congregatiōnibus fuit, nulli extranei intersint, omnia tamē, et singula, quae illuc tractantur et dicuntur, etiam plebeis hominibus notissima esse videntur, unde facile colligunt id non aliunde procedere, nisi quod aliqui ex illis, qui ejusmodi Concilii intersunt, secreta, sive ex industria, sive per negligētiā palam faciant, idcirco illustrissima et reverendissima dominationes sue provideant, ne, priusquam sacrum Concilium aliquid deliberet et concludat, omnino in publicum prodeant, atque in Germaniam perferantur.

« Postremo ad hæc omnia et singula ab illustrissimis et reverendissimis dominis legatis prædicti oratores benigne responsum expectant ».

17. Responsum est ad singula hæc capita summa consilii maturitate excussa ac perpensa subjectis verbis<sup>1</sup>:

« Responsum illustrissimorum DD. legatorum ad supradictas orationes Cæsareorum petitiones.

« Illustrissimi et reverendissimi DD. oratores. Quod petunt dominationes vestre, ne qua sit in prima Sessione continuationis mentio, non gravatum illis concedetur, neque in ea quidquam tractabitur, quod ad continuationem pertinere videri possit, aut ullam significationem illius habeat.

« Quod vero præterea rejici cupiunt Sessionem hanc in aliud longius tempus, id facere nobis integrum non est, quandoquidem confiendi decreti de Indice corrigendo nonnullis ex Patribus mandatum esse non ignorant, quod in prædicta Sessione publicari oportebit. Hoc autem in Cæsarea majestatis gratiam libenter faciemus, ut laxius aliquod spatium demus proxime futurae Sessioni; interjecto vero tempore, quibus de rebus tractandum sit, et qui dies illi præfigendus, una cum Patribus deliberabitur.

« De damnanda vero statim ab initio Confessione Augustana, ne cogitatum quidem est a nobis unquam, quandoquidem de librorum prohibitorum indice, nisi sub fine Concilii, nihil decernetur; quamobrem et in hoc libenter dominationibus vestris gratificabimus.

« Itidem et de salvoconductu, quem dabis, quemadmodum alias a Protestantibus petitus, et illis concessus fuit in amplissima forma: quod idem facturam quoque majestater Cæsaream confidimus.

« Quod vero meminerunt præterea sibi mandatum etiam ab imperatoria majestate, ut quolies a nobis vocati fuerint, præsto adsint, suaque nobiscum consilia communicent, agnos-

cimus in eo singularem illius majestatis pietatem et religionem, neque vulgare studium affletis Ecclesie rebus succurrenti, quo nomine magnam illi gratiam habemus, ac vicissim nostra cum dominationibus vestris consilia libenter communicabimus, deque rebus per nos proponendis eas tempore suo certiores redemus.

« Quod autem admonent, ut ratio ineatur, qua provideri possit, ut quæ tractantur in Congregationibus, non promulgantur, dabitur a nobis opera, ut quoad fieri poterit, provideatur ».

18. *Admonentur Patres ne divulgent quæ tractata fuerint in Concilio antequam firmentur.* — Provocata mox in opus ea sponsio, nam praesides legati gravissima oratione Patres admonuere<sup>1</sup>, ut posthac credita ipsis arcana alto pectore premerent, cum novatores in omnes calumniandi occasiones intenti inde fierent præfractiores.

« Admonitio ad Patres ne vulgentur decreta et alia quæ examinanda proponuntur, antequam firmentur.

« Reverendissimi Patres. Sciant dominationes vestrae, quam indignum sit, ut decreta et alia, quæ Patribus examinanda proponuntur, antequam firmentur, et in publica sessione legantur, evulgantur, et extra hanc civitatem ad extraneosmittantur, quo sit, ut alias saepe vidiimus, ut decreta ipsa sub ea, qua dixi, forma primum concepta, et, ut ita dicam, informia pro decretis firmis, et a sancta Synodo ratis disseminentur; quare illustrissimi DD. legati et praesidentes admonent, atque etiam hortantur dominationes vestras, ut pro honore atque existimatione hujus sancti Concilii, et ad obviandum scandalis, quæ oriri possunt, tam decretum, quod modo a me lectum fuit, quam cætera alia quæcumque, quæ in futurum examinanda nobis proponentur, non evulgent, neque eorum exemplum extra gremium Concilii alicui exhibeant, neve extra civitatem ad aliquos transmittant, idque a suis familiaribus fieri severissime prohibeant. Quod ut communius fiat, dominationes vestrae, cum miserint ad me pro exemplo præsentis decreti, simul mihi per cedulaum eorum manu subscriptam nomen ejus, cui voluerint, quod tam hoc exemplum, quam alia, quæ suo tempore proponentur, exhibeant, militant: hæc pro nunc visa sunt expedire. Si quæ alia commodior via alicui ex Patribus occurrerit, ut ea, quæ proponuntur, secreta retineantur, de ea poterit illustrissimos dominos legatos privatim admonere.

49. *Secunda sessio.* — Quod ad sessionis secundæ, quæ xxvi Februarii die celebrata est, Acta attinet: peractis solemnri ritu sacris mysteriis ab Antonio Helio patriarcha Hierosolymi-

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3196. p. 63. Ext. etiam in Ms. Fran. card. Barb. sig. num. 1109. p. 28. Act. Trid. per Astulp. Servant.

<sup>1</sup> To. x. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3197. p. 150.

tano, habita est oratio ab Antonio Cauco archiepiscopo Patracensi, Corcyrensi designato, in qua hæreticorum impia molimina sic descripsit, ut ad ea frangenda ita Patres excitat<sup>1</sup>: « In ea, proh dolor! miserrima incidimus tempora, ut, quod sine lachrymis enarrare non possum, immensa flagitia et sacrilega ex nefanda recentiori hac Lutherana hæresi, cuius quidem extirpanda causa huc convenimus, in Dei Ecclesia orta esse videamus, nempe Ecclesiastarum bona direpta, tempa solo æquata, monasteria non solum proventibus suis et incolis destituta, verum etiam funditus eversa, sanctissimum Christi vicarium, verumque Petri successorem Pontificem optimum Maximum, episcopos reliquaque Dei sacerdotes neglectos, honoribus debitissimos privatos, maximis affectos contumelii, injuriisque lacessitos, Deo dicatas virgines stupratis eamque bona ablata, venerandas sanctorum imagines rejectas et eorum cineres contemptos, Sacraenta Ecclesiae explosa atque conculeata, sacros denique Ecclesiasticos canones ac constitutiones igni traditas, ritusque omnes divinos penitus sublatos. Verum enimvero antiquas hæreses extincias jam, Manichæi, Joviniani, Vigilantii, Pelagi, Euthychetis, Felicis, Albigensium, Waldensium, Bergengarii, Marsilii, Patavini, Joannis Wicelli, Joannis Hus, Hieronymi de Praga, et cælerorum a sanctis Patribus nostris in Conciliis saepius confutatas, et toties rejectas sustinere voluerunt infelicissimi homines isti, et divina Christiana que dogmata a Christo servatæ nostro instituta, ac ab eisdem sanctis Patribus nobis per manus tradita, divinitusque a Conciliis sancta, et a Pontificibus sanctissimis confirmata revertere, vanaque esse ac inutilia nobis effutire non dubitarunt, latamque viam, quæ ad inferna dueit, Christi doctrinæ immemores, et Epicureorum mores secuti, sibi construxerunt, de quibus sensisse mihi videtur Petrus Apostolus inquiens: *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores juxta proprias concupiscentias ambulantes. Hinc tam longe lateque pervagatum est incendium, etc.* »

20. Perfectum est decretum de librorum delectu, deque Protestantibus et aliis hæreticis ad Concilium, data iis tuis commeat et incolumentis fide publica, humanissime vocandis, et ut a Patribus de fide orthodoxa amanter edociti errores exurerent, inquit Ecclesiæ gremium revocarentur, id vero decretum in Congregationibus quæ præcesserant, diligenter fuerat excussum, subjectisque verbis conceptum fuit:

« *Sacrosancta et generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præ-*

sidentibus in ea Apostolice Sedis legatis, non humanis quidem viribus confidens, sed Domini nostri Jesu Christi, qui os et sapientiam Ecclesie suæ daturum se promisit, ope et auxilio frete illud præcipue cogitat, ut Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissidentium opinionibus pluribus locis inquinatam et obscuratam, in suam puritatem et splendorem aliquando restituat, et mores, qui a veteri instituto deflexerunt, ad meliorem vitæ rationem revolet, corque patrum ad filios et cor filiorum ad patres convertat. Cum itaque omnium primum animadverat hoc tempore suspectorum et perniciosorum librorum, quibus impura doctrina continetur, et longe lateque diffunditur, numerum nimis excrevisse, quod quidem in causa fuit, ut multæ censura in provinciis, et præser-tim in alma urbe Roma pio quadam zelo editæ fuerint, neque tamen huic tam magno ac perniciose morbo salutarem ullam profuisse medicinam, censuit, ut delecti ad hanc disquisitionem Patres de censuris librisque quid facto opus esset, diligenter considerarent, atque etiam ad eamdem sanctam Synodum suo tempore referrent, quo facilius ipsa possit varias et perigrinas doctrinas, tanquam zizania a Christianæ veritatis tritico separare, deque his commodius deliberare et statuere, quæ ad scrupulum ex omnium animis eximendum, et tollendas mulatas querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Ille autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult, prout etiam in praesenti decreto deducit; ut si quis ad se pertinere aliquo modo putaverit, quæ vel de hoc librorum et censoriarum negotio, vel de aliis, quæ in hoc generali Concilio tractanda prædictit, non dubitet a sancta Synodo se benigne auditum iri. Quoniam vero eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe roget quæ ad pacem sunt Ecclesiæ; ut universi communem matrem in terris agnoscentes, quæ quos peperit, oblivisci non potest, unanimes uno ore glorificemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, per viscera misericordiae ejusdem Dei et Domini nostri omnes, qui nobiscum communionem non habent, ad concordiam et reconciliacionem, et ut ad hanc sanctam Synodum veniant, invitat atque hortatur, utque charitatem, quod est vinculum perfectionis amplectantur, pacemque Christi exultantem in cordibus suis præ se ferant, in quam vocali sunt in uno corpore. Hanc ergo non humanam, sed Spiritus sancti vocem audientes, ne obdurent corda sua, sed in suo sensu non ambulantes, neque sibi placentes, ad tam piam et salutarem matris sue admonitionem excitentur et convertantur; omnibus enim claritatis officiis sancta Synodus, eos ut invitat, ita complectetur.

« *Insuper eadem sancta Synodus decrevit fidem publicam in generali Congregatione con-*

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 325, in actis sess. 2. sub Pio IV.

cedi posse, et eamdem vim habituram, ejusdemque roboris et momenti futuram, ac si in publica sessione data et decreta fuisset ».

21. Altero decreto iudicata est proxima sessione ad xiv Maii.

Reliqua ejusdem sessionis Acta descripta sunt ab Angelo Massarello <sup>1</sup> subjectis verbis :

« Quæ in eadem II Sessione præter decretorum publicationem decreta fuerint.

« In hac eadem Sessione II, sub Pio IV Pontifice Maximo, præter publicationem decretorum, fuerunt exhibita et publice lecta mandata oratorum invictissimi domini Ferdinandi Romanorum imperatoris electi, primum tanquam Cæsaris regis Bohemiae et archiducis Austrie, sub data Pragæ die I Januarii m.dlxii.

« Secundum uti regis Hungariæ sub eadem data, lectumque fuit responsum sanctæ Synodi in admissione dictorum oratorum.

« Deinde exhibitum et lectum fuit mandatum oratoris serenissimi domini Sebastiani regis Portugallie, sub data Olyssipone die xxviii Septemb. m.dlx, et similiter responsum sanctæ Synodi. Quæ mandata lecta et exhibita fuerunt hoc ordine, quia eodem ordine, ut mos est, in Congregationibus generalibus exhibita prius fuerunt.

« Postea lectum fuit Breve sanctissimi domini nostri Pii IV, super modo et ordine sedendi in Concilio, nulla habita ratione dignitatis primatialis, sive veræ, sive pretensæ. Sub data Romæ die ultima Decembris m.dlx ab lucarnatione.

« Deinde lecta fuit declaratio illustrissimorum dominorum præsidentium super ipso Brevi.

« Et postremo lectum fuit aliud Breve suæ Sanctitatis confirmans sæpedicata declaracionem, sub data die xiv Februario ejusdem anni ».

22. *Agitur de salvo conductu hæreticis dandis.*  
— Quarta Martii habita est Congregatio generalis, in qua conventum est de formula publica fidei et liberi commeatus syngrapha amplissima Protestantibus danda, ut ad Concilium de fidei controversiis disceptaturi venirent : concepta ea subjectis verbis <sup>2</sup>:

« Sacrosancta et œcumenica generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea Apostolicæ Sedis legatis, universi fidem facit, quod omnibus et singulis sacerdotibus, electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus et aliis quibuscumque viris cuiuscumque status et conditionis aut qualitatibus existant, Germanicæ provincie et nationis, civitatibus et omnibus aliis locis ejusdem, et omnibus aliis Ecclesiasticis et sœularibus, præsertim Augustanae Confessio

nis personis, qui, aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, aut profecti sunt, aut bucusque venerint, quoceumque nomine censemantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem, et plenissimam verissimamque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc Tridentinam civitatem veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, una cum ipsa Synodo de quibuscumque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi, et omniis quoceumque ipsis liberet, ac articulos quoslibet, tam scripto quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris et beatorum Patrum verbis, sententis et rationibus declarandi, astraeni et persuadendi, et si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondendi, et cum iis, qui a Concilio delecti fuerint, disputandi Christianæ ac charitable, absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis ac contumelias penitus semotis, et signanter, quod causæ controversiæ secundum Scripturam et Apostolorum Traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, et sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino fructentur, illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum minime puniantur, imparit, ac omnino concedit, sic etiam ut propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quoceumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina a divinis officiis quovis modo ccessetur, etc. ». Plura alia adjecta ad omnimodam publicæ incolumitatis et firmissimæ securitatis fidem asserendam, atque pro hac vice omni legum privilegio, Conciliarumque Constantiensis, et Senensis contrariae decretis, vel canonibus vetustis vis adempta.

Alio etiam decreto superioris decreti beneficium ab alia regna, provincias, civitates et loca exorrectum, in quibus libere ac impune fides contraria fidei Romanæ Ecclesiæ prædicaretur.

23. Ilis addunt Acta <sup>1</sup> ab Astulpho Servantio conscripta :

« Perfecto fidei publicæ decreto, legati, quam maxima possunt diligentia, curant illud diversis in civitatibus et provinciis evulgari, mandant illud valvis cathedralis Ecclesiæ affigi, atque festim typis excudi, ut quam celeriter ad multos perferatur; mittunt etiam diversa ejus exempla ad sanctissimi domini nostri nuntios variis in regnis, præsertimque ad cardinalem Ferrariensem legatum papæ in Galliis, ad quem et duplices litteras perscribunt, alteras

<sup>1</sup> Angel. Massarellus secret. in Actis Conc. Trid. sub Pio IV. Ms. alib. Val. sig. num. 3212. p. 153. — <sup>2</sup> Ext. in Act. p. 123.

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 24. p. 37.

quidem ita composita, ut eas palam in senatu regio possit ostendere, in quibus eidem scribunt consilium sanctæ Synodi illud esse, ut hoc decretum, quod ei authenticum mittunt, in omnibus Christiani nominis provinciis edatur, quapropter agat ipse cum senatu regio, ut sibi libere licet illud in omnibus ejus provinciæ Ecclesiis in publicum proponere: alteras deinde privatas litteras eidem cardinali scribunt, quibus cum admonent cupere maxime sanctam Synodus eos, qui in istis locis perversis corrupti sunt opinionibus, hue se transferre, ut tandem summi Dei clementia ex horum Patronum congressu resipiscant, noluisse tamen eos nominatim in hoc decreto Gallicanam provinciam appellare, ne forte cives illi ægre ferrent, se inter eos aperte censeri, qui publice et impune alienas a Romana Ecclesia opiniones profiterentur. Cæterum eos vere in hoc numero haberi, cum palam illorum nefarie dicta actaque nullis vindicata magistratibus satis cunctis corum impietatem testentur. Scribunt igitur, ut si intelligeret aliquos in dubitationem venire an haec fides publica cives illius regni complectatur, illos aperie tunc certiores faciat ad eos etiam illam omnino pertinere, rogantque, ut nihil industriae prætermittat, ut eos ad hanc sanctæ Synodi benignitatem amplectendam hortetur, excitet atque impellat. Significant præterea, qua ratione uti debeat, quo decretum hoc toti illi provincie innotescat, quid etiam ei curandum sit, si fortasse senatus regii auctoritate illud vulgo denuntiare prohibeatur».

24. *Principes et oratores Galli instanter pertant ut quæstiones quæ ridentur graviores ulterius tractentur.* — Dunn haec tam salubriter Tridentini Patres pro dispersione gentium in Catholicæ fidei Confessione adunanda meditarentur, visa est in Galliis spes quedam afulgere de reversione quoque Elisabeth Angliae regina<sup>1</sup>; atque Hypolitus cardinalis Estensis, qui Apostolicum legatum inibi agebat, que a Catharina Galliæ regina accepérat, cardinali Borromæo significauit, per litteras aperuit: accersitum se ab ipsa vii Martii, audivisse, presentibus rege Navarræ et duce Guisia ac Monmorantio equum magistro, rogatau fuisse ab oratore reginae Angliae nomine regio, ut apud Summum Pontificem suis precibus ageret, quo indictus dies primæ Sessionis Concilii extraheretur, eo quod ipsa ad plures Germaniæ principes necessitudine sibi conjunctos litteras dederit, adhortans ut et ipsi missis oratoribus eidem Concilio interessent, quod si quando illi decernant, quemadmodum nec inaniter sperabat, se quoque per oratores suos et Angliae præsules eidem Concilio interfuturam, addidisseque se ad id litteris legati cardinalis Ferrarensis permotam

fuisse; hanc exigui temporis dilationem quamvis incommodam, comparatione tanti quod sperrabatur compendii, omnino posthabendam. His acceptis a Catharina cardinalis legatus respondit, hand ægre Elisabeth petitionibus assensum iri, si libere exhiberet se Concilio missis oratoribus interesse velle; quamvis tol prorogationes factæ sint, ac Patres mimæ moræ longa tædia patientur, se Pontificiam Beatitudinem nosset tam utilis atque optimi Concilii desiderio dагrantem, quod eo melius esset, quo amplius evaderet, ut non ambigeret regina Angliæ in nova quoque prorogatione morem gesturum. Verum cum haec propositio ambigua tantum esset, incertaque boni spes, detrimentum vero ex dilatione manifestum impenderet, ignorabat prefecto, quoniam potissimum pacto tantam rem Pontifex, nisi certiore spe fultus, aggredieretur. Ad haec Catharina se maxime in votis habere dixit, ut ad pristinam Ecclesiæ conjunctionem Angliæ regina reverteretur, cui et responderi posse existimabat, Gallia regem uti Ecclesiæ primogenitum Concilium a Pontifice efflagitasse, nec oratoribus et præsulibus mittendis deesse posse, si honoris sui haberi rationem vellet; inspicere interea Angliæ regina, quibus officiis agere vellet, tum apud Pontificem, tum apud ejus legatum; oratores ipsos ac præsules Gallos ad Concilium proficentes, quod cardinalis legatus monuerat, tanto majoribus officiis reginam Angliæ prosecuturos, seque oratori Anglo omnem operam promissuram, ut omnia honesta apud Pontificem pro regina Anglia obtineret, quorum ipsa compos fieri velit. Haec regiae sententia adeo omnibus grata accedit, ut instar decreti habita sit. Regina autem Angliæ postulata, subdit legatus, « licet ad differendum Concilium tendat, ostendunt tamen eam non adeo ut ante ab eo abhorreat, nec mea monita ab ipsa fuisse contempta adeo, ut si res hujus regni prospere successerint, ipsa quoque ejus exemplo permovenda videatur, etc. Datum Parisiis viii Martii mœlxii ».

25. Significavit alii litteris<sup>1</sup> medio Aprili exaratis cardinalis legatus Borromæo cardinali responsum fuisse a Catharina regina oratori Anglo ex designata superiori formula, illum tamen repetitis precibus institisse, ne regulus e Lansaco et præsules ad Concilium mitterentur, ardente maxime civilibus bellis Gallia, reginam vero in suscepta sententia perstittiisse, atque oratori Anglo respondisse, optimum illud opus ob civiles eas seditiones non retardandum, ac multo melius iis missis prius desideria regine Anglie promoturam, seque acturam cum Ferrarensi cardinale legato, ut apud Summum Pontificem deprecatarem, atque interpretem agat, ut quidquid honestum ac decorum fuerit,

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spade sig. num. 31. p. 422.

<sup>1</sup> Ext. in eod. Ms. card. Spade sig. num. 31. p. 55. ad car. Bor.

reginae Angliae precibus concedatur; optime proinde consultum existimabat, ut ipse cardinalis Borromaeus quam humanissimas mittat litteras, quæ a legato reginae Catharinae atque ab Elisabeth referri possint. Subdidit quoque legatus, oratorem Angliam a se interpretis opera pertentatum, ut si aliquem articulum in Concilio pertractandum differri optaret Elisabeth, id honestius a Pontifice postulari posse, quem, licet erga ipsam amantissimis studiis propendeat, eidemque gratificari summopere cupiat, distineri tamen ne Patres Tridentinos jam multis prorogationibus fessos, novarum morarum fædio ac damno afficiat, certo sciens. Hieesse in priore sententia oratorem scribit legatus, quod expressa a regina acceperit mandata postulanda in genere prorogationis Concilii, donec ipsa a Germaniae principibus respondum retulisset.

26. Addidit legatus litteris<sup>1</sup> xxiv Aprilis scriptis, eo die cardinalem Lotharingum verba fecisse cum regina Catharina de prorogatione Concilii ab oratore Anglo reginae nomine expedita, viderique modici temporis prorogationem concedendam, cum maxime expediret potius temporis, quam rei jacturam subire. Causas etiam querelarum subducendas<sup>2</sup>, tum regine, tum cæteris principibus, quod nimirum, nec modicam, quod postulabant, temporis dilatationem impetrare valuerint. Et quamvis legatus jam diu indictum monstraret Concilium, regianique Angliae Pontificio Diplomate humaniter provocatam, ut ad illud mitteret, longoque jam tempore expectatam, tum antequam inchoaretur Concilium, tum eo inchoato sinedrisive concessibus longiore intervallo celebratis, graviora etiam Patrum incommoda, sumptusque, et dannæ Ecclesiarum celerem eorum redditum expetentium difficillimis his temporibus; insuper certam spem ab Angliae regina, nec a Germanis principibus sui accessus afferri, tamen regina Catharinae stetit sententia<sup>3</sup>, prorogationem viginti quinque dierum vel triginta, petitionis memorata respectu habito concedendam, nec incommodum morte illius conferri posse utilitati, que ex mora quiret oboriri, præserit, ut omnis reginae Angliae postulandi ansa præcideretur; se quoque ab eadem regina dixit rogatum, ut Pontificiam Sanctitudinem de ea re enixis precibus postularet, addissequeret cardinalem Lotharingum, moram illam Gallis præsulibus fore accommodam, retardatis hucusque, tum incommodis colloquii Possiacensis, tum inclemencia Ilyemis, tum etiam terrore discribimus corum diœcessibus impenitentium; itaque videri prorogationem hanc brevi dierum flexu circumscriptam elargiendum, ac si proxima Sessio ita promota sit ut

differri nequeat, ne quis in ea articulus his, qui a nobis disjuncti sunt, adversus promulgetur, ne iis accedendi ad Concilium animus eripiatur, quasi in eo prius damnali fuerint, quam suæ causæ argumenta adducere possent, proxima vero Sessio ad temporis expediti metam extraheretur atque evulgaretur, regiis precibus id datum fuisse; quæ omnia Hippolytus legatus ad judicium Sanctitudinis suæ, ac Tridentinorum legatorum, ad quos ea de re scripsit, retulisse se professus est, etc. « xxvii Aprilis MDLXII ».

27. Hæc eadem Tridentinis legatis Ludovicus dominus a Lansach Galliarum orator conscripserat, ac postquam etiam Tridentum decima septima Maii accessisset, denuo efflagitavit; quæ cardinales legati Carolo cardinali Borromeo significarunt, ut ad Pontificem referret. Postulaverat etenim Lansachus, ne quid gravioris momenti tractaretur captata dilatione, cum maximi referret, ut Concilium fieret OEcumenicum, utque foret OEcumenicum, variis gentibus, ut veniant, temporis moram indulgendar, maxime ob Gallicos tumultus nondum compositos. Aſfulgere spem, Elisabetham Angliae reginam præsules regni sui missuram ad Concilium, quos jam vinculus liberari; cum ea Daniæ et Sueciæ reges idem consilium suscepturos, Saxonæ quoque electorem ducemque Vittembergensem spem dare, ut oratores mittant. Addidere etiam Gallicum oratorem suadere, ut Patres Concilii sollicitent litteris Angliae reginam, ut præsules Tridentum mittat, illam enim significasse Catharinæ, se ad eos mittendos animo inclinare; spondendum vero ipsi Angliae reginæ, Concilium futurum omnino liberum ad diversas Christiani imperii partes conglutinandas, collapsamque disciplinam Ecclesiasticam restituendam; ejusque oratores præsulesque Anglicos tantis honoribus exceptum iri, quantis unquam vetustis temporibus affecti fuissent: has vero Patrum Concilii litteras ad Hippolytum Ferrariensem card. in Gallia legatum dirigendas: subdidisse insuper Gallicum oratorem, non hæc exponi a se ex mandato regio, sed ex aliquorum præsulium salubri consilio; itaque legati Tridentini orarunt card. Borromæum, ut mentem Pontificis in ea re ipsi aperiret, qua litteræ xxi Maii Tridenti sunt exaratæ, quibus Hercules Mantuanus, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Warmiensis, Ludovicus Simonetta, et Marcus Altaemps nomina adscripsere. Evanuere conceptæ spes de regina Angliae ad Ecclesiæ gremium revocanda, cum illa ad hæresim in Gallia diffundendam constabiliendamque, dolos et arma converterit, atque contra omnium Conciliorum OEcumenicorum morem in ea impia sententia cum Protestantibus, et aliis hæreticis obduruerit de responso Concilio, in quo Romanus Pontifex præcesset.

Quod si quis paulo accuratius apud semet-

<sup>1</sup> Pag. 64. — <sup>2</sup> Pag. 63. — <sup>3</sup> Pag. 66.

ipsum mente perpendat, inveniet profecto, quales istorum sit fides, ac quales astus, nempe quales habuere antiquitus Ariani et Eusebiani, famosissima illa haeresum monstra, de quibus quod Concilium a S. Julio papa indictum refugerent, Athanasius ad Solitarios scribens dicebat<sup>1</sup>: « Ceterum Eusebiani, ubi semel audissent Ecclesiasticum consessum fore, ubi nec comes affuturus esset, neque satellites praeforibus excubarent, nec ex Caesaris prescripto omnia fierent, quibus rationibus, et non aliis episcopos viceant, imo, qui sine hoc praesidio ne loqui auderent quidem, ita inhoruerunt ac metu contracti sunt, ut presbyteros detinerent etc. » Refugit namque semper calumnia veritatem, ac secundum Evangelicum dictum: *Qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.*

28. *Assyrii et Jacobiti ad unitatem redeunt.*  
— Verum dum hi magis tenebras dilexerunt quam lucem, divina afflante clementia<sup>2</sup>, *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, ut eccepsit Isaia, lux ortu est eis;* atque hoc eodem tempore, quo heretici a Romana se subducebant Ecclesia, longinquæ ad eam veniebant nationes, ut adorarent in ipsa Dominum, et terram illam in sanctificationem haberent. Fecit hoc præter ceteros Assyria Orientalis patriarcha, qui populos partim sub Turcarum tyrannie, partim sub Lusitanorum imperio in India constitutos ad obsequium Catholicae Ecclesiae traduxit, de quo hac Panvinus in Pio Quarto: « Per id tempus Abd-Isu, id est, servus Jesu Christianorum Orientalium trans Euphratum maximus patriarcha, vir doctus, Chaldaicis, Arabicis et Assyriis litteris ornatus, cuius jurisdictione interiores usque ad Indos penetrat, Romanum ad Apostolorum limina et Pontificem salutarius cum aliquot sociis longissimo itinere pervenit, ut ab eo confirmatus pallium de corpore Sancti Petri susciperet. Pontifici oblatus ei perpetuam obedientiam promisit, et per interpretem Sanctæ Romanae Ecclesiae fidem professus est », quæ subjectis funerali concepta verbis:

« Professio fidei reverendissimi domini Abd-Isu patriarchæ Assyriorum Orientalium, etc. Facta sub sanctissimo domino nostro Pio papa IV.

« Confessus sum puro corde et fide non ficta, coram reverendissimis et illustrissimis dominis Michaeli tit. S. Sabinae, Alexandriano, et Marco Antonio tit. Sancti Marcelli Amulio S. R. E. presbyteris cardinalibus, in hanc formam, videbilect :

· Ego Abd-Isu filius Joannis de Domo Martia ex civitate Gezire in Tigris flumine, olim monachus Ordinis Sancti Antonii Monasterij SS. Rahie

<sup>1</sup> S. Athan. ad sot. Jo. iii. — <sup>2</sup> Isa. ix. — <sup>3</sup> Ext. v. Ms. arch. Val. sign. num. 3259, in actis Sess. 6. xvii Septemb. lecta, et in Ms. alio arch. V. sign. num. 3252, p. 131.

et Joannis fratrum, electus primas sive patriarcha civitatis Muzal in Assyria Orientali juro, quod ita corde credo et ore confiteor, sanctæque Romane Ecclesie fidem, approbat omnibus et singulis illis, quæ ipsa approbat, et damnatis similiiter omnibus, quæ ipsa damnat, amplector, et perpetuo me amplexurum et relenturum esse profiteor et promitto, et omnes fratres meos metropolitas, sive episcopos, ac diœcessanos quovis modo meæ jurisdictioni subjectos, ita credendum et tenendum esse docebo et modis omnibus, quibus potero, persuadere conabor. Ita me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia, in quorum omnium fidem hanc meæ fidei professionem et attestationem manu mea scripsi, et subscripti coram reverendissimis dominis Domino Michaeli tit. Sanctæ-Sabinae Alexandriano, et D. Marco Antonio tit. S. Marcelli Amulio vulgariter nuncupatis, S. R. E. presbyteris cardinalibus. Roma vii Martii mœlxii ».

Professus etiam est idem Assyriorum Orientalium patriarcha se omnia Concilia OEcumenica, que veneratur Romana Ecclesia, pariter admittere et colere, et omnia decreta Tridentini Concilii edita amplecti, edendaque amplexurum, maximeque gerere in votis Tridentino Concilio una cum ceteris Patribus interesse, sed ob summam repetendæ patriæ, solandique gregis ab infidelibus undique oppressi necessitatem, a pio desiderio invitum deduci, de quo publica licee documenta confecta sunt :

« Anno Domini mœlxii, die xxii Julii Roma coram illustrissimo et reverendissimo cardinali Amulio constitutus reverendissimus D. Abd-Isu patriarcha de Muzal in Assyria, confessus est hoc scriptum inclusum lingua et charactere Chaldaico sive Syriaco exaratum, manu sua propria esse conscriptum, cuius rei fidem fecit Dominus Joannes Baptista Abiscinus Indus interpres, et presentibus etiam testibus infrascriptis confessus est, se velle observare totum id, quod in scripto huic inserto continetur, et de ipsius voluntate in praesentia testium infrascriptorum, et de mandato illustrissimi domini mei, ut supra, propria manu fidem facio, ut possint haec scripta authentica mitti ad sacrum Concilium, et inde confici publica documenta si opus fuerit, et idem etiam lingua Latina versum adjunxi.

· Ita est. Marcus Antonius cardinalis Amulius.

· Ego Bartholomaeus Eustachius Sancto-Severinas affirmo, ut supra.

· Ego Antonius Ioannotius affirmo, ut supra.

· Ego Christophorus Anichinus affirmo, ut supra.

· Ego Aurelius Savignanus de mandato.

Sacramenti porro a patriarcha Assyrio nuncupati formula his verbis concepta fuit :

· Ego Abd-Isu filius Joannis de Domo Martia ex civitate Gezire in Tigris flumine, olim mona-

chus Sancti Antonii, Monasterii SS. Ralfe et Joannis fratrum, nunc Dei et Apostolicarum Sedis gratia primas sive patriarcha civitatis Muzal in Assyria Orientali, sub cuius jurisdictione multi metropoliti et diocesani continentur, videlicet Arbel metropolis, Sirava, Hancava episcopatus; Cheptiam metropolis, Caramleys, Achuse episcopatus, Nassybin metropolis, Macchazzin, Talleescani, Mardin episcopatus; Severt metropolis, Azzen episcopatus; Elchessen metropolis, Zuch et Mesciara episcopatus; Gurgel metropolis, Esci episcopatus; Amed metropolis, Chiarchia, Hayn, Tannur episcopatus, que omnes simul regiones subsunt Turcarum imperio. Ormi superior metropolis, Ucismi, et Cuchia episcopatus; Ormi inferior metropolis, Durassoldos, Escinuch episcopatus; Espurgan metropolis, Nare, Giennum episcopatus; Salmas metropolis, Baumar, Sciaabathan, Vashan episcopatus, omnes Persarum regi, vulgo Sophi nuncupato, subjecti. In India vero Lusitanis subjecta, Cuschin metropolis, Cananor metropolis, Goa metropolis, Calicuth episcopatus, cui subest Caronong civitas, que adhuc ab idololatris et ethniciis hominibus possidetur. Juro et polliceor, cum mihi non licet ad sanctam Tridentinam Synodum accedere, sed necesse sit, ut ad patriarchatum meum me transferam, qui meo eget auxilio, et sine custode, me absente, permaneat: munus enim Ecclesiarum praesul est, animas sibi subjectas quotidie in sancta Christiana fide instruere, et moribus vitaque integritate eas in fide confirmare, ne grex sibi commissus Pastoris regimine constitutus, in variis incidat morbos, quod eo facilius gregi meo accidere posset, qui cum sit sub infidelium tyrannide, adhuc multos in Christiana fide imbecilles tenet, et quotidie, etiam mea diligentia, Dei gratia cooperante ampliari potest. Cumque difficile fratres mei metropolite, episcopi et diocesani, qui tam longe absunt, possint in hanc sacram Tridentinam Synodum convocari,

« Ea de re ita meo, quam eorum nomine, quos omnes ex corde S. R. E. partes tenere non dubito, inhærendo juramento fidelitatis alias per me confecto sive per me præstito.

« Juro, inquam, et polliceor omnia nos tenere et credere, que in sanctis OEcumenicis Conciliis hucusque sunt acta, et secundum eorum decreta promitto omnes filios nostros instiluere, et præcipue in iis, que in sancta sacra OEcumenica Tridentina Synodo terminabuntur. De cuius legitima Congregatione nihil penitus dubito, sed ei et meo, et eorum nomine reverenter et humiliiter me subjicio, vocatusque ad hanc, seu aliam sanctam Synodum, cum dictis fratribus meis libenter accedam. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Evangelia ».

29. De felici hac Assyriorum Christianorum cum Romana Ecclesia coniunctione Amulius

cardinalis, qui rei geste testis interfuerat, certiores postea fecit cardinales praesides Tridentini Concilii subjectis litteris<sup>1</sup>:

« Illustrissimi et reverendissimis dominis colendissimis dominis cardinalibus legatis saecri Concilii Tridentini.

« Reverendissimi et illustrissimi domini colendissimi. Reverend. dominus Abd-lsu Assyriorum Orientalium patriarcha electus a clero, et eorum populorum consensu, qui finitima Tigri fluvio loca incolunt, Turcarum et Persarum imperio subjecti, anno superiore, ut confirmaretur a Pontifice Maximo, ad Urbem se contulit, cumque litteris ac testibus tide dignis cognita ejus electio et probilas esset, ac permullos non solum dies, verum etiam menses, absolutam nostrorum rituum cognitionem, quibus antea in nonnullis non quidem gravibus dissenserat, a Catholicis et eruditis hominibus accepisset, tandem proponente me a sanctissimo domino nostro frequenti consistorio patriarcha et pastor illorum populorum declaratus est, cum prius se nunquam a sanctissimis Sedis Apostolicae decretis esse dissensurum aut discessurum solemniter de more, confessione et jurejurando pollicitus est. Quorum rerum memoria diligenter litteris consignata in Archivio custoditur. Quod nisi jam senio confectus redire ad suos, impetrata primum a sanctissimo domino nostro licentia, properasset, ut eos Ecclesiastica doctrina plenius instrueret, ad sacrum Concilium profectus esset, ut islic fidem Catholicam, sumique erga Sedem Apostolicam singulare studium et obedientiam proficeretur, abeunte Summus Pontifex ipsum, suosque presbyteros et diaconum vestimentis et rebus omnibus ad ejus sacerdotium pertinentibus, et viatico est prosequitur. Hujus viri eximiam in Deum pietatem, optimumque de vera fide sensum, cum in multis aliis, tum in eo perspexit, quod cum discederet, petiit studiosissime, ut istius sacri Concilii canones et decreta preferenda ad eum curaremus, se enim quidquid in Concilio statutum erit, omnino servaturum promisit, datumque operam ut omnes sui servent, chirographo suo Chaldaica lingua confecto, quod Latine explanatum cum his litteris mittimus, confirmavit. Nos autem libenter fecimus, ut ejus probitatis, prudentiae, eruditioris ac nobilitatis testimonium his litteris daremus. Nam ex celeberrima ortu familia, opibus etiam pro loci ratione abundantem, jam sexagenarium, nec aliam ob causam, tam longum, tamque difficile ac periculosum iter suscepisse, nisi ut visitaret Apostolorum limina, et Pontificis Maximi pedibus osculum ferret, optimamque erga hanc Sedem voluntalem ostenderet, perspicue cognoscatur.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 3248. in actis Sess. 6. sub Pio IV. xvii Septemb. molxit. et in alio Ms. arch. Val. sig. num. 3252. p. 129. Excusæ etiam Typis Ripa.

vimus. In itinere semel a Drudis populis, bis a Turcis male acceptum ac sustibus percutsum esse satis constat. Hic saepe de sacris litteris interrogatus graviter admodum et copiose respondit magna omnium admiratione, qui sentientiam ejus verborum ab interprete audiebant. Nominabat eos, quos se habere dixit, libros omnes Veteris et Novi Testamenti, etiam quos Hebrei aut haeretici non probant, antiquos doctores Graecos et Latinos, eosdem fere quibus nos ultimur, Caldaice, Syriace, aut Arabicæ versos diligenter legisse, nonnullos etiam, quorum nomina a nobis ignorantur. Addebat hoc, in Caraemiet Turcarum civitate libros esse ab ipsa fere Apostolorum atque conscriptos, qui nunc in quadam Bibliotheca custodiuntur. Summam projecto Dei beneficentiam licet agnoscere, quod in tam longinquis regionibus, quæ nobis vix fama notæ sunt, vera fidei cultus adhuc vigeat, et Christiana religio non minore fortasse, quam apud nos pietate excolatur, conservata doctrina, quam per ea loca beatorum Apostolorum Thomæ et Thadæi piis sermonibus disseminatam, et Marii eorum discipuli prædictationibus confirmatam hic patriarcha ita asseverabat, ut etiam id se scriptis probaturum promitteret. Sacramentis, aiebat, uti se ac illos populos iisdem fere, quibus nos, confessione auriculari, precatione pro salute mortuorum, canone iisdem fere verbis in celebranda Missa, consecratione prorsus eadem. Imagines quoque sanctorum piis precibus venerantur, fideles autem patriarchati subjectos dicunt esse usque ad ducenta millia; quo argumento etiam præter sexcenta alia, inania improborum haereticorum commenta reflentur, cum per annos mille quingentos Ecclesiæ dignitas et doctrina salutaris apud gentes a nobis tot terrarum intervallo disjunctas in tanta rerum, regum, et regnum mutatione, religionis varietate, sub infidelium gravi jugo, ac jugi per injurias et contumelias vexatione in medio barbarie, eadem tamen ad hanc diem permanserit, quæ nunc a gentibus nobis propinquis oppugnatur. Sed haec quauti sint, et quantum sint dominations vestrae illustissime ponderabunt. Ego vero de Sanctissimi domini nostri Imaudato confessionem ipsius Patriarchæ de obedientia sacro Concilio praestanda, cum his litteris mitto, eisque me humilime commendo. Romæ die xxix Augusti M.D.XV.

« Dominationum vestrarum illustrissimorum et reverendissimarum,

« *Humillimus servus.*

« MARCUS ANTONIUS, cardinalis Amulius ».

Lectæ sunt et patriarchæ Assyriorum litteræ<sup>1</sup>, postea in sessione sexta e sacro suggestu ab archiepiscopo Hydruntino coram Concilio

Patribus, in quibus, cum patriarcha multas Indianarum urbes, tanquam sibi jure Ecclesiastico obnoxias commemorasset, quæ tamen a Lusitanis præsulibus regebantur, propterea Lusitanus orator hac protestationis formula Lusitanum jus asservavit:

« Protestatio oratoris regis Portugallie contra ea, quæ in professione patriarchæ continentur.

« Cum in supradicta professione fidei, et obedientiæ prædicti patriarchæ Assyriorum ipse patriarcha asservat se habere sub se infrascriptas Ecclesiæ, videlicet Cuschin, Cananor, Goa, Calecut et Carongel, quæ sunt sub dominio et ditione serenissimi Portugallie regis, illustrissimus D. orator dicti serenissimi regis eas ipsas Ecclesiæ hic nominatas dicit, et protestatur, nullum patriarcham in superiorum recognoscere, sed tantum subesse reverendissimo D. archiepiscopo Goensi, qui totius Indiae est primas, ne ex his dicto archiepiscopo Goensi, aut episcopis in dictis partibus constitutis aut constituendis, aliquod præjudicium generari unquam possit. Hanc vero protestationem in Actis hujus sessionis redigi postulat ».

30. Nec modo Assyrius patriarcha Romano Pontifici se subjicit, verum sensere majoris Armeniae plures populi cum Romana Ecclesia, ut conspicuum atque illustre est, ex Pontificis litteris ad archiepiscopum Nauchisivanensem in majori Armenia datis, quibus ipsum monuit in summis votis gerere universos Nestorianos ad fidem orthodoxam revocare, Assyriæ etiam patriarcham, ejuratis Nestorii erroribus, Chalcedonense Concilium Ephesinum primum amplexum esse, rogavitque, ut si quos Chaldaice lingue, ac simul sacrarum rerum peritos haberet, ad eundem patriarcham mittaret :

« Venerabilis fratri<sup>1</sup> Nicolao Frydo archiepiscopo Nachisivanensi Majoris Armeniae.

« Venerabilis frater, salutem, etc. Dominus et Deus noster Jesus Christus gregem suum, summus aeternusque pastor, nunquam deseren, pro quo pretiosissimum suum sanguinem in ara crucis effudit, pro sua ineffabili charitate non desinit oves Dominicæ dispersas atque errantes ad suum ovile reducere, sicut nuper ex provincia Assyriæ ad Apostolicam Seden, ipso inspirante, venit venerabilis frater noster Abdissu olim archiepiscopus Geziræ civitatis in insula Tigris positæ, vir religiosus et doctus, qui tam longum et difficile et tam periculosum iter in senectute suscipere minime dubitavit, quo debitam Apostolicæ Sedi reverentiam obedientiamque præstaret; cuius adventu egimus gratias debitas omnipotenti Deo, qui nobis salutem omnium pro nostri loci ac munieris officio silentibus tantam januam patefecerit ad

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sign. num. 3218, in Actis sess. 6. sub Pio IV. Astulph. Serv. in Actis sess. 6. habite xvii Sept. M.DLVII.

Pius IV. lib. brev. sig. 2903. Ep. cxli.

seciam illam Nestorianorum Ecclesiae Catholicae reconciliandam. Itaque ipsum Abd-Isu benigne et fraterna cum charitate exceperimus, et cum fidei sue libellum nobis porrexisset, eumque in damnando Nestorio cum sancta Romana Ecclesia consenserit, et sanctum Concilium Chalcedonense et Ephesinum Primum suscepimus, et in ceteris sanctae Romanae Ecclesiae fidem atque doctrinam firmiter tenere, et perpetuo sequi, ac sibi subjectis tradere velle comprexissemus, de venerabilium fratum nostrorum consilio, eum civitatis Muzal in Assyria, jam ante a felicis recordationis Julio Tertio praedecessore nostro primatice dignitate decoratae, patriarcham sive primatorem constitutimus, palliumque, insigne plenitudinis pontificalis officii, de more tradidimus, multisque honestatum gratias in Assyriam remisimus. Nunc te, dilectissime frater, hortamur, ipsum patriarcham ad restituendam, et stabilendam, ac confirmandam in illis sibi subjectis populis fidei Catholicae integritatem, ac verum sacramentorum usum, sacrosque ritus ab Ecclesia approbatos, adjuves quam maxime potes. Utilissimum autem fore judicanus, ut quoniā habiturus es tu facile, qui ab illa provinciā minus longe abes, homines linguae Chaldaicæ peritos, aliquem, qui linguam illam calleat, et tam vitæ ac morum honestate, quam sacrarum litterarum et rituum Ecclesiasticorum scientia atque usu idoneus sit, ad eum mittas, qui, quoad opus fuerit, in illis locis commoretur, ipsique patriarchæ assistens, eum et subjectos ei homines consilio, doctrina et prædicatione sua juvet, moneat atque instruat, hoc enim non minus gratum optatumque patriarchæ, quam utile et opportunum fore intelleximus. Neque vero dubitamus, quin eum, quem miseris, et in honore habiturus sit, et omnia ei subministratur, qua ad victimum necessaria fuerint. Quia in re fraternalis tua desiderio nostro ita satisfacere studeat, ut, quod non satis commode hoc tempore exequi ipsi possumus, tu perficias Sedulitatis ac studii, quod in hominum illorum salutem contuleris, non laudem solum a nobis, sed ab ipso Domino etiam mercedem magnam et copiosam adepturus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die xxiii Iulii MDLXII, an. iii. »

31. Redintegranda etiam cum Jacobitis veteris Ecclesiarum conjunctionis, qua ab Eugenio IV in Concilio Florentino sancta fuerat, cupidus Pontifex Neemam patriarcham Jacobitarum, ad tam pium opus subjectis litteris<sup>1</sup> amantissime provocavit.

« Venerabili Fratri Neemæ patriarchæ sive primati Jacobitarum.

« Venerabilis frater, salutem, etc. Dilectus hic frater Joannes Arabim Cassa dictus epi-

scopus Hattadi pie admodum Apostolorum limina visitavit, mensesque aliquot hic mansit, quem nos, et ipsius devotionis causa, et quia ex natione Jacobitarum eum esse audivimus, liberter videmus. Et sane visus est nobis vir religiosus et Deum timens; de tuæ vero fraternalitatis bonis ea prædicavit, quæ nobis relata nos impulerunt, ut eo istuc cum benedictione nostra revertente, nostris te litteris salutandum esse duxerimus, quod eo propensi facimus, quia, communissimo nobis, licet indignis, Apostolicæ Sedis regimine, admonemur, ut universos Ecclesiarum presules fraterna charitate complectamur in sollicitudinis nostræ partem vocatos, et ad Dominicæ gregis salutem curandam, unumquemque eorum studium nobiscum jungere cupiamus. Nec vero fraternalis tua ignorat, universarum Christi ovium curam Petro et successoribus ejus Romanis Pontificibus ab ipso Christo fuisse commissam, eidemque Petro atque ita ejus quoque successoribus, ut fratres suos confirmaret, esse præceptum. Optaremus admodum nationem istam Jacobitarum in ea unione mansisse cum sancta Romana Ecclesia, quæ conciliata fuit, ut scire te credimus, sacra-sancta Synodi Florentinæ tempore, qua a felicis recordationis Eugenio papa IV praedecessore nostro congregata fuit, sed quia propter magnam mutationem rerum et temporum varietatem interrupta fuit, fraternalitatem tuam in Domino hortamur et monemus, ut eam excolare postea studeas, cum scias unam esse fidem, unam Christi sponsam Ecclesiam Catholicam, cuius ipsa Romana Ecclesia caput et fundamentum est, cuius fidei integritas singulari quodam et nunquam defectu privilegio in Sede Apostolica omni tempore conservata est; itaque recte admodum feceris, et tuæ ac nationis tuae saluti consulueris, si una cum his, qui tibi subjecti sunt, sancte hujus Sedis primitatum a Domino ipso ei tributum te reverenter agnoscerे, sicut non diffidimus, declararis, et si fidem quam sancta Romana Ecclesia tenet et docet, in omnibus et per omnia suspicere te ac tenere professus fueris, probans quidquid ipsa probat, et quidquid eadem damnal, damnatus atque rejiciens; neque enim schismata inter nos esse debent, sed idipsum omnes monente Apostolo dicere, et sentire oportet; nec ceteras Ecclesias decet a Matris sue Ecclesiae Romanae disciplina recedere aut discrepare, qua in re, si fraterno et salutari nostro consilio usus fueris, te et ceteros Apostolicæ Sedis communionem expertentes fraterna charitate excipere parati erimus, atque omni studio, et tuo ipsius honori, et tuorum salutis, quibuscumque in rebus poterimus, consulere atque prospicere, sicut ex ipsis, quoque Joannis Abraim relatione cognoscere. Datum Romæ apud S. Marcum die xxiii Iulii MDLXII, anno III. »

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. sig. num. 2961. p. 145.

Ex superius dictis refelluntur delira mendacia novatorum, qui cum perspicuis argumentis revicti fuerint, eos a vera Ecclesia Catholica extores esse, cum eorum secta recentioris temporis, et angustorum locorum terminis sint circumscriptae contractaque, impudenter mentiuntur Orientales Christianos eorum dogma profiteri. At his omissis intermissam Concilii narrationem repetamus.

32. *Capita reformationis proponuntur disceptationi Patrum.* — Referunt Acta<sup>1</sup> ab Astolpho Servantio accuratissime conscripta, legatos cardinales promulgata ac data amplissima novatoribus liberi committas incolumentatisque syngrapha ad emendationem morum disciplinæque Ecclesiastice splendorem restituendum letis animis studia applicuisse: subdit enim: « Undecima Martii, feria IV, congregatio generalis coacta est, in qua de solituore disciplina astrinenda hi articuli propositi:

« Capitula XII reformationis proposita consideranda Patribus.

« I. Considerent Patres, quæ ratio iniiri possit, ut patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, et cæteri omnes animarum curam habentes in suis Ecclesiis resident, et ab iis nonnisi justis, honestis, necessariis et Ecclesiæ Catholice utilibus de causis absint.

« II. An expediat, ut nemo ordinetur ad sacramentum Ordinis nisi ad certum aliquem beneficii titulum; comportum est enim multis committi fallacias ex eo, quod plerique ad titulum patrimonii ordinantur.

« III. Et quod ordinantes, nihil omnino percipient pro collatione quorumcumque Ordinum, neque etiam eorum ministri aut notarii.

« IV. An eisdem concedendum sit, ut de præbendis non servientium possent distributiones quotidianas constitueri in illis Ecclesiis in quibus nullæ sint distributiones, aut ita tenues, ut negligantur.

« V. An parochie omnes, quæ ob suam amplitudinem plures requirunt sacerdotes, plures etiam habere debeant titulos ab Ordinariis instituendos.

« VI. An beneficia quoque curata, quæ idonea provisione victus sacerdotalis carent, sint reformanda, ita ut ex pluribus titulis unius tantum ab Ordinario constituantur.

« VII. Cum rectores parochialium multi sint parum idonei, qui vel ob imperitiam, aut vitæ turpitudinem destruant potius quam ædificant subjectum sibi gregem, et deteriores habeant aliquando vicarios, videndum est quomodo huic malo medendum foret, num expedire dare eis coadjutorem, sive vicarium idoneum, cum assignatione fructuum arbitrio ordinarii?

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Astolph. Servantium. Ms. Franc. card. sig. num. 1109. p. 33.

« VIII. An ordinariis sit concedendum, ut beneficia et cappellas vetustate collapsas, quæ ob paupertatem restaurari nequeunt, in matrices Ecclesias transferre possint.

« IX. Au decrendum sit beneficia commendata, etiam regularia, visitari ab ordinariis, et corrigi.

« X. Matrimonia clandestina, an in futurum debeat declarari irrita esse et nulla.

« XI. Quæ conditions sint declarandæ ad hoc, ut matrimonium non dicatur clandestinum, sed in facie Ecclesie contractum.

« XII. Denique magnopere considerandum esset, quid constituentum sit circa quæstorum non parvos abusus».

Quæ porro circa hæc post collata a Patribus longo temporis fluxu, summa animi maturitate ac diligentia, consilia constituta fuerint, suis locis referatur, vel Acta publica docebuntur.

33. *Philippus Hispanus oratorem ad Concilium mittit; responsio Concilii.* — Ad promovenda quoque Concilii studia Philippus Hispaniarum rex oratorem suum amplissimis fultum mandatis Franciscum Ferdinandum Davalos Piscariæ marchionem decreverat, qui cum Insulariam ejus nomine tunc moderaretur, Tridentum jussus fuerat de proximo accedere, ut exordientis Concilii celebritatem augeret, explicataque intra modicum tempus legatione ad suam redire provinciam; cui quidem adeunti huc in mandatis submiserat. Comitem postea a Luna eidem brevi in legatione suffectum videbimus:

« Philippus Dei gratia rex Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, archidux Austriae, dux Burgundie, Brabantie et Mediolani etc. Comes Haupsurgi, Flandriae, etc.

« Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis. Cum beatissimus in Christo pater et dominus, dominus noster papa Pius IV divina providentia sacrosanctæ Romanae Ecclesiæ Pontifex maximus, ut his malis et dissensionibus quibus Christiana republica jamdiu vexatur, et religio vera tot ac tam diversis opinionibus impetratur, eo remedio, quo sancta et universalis Ecclesia, ut solet, medetur, et ad veram in fide unionem Christi fideles inducuntur, ut optimus et vigilansissimus pastor OEcumenicum Concilium Tridenti, sublata suspensione quacumque, continuandum indixerit, et apernerit, atque ad diem Resurrectionis Dominiæ præcedentis præfixerit, nosque tum per litteras, tum per nuntios exhortatus fuerit, ut quoniam praesentes celebrationi ejusdem interesse non poteramus, nostros ad illud oratores idoneos, qui ibi assisterent, mandare vellemus, nos qui ipsius Concilii celebrationem, ut Catholicum principem decet, tamquam verum et unicum malorum remedium ardenter desiderabamus, libenti animo obtulerimus, nos id

facturos, omnemque operam daturos, ut praedictum Concilium, quantum in nobis esset, non solum promoveretur, sed etiam Deo ductore ad optatum finem perduceretur; nolentes igitur hac in re nos officio deesse, quin potius ea omnia, quae ad nostrum munus spectant abunde praestare et exhibere, ut nostro nomine in predicto Concilio compareat, nostrasque partes agat, illustrem, fidele nobis dilectum Don Ferdinandum Franciscum Davalos de Guinnones consiliarium, collateralem, locumtenentem, et capitaneum generalem nostrum in ducatu et dominio nostro Mediolani, ejus fidei, probitati, religioni, ac rerum longae experientiae quamplurimum confidimus, oratorem, nuntium et procuratorem nostrum facimus, constitutimus et deputamus, dantes ei plenam facultatem et potestalem una cum amplio libero mandato, citra tamen aliorum nostrorum procuratorum et mandatariorum constitutorum et constituentorum revocationem vel praejudicium, ut in dicta civitate Tridentina, et loco in eadem celebrationi Concilii deputato, coram reverendissimis sanctae Romanae Ecclesie cardinalibus, ac beatissimi Pontificis legatis nominatis et destinatis, aliisque Patribus ibidem congregatis nostro nomine comparere, predictaque Concilii celebrationi intervenire atque adesse et interesse, locumque et vices nostras in omnibus sessionibus, consultationibus, deliberationibus et actibus obtinere, atque omissa alia agere, dicere, gerere, tractare, procurare, et promovere possit et valeat, quae ex usu reipublicae Christianae fore videbuntur, quaeque nos ipsi facere, dicere, gerere et tractare possemus, si coram presentes essemus, etiam si talia essent, quae mandatum exigenter magis speciale quam hic expressum est, habituri proinde ratum, quidquid per praedictum oratorem, procuratorem et mandatarium nostrum praemissi modo actum, dictum, gestum, factum et procuratum fuerit, dolo et fraude remotis, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptiarum, et sigilli nostri impressione munitarum. Dat. Matrii die xxviii mensis Januarii, anno Domini m D L X I, regnorum nostrorum... ».

XIV Martii solemni pompa Tridentum ingressus, die xvi in generali Congregatione Philippri regis litteras, quibus ille summo ac flagrantissimo pictatis studio se suaque omnia protendo Concilio fideique orthodoxa asserenda devovebat, legatis Apostolicis porrexit, oratoris vero nomine Galeatus Brugoras Mediolanensis, regii fisci causarum patronus orationem ad Patres habuit, cuius praecipua pars delibanda visa est:

“ Cum (inquit) multis justisque de causis adesse ipse non potuerit (de Philippo rege Catholiclo loquitur) ex multis heroibus, quorum magnam copiam habet, Franciscum Ferdinandum Davalum marchionem Piscarium elegit, dignumque judicavit, cui munus hoc legationis

obeundae ultro deferret, qui etsi in nullo otio, at in summo negotio provinciam Mediolani cum imperio administrat, tamen ab ipso rege, qui cum antea semper, tum hoc vel maxime tempore os, oculos, mentem denique ipsam in unam rempublicam Christianam converlit, Iesus est ea omnis quae ad sanctissimam religionem pertinent rebus humanis omnibus anterferre, et hoc se quam primum recipere. Adest igitur Franciscus Ferdinandus a Catholicico rege missus et eo nomine, ut et regis personam hoc ipso in loco sustineat, et omnia ejus officia, operam, laborem, copias denique omnes ad amplitudinem vestram conferat, denique vobis praesto adsit, foveat, prosit quibuscumque rebus rex ipse possit. Et si enim respublica Christiana majoribus praesidiis tegitur, ac Dei optimi maximi numine ad omnibus insidiis adversariorum defenditur, tamen humanis etiam opibus aliquando adversus vim et scelus visa est egisse. Etenim idcirco potissimum reges sancti appellantur, et terris a Deo dati sunt, ut ad rerum temperationem sedeant, et reipublicae Christianae, non modo excubias et custodias, sed etiam laterum suorum oppositus et corporum pollicentur. Primum igitur cum Pontifex maximus vigilet, adsit reipublicae Deus denique ipse immortalis ac praepotens, huic suo populo Christiano, huic clarissimo imperio, huic pulcherrime reipublicae auxilium continentem ferat, non est desperandum fore ut vos, Patres amplissimi, non modo labenti Christianae reipublicae subveniatis, verum etiam in veterem libertatem et dignitatem vindicetis. Ipsa certe, quae nuper crescentibus malis, quae ipsum interimunt, capiti salutique sue prope desperare videbatur, et miseris temporibus ac perditis moribus afflita et oppressa jacebat, nunc tandem aliquando bene sperare, freta praesertim medicina consiliorum vestrorum, salutaribusque auxiliis copit. Confidit enim se veteris morbi gravitatem vobis curatoribus depulsaram, confidit a novis temptationibus vestra diligentia liberam futuram, confidit denique antiquum robur ac corporis firmitatem brevi recuperaturam. An vero cum sciat vos non tanquam aliquos ex Urbe Roma missos, sed de celo lapsos intuetur in loco tam excelso pulcherrime sedere, et ad defensionem suam stare, non se excitet, non sese erigat, non caput extollat? Quae cum ita se habeant, facile omnes in eam spem ingrediuntur, fore ut omnes qui fortasse aliquo modo aberrarunt redeant in viam, et veritas multis incommodis debilitata, tandem opera et aequitate vestra recreetur, et locum in quo consistat reperire possit. Postularet fortasse hoc loco magnitudo rei, expectatio vestri, ut Franciscus Ferdinandus commoneret vos, Patres amplissimi, ut in hac turbulentissima tempestate reipublicae, in tam gravibus cogitationibus

vestris omnia diligentissime dispiceretis. Sed cum ipse consideret incredibilem sapientiam vestram, ac prope divinam, nullamque rem tantam esse, ac tam difficultem, quam vos non, et consilio regere, et integratate tueri, et virtute confidere possitis nihil, sibi temere faciendum esse putat, nihil vos eujusquam monitis egere arbitratur ». Et infra :

« Unum illud restare putat, ut in proprio suo officio permanens, Philippi maximi et potentissimi regis nomine, studium, officium, operam, gratiam, auctoritatem, copias denique omnes vobis, Patres amplissimi, sine ulla exceptione, aut laboris, aut temporis pollicetur ac deferat ».

34. Excepta est a Patribus maxima laetitia significatione et gratulatione haec ardentissimi studii pollicitatio, atque a Synodo oratori regio hoc responsum <sup>1</sup> redditum est :

« Responsu[m] S. Synodi in admissione oratoris Philippi Hispaniarum regis Catholici.

« Et si, Franciscus Ferdinandus, Marchio Exc., pium studium invictissimae Austriae domus, atque animi propensio erga reipublicam Christianam veramque Christi religionem, Romanis Pontificibus Sanctaque Sedi spectata atque probata semper fuit; hoc tamen potissimum tempore Catholici potentissimique Philippi regis, cuius personam merito legatus sustines, promptus paratusque animus in vera religione, quæ ad paucos redacta est, conservanda et a tot impietatis revocanda, ac in veteri dignitate et sinceritate tuenda, adeo exoptatus, adeo jucundus sacræ huic generali Synodo exxit, et omnium animos erexit, ut spem certam attulerit Christianæ reipublicæ, graviter quidem ægrotanti salutare remedium, magna ex parte convulsæ atque collapsæ verum firmumque subsidium afferri posse, præsertim Pio IV Pontificis maximo, pastoreque vigilansissimo duce et auctore, qui e Romana sacra illa et non violabili specula salutare et expectatum Concilii signum erexit, Tridentumque remisit, qui Christi oves a feris apris dispersas, et immanium luporum fauicibus crudeliter absorptas, ad Christi tandem gregem nostris humeris, nostris, inquam, humeris patienter mansueque portarimus : Ferdinandus Cæsar optimo Romanæ Ecclesie primogenito, regibus Christianis denique principibus, quorum hic frequenter insignesque legalos adesse cernimus, auctoribus beneque juvantibus, e quorum numero facile princeps Philippus rex, Caroli V Casaris invictissimi, cuius memoria in benedictione est, et omnibus virtutum numeris cumulatissimi, ut aliarum heroicarum virtutum, ita etiam verae religionis verissimus haeres et imitator, omnieni

operam, studium, industrias, facultates, omnem denique corporis sui laborem benignissime pollicetur, et si opus fuerit, fidelissime praestabit, quem ita pium, ita sanctum, vereque regium animum atque studium generalis hæc sancta Synodus, ita libenter tota mente amplectitur, ita merito laudat et extollit, ita jure laetatur et in eo conquiescit, ut magnas quidem gratias potentissimo regi, Christianique nominis firmissimo propugnaculo atque vindici, per me omnium Patrum nomine agi voluerit, tibique etiam, Davale princeps clarissime, vel multis tuis nomiūbus, vel honorifice bujus legationis nomine plurimum debere fateatur, atque omnia quæ ad ipsius justissimi potentissimique regis honorem, auctoritatem, dignitatem pertinent, quantum licuerit, libentissime pro suis meritis sancta Synodus præstabil, Deumque optimum maximum obsecrat, ut talium tantorumque regum, ita pios animos, ita pro Christi fide verae religione accensos atque inflammatos perpetuo conservare ac tueri libeat. Mandatum vero regimm, quantum de jure debet, admittit ».

35. *Orator ducis Florentini exhibet erga Concilium præclaræ propensionis signa quæ latanter excipiuntur.* — Cosmas quoque Florentia et Senarum dux Joannem Strozzium oratorem suum ad Concilium direxit, qui in Congregatione generali xvi Martii exceptus, post exhibitas consuelo more litteras, et mandata, quæ cum omnia publici juris novissime post alios fecerit Philippus Labbe <sup>1</sup> Societatis Jesu, hic repelere, ne nimia lectorem prolixitate fatigemus, supervacaneum duximus, luculentam habuimus orationem, qua Pii Pontificis studium in Concilio ad opus perducendo, ad constabilenda fidei Catholicae dogmata contra obortas haereses, atque sanctissimis Patrum decretis omnem erroris vel ambigualis offusam caliginem discutiendam illustravit, necnon Florentiae ducem ad Concilii Pontificis que tuendam auctoritatem paratiissimum significavit his verbis :

36. « Si in cognitione veritatis vis omnis ac nolio nostra ipsius intelligentiae potissimum consistit, profecto ejusmodi veritatis cultores in hac vita aliorum omnium beatissimi et felicissimi habendi sunt, contraque prorsus miseri et infelices illius expertes, qui nihil loci rationi et consilio relinquentes, pravas nullius de rebus animo opiniones imbuiunt, alique in illis acquiescentes de sanitate mentis magis deturbantur, quam qui misero diuturnoque morbo interdum affliguntur : iis igitur si magna pietatis esset medicinam adhibere, et corporis incolumitatem consulere, multo majoris eliam foret istorum animis salutem afferre, et ad integratatem innocentiamque adducere, quod opus tanto majus plane habetur, quanto est anima præslantior

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3248. in Actis sess. 3. Act. Conc. Trid. Ms. card. Barb. sig. num. 1109. p. 36. Astulph. Serv.

<sup>1</sup> Tom. XIV Conc.

corpo, quantum denique aeternitas mortalitatem superat. Hujus rei causa Pius ille pater sanctissimus et verus animarum nostrarum pastor et custos, non immemor quam eximio, quam singulari studio ac voluntate eas sibi Christus commendaverit, cum dixit Petro primo suo vicario, et deinceps omnibus iis, quibus sanctarum clavium munus divino umine tradere, si me amas, pase oves meas, cum ille Christiane religionis conservator intelligat, quanta ingluvie lupus insatiabilis palam quotidie magis irrumpat in Christianum gregem, neque sibi sit quidquam deliberius, quam illum, quacumque ratione possit, funditus dissipare, quandoquidem post seuen illud bonum quod ante Christus sparserat, quod Apostoli ipsius imitatores, quod etiam alii integrerrimi homines, in quibus quasi lumen quoddam sanctitas admirabilis continenter eluxit, summa diligentia auctum in Christiana republica conservare studuerunt, venit inimicus homo, et superjicit zizania, quæ, cum in dies singulos accrescant, jactum ab initio semen bonum suffocare plane videntur; quamobrem, inquit, Pius IV Pontifex maximus, ut hanc nefariam pestem ac perniciem a nobis depellat, Concilium hoc peragere suum induxit animum, ubi vos, et vita innocentia, et eruditio magnitudine viri admodum insignes, de vera sinceraque Christi doctrina commonefaciatis, atque illa etiam Evangelii dogmata plenissime explicitis, et quæ tandem precepta a Christi fidelibus tenenda sint, declarare non prætermittatis. Hæc non quæ consiliis vestris atque suffragiis, sed Spiritu sancto impulsore et autore confirmata, certa et rata esse præcipue decreveritis, ut fideliter, ut religiose, ut sapienter facta auctoritate atque judicio inaximi Pontificis comprobentur; non ut alia veritas, ab illa quam viri Catholici omnes coluerunt, renovetur, sed ut rursus indicet iis, qui sese ab eadem temere nimis removentes, variisque turbati erroribus, suaque in sententia, obstinatione quadam incredibili constantes, latum unguem de illa decedere tergiversantur. Hujus tanti ac praelari munieris functioni Deus omnium rerum sapientissimus distributior vos amplissimos et religiosissimos antistites præpositus. Pius autem, ut fidelis minister, et verus Christi vicarius, hoc unum assidue cogitat, hoc unum, seduloque hoc unum potissime studet, dissipatum videlicet Domini sui gregem congregare, et oves grandi profecto macie jam confectas laeta in pascua reducere, et omni prorsus calamitate liberatas summo cunctarum rerum conditori, vestra tamen ope adjutus tandem restituere. Qua de re pluribus disserere consulto jam omittam, quo negotia, quæ gravia satis in hoc celeberrimo conventu habituri estis, minus impediam; illud tamen attingam, quod Cosmus princeps et dux

meus ad vos, Patres optimi, adlegavit me, ut ejus nomine deferrem se Pio Pontifici maximo esse conjunctissimum, sequi in ea sacri Concilii hujus bene et feliciter peragendi voluntate perpetuo secum, atque etiam vobiscum esse mansurum. Ut igitur in tanto negotio explicando curam omnem cogitationemque ponatis pro illa summa observantia, qua unumquemque vestrum studiosissime colit, vos etiam co-hortatur, etc. »

37. Excepta est secundo plausu hæc oratio, ac Synodi nomine amplissimæ gratia Florentino et Senensi principi acta de optima illius in Pontificem et Synodus voluntatis propensione, nec Synodus fultam Pontificis, Cæsaris regumque ac principum præsidiis ad tollenda omnia de religione dissidia muneri suo defutaram responsum<sup>1</sup>:

« Quam optatus et jucundus sanctæ Synodo adventus sit iste tuus, præstantissime orator, ex maxima hilaritate atque letitia, qua in te accipiendo sese affectam esse declaravit, plenis-sime animadverte potuisti, quippe quæ perspectum habet studium illustrissimi amplissimique ducis, qui te huic legatum misit, de Catholica Ecclesia ac de sanctissima Sede Apostolica benemerendi: neque enim de hujus principis propensa in dignitatem tranquillitatemque reipublicæ Christianæ voluntate dubitandum est, cum ex ea familia Cosmus Medices prudentissimus princeps, omnibusque animi ingenioque ornamenti cumulatissimus originem ducat, que duos quidem antehac Pontifices maximos, eosque sapientissimos, Leonem X et Clementem VII Ecclesie dederit, nunc autem Pium IV, qui noctes et dies nihil aliud cogitat, quam tranquillitatem pacemque Ecclesiæ universæ, salutem omnium Christianorum, impietatis eversionem, pietatis incrementum. Quas ob res Concilium OEcumenicum in hunc locum omni industria, omni diligentia, omni denique opera convocabendum curavit. Hæreditaria itaque Florentini Senensisque principis hæc laus est, sed illa certe propria, quæ nunquam satis commendari potest, quod hac temporum infelicitate, hac rerum omnium perturbatione majorum suorum pietatem non modo serval, verum etiam auget. Quod autem Synodus hortat ad veritatis lucem explicandam, quam Apostoli et post eos sanctissimi Patres docuerunt, facit pie ille quidem, atque ut decet principem Christianum. Verum hoc voluit sancta Synodus sibi ille persuadeat, se in eam causam toto pectore incumbere, eam operam enixe dare, in id omnes suas curas cogitationesque conferre, neque labori parere, neque incommodi quidquam devitare, ut sanctissimo Pontifice auctore ac duce, optimo imperatore favente, potentissimis regibus prin-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. in Act. ses. 3. sub Pio IV.

cipibusque adjuvantibus, necnon sapientissimo duce, cuius personam hoc loco geris, clarissime legate, opem afferente, ignorantiae tenebris depulsis, verique perspicientia patefacta omnis dissensio discordiaque tollatur: quodque ad id dux ipse suas opes, facultates, copias denique omnes pollicetur, studium illud sumum erga religionem Christiano principe dignum, de quo dixi non esse dubitandum, plane declarat. Quas ob res ipsa Synodus pro singulari ejus prudentissimi principis erga summum Pontificem voluntate, pro summa erga Ecclesiam pietate, pro incredibili erga se animi propensione maximas ei gratias agit et habet, rogatque etiam atque etiam, ut secum rempublicam Christianam, quemadmodum pollicetur, toto animo complectatur. Te vero hoc accessisse, orator præstantissime, mirifice latatur, cum de tua virtute ea sibi promittit, que congruunt tam pii sapientisque principis legato, atque illi ipsi mirum in modum gratulatur, quod viro, tam solerti, tam navo, tam industrio, tam denique litteris eruditio legationem earum rerum causa detulerit. Sperat enim divino Spiritu afflante, ea mente eoque consilio te fore, ut secum sensurus sis, que illa eodem Spiritu afflata constituenda esse censuerit, atque libentissimo animo complexurus. Mandatum vero quod ille tibi ad se dedit, ita accipit, ut juris est».

*38. Helvetiorum Catholicorum oratores ad Concilium accedunt, et perorant.* — Vigesima Martii die Helvetiorum Catholicorum oratores generali Patrum congregationi attuere, quorum nomine Diamantes sacerdos Ordinis Heremitarum Sancti-Augustini peroravit, atque Helvetiam gentem ob gesta asperrima bella pro tuenda Pontificum dignitale, atritosque florentissimis victoriis Zuinglianos, qui religionem Catholicae delere moliebantur, cæsumque in acie ipsum Zuinglium, exstumque ejus cadaver commendavit, religiosissimeque sancta Synodi decreta a Catholicis Helvetii cultum iri sponopidit:

«Pæne cuncti Christiani principes, hoc tam piuum negotium non magis ad Ecclesiæ pastores, quam ad se pertinere rati suos huc oratores misserunt, cum ut gerendis in sacro Concilio suo nomine interessent, tum ut rem tam necessariam omnibus viribus adjuvarent. Sunt enim et ipsi membra Ecclesiæ, et tanquam stellæ in firmamento positæ, quorum est post solem, id est, sumnum Pontificem, in subjectos populos secundum datam de celo potestatem, virtutem influere. Itaque consules septem pagorum, seu cantonum, ut vocant, laudatissimorum Helvetiorum Superioris Germaniæ, quales sunt Lucernenses, Fianienses, Suithienses, Sylvanienses supra, et Subsylvani, Tugienses, Friburgenses, et Solodorienses, qui erga Sedem Apostolicam et vestrum hunc sanctissimum ordinem bene semper fuerunt affecti, noluerunt et ipsi

in re tam necessaria, et in publica quasi totius orbis causa, suos oratores desiderari. Ea præsertim de causa, quod cum audierint his sacro-sanctis comitiis jacta esse tam religiose auspicata fundamenta, in eam spem venerunt, ut brevi se visuros sperent, quæ nunc in Ecclesia, nequitia Sathanæ, qui superseminavit zizania, sunt dispersa et dejecta, nedum congregata, sed omnia unum, ut prius erant, esse effecta. Quod ut ad Dei laudem et Christianorum salutem quam celerrime fiat, in suis orationibus, et privatum, et publice comprecantur. Quamobrem iidem Helvetiorum consules communis consensu dominum hunc Melchiorem Lusi Amannum Subsylvanicum sublus Sylvam-Nobilem, et strenuum Sanctæ Romanae Ecclesiæ militem deauratum, virum omni probitatem et virtute ornatum, ut inter suos præcipuum, huc ad vos delegarunt, ut omnibus, que in hoc sacro Concilio gererentur, interesset, et in omnibus decernendis fidem et obedientiam eorum nomine publice sponderet. Cupiunt enim maxime et vehementer exoptant hoc vobis testatum relinquere, se quidem quod ad fidem, religionem, et obedientiam attinet, itemque alacritatem et studium juvandi Romanam Sedem, nullis populis, qui Christiani censemur, cedere, nulla que re se inferiores putare. Gratias enim Deo agunt, quod ejus munere sibi datum est, quod iis viribus, quibus invicti fere semper extiterunt, in hujus Sedis beneficium semper usi sunt. Et ne commemorem, qualem operam Ecclesiæ ante Julii Secundi tempora, ipsi Julio Secundo, Leoni X Pontificibus maximis præstiterunt, ut prætercam tot contra infestissimos Ecclesiæ hostes partas victorias, satis erit hoc tantum argumento eorum fidem comprobasse, quod cum sint ipsis fidei hostibus nedum finiti, sed etiam conjunciliissimi, nunquam adduci potuerunt, ut in eorum perversa dogmata aliquando concederent, aut transirent, licet ab eis omniibus pæne quotidie machinis oppugnentur, quin potius eis semper constantissime restiterunt, et tanquam legitimi Israelite, nunquam cum execratis Moabitæ jungere prophana conubia voluerunt. Et hoc apertissime declarant, quando inito cum illis ipsis religionis causa bello, immanissimum ac nefandissimum Ecclesiæ hostem Zuinglium haeresiarcham pemerunt, extractumque et cadaveribus combusserunt, quo testarentur sibi cum illis, quandum extra Ecclesiam manere vellent, perpetuum, et vere aspondon, id est, irreconciliabile bellum fore. Nec sine causa, arbitror, in ipsis Italia limitibus et finibus constituti sunt, ut scilicet tanquam validum propugnaculum obstarent, ne grave malum, quod ab Aquilone juxta prophetæ valicinium quotidie panditur, in ipsam Italianam tam facile irrumpat et penetret.

«Hæc autem, atque ejusmodi multa, que

Helvetiorum virtutem testantur, etsi vobis, amplissimi Patres, perspectissima et notissima esse arbitror, testari tamen placuit, non quidem jactationis, aut ullius gratiae promerenda studio, sed ut quique exploratissimum et persuasissimum habeant, Helvetios erga Romanam Sedem tales semper fore, quales omnibus prope saeulis fuerunt, atque eundem semper animum in ejusdem beneficium, et sua sponte, et rogatos allatuos ».

39. Responsum est Synodi nomine ab Angelo Massarello episcopo Telesino, qui a Secretis Concilii erat, precipuis his verbis<sup>1</sup>: « Quamvis cetera pietatis vestra officia magna sane et illustria sint, tamen haud facile dixerim, an ullum magis opportunum officii et obsequii genus, vel Christianae reipublicae magis salutare ab Helvetiis profectum fuerit, quam quod ad sanctam hanc OEcumenicam Synodus honestissima legatione missa, se tanquam optimos Ecclesiæ filios omni ratione communis matris causam et dignitatem defensuros esse apertissime declarant. Testatum illud quidem antea sæpius fecerunt invicta quadam animi fortitudine, et constantia, cum ferro et armis pro vera religione dimicandum fuit. Attamen eo nunc commendatior apud omnes, et Pio IV Pontifici maximo gravior esse debet vestra hæc, quam sedulo præstatis, opera, industria ac sancta sollicitudo, quia non ad unam aliquam Christianae reipublicæ partem juvandam, sed ad universam pæne ab impiorum scelere una cum aliis, quibus Ecclesiæ salus curæ est, vindicandam prompto et alacri animo accurrantis. Quod igitur sancta Synodus ad officium suum pertinere existimat, primum quidem vos, oratores præstantissimi, salvos et incolumes advenisse tam vehemenler lætatur, ut de eo etiam maximas gratias Deo optimo et immortalis nullum, neque agendi, neque habendi finem faciat. Quippe cum præter optimi et Christianissimi Cæsaris Ferdinandi, in cuius fide et clientela potissimum conquiescit, regumque et principum egregiam erga se voluntatem, et propensionem, magnum etiam presidium in vestræ laudatissimæ nationis studio ad ea perficienda, jam pridem collocarit, quæ Pius IV, divino quodam beneficio turbulentis hisce temporibus Ecclesiæ datus, rite et legitimate convocato generali Concilio, instituit. Ille autem sancta Synodus de optimo Helvetiorum animo antea semper cognito ac perspecto, eo magis nunc sibi pollicetur, cum vos ad tantæ legationis munus delectos esse animadvertiscat, etc. ».

Exhibuere illi iterum in Sessione IV litteras ad Concilii Patres, ac mandata a præsulibus et clero Rappersvillæ xxvi Januarii, necnon a

proceribus et magistratibus Helvetiis xx Februarii consignata.

40. *Responsio Concilii datu oratoribus cleri Hungarici.* — Sexta Aprilis Jo. Colosaurinus Ordinis Prædicatorum Canadiensis episcopus, et Andreas Duilius Stardellatus episcopus Timoniensis, pro Hungariae clero oratores apparuerunt, qui procurations sue mandata Patribus exposuere; Duilius quoque eleganti ac prolixa oratione Hungariae Ecclesiasticas clades recensuit, ac spem omnem in Concilii celebratione locatam ostendit. Atque utinam, quæ tam sancte modo protulit, ea quoque semper sensisset; nam infelix orator post aliquot annos, a seipso et ab Ecclesia factus extorris, viam veritatis, quam tam dilucide cognoverat, impie atque ingrate deseruit; iis autem a Patribus in hunc modum est responsum<sup>1</sup>:

« Reverendi Patres, persuasum est sanctæ Synodo eam lætitiam, quæ communis fuit omnibus Christiani populi nationibus pro generalis hujus sacrosancti Concilii celebratione, ad prælatos quoque Ecclesiæ vestræ Hungarianæ pervenisse, cujus singulare semper exilit studium in tuenda et conservanda vera Christi religione. Nunc rogandus est Deus immortalis, ut quanto bonorum omnium consensu inchoata sunt, ad optatos etiam exitus pro sua benignitate perducat. Optabilius quidem sanctæ Synodo fuisset, ut regni Hungariae prælati ad hoc sacrum Concilium personaliter accessissent, sed quoniam justis et legitimis de causis, cum gravissimo testimonio illustrissimi et reverendissimi D. Hosii cardinalis Warmiensis conjuncto, coguntur abesse, libenter illorum excusationem sancta Synodus accipit, cum præsertim confidat, fore ut non multo minorem utilitatem Christiana religio perceptura sit ex opera, quam ipsi suis Ecclesiis his turbulentis temporibus pie et diligenter præstare poterunt, atque eo magis, quod res et negotia sua vobis optimis et religiosissimis Patribus committenda existimarentur. Quod reliquum est, vos et mandata vestra, prout juris fuerit, læto animo complectitur atque admittit ».

41. *Proponitur discutiendus articulus de residentia.* — Vigesima Aprilis coacta est congregatio in templo Sanctæ Mariæ Majoris, in qua episcopus Telesinus, qui a secretis Concilii erat<sup>2</sup>, hanc schedulam perlegit: « Quia multi Patres dixerunt declarandum esse, residentiam esse de jure divino, alii de ea re nullum verbum fecerunt, alii vero non esse faciendam censuerunt; ut Patres qui delecti fuerunt ad confiencia decretis, possint ea tutius confidere, dicant dominationes vestræ paucissimis, scilicet per verbum *placet*, vel *non placet*, velint, necne,

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3248, in Actis sess. 4. sub Pio IV. Act. Conc. Trid. per Astulph. Ser. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 4109. p. 40. — <sup>2</sup> Astulph. Servant.

<sup>1</sup> Ext. resp. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3218, in Actis sess. 4. et in lo. xii. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3199. p. 31.

declarari residentiam esse juris divini, ut in majori numero votorum et sententiarum possint decreta conscribi, quemadmodum in hac sancta Synodo semper fieri consuevit, qui quidem numerus ex varietate sententiarum nunc constare non videtur. Dicent autem ita clare et distinete, ut eorum vota adnotari possint.

Triginta octo praesules dixere *non placet nisi consulto Domino nostro papa*, et alii Triginta tres dixere : *non placet*, alii sexaginta sex dixere : *placet*. Itaque decretum illud sumpius in examen revocatum visuri sumus, quod cum diu multumque Patres Concilii in diversa distenderet, multaque alia in Concilio oborirentur dissensionum semina, Pontifex, ut pleniorem de omnibus referret notitiam, nec aliquo partium studio veritas ullo modo celaretur, certum hominem Tridentum submittere decrevit, ut quae inibi agerentur, coram aspicere, Pontificemque moneret. Ad id igitur muneric Carolum Vicecomitem, quem proximo anno ex Mediolanensi senatore, praecipuis pro patria legationibus ad Philippum regem perfuncto, prothonotarium Apostolicum, atque Albintimilensem episcopum creaverat, submittere decrevit. Is proximo mense Junio Tridentum se conferens naviter ac solerter tum apud legatos, tum apud Patres se gessit, ut dissidiorum omnium evelterentur fibrae, nullaque amaritudinis radix, fugata omni suspicionum nebula, germinaret; cardinalique Borromaeo fideliter omnia, que ibi acceperat, per litteras communicavit.

Ne autem hinc aliquis oblatrandi desumat materiam, quasi Pontifex privato animi affectu nodosam hanc questionem agitari, ingratum haberet, opera pretium duximus sententiam cardinalis Hosii, cuius doctrinam ac pietatem omnes suspiciunt, in medium adducere, ut exinde prudens quisque cognoscat, Pontificem magno sane consilio ab hujusmodi definitione tunc abstineri cupuisse. Sic igitur ad Seldium imperatoris secretarium scribit Hosius :

« Mecum quoque fuit actum, ut vellem disputatione, quo jure pastores in Ecclesiis residere teneantur. Quesivi ex nonnullis, quem finem sibi propositum haberent in hac disputatione. Producebant illud ex Evangelio : *Forte verebuntur filium meum*. Quid autem inquam ? An in eodem Evangelio non legistis, malos illos, quos Deus male perdidit, dixisse, cum viderent filium : *Hic est heres, venite, occidamus eum*? Videite itaque, quod qui trucidarunt servos, idem etiam de filio fecerunt, ac vel inde cognoscere potestis, quod, qui non audit Deum per ministros suos, per Ecclesiam suam praeipientem, non audiet eum etiam per filium mandantem. Fingamus autem nunquam precepisse Deum, ut residenter in Ecclesiis suis episcopi, sed Ecclesia tantum praeceptum esse, num ideo non parrebunt pastores, quoniam Ecclesia praeceptum

sit? Ego vero Dei vocem hanc lego : *Si quis non audierit Ecclesiam, sit tibi tanquam ethnicus et publicanus*. Itaque teneri pastores ad residentiam persuasum habeo, etiamsi nihil in Scripturis reperiatur, sed Ecclesie tantum praeceptum sit, quam qui non audierit, eum tanquam ethnicum et publicanum haberi Christus voluit. Indubitate juris divini esse : *Dilege, non concupisces, diligite inimicos vestros*, nemo dubitat, num ideo praestantur haec ab omnibus, quia divini juris esse sciuntur? Utinam vel a paucis haec praestantur! Quamobrem non scire, sed facere jus divinum prodest ad salutem, scienti vero bonum et non facienti, peccatum est illi; sciebat Eva divinum esse praeceptum, non esse comedendum de ligno velito, num propterea quia scivit, statim fecit? praesterat eam nescire. Verum illi aliam postea causam proferebant, quamobrem disputari de residentia euperent, quod si decretum esset eam esse juris divini, praeclusum esse viam dispensationibus dicebant. Ego vero, ut maxime verum sit, inquam, residentiam esse juris divini, quod negavi nunquam, tamen perpetuam residentiam esse juris divini, verum non est, cum dicat ipsa veritas : *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Ex quibus verbis colligere licet, casum dari, quo liceat non residere. Nec solum esse hunc casum, verum et alios multos; sicut hoc tempore multi pastores absunt ab Ecclesiis suis, qui non solum non peccant, quod absunt ab illis et in Concilio praeentes adsunt, verum etiam sine magno peccato, vocati ad Concilium, in Ecclesiis suis residere non possent. Itaque posse, et in hoc, et in multis aliis casibus Pontificem, vel dispensare, vel interpretari, ut abesse aliquando ab Ecclesia sua liceat, nec eos finem istum, quem optant, esse consecuturos, cum presertim audierim Patres dicentes, esse quoddam jus divinum dependens, esse aliud independens, esse absolutum, esse positivum, esse quod versetur circa essentialiam rei, esse quod versetur circa materiam contingenter, esse jus divinum mediatum, esse et immediatum. Certum autem est, quod residentia sit juris divini mediata, dependentis, positivi, et quod versetur circa materiam contingenter, qualia iura dispensari posse illi ipsi Patres affirmarunt, qui de residentia, num sit de jure divino disputationi cupiebant. Et in alia Epistola cardinali Borromaeo scripsit. Dixerat hic quidem, variis in Conciliis multos fuisse canones sancitos contra usurarios, nec proiectum tamquam fuisse. Postea decretum fuisse in quodam Concilio, jure divino usurias prohiberi, et statim homines cognovisse, quod esset mortale peccatum usuriam percipere; si hoc, inquam, intulisset, quod statim usurarii esse desierunt, ad rem aliquid dixisse videretur; sed sicut posteaquam jure divino usurias prohibi-

beri declaratum est, non propterea desierunt esse usurarii, ac forte plures nunc sunt, quam fuerunt antea, eadem ratione induci potest, postquam declaratum fuerit, esse juris divini residentiam, non propterea facturos episcopos ut resident; Deus ipse præcepit Evæ, ne comederet de ligno boni et mali, num propterea non gustavit? Imo vero magis accensa videtur illius cupiditas hoc interdicto, quam refranata. Quamobrem, qui non audiunt Deum per Ecclesiam residere jubentem, habere me persuasum, quod iidem illi, non sint audituri eundem etiam ipsum per se loquentem». Hæc Hosius. Ex quo nunc, quæ interim in Concilio gesta sint, videamus.

42. *Venetæ reipublicæ oratoribus responderunt a Patribus; contentiones inter Bavaros et Venetos de honorificentiori loco.* — Cum vigesima quinta Aprilis advenisset dies, qua die divi Marci Evangelista Venetiarum patroni anniversaria solemnitate gratulatur Ecclesia, Nicolaus a Ponte, et Matthæus Dandalus Venetæ reipublicæ oratores honorificentissime a Patribus in templo maximo sunt excepti. Eximiam habuit orationem Nicolaus, qua flagrantissimum senatus erga Concilium studiū, insitamque civium animis erga tam præclarum opus pietatem misericordie extulit. Renuit tamen singulari modestia orationis sue exemplum describendum alii dare, quod diceret, senis illam fœtum fuisse, qui necessitatis tantum usui, non ostentationis pompa adhibendus erat. Vixit tamen ad exactam usque ætatem Nicolaus, ac longo post tempore ad supremam reipublicæ Venetæ dignitatem est evectus.

Quid autem Patrum nomine fuerit ipsis responsum, habent subjecta Concilii Acta<sup>1</sup> quod a Mutio Callino Jaderensi archiepiscopo in hanc formam concinnatum, ut testatur Mutuus :

« XXV Aprilis die sancti Marci admissi sunt oratores Venetorum in Congregatione generali, exposito ab iis mandati libello atque oratione habita ad Synodus, subjectum responsum ab eadem Synodo illis redditum est :

« Non potest sancta Synodus non incredibilem lætitiam et voluntatem capere, maximasque Deo immortali gratias habere, cum tot nobilissimis legationibus hunc sacrum et legitimum conveutum augeri et honestari videat. Nam cum a Pio IV Pontifice Maximo, cuius sapientia et vera in Deum pietas nunquam satis laudari poterit, sacrosanctum hoc generale Concilium ad Catholicæ Ecclesiæ pacem, et dignitatem, vel constituantem, vel recuperandam convocabatum fuerit, non ignorat, quantum præsidii ad divina ejus mentis cogitata perficienda, omnium Chri-

stiani orbis gentium, et populorum consensus et conspiratio afferre possit. Verum ita vobis, oratores amplissimi, sancta Synodus persunasum esse vehementer velit, iltud sibi in optatis semper maxime fuisse, ut quam antea Veneta reipublica in tuenda Dei Ecclesia alacritatem ostendisset, quamque in ea mentem et voluntatem esse hoc difficillimo reipublica Christianæ tempore dubitare non poterat, eamdem etiam missa hac legatione omnibus declararet, quam statim in d. Concilio Senatus vestri auctoritate decretam fuisse in ore omnium atque sermone positum erat. Ac profecto in eo Concilio, in quo de compositionis Ecclesiæ discordiis, ac morum disciplina restituenda ageretur, Veneti nominis in orbe terrarum clarissimi auctoritas et amplitudo deesse non potuit. Nam præter alias innumeras virtutes, quas in reipublicæ administratione vestri prudentissimi cives melius expresserunt, quam ulli sapientes homines ratione et præceptis tradiderunt, nihil unquam diligenter quam veram pietatem et religionem coluerunt, atque ad pacem et concordiam conservandam et cum dignitate retinendam omnes curas et cogitationes contulisti. Neque vero alia vobis studia sanctiora et antiquiora ulla esse debent, ut qui a præclaris iis majoribus orti et procreatis, qui cum in misera illa totius Italiae vastitate miranda urbis vestræ fundamenta jacerent, non tam illi quidem sibi ipsis videntur otii et securitatis profugium quæsivisse, quam pacis et tranquillitatis publicæ sedem stabilem et domicilium certum collocasse. Nam quod ad religionem attinet, hæc vestræ beatissimæ reipublicæ, hæc, inquam, yera summa et propria laus est, quod fidem Christi ita accepit, ut in ea nata et pie educata eam deinceps per tot sæculorum ætates, puram atque integrum sancte et religiose conservarit, ita ut quam late Venetiarum imperium et ditio pateat, nusquam ullum peregrinæ doctrinæ vestigium, nusquam interruptus orthodoxe fidei cultus appareat; ubique sanctitas, ubique religio, et Catholicæ Ecclesiæ disciplina atque instituta plurimum vigent, quin potius, quod in extremis Orientis partibus adhuc lumen aliquod veteris et sincerae Religionis eluceat, id totum Christi Ecclesia in primis Dei clementiae, deinde Venetorum virtuti et pietati acceptum refert. Hæc autem, oratores amplissimi, eo dicta sint, non quod sancta Synodus vestræ reipublicæ laudes, quæ ne longa quidem oratione comprehendendi possent, hoc loco prosequendas existimet, verum ut intelligatis quantum sibi hilaritatem et lætitiam, quantum spei præter illam, quam antea adjuvante Domino rei bene gerendæ haberet, adventus hic vester optatissimus attulerit. Accedit ad majorem harum rerum cumulum, quod hujus legationis munus vobis precipue optimis et ornatissimis viris datum est. Etenim si generis splendor, si rerum

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3248. in Actis sess. 3. sub Pio IV. Acl. Conc. Trid. per Astolph. Servatium. Ms. Franc. card. Barb. sig. 1109. p. 44. Musotius in Diario.

usus et prudentia, cuius egregia exempla in Romana legatione semel atque iterum vobis pro patria suscepta intuleri omnibus licet, si optimarum artium cognitio, si pietas requiratur, hæc ipsa ornamenta omnia tam clara atque illustria in vobis sunt, ut aliquem fortasse vobis comparandum esse, ut magnam habet vestra res publica prestantium virorum ac civium copiam, neminem certe anteponendum sancta Synodus judicari.

« Quod reliquum est igitur, primum quidem mandatum vestrum, prout juris est, libenter admittit, deinde vos oratores clarissimos, tum vestro merito, tum optimæ et sanctissima reipublicæ vestrae nomine, benigne et laetanti animo excipi. Et quoniam divina providentia factum videri potest, ut in hunc divi Marci sollemnem diem, quem Veneta civitatis patronum et custodem summa religione colitis, adventus vester incurrerit, quemadmodum certe eo deprecatore futurum sperat, ita a Domino petere et obsecrare nunquam desistet, ut hæc ipsa legatio consiliaque vestra omnia vobis et Catholice Ecclesiæ prospere et feliciter eveniant. Postremo, quod Veneti imperii amplitudinem, opes fortunasque omnes, tam prolixe et liberanter ad communem sanctæ matris Ecclesiæ causam juvandam detulisti, de hoc vobis sancta Synodus eadem se plurimum debere agnoscit. Hanc autem voluntatis vestrae præclaram significationem eo libentius accipit, quod cum in hanc Tridentinam urbem Pontificis Maximi jussu et omnium principum approbatione convenerit, quamvis ex altera parte invictissimi Cæsaris potentia, et auctoritas non solum ab omni injuria defendant, sed ab omni etiam periculi metu liberent, ex altera tamen, quod vestra etiam ditionis tutela et presidio tecta et munita sit, permagni faciendum esse merito atque optimo jure existimat ».

Cum autem oratoribus Venetis <sup>1</sup> Alberti Bavariae ducis orator, qui prima Maii ad Concilium supervenit, cedere de sui principis mandato recusasset, dilata est ejus exceptio, donec tandem post diversas tractationes mense Junio, Alberto ipso jubente, honorificientiore locum Venetis cessisset; sed quoniam solemni obnuntiatione, quam etiam in Actis describi petiit, id se agere declaravit, ne Concilio impedimentum afferret, utque antiqua suo principi cum Veneta Republica amicitia servaretur, non quo post hac suo principi ceterisque Germani imperatoris electoribus ac ducibus fraudi vel præjndicio esset, Nicolaus a Ponte, qui tunc solus aderat, Veneti senatus nomine <sup>2</sup> alta voce hac coram legislati ceterisque Patribus protulit, annotari que curavit: « Posteaquam magnificus orator

illustrissimi domini ducis Bavariae petiit, suam protestationem adnotari, dico, quod illustrissimus dominus Bavariae, prout nunc cedit, ita ubique et semper plurimis justissimisque causis cedere debet serenissimo Venetiarum domino, et hoc ego quoque adnotari peto ». Fueruntque amborum protestationes in Actis scriptæ.

*43. Orator Gallus postulat ut Sessio proxima differatur.* — Missus est ad Rhætos exente Aprili eques Ruginellus, ut eos ad mittendos ad Concilium oratores sollicitaret, at ii abnuere, dato frigido responso, eam nationem existimare se contemptam a Sede Apost. cum tamen non aliter ac Cæsar et reges ad Concilium vocati sint; quo enim ampliore honoris privilegio ornari potuere?

Cum interim Galliarum regis oratores jam iter ad Concilium arripuerint, Ludovicus e Lansaco, qui legationis ejusdem princeps erat, subjectis litteris<sup>1</sup> Synodum rogavit, ut indictam ad xiv Maii Sessionem per aliquot dies prorogaret.

« Placuit regi domino nostro me ad sanctum Concilium suum oratorem mittere una cum duobus viris præstantissimis D. de Ferrier presidente in Curia Parlamenti Parisiis, et domino Fabri majestatis sue cancellario magni consili. Iudee pervenimus ad hunc locum, et operam damus, quam diligentissime possumus, ut isthic duodecima vel decima tertia die mensis futuri adesse, possimns. Quare rogamus vos, si quo casu serius, quam speramus, ad vos perveniremus, ut vobis placeat differre triduum, aut quatriduum Sessionem, quae ad xiv diem indicta est, ut ante tempus ipsius admittamur a sancta Synodo, et nostra illi mandata exponere possimus, quæ, ut spero, vobis gratissima futura sunt. Ex Milly xv Aprilis MDLXII, Lansac ». Eadem postulasse regem datis ad Mantuanum cardinalem litteris narrat Gabriel Palæottus.

*44. Sessio tertia sub Pio IV in qua mandata et litteræ principum recipiuntur; oratio Galli legati et Synodi responsio.* — Itiujusmodi postulata cum a Patribus variis in Congregationibus discuterentur, in illam tandem sententiam itum est, ut Sessio quidem indicta die teneretur, in ea tamen mandata duntaxat ac litteræ oratorum principum susciperentur. Cum itaque xiv Maii illuxisset dies, Patribus in Sessione congregatis, decretum prorogationis hoc modo est exaratum :

« Sacrosanta OEcumenica et generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea eidem Apostolicæ Sedis legislati, decreta ea, quæ Iudee in praesenti Sessione statuenda ac sancienda erant,

<sup>1</sup> Justin. hist. Ven. l. xiv. Manroc. hist. Ven. l. viii. — <sup>2</sup> Lit. legal. card. ad card. Borrom. Ext. in Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1344. Ep. cxi. Ib. Ep. clviii.

<sup>1</sup> Est. in Act. Conc. Trid. Astulphi Servantii Ms. Fr. car. Barb. sig. 1109. p. 44. Act. per Gabr. Palavot, p. 83.

justis nonnullis ac honestis causis in feriam quintam post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie nonas Junii, proroganda esse censuit, ac prorogat, dictaque die Sessionem habendam esse ac celebrandam omnibus indicit. Interea rogandus est Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, auctor pacis, ut sanctificet corda omnium, quo adjuvante, sancta Synodus, et nunc et semper meditari, atque peragere valeat, quæ ad ejus laudem et gloriam pertincent».

Reliqua ejusdem Sessionis Acta, qualiter nempe excepta fuerint principum mandata, Angelus Massarellus<sup>1</sup> Telesinus episcopus his perstringit verbis :

« Peracta in eadem Sessione Tridentina in sub Pio PP. IV ultra decreti publicationem.

« In eadem Sessione in sub Pio papa IV illustrissimus dominus Franciscus Ferdinandus Davalos marchio Pischariae orator Philippi Hispaniarum regis Catholici exhibuit ejus mandata sub data Madriti die xxviii; quod publice lectum fuit, et etiam responsum sanctæ Synodi.

« Deinde M. D. Joannes Strozzius orator illustrissimi D. Cosimi Medices Florentiae et Senarum ducis exhibuit etiam ejus mandatum. Dat. Pisis nonis Aprilis m<sup>l</sup>lxii, quod similiter una cum responso sanctæ Synodi lectum fuit.

« Necnon episcopi Canadiensis et Tininiensis procuratores prælatorum et cleri regni Hungariae exhibuerunt eorum mandatum datum Tiranaviae die xiv Januarii m<sup>l</sup>lxii, ac etiam mandatum archiepiscopi Strigoniensis, quæ simul cum responso sanctæ Synodi lecta fuerunt.

« Postremo clarissimi DD. Matthæus Dandolus et Nicolaus de Ponte oratores Reipublicæ Venetiarum exhibuerunt etiam eorum mandatum et litteras ducales sub data xi Aprilis m<sup>l</sup>lxii, quod similiter una cum responso S. Synodi lectum fuit».

45. Ingressi sunt Tridentum xviii Maii Gallicarum regis oratores<sup>2</sup> quorum primarius erat regulus e Lansaco, et cum eo duo jurisconsulti insignes Renoldus Ferrerius in senatu Parisiensi præses, et Guido Faber judex Tolosæ primarius, qui etiam regii scrinii magister fuit. Cum vero in Patrum consensem inducti essent, habita est a Guidone Fabro oratio, in qua male oлentia quedam verba, pravarumque opiniorum de Pontifice et Ecclesia deque Conciliis fuliginem, cum alloqueretur, allivit, quæ cum illius exemplum proponeret, magna ex parte detraxit. Quædam tamen pro consuetudine nostra ex illius etiam oratione desumenda duximus, reliqua alibi legenda, ejusque maculas apud Pallavicinum detectas ac detersas omitendo. Sic igitur dicebat<sup>3</sup>:

« Ab eo sumus tegati, qui paternæ avitæque laudis non æmulus modo atque imitator, sed etiam hæres et successor, nulla in re magis unquam putavit sibi esse elaborandum, nihilque vehementius contendit, quam ut opportuno loco et libero, neque conventuris infido, justa quædam Synodus cogeretur, sacrosanctum Concilium convocaretur, quam ut Dei optimi maximi auspicio publici Christianorum omnium conventus jure legitimeque peragerentur, quam denique eæ opiniones, quæ in Christiana republika controversæ factæ sunt, unum in sensum et decretum ex auctoritate OEcumenici cuiusdam Concilii aliquando reducerentur. Is fuit profecto regis animus jam inde a primo aditu et ingressu principatus sui. Quos autem hujus studii ac judicij, perpetuaeque in rem publicam Christianam voluntatis citare testes verissimos Carolus rex poterat, eosdem hodie voluit hic sibi ad Concilium legatos adesse. Adest enim Ludovicus Sangelasius Gallici Ordinis eques illustrissimus, et in secretius principis consilium ob singularem virtutem cooptatus, qui variis antea legationibus functus honorifice, nuper ad Pium IV Pontificem Maximum propter ea missus est, ut ipsum Pontificem currentem quidem sponte sua ad Concilii procreationem acris incitaret, ejusque animum religionis studio incensum vehementius (si fieri posset) inflammaret; Gallia autem nostræ recentia vulnera, quæ sine summo dolore tractari nequeunt, ita nudaret, ita detegret Pontifici, ceu parenti bono, ut tamen ea ipsa, ne obduci quidem alia ratione, nisi libero Concilio, nedum curari penitus aut sanari posse contendet. Adest quoque Arnaldus Ferrerius in senatu Parisiensi præses, qui altero fere die post Francisci mortem a Carolo fratre ad eundem Pontificem allegatus, nihil potius in mandatis habuit, quam ut Concilium, id est, conventum Christiani nominis universi indici postularet, ejusque occasiones omnes quoquo modo urgebat; admoneret etiam, verendum esse ne ex nostris hominibus quamplurimi, quos dudum Concilii futuri spes ægre in officio refinebat, diuturna expectatione fatigati desicerent a nobis, et ad eas partes traducerentur, quas nomini et persuasioni Romanæ maxime adversarias esse scimus, tantumque decederet de grege Domini, magno non solum Galliae et totius Christianitatis incommodo, verum etiam eorum ad quos maxime ea res pertinebat, qui occurserent malis, dum poterant, noluerunt dedecore atque infamia. Hæc apud Pontificem non semel acta, ut cernitis, si aliud profecto nihil, Christianissimi tamen regis de publica pace constituenda

<sup>1</sup> Ang. Mass. Sec. in Actis sess. 3. Conc. Trid. sub Pio IV. Ms. arch. Val. sig. n. 3212. p. 156. — <sup>2</sup> Diar. Ast. Ser. p. 47. — <sup>3</sup> Ext.

curam, de sarcenda inter omnes ordines concordia sollicitudinem, de sanandis Ecclesiae vulneribus sententiam atque judicium cuivis facile probatura sunt, grata quidem, ni fallor, hominum recordatione, cum laude ad omnem posteritatis memoriam pervenient. Neque vero solus Pontifex de Concilio a nobis sepe interpellatus est, sed etiam Ferdinandus invictissimus et augustissimus imperator, Philippus quoque Hispaniarum rex maximus, atque adeo omnes Europæ Christiani principes et respubliæ omnes, omnes, inquam, reges, ut ad rem præstansim et utilissimam, tam necessario tempore animum adjicerent, ad constituendam scilicet unanimem de religione consensionem et restinguenda Ecclesie incendia, continuis legationibus, quotidianis precibus, quanta fieri potuit maxima obtestatione, saepè sumus cohortati. Hic ego vos appello, quicumque adestis illustrissimi atque amplissimi regum et rerum publicarum legati etc ». Nonnullis interjectis, conversus ad Patres addidit :

« Praeclarum est et pene divinum, quod a vobis expectant homines, sic enim existimant eos, qui non vestris quidem, id est, humanis viribus, sed afflati spiritu divino per Jesum Christum religionem nostram tot in eam invectis opinionibus sauciam reficere et recreare, qui Ecclesiam Dei per hosce quinquaginta annos contrariarum opinionum, quasi ventorum tempestate jactata in portu collocare, qui denique in his pugnantium inter se doctrinarum fluctibus statuere optime possitis, quid dignitas Ecclesie, et quid ipsa temporum ratio postulet. Equidem humana imbecillitate fortasse, et aliqua praefectorum Ecclesiae incuria, vel etiam, ne quid gravius dicam, praepostera pietate irrepsisse in Ecclesiam res nonnullas antiquatione, abrogatione, vel moderatione dignas fateamur necesse est, sed quemadmodum illo homines comprimiti mihi semper visi sunt, qui arbitratu suo, vel potius libidine, sine auctoritate, sine ullo decreto cæteriarum omnium penitus rationem, que ipsa comes est et administra religionis, convellentes, atque ob id in pacata republica tumultuantes, impium quendam cultum ritusque novos induxerunt, sic contra a nobis peccari fortasse potest, dum omnia, quæ sæculis muniuntur, et longa vetustate, mordicus retinenda esse pulamus, neque satis spectamus, quid inclinatio rerum, quid momenta temporum, vel publica quies postulet, etc. »,

46. Cum de responso dando inter Patres agitatum esset, primum concepta est formula, qua Guidonis Fabri verba aculeata et maledica, vel impietatem olenzia gravi et severa oratione castigabantur, verum ne Gallorum animi abalienarentur, visum est molliore interpretatione eorum asperitatem leniendam. Responsum ita-  
que multa officiorum suavitate ac mansuetudine

temperatum per hæc conceptum est verba<sup>1</sup>:

« Responsum sancte Synodi in admissione oratorum regis Gallie.

« Expectatus jucundusque adventus vester, illustrissime domine Lansac, vosque, clarissimi legati, sacrosancte huic Synodo non modo summam animorum lœtitiam, sed certissimam quoque spem attulit, ut quæ, vel temporum vitio et infelicitate, vel potius perfidorum hominum scelere et pertinacia a prisca illa vera religionis puritate multis regnis jam quidem in variis diversos haeresum errores defluxerant atque deciderant, ut volumus atque cupimus, in pristinum dignitatis ac sinceritatis gradum revocaremus. Nam cum perditi homines suis consiliis atque pertinacia multos jam annos non modo Pontificum atque regum humana jura, sed etiam divina ab Apostolorum jam temporibus Christo ipso magistro et auctore, partim monumentis, partim viva voce per manus, velut bæreditaria nobis ad bene beataque vivendum tradita fuerunt, novis quibusdam licentia, sacrilegia, impietatis, omnium denique scelerum ritibus superinductis, ut ad unicum, salutareque sacri OEcumenici Concilii remedium a Pontifice Maximo Pio, solertissimoque pastore, tan libenter quam necessario confugiendum fuerit, quod Spiritu sancto præludente tanta optimorum regum, Christianorumque principum non modo animorum consensione, sed etiam concordissimis omnium Christianæ reipublicæ bene juvandæ studiis susceptum est et ornatum, ut brevi Dei Ecclesiæ multo purior sanctiorque futura sit; merito itaque Christianissimum Galliarum regem Carolum (in quo celeriter est regiarum virtutum atque religionis cursus, quam ætatis) et laudamus et admiramus, qui etiam Henrici patris et Francisci avi Christianissimum regum nominibus et erga Sedem Apostolicam exemplis excitatus atque inflammatus, cum per ætatem nondum confirmatam, et impios suorum tam in se, quam in Christi religionem tumultus, huic saluberrimo sanctissimoque generali Concilio adesse non possit, vos præstantissimos viros summa prudential, fide et religione preditos legatos misit, qui illius nomine omnem operam, opes, studium denique et parendi obsequium (ut decet) sacrosancta Synodo liberaliter promitteretis, et reipsa fidelissime præstaretis. Quam apud bonos piosque nulla aliorum Conciliorum, quæ nec legitima, nec libera fuisse, qui Conciliis male afficiuntur, parum vera objiciunt, invidia laborare, qui recte senserit, facile astimabit : cum clarum sit, sacra generaliaque Concilia rite Christi spiritu ab eo, qui potestate habeat, congregata, et legitima semper fuisse habita et libera, et ad

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sign. num. 3193. p. 178. Claudio Espenæus Ms. Fr. card. Barb. sig. 1109. p. 46. per Astulph. Serv.

hominum salutem, quantum per eos qui Spiritui sancto non restiterunt licuerit, spectasse, ac salutaria fuisse, nec adversus sacrum illud Tridentinum Concilium Sathanæ insidiae ac fraudes per vos copiose subtiliterque enumeratae, quamvis variæ atque ingentes, Christi spiritu präsidente, prevalebunt, qui illius omnes conatus sua virtute et potentia, in quo solo omnes nostras spes ac cogitatus collocavimus, franget, sub pedibus nostris substernet, nosque ab Ecclesiæ sue sinceritate ac veritate, nec aberrare, nec decipi, aut a quoquo cogi permittet. Itaque sedulam vestram et liberam admonitionem, viri clarissimi, ne videlicet in consultationibus ac sententiis nostris forendis, aut popularum auram captemus, aut principibus nostris obsequiamur, ila enim mavult sancta Synodus sensum vestrum interpretari, ne quid præter mansuetum piumque propositum atque institutum suum respondere cogatur, etsi non necessariam forlasse, et superfluam existimat, tamen ut a vobis bonis viris bona mente atque animo profectam, ita in bonam quoque partem accipit, et ut vos isto vano metu aliosque omnes liberet, sive propositi ac veritatis certiores faciat, aperte prædicat, se cujusvis voluntatem, potentiam aut cupiditatem sacrosanctæ Synodi dignitati et auctorati posthabiturum, quod ipsum vobis aliisque, qui huic saero Concilio adiungunt, res ipsa clarissime comprobabit. Itaque ut tandem redeamus, sacrum hoc generale Concilium vos ita libenter accipit et amplectitur, ut saluberrimi sanctissimique hujus celebrandi Concilii operis socios et participes habeat, Christianissimo vero regi vestro Carolo, ita regie atque sancte educato, fidelissimisque et religionis amantissimis senatoribus et consiliariis nunc ornato ac munito, tantum se debere fatetur, ut quæcumque ad ipsius honorem, dignitatem, regni statum ac religionem tuendam et conservandam pertinent, libertissime se præstaturum pollicetur, que salva fide et religionis puritate præstari poterunt, tantoque libertius ac jucundius præstabili, quanto certius firmiusque existimat, nihil a vobis præstantissimis viris religionisque amantissimis regis vestri Christianissimi nomine postulatum iri, nisi quod honeste, juste, religiose per tales viros postulari, et a sacrosancto OEcumenico Concilio pro religionis Christianæ dignitate et sinceritate sancte præstari possit et debeat, et mandata vestra libenter et prout juris est, accipit et admittit ».

*47. Sessio quarta sub Pio IV et ejus Acta.* — Quarta Junii die habita est Sessio quarta Concilii sub Pio IV Pontifice<sup>1</sup>, in qua decretum est simul de dogmatibus, deque restituenda disciplina agendum esse, graves enim controversiae

obortæ erant, de quo tandem prius agendum foret; Lutherani enim in Germania, et in Gallia Calvinistæ obganniebant non agendum de dogmatibus, quod Nicenæ Synodi Symbolum sufficeret; nec mirum erat eos perstrepare, cum nefarias eorum opiniones explodendas damnandasque constaret. De morum vero emendatione multa oblaterabant, ut odium clero conflarent, quamvis ipsi moribus profligatissimis uterantur. Cæsar vero et alii Germani Catholici, cum pellicere ad Concilium Protestantes enierentur, obstabant ne adeo mature de dogmatibus ageretur, ne se damnatos quererentur, indeque in desperationem efferarentur, atque adeo prius de instauranda disciplina delendisque corruptelis, actionem instituendam urgeant. E contra Hispani, cum fidei dignitatem maxime asserendam contra hereticos censerent, dogmata accuratissimo examine ante omnia discutienda contendeant: denique Patres ob justas causas extrahendam de dogmatibus decretoriam sententiam in opportunius tempus rati, hanc Synodalem sanctionem tulere<sup>2</sup>:

« Sacrosancta OEcumenica et generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea ejusdem Apostolicae Sedis legatis, propter varias difficultates ex diversis causis exortas, atque etiam, ut congruentius majorique cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur, et sanciantur ea quæ statuenda videbuntur, tam de reformatione quam de dogmatibus in proxima Sessione, quam omnibus indicit in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda esse decrevit. Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipsa sancta Synodus pro ejus arbitrio et voluntate, sicuti rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione restringere et prorogare libere possit et valeat ».

Collectis sententiis referuntur<sup>2</sup> omnes assensisse, exceptis triginta sex, quorum alii poscebant, ut declararetur continuari Concilium, alii, ut de residentia prælatorum ageretur, ac tum Seripandus haec alta voce fatus est: « Benedicamus Patrem et Filium cum sancto spiritu, Patres reverendissimi, laudemus et superexalteamus eum in secula. Decretum paulo ante lectum ab omnibus fere probatum est, tanquam necessarium, et præsentium temporum difficultatibus, quæ non satis explicari poterunt, valde accommodatum. Sex tantum et triginta, ut ex notariis, qui diligenter singulorum vota scrutati sunt et coram nobis enumerarunt, accepimus dissensisse, quorum tamen

<sup>1</sup> Ms. Act. per Astulph. Servantium p. 52.

<sup>2</sup> Acta Concil. Trid. sess. 4. sub Pio IV. — <sup>2</sup> Astulph. Servian. in Actis sess. 4.

rationes diversæ fuerunt, et inter se parum congruentes, aliis aliud poscentibus atque desiderantibus, quorum et suo tempore ratio habenda est; speramus enim istos quoque paucos admotum in aliorum, qui sunt multis partibus plures, sententiam ituros, consiliaque melius relaturos ope et auxilio Dei, qui ut est in Sanctis Litteris, concordiam facit in sublimibus, cui jam tempus est, ut canticum laudis et confessionis persolvamus ».

Nonnulla alia gesta in eadem Sessione recenset Angelus Massarellus<sup>1</sup>, per hæc verba :

« Quæ in eadem Sessione IV acta sunt præter decreti publicationem.

« In eadem Sessione IV Tridentina sub Pio IV Pontifice Maximo. M. et RR. DD. Melchior Lussi orator septem cantonum Helvetiorum Catholicorum, et Jacobus Unicorn abbas Sanctæ Mariæ loci Heremitarum, procurator prælatorum et cleri eorumdem septem Cantorum Catholicorum exhibuerunt corum mandata, primum datum die xx Februarii MDLXII, secundum datum Rupesvilla die xxiv Januarii MDLXII, qui cantones sunt Ligeria, Wania, Svitia, Sylvania supra, et infra Sylvam, Jugium una cum territorio extra sito, Friburgum et Solodorum, quæ mandata una cum responso sanctæ Synodi publice lecta fuerunt », habenturque apud jam saepius citatum Labbè<sup>2</sup> qui praeclaris suis laboribus non tantum de litteris, sed de tota Christiana republica est optime meritus.

« Deinde R. D. Martinus Hercules episcopus Lavantinensis, et Felicianus a Martinio Ordinis Prædicatorum procuratores R. D. Jo. Jacobi archiepiscopi Salzburgensis.

48. « Postea illustrissimi et excellentissimi DD. Ludovicus a Lansaco, Raynaldus Ferrerius, et Guido Faber oratores Christianissimi Gallicani regis Caroli IX, sub data Parisii xii Aprilis MDLXII; que mandata simul cum responsis sanctæ Synodi fuerunt similiter lecta et registrata, etc. »

Conceplæ porro erant regiae litteræ subjectis verbis<sup>3</sup>.

« Mandatum Caroli Christianissimi Galliarum regis exhibitum in eadem IV Sessione sub Pio IV.

« Carolus Dei gratia Francorum rex sanctissimis et reverendissimis Patribus Concilii Tridentini, salutem.

« Existimamus vos omnes satis intellexisse, quanto studio et diligentia rex Christianissimus frater et D. N. de Conc. generali egerit et OEcumenico convocando apud sanctissimum nostrum papam, dilectos fratres et consobrinos imperatorem, regem Hispaniarum Catholicum, ac alias principes. Nostis etiam, qua diligentia,

et eo, quem decet principem Christianissimum in Deum et ejus sanctam Ecclesiam zelo, nos, posteaquam regiam coronam sumus adepti, rem a defuncto fratre et domino nostro aede egregie et magna cum laude cœptam fuerimus subsecuti, magno et gravi dolore affecti, quod propter motus et divisiones, quæ sunt propter religionem in regno nostro, non potuerimus ejus prælatos, nostrosque oratores, quos se itineri accingere primo quoque tempore optabamus, maturius mittere, cuius cessationis causam vos pro prudentia vestra magis imputabilis temporum calamitati (neque enim adhuc sedati sunt tumultus) quam nostræ voluntati, quæ, etsi adhuc ætate minores simus, erit tamen tanquam Ecclesiæ filii primogeniti in religionem semper propensa, et eam in Ecclesiæ Christianam bene affectam re ipsa omnes intelligent. Misimus interea aliquot regni nostri episcopos, delegimusque oratorem summi Ordinis nostri equitem, et unum ex his, qui ad latus nostrum assidue esse solent, Dom. de Lansaco, et cum illo dilectos et fideles consiliarios nostros magistros Renaldum Ferrerium præsidiem in Parlamento Parisiensi, et Guidonem Fabrum judicem majorem Tholose, quibus dedimus potestatem in Concilio pro nobis sistendi, eundemque in eo gradum et ordinem tenendi, quem hoc usque regum Christianissimorum majorum nostrorum oratores tenuerunt, ac conjunctim vel separatim in Concilio requiri, nostro populi nostri nomine, quacumque reformationes, constitutiones et decreta secundum puram doctrinam, et quæ non solum pertineant ad Ecclesiæ Gallicanæ, sed etiam Ecclesiæ universalis utilitatem, sectarum et controversiarum, quæ sunt hodie de religione, conciliationem, exaltationem et propagationem nominis Dei, et in universum salutem et reipublicæ Christianæ munus et officium oratorum, secundum mandata que illis dedimus. Et quoniā illorum fidem et industrias perspectam et cognitam habemus, rogamus, sanctissimi Patres, æquo animo eos admittere, attenteque, quod illi vobis nostro nomine exponent, audire, eamdemque illis quam nobis, si isthic essemus, fidem dare. Deus vos, sanctissimi Patres, pro sua gratia et præsidio tueatur. Date Parisiis xii Aprilis MDLXII.

« CHARLES.

« BOURDIN ».

Regiis litteris responsum a Patribus honorificientissimis verbis est redditum, ut memorat Angelus Massarellus, cuius vices, cum hoc ipso die agrotaret, Bartholomæus Serigus Castellanæ episcopus implebat, ut narrat Pallavicinus tom. ii Hist. Conc. Trid.

49. *De communione sub utraque specie disputation et articuli propositi discutiuntur.* — Septima Junii gravissima controversia de commu-

<sup>1</sup> Angel. Massarell, in Act. sess. 4. Trid. Ms. arch. Val. sign. num. 3242. p. 161. — <sup>2</sup> To. XIV. Con. p. 118. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 3248. in Actis 4 sess.

nione sub utraque specie discuti coepit est, quæ trium mensium flexu Patres in multis Congregationibus exercuit; ac primum a cardinalibus legislati quinque articuli propositi fuere theologi, de quibus illi disceptarent, quos quidem fuisse septuaginta eruditione clarissimos, narrat Gabriel Palæottus, quem numerum postea longe auctiorem fuisse docent Acta. Articuli vero subjectis verbis concepti fuere<sup>1</sup>:

« Articuli propositi de usu Eucharistiae Sacramenti vii Junii MDLXII.

« I. An ex Dei præcepto ad salutem necessarium, ut omnes et singuli Christi fideles utramque speciem suscipere teneantur sanctissimi Eucharistiae Sacramenti.

« II. An rationes, quibus sancta Ecclesia Catholica adducta fuit, ut communicaret laicos atque etiam sacerdotes non celebrantes sub una tantum specie panis, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus sit cuiquam permittendus.

« III. An si honestis et Christiana charitate consentaneis rationibus alicui vel nationi, vel regno calicis usus concedendus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam sint illæ.

« IV. An minus aliquid sumat, qui sub una tantum specie hoc Sacramento uitetur, quam qui sub utraque.

« V. An divino jure necessarium sit parvulis, antequam ad annos discretionis perveniant, altissimum hoc porrigitere Sacramentum.

« Dicant theologi, quæ tanquam vera sive Catholica recipienda: quæ tanquam falsa sive hæretica rejicienda».

50. X Junii MDLXII<sup>2</sup>, in Ecclesia S. Mariae majoris Tridentini theologi quinque articulos de Sacramento Eucharistiae in examen adduxere, inter quos Alphonsus Salmeron Societatis Jesu divino implorato præsidio disputationem orsus in votis se habere dixit, ut presentes adessent Lutherani, qui veritatem convicti agnoscerent, se tamen ipsis licet absentibus eorum argumenta allaturum, confutaturumque addidit.

Quoad primum articulum præmisit regulam Innocentii III in Epist. ad Joann. patriarcham Constantinopolitanum, non esse videlicet certum pro incerto relinquendum, 2 tom. Epist. Sicut in hoc art. aliqua certa, aliqua non ita certa. Certissimum est Ecclesiam Catholicam non posse in iis que spectant ad fidem errare, aliter non esset columna et firmamentum veritatis, et quia Christus promisit affluturum ei omni tempore, et qui hoc negat non est audiendus.

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3197. p. 128. Act. Conc. Trid. per Astulph. Ser. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 124. p. 106. To. x. de Conc. Ms. arch. Val. sig. num. 3197. p. 128. Diar. Conc. Trid. sub Pio IV. per Astulph. Servan. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109. p. 53. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 1109. p. 54. per Astulph. Servan.

« Secundum certum est, quod Ecclesia recipit communionem sub altera specie ante multos annos, ita ut id habeamus ex traditione, et hac communione ad laicos sub altera specie usa est Ecclesia, et docent Concilia Constantiense, Basileense et doctores omnes scholastici ante trecentos annos. Ecclesia igitur, quæ errare non potest, usa est hac communione sub altera. Ergo non fecit contra præceptum divinum, aliter Catholica Ecclesia errasset in fide, quod quidem diei non potest.

« Item Ecclesia Catholica representata in Conciliis errare non potest, sed Ecclesia Catholica representata in Concilio Constantiensi definivit, communionem laicam non esse contra ius divinum. Præterea cum Ecclesia utebatur communione sub utraque, utebatur et tunc cum aliquibus sub una, nam agnus Paschalis et manna representabant hoc Sacramentum, et non tamen fit mentio de bibitione, ergo non est necessaria.

« Item Joannes c. vi, multoties meminit de pane, et raro de calice, quod cum mysterio factum est, et similiter aliquando sub una, aliquando sub utraque. Et Luc. xxiv. *Et cognoverunt eum in fractione panis*. Nam Dominus accepit panem, benedixit, frexit et porrexit. Aug. Ser. de temp. 144, et tract. 2, in Canonic. Joan. Beda in Luc. et Petrus Diacon. in Lib. de divinis officiis intelligent illum locum de Eucharistia. Theophil. Chrysost. similiter quod Christus tunc confecerit. Item ad benedictionem Christi super panem semper secutum est aliud miraculum, ergo et ibi, videlicet consecrationis, neque ibi de calice fit mentio, cum dicatur, quod post fractionem panis evanuerit, et illis aperti sint oculi post acceptiōem Corporis Christi. Can. 12 VI Synodi docet, quomodo debeat accipi Sacramentum panis manibus propriis, non vasculis, et Can. 54, statutur, in Quadragesima Græcos certis diebus tantum conficeret, et reliquis diebus uti consecrato pane. Concil. Matisone. præcipit asservari corpus, de yini specie nullum verbum. Clem. ep. 2 ad Jac. de corpore ita mentionem facit, et Canon. 2 ejusdem Concil. Matisone. S. Leo serm. 4, in Quadragesima præcipit, ut laici communicent sub utraque specie, cum Manichæi id negarent, alias sub una omnes poterant communicare. Tertullian. lib. 2 ad uxorem. Cyprian. serm. 5 de lapis, de puella, quæ servabat Corpus Christi in arca. Basil. in Epist. ad Cæsarium patritium, deferebantur particulae domum, non autem Sanguis : usus igitur sub una tantum specie semper viguit in Ecclesia, etiam quod vigeret sub utraque.

« Rationes etiam suffragantur, nam homines semper tenaces fuerunt suæ retinendæ religionis, si igitur communio sub utraque fuisset apud omnes aliquando, esset historia de aliquo tumultu in hac mutatione in unam spe-

ciem, et tamen nunquam sit mentio a quoquam de hac mutatione, et cum non sit initium hujus consuetudinis, dicendum est devenisse ab Apostolis juxta Regulam Augustini: superest solvere argumenta adversariorum.

« Primus locus ab exemplo Christi instituentis, quod sub utraque specie instituerit patet. Et porrexit. Respondeo acta Christi non obligare, nisi ad ea quae voluit: multa enim fecit, in quibus noluit cogere nos ad imitacionem, alias communicandum post cœnam Feria quinta in azymo, in loco strato, eodem modo ut communicamus laicos. Præterea, et Christus communicavit discipulos sub una in Emaus, ergo imitamur Christum communicando sub una.

« 2. Ecclesia primitiva usa est utraque: respondeo: etiam tum sub una communicabat, neque ligavit hanc Ecclesiam, ut non posset communicare sub una. Et illa communicavit post cœnam Ecclesia primitiva, nostra ante cœnam, neque sequitur hoc: fecit Ecclesia primitiva, ergo est de jure divino, ut delectus ciborum, qui olim erat communis toti Ecclesiae, nec tamen est de jure divino.

« 3. Corinth. Paulus refert illos communicare sub utraque: respondeo Paulum agere historiographum referentem, quod Christus gessit, neque Ecclesia particularis ligat universalem.

« 4. Matth. xvi. *Bibite ex illo omnes;* respondeo hoc verbum dictum tantum Apostolis præsentibus, nam et Marcus ait, et *biberunt ex eo omnes*, neque dixit: manducate omnes de pane, quia Christus fractum illum tradidit. Et de calice dixit: *Bibite vos ex eo omnes*, et non ut unus totum illum biberet.

« Item dictum est Apostolis, et Sacerdotibus confidentibus. Alter et facile competit omnibus etiam laicis. Nam et idem dixit *bibite*, et *manducate*, et *facite omnes*, propterea verba illa dicta sunt confidentibus sacerdotibus.

« 5. Ad c. 6 Jo. ubi de utraque specie fit mentio *nisi manducaveritis, nisi biberitis*, etc. respondeo, quatuor esse modos manducandi, primus feriens, de hoc non intelligitur, ut intelligebant Capharnaïtæ, caro enim non prodest. Secundus manducandi modus pure Sacramentalis, id est crita fructum, ut fecit Judas, et faciunt peccatores, de quo non loquitur Christus, cum ipse non det vitam, de qua loquebatur Christus, et sumendo unam speciem dicuntur aliqui sunnere utramque. Innoc. cap. 21 libr. 4 de offic. Miss. 3. Spiritualis, abstractus a Sacramento de quo aliqui dicunt Christum loquuntur de Euchar. ut Origenes, Basil. Aug. Greg. et alii omnes intelligunt. Item Ruff. assertione 16. Item Conc. Ephes. ad Nestorium, Cyril. anathemat. 22. in Theodor. Ecclesia etiam Ca-

tholica utitur in festo Corporis Christi, usurpat enim illud Evangelium in hoc sensu de Euchar. Christus item cum tractat aliqua magna, præmunit Apostolos prius, quod fecit Joann. vi. facturus Eucharistiam in cœna. Item nullibi tractantur fructus Eucharistiae, nisi in hoc capite, et cuperetur a Synodo declarari hoc caput loqui de Eucharistia. Quartus modus est manducare spiritualiter in Sacramento quemadmodum explicavit, et de hoc loquitur Christus, et hic modus dat vitam, et Christus Joann. vi dicit, nisi manducaveritis carnem et biberitis San-guinem, quod sub utraque specie spiritualiter fit per fidem vivam, alias dixisset, *nisi manducaveritis panem, et nisi biberitis calicem*; neque violatur hoc præceptum, si in voto quis suscipit hoc Sacramentum, quod votum in aliis sacramentis in casu necessitatis sufficit.

« Ad quartum articulum an sub una specie tantum continetur, quantum sub utraque: Respondeo tantum confineri, quantum sub utraque, scilicet integrum Christum, Concil. Const. sess. 13. et Basil. sess. 30. et Florentin. in decreto Armenorum, idem affirmant. Idem habet ex usu Ecclesiae, quæ solum speciem panis adorat et adorandam proponit, et si est Corpus Christi, est integrum, vivum, cum anima et deitate, ut est in Cœlo. An autem tantum fructus accipiatur sub una ac sub utraque; hoc non pendet ex presentia Christi, qui est in utraque æquiter, alias idem esset accipere una die, ac si decem diebus continuo susiperetur, quia tam præsens est Christus sub una specie hodie sumpta, quam sub hostiis viginti diebus sumplis, quod falsum est quoad fructum, neque enim pendet ex majori significatione, sed a parte rei et ex opere operato, et credit tantum gratia sub una, ac sub utraque, cum Joan. vi. omnes fructus tribuantur, tam manducationi panis, quam manducationi et potationi, *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Et ita tota illa doctrina absolutur in manducatione panis, quod ante bibitioni et manducationi tribuerat, et in Emaus communicantibus sub una tantum, non est verisimile quod non totum fructum dederit, et Corinth. qui manducat, vel bibit indigne inimicus est Christo, ergo, qui digne, vel corpus vel Sanguinem sumit, gratus toti Christo, ac per hoc omnem gratiam sumit. Neque Patres antiqui de hoc faciunt mentionem, quia de hoc non dubitarunt, et Concil. Florentin. dum loquitur de fructu Eucharistiae non distinguit de specie, quia idem credebat sub qualibet. Præterea variatio Sacramenti non variat fructum, et Concilia non bene fecissent, si cum fructum sustulissent a laicis, quibus unam speciem subtraxit, si plus gratia acciperetur sub utraque, quod dicendum non est, idque multis rationibus comprobavit.

31. « Ad 2 et 3 Articul. Primum certum dixi

esse, Ecclesiam concedere posse communio-nem sub utraque, cui voluerit; an expediat au-tem, dixi quod, si ex concessione convenientia praeponderant inconvenientibus, est concedenda, si majora sunt incommoda, non est concedenda, et ipse credo majora esse inconvenientia quam commoda, primum quia redibunt omnia incom-modia et pericula ob quae Ecclesia illa in Occiden-tali prohibuit, et quia facile vinum cor-rumpi potest, et multi illud non acciperent, et in provinciis ubi non invenitur vinum, com-munio sub una reputaretur imperfecta, et mi-nus contineri sub una quam sub utraque.

« Secundum inconveniens est, quod qui petunt sunt haeretici, vel suspecti de haeresi (exceptis principibus, qui pii sunt, qui pro illis petunt) qui non credunt sub una esse integrum Christum, et credunt Ecclesiam aliter facientem errare.

« Tertium quia petent deinde et alia, ut con-jugium Sacerdotum, et similia.

« Quartum inconveniens est, quia hoc modo dividetur Ecclesia, et sectæ fierent, et Catho-lici cogitarent haereticos bene sensisse. Hoc au-tem est sacramentum unitatis.

« Quintum, quia hec concessio malos even-tus parturit hactenus, quod timendum etiam nunc esset.

« Sextum quia divina providentia impeditiv hanc concessionem in Concilio Basileensi cum sex illis conditionibus, quam etiam concessio-nem revocavit Paulus II.

« Fructus autem et commoda ex conces-sione sunt. 1. quia cogitant hac ratione pacem oriri, quod tamen non credit esse verum. 2. quia mitescerent eorum animi erga Catholicos, quod etiam non credit verum. 3. quia minus peccarent, hoc verum esset, si non essent in errore, quod communio sub utraque esset de precepto divino. 4. consuleretur eorum con-scientia, qui id cupiunt, quam conscientiam deponere debent. 5. Cedent nobis in aliis, respondeo non esse scindendam tunicam Christi propter eos. 6. Charitas querit, non quæ sua sunt, sed medium pacis, respondeo id non esse faciendum propter haereticos. 7. quia prin-cipes petunt ad retinendos suos subditos in fide, respondeo non sunt facienda mala, ut eveniant bona ».

Post Salmeronem peroravit Antonius Sole-sius Pontificius alter theologus, et Congregatio dimissa est hora xxxii, cui interfueru quatuor legati cardinales, oratores Cæsarei, Galli et Veneti, ac centum et quadraginta sex episcopi, ac centum theologi, consertaque nobilium et pле-beiorum multitudine, quia eæ Congregationes januis apertis celebrantur.

52. *Auditur orator ducis Bavariae cuius pietas a Patribus commendatur.* — Vigesima quarta Junii conditi sunt canones de usu Sacramenti

Eucharistie, qui in pluribus concessibus in examen adducti fuere, emendati vero, omniumque præsumum sententias comprobati inferius afferentur.

Vigesima septima ejusdem mensis Augu-stinus Paungatner orator Alberti ducis Bavariae in publica congregatiōne honorifice exceptus prolixam orationem habuit, qua communionem utriusque speciei Bavariis laicis studio pacis permittendam a Patribus contendit pluribus ar-gumentis, cuius orationis<sup>1</sup> potior pars deli-banda visa est :

« Superioribus (inquit) annis habita est to-tius provincie, tam in clero quam in populo de fide Catholica et de honestate morum visitatio. In fide autem, et in religione nostra, quot re-peritæ sunt et quantæ haereses nimis longum foret, si omnes deberent recenseri. Crassiores igitur generatim perstringi possunt, cum uni-verso explicari non queant. Reperti sunt enim inter parochos cæterosque ministros Ecclesi-rum, quorum alii sunt Zuingiani, alii Luthe-rani, alii Flaviani, alii Anabaptista, alii, qui Manichæorum dogmata renovant, alii qui Euno-mianorum, alii qui Jovinianorum, alii qui alio-rum deliramenta et errores sectantur atque pro-pagant. Haec Catholicae fidei nostre zizania, quoniām prælati pullulantia palam in ipsis herbis non extinxerunt, et jam mox adulta extirpare non potuerunt, eo nunc res devenit, ut si quis nunc haec zizania eradicare conetur, metuendum sit ne bonum triticum conculeet zizania, tamen non evellat penitus ». Et infra :

Ut catena cleri vitia, quæ cum populo com-munia habet, taceantur ; at certe libido illa in clero nimis libera atque notoria, propter quam is nunc potissime infamis est, a plebe irri-toque populo alienissima est. Si quidem politici magistratus nullum in civili societate cive-ferunt, qui palam scortetur, domique sue quasi in publico lupanari scorta fovere studeat. In proxima visitatione per Bavariam facta tam fre-quens concubinatus repertus fuit, ut nec inter centum, tres vel quatuor inventi sint, qui aut manifesti concubinarii non fuerint, aut clande-stine matrimonia non contraxerint, aut uxores palam non duxerint. Quæ morum turpitudo in clero vehementer offendit imperiti populi ani-mos tantopere, ut sacerdotium una cum sacer-dotibus, doctrinam una cum doctoribus ex-cretetur, ita ut sit confessim paratus ad quamvis sectam exire potius, quam redire velit ad Eccle-siam.

« Præterea nec pauci homines a nobis defi-ciunt ad sectarios, ob utriusque speciei prohibi-tionem, cum arbitrentur de communione utriusque speciei expressum Dei verbum extare, de una specie nullum reperiri. Huc accedit,

<sup>1</sup> Excusa Typis Ripæ 1562.

quod utriusque speciei usus non modo in primitiva Ecclesia, sed etiam nunc in omnibus Orientalibus Ecclesiis frequens est, et quidem celebrissimus : quia nec Romana Ecclesia ab eodem uso abhorruit, quemadmodum ex variis diversisque historiarum monumentis edoceri potest, nec sane id parum movet homines in Bavaria, quod Paulus III edita Bulla sua concessit Germaniae episcopis potestatem communicandi populum sub ultraque specie, quod quidem Summi Pontificis decretum urgent summi et infimi, illustrissimumque meum principem eam ob causam vehementer culpant, quasi (quod abest) plane divinam institutionem contra expressum Dei verbum invideat subditis suis ».

53. Pluribus interjectis de astringenda solutiōne disciplina, non tamen ita acer, ne turba sacerdotum ad hostes transfugiat, haec addit :

« Existimant plerique viri rerum Germanicarum perili, tale nunc esse in Germania sacerdotium quasi quamdam occultam naturae vim, quae non modo omnes libidinosos, sed etiam moderatos, vereque Catholicos eo perduxit, ut plerique omnes castum matrimonium contaminato cœlibatu preferendum arbitrentur. Quam ob rem animadvertisit passim, præclara ingenia doctissimosque homines ducere uxores malle, ut careant Ecclesiasticis beneficiis, quam Ecclesiastica beneficia acceptare et carere uxoribus.

« Videlicet cum videant reliquam cleri multititudinem gulæ libidinumque flagitiis copertam magno detimento esse, ac dedecori Catholicæ religioni, ne ipsi in hoc contaminationis grege versari cogantur, eorumque videri consimillimos. Hinc enim doctorum hominum in clero penuria extitit, hinc cleri detestanda inscritia traxit originem, hinc hæretici sumpserunt vires, Ecclesia vero debilitata est. Periti igitur qui pressius haec negotia accuratiusque existimant, quod ad sublevandam penuriam docti idoneique cleri, vix alia ratione præsertim haec ætate nostra in Germania cleris instaurari, ac saltem ad obeunda necessaria Ecclesiæ munera, satis frequens haberit queat, nisi more primeva Ecclesiæ docti mariti, et ad docendum instruendi admittantur ad sacros ordines, præsertim vero ad predicandum et amplificandum populo verbum Dei. Legis enim divinæ cum non sit, ut oporteat hominem sacerdotem esse cœlibem, siquidem constet ex veterum monumentis, atque historiis, maritos sacræ ordinibus initios esse, et non modo ad sacerdotii dignitatem, sed etiam ad sublimitatem episcopi, quapropter hanc rem videri hujusmodi esse, cum qua jus divinum non sit, ut sanctissimi domini nostri, sacrique Concilii auctoritas possit, ex instinctu divino id statuere pro statu laborantis Ecclesia, quo status cleri instaurari queat, ac vires sectariorum infirmari. Verum hoc non aliter proponi jussit illustrissi-

mus princeps meus, nisi ut reverendissimi Patres Germaniae morbos tanto diligentius inspicere queant, et quid remedii salubriter adhibendum judicent, opportuno loco et tempore constituere.

« Postremo vero quia fuit hoc consilium statim ab initio hujus exortæ dissensionis piorum doctissimorumque hominum, ne tantopere ob unius alterius speciei usum tanta certamina instituerint, ipso rei eventu animadversum est, quod pleræque provincie in Germania in obedientia Sedis Apostolicae retineri potuissent ab omni reliqua sectariorum labi immunes, si moderatio quadam in re natura sua indifferente admissa fuisset. At vero cum populus utriusque speciei usum, quasi ex divina institutione, sibi deberi arbitraretur, cumque vicissim is usus a prælatiis constanter denegaretur, surreptiti sectarum duces eam occasionem nacti, sub prætextu divinae institutionis, et concepto odio irati populi non solum hoc sanctæ Eucharistie sacramentum penitus propharanunt, sed etiam sub eodem prætextu diversa hæresum semina longe lateque efficaciter disperserunt, ut nunc occasione utriusque speciei non modo populi Germaniae, sed et reliquæ nationes instar torrentis ab Ecclesia Catholica defluere videantur. Ut autem ista tam frequens defectio, tamque fervens decursus saltem inhiberi aliquo modo possit; prudentium virorum judicium est, si S. D. N. ex plena potestate Sedis Apostolicae, et ex judicio sacri Tridentini Concilii laicis utriusque speciei communionem benigne largitur, fore, ut qui hac tenus Sedi Apostolicae obedientes remanserint, in posterum quoque obedientes permansi, ac si qui leviter deflexerint, ad obedientiam reverti existimetur, quemadmodum in nonnullis cognitum est, qui cum ex indulgentia Pauli III compotes devotionis sue facti essent, reversi sunt ad Ecclesiam ». Et infra :

« Non vult illustrissimus princeps meus hanc suam sententiam sic accipi quasi illis concessis putet hæreticos posse ad Ecclesiam reduci, sed eam esse multorum piorum hominum opinionem quod isto modo Catholici populi reliquie in Germania confirmari atque retineri aliquo modo possint, cum hoc tempore non tam necessarium videatur, ut refutentur adversarii, quam ut queant fulciri domesticæ ruinæ nostræ, quæ nunc non minus domi graves sunt quam foris adversariorum machinationes, etc. ».

54. De concessione calieis, non respondit tunc Synodus oratori, quod ea res prolixiore ac matuoriœ consilio egret, Alberti vero ducis Bavariae pietatem commendavit his verbis :

« Excellentis. doctor, et magnifice domine orator. In magna expectatione sancta Synodus usque ad hanc diem fuit, ut aliquis ex nobilis-

simis Germaniae principibus ad sacrum Concilium accederet, et sua praesentia eam pietatem declararet, quae in primis a principibus vestris expectari debet, vel si ipsi gravioribus negotiis impediti adesse non possent, oratores suos mitterentur, qui optimam illorum voluntatem profiterentur.

« Inter caeteros autem Germaniae principes, a quibus omnia pietatis officia sancta Synodus expectanda semper esse existimavit, excellentissimus et illustrissimus D. Albertus Bavarie dux extitit, qui veram et Catholicam religionem a clarissimi et nobilissimi majoribus suis traditam tanta fide et constantia conservavit, ut hisce miseric temporibus in tota Germania firmissimum Sancte Apostolice Ecclesiae propaginaculum jure merito habendus sit. Cum igitur graves rationes prohibuerint, quominus ipse hoc accederet, suumque egregium animum sanctae Synodo coram declararet, quod quidem cum prestiturum esse, si per alias occupationes sibi licuisset, dubitare non potest, summa laetitia affecta est, cum virum optimis artibus praeditum sue voluntatis testem, ac velut obsidem hue allegavit. Sperat enim fore, ut ejus auctoritas nunquam defuisse videatur, ad ea peragenda, que sanctam Dei Ecclesiam quacumque ratione juvare poterunt. Quod igitur reliquum est, te, magnifice orator, sancta Synodus benigne accipit, mandatumque tuum, prout juris est, libenter accipit, daturaque est operam, quod quidem hactenus diligenter et sedulo curavit, ut ex omnia pie et religiose constituantur, quibus Dei cultus magis amplificari, et fidelium saluti, ac tranquillitati commodius consuli posse af�ante Spiritu sancto, qui optimorum consiliorum auctor est, judicarit ».

55. *Cæsar postulat ut tollantur jejunia et sacerdotibus concedantur uxores : responsa ad quæstiones propositas.* — Dum instaurandæ discipline Ecclesiasticae opera Tridenti datur, nonnulli Cæsaris consultores prudentiae humanae fucis illusi suggestere Ferdinando imperatori, ut Concilium moderandum susiperet, quæstione sunt<sup>1</sup>, Concilium nutu Pontificis regi, cum legati cardinalis Pontificem de omnibus rebus gerendis proponendisque consulant, viderique opportunum, ut Cæsarei legati proponendi in Concilio auctoritate ac libertate in iis, quæ ipsis visa essent, uterentur. Addidere etiam, controversias cum Lutheranis facile compositum iri, si jejunia Ecclesiastica antiquarentur, atque conjugia sacerdotibus permitterentur. Consultus de his Staphilus reginae Bohemiae piacularius sacerdos eruditione ac pietate conspicuus, respondit, foendum omni ratione a Cæsare Concilium, ut vel ad revocandos ad Ecclesiam novatores, vel saltem ad vindicandos

ab haereses grassatione Catholicos præsidia idonea afferantur : consuli jure Pontificem a legatis cardinalibus maxime in rebus fidei ambiguis : legatos etiam cardinales non laturos, ut alii proponant in Concilio, quam Concilii præsides Apostolici, cum id munus ad eos jure spectet. Quod spectat ad jejunia, illa quidem a vetustis haereticis iisdem argutiis repudiata, quibus a Lutheranis respuantur; verum cum illa auctoritate humana sint inducta, et eorum observatio varia apud varios extiterit, illorum acerbitatem mitigandam videri, ut plebs in officio et gremio Ecclesie contineri possit. De conjugiis sacerdotum respondit, morem Romanæ Ecclesie sanctiorem quidem esse quam Greca, ut conjugati sacerdotio initiari non possint, ob impurissimam tamen sacerdotum vitam et alia gravissima mala, tamquam minus bonum posse permitti, ut conjugati ad sacerdotium promoveantur, ne plures Ecclesie pastoribus orbate maneat.

56. « *Responsa ad quæstiones propositas a Cæsarea majestate.*

« Ad primam et secundam. Interponat sacerdatis imperator suas partes cum debita charitate et reverentia erga Summum Pontificem, ut fiat Concilii prosecutio, et non abrumpatur; aut suspendatur, sed continuetur, donec de remedii provideat bonis et appositis ad sanandum vel saltem ad præservandum; hoc enim videtur supremo Ecclesie advoco ex officio incumbere.

« Ad tertiam. Nou video, qua ratione obtineri possit a reverendissimis dominis legatis, ut non deferant omnia ad suam Sanctitatem; tamen possent illorum dominationes adhortari, ne hoc facerent in singulis quodammodo minutis, nam in rebus majoribus, que veniunt in dubium, aliter fieri non potest, prout ex Conciliorum gestis, sacris canonibus et imperatorum exemplis probari potest; maiores enim causæ et fidei dubia ad Sedem Apostolicam aperto et non aperto Concilio sunt referenda, et D. Ireneus ante mille trecentos annos dixit, Romanam Ecclesiam ideo esse principalem constitutam, ut cætera Ecclesie ad illam confluant: hoc autem nunquam honestius fieri potest ab Ecclesiarum episcopis, quam cum de fide aut de religione, necnon ad religionem spectantibus dubium oritur, idque singulos decet facere, tam in Concilio congregatos, quam in Ecclesiis residentes.

« Ad quartam. Posquam ex scriptis mihi datis reverendissimos dominos legatos ejus esse sententiae, ut citra ipsos nemini liceat propondere, sperandum non est illos aliter esse dicturros, neque ut alii proponant permissuros, maxime, quod hoc est tantummodo præsidentium in Concilio, nempe Sanctæ Sedis vices gerentium. Quare expediet meo iudicio, urgere pro

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3229. p. 22.

eo tantum, ut res que proponendæ videbuntur, ab ipsis reverendissimis dominis legatis omnino proponantur; si secus fiat, jure prætendent dominationes illorum lassam esse majestatem, quam repræsentant, et inde necessario tumultus et abruptio Concilii, qua timetur, possel oriri.

« De esu carnium et jejunii non secus olim Etiani adversus Ecclesiam atque nunc Lutherani debacchantur, dixit enim Etius: jejunium non est præceptum, sed est Judaicum quiddam et jugum servitutis, justo enim non est lex posita, sed parricidis et matricidis, atque similibus; si autem volo jejunare, inquit, quamcumque diem arbitrio meo delegero, jejunio per libertatem: plane nunc sectari eodem modo, cisdemque pœne verbis ultur.

« At vero dubium non est, quin divina lex sit, ut jejunent Christiani, tametsi, quoniam tempore et quoniam modo id faciendum, juris positivi esse videtur, quoniam in primitiva Ecclesia, neque idem modus observatus sit, neque idem tempus ubique. Quidam ante Pascha septem hebdomadas, quidam tres jejunabant, quidam ad horam nonam, quidam ad occasum solis cibi sumptionem differebant. Fuerunt, qui non a carnibus solum, sed ab ovis etiam abstinerent, solis baccis contenti aut piscibus. Reperti fuerunt quoque qui ab elixis abstinerent, quod jejunium xerophagiam appellarunt, qui quidem diversus jejunandi mos non obscure præ se fert, quod neque tempus jejunii, nec ipse modus sit divini juris, sed humani; quapropter, cum hoc Epicureum sæculum salutares illas de certo tempore et modo jejunandi taxatione pervieaci quodam contemptu jam pridem usque adeo violare cœperit, ut etiam Catholicorum plerique, ex conversatione eorum qui eas leges aspernantur, non usque stricte observent antiquos jejuniorum canones, possit eam ob causam Tridentini Synodus aliquid de pristino rigore relaxare, ut mitioribus etiam præceptis plebs incilita in cœleris retineretur obedientior. Sed hoc sicuti reliqua pro sua prudenter non negligent Reverendissimi, cum ea de re incidel deliberatio ». Et infra, de petitio sacerdotum conjugio :

57. « Tametsi dubium non est quin multo sanctius fecerit Romana Ecclesia quam Graeca, quia illa castitatis votum spopondit, atque ultra obtulit, hæc malrimonii consuetudinem concessit clero; verumtamen, cum haec etas existens duobus bonis non velit eligere quod melius est, concedendum sane, sicuti quibusdam piis videtur, ut eligat quod dumtaxal bonum; præsertim cum marium fieri sacerdotem nullo jure divino prohibiti existimetur, sed positivo juri subjectum esse fatentur », nonnullis in eam sententiam interjectis : « Eadem ob causam integrum esse Romano Pontifici et

Concilio eam cœlibatus legem, quam antea certis de causis tulisset, eamdemque contrariis de causis dissolvere, et hoc sponte sua cum bona gratia largiri, quod alias nulla vi prohibere queat. Nam adeo invaluit etiam in clero Catholicº, qui adhuc reliquus est in Germania et passim fervens, ille contrabendi matrimonii cupido, ut in parochiis vix inter centum reperias unum, qui non sit, aut clam, aut palam maritus. Meminimus quod nuper accidit in quadam visitatione Ecclesiæ in Hungaria; reperti sunt multi sacerdotes de cætero Catholici, nisi quod calicem populo administrarant, et ipsi duxerant uxores. Deliberatum fuit diu, pellendine fuerint, an tolerandi potius: si tolerandi, schismatis malum metuebatur: si pel lendi, tria ingentia mala securta videbantur. Primum quia alii Catholici sacerdotes cœlibes haberi non poterant, et parochie vastæ orbatae sine parochis relinquenda erant. Secundum quia miseri sacerdotes conjugati, qui aliunde sustentationem habere non potuerint, ad sectarios oportuisset eos transire, conjunctisque viribus deinceps Catholicos una oppugnare. Terarium quia cum parochis Catholicis prælati, necessariisque ministris destituerentur, necesse fuisset tandem episcopos suam jurisdictionem, ipsum denique Dominicum gregem penitus deserere, etc. ».

58. Actum etiam tunc fuit de communione calicis indulgenda laicis, quæ multo facilius indulgenda videbatur, cum antiquitus etiam in Ecclesia Latina justis de causis, ut ex divi Leonis Pontificis decretis, is mos viguerit. Porro haec tria capitula de communione calicis danda laicis, de jejunis abrogandis, de conjugiis sacerdotum fuerant tria Lutherana retia, quibus Sathanas magnam populorum multitudinem illaqueatam in hæresim atque impietatem traxerat, fueratque persuasum autæ Carolo V, si haec tria permitterentur, progressum hæreses abrumpendum, atque ipsos Lutheranos in gremium Ecclesiæ reddituros, atque adeo multa ea de re colloquia in conventibus ordinum imperii habita fuerant; auctorem vero hujusmodi concordia cum Lutheranis inenndæ, fuisse Georgium Vieclium questus est Joann. Eckius in litteris<sup>4</sup> anno Mplxi datis ad Gasparem Contarenum cardinalem legatum a Paulo III in Germaniam decretum, atque acerbissime in eum velut hæreticum inventus est, licet enim egregie adversus Lutheranos pro necessitate bonorum operum scripsisset, tamen illum aliis erroribus infectum esse, nec tribus illis capibus concessis Lutheranos ad Ecclesiæ reversuros, prædixerat fortissimus ille Catholicæ fidei propugnator, sed in aliis erroribus obtin-

<sup>4</sup> Ext. in Ms. arch. Vad. tabularii. Ext. in Ms. arch. Vad. sign. num. 3229.

matores futuros; cum porro Carolus V inanibus argutiis fascinatus, maxime exambiret Lutheranos sibi quacunque ratione ob commoda politica conciliare, illa vehementer in comitiis ordinum imperii provehere annis est, quæ iterum a Ferdinando Cæsare proposita sunt cardinalibus legatis Concilii Tridentini presidibus. Quid vero ab iis sit responsum mox audiemus.

« Ex formula reformationis proposita statibus a Carolo V huc repetita.

« Considerandum sacro Concilio an res ipsa efflagit aliquia juris positivi relaxari, et circa communionem sub ultraque specie consuli desiderio exterarum nationum. De usu carnium, et jejuniis, aliquid de pristino rigore remittendum. Conjugium item clericorum aliquibus nationibus concedendum, et ita conciliatum iri populorum animos.

« Ad hæc ita a præsidibus<sup>1</sup> Concilii responsum est. Petuntur tria codem ordine, videlicet communio sub ultraque specie, conjugium sacerdotum, et usus carnium. De primo agetur in hac sessione; ab aliis videtur omnino abstinendum, quoniam ex sola propositione in Synodo excitaretur magnum scandalum in toto Christiano orbe, apud omnes pios et Catholicos». Postulatum vero de erigendis scholis pro seminario Catholicæ cleri commendatum est.

59. *Capita libelli imperatoris.* — Hoc præsidum Concilii responso non est Ferdinandi Cæsaris animus sedatus<sup>2</sup>, sed ut duo quoque illa capita de abolendis jejuniis et permittendis Sacerdotum conjugiis in Concilio proponerentur, oratorum opera instituti, atque in consilio Cæsareo pro redigenda in puriorum sanctioremque normam disciplina Christiana oblata illa inserta, neconu alia, quæ Pontificio primatui atque supremo imperio adversabantur.

Porro capita illius consilii sive libelli Cæsarci, de quibus iterum iterumque recurret mentio, ad Pontificem missa sunt, in compendium redacta, conceptaque subjectis verbis :

« Summarium voluminis Cæsareae majestatis cum annotationibus Sanctiss. Domino nostro. In tertia pagina proemii, tractandum in primis de morum reformatione, deinde de dogmatibus.

« I. Orandum in primis summum Pontificem, ut seipsum et Romanam curiam reformari benigne patiatur.

« II. Ut numerus cardinalium reducatur, si non ad duodecimum, saltem ad duplicatum, cum duobus supernumerariis nempe XXVI.

« III. Providendum ne fiant amplius dispensationes scandalosæ.

« IV. Revocandas omnes exemptiones contra jura communia passim concessas, monasteriaque omnia sub ejus episcopi potestate constituta, sub eujus sunt diœcesi.

« V. Tollendam prorsus pluralitatem beneficiorum, et statuendum, quod singula collegia singulas erigant scholas, et quod Ecclesiæ non dentur conductititis presbyteris.

« VI. Episcopos omnino ad residentiam cogendos, nisi in extrema Ecclesiæ necessitate, ut officia sua per se ipsos, non per vicarios impleant. Quod si ipsi non sint idonei, vel potentes, non uni vicario totius diœcessis curam mandandam, sed pluribus personis, theologiae theologica, canonisticæ canonica negotia : insuper visitationes diœcesanasque Synodos quotannis habendas.

« VII. In Ecclesiis omnia Dei ministeria gratis præstanda, et eas, quæ sunt adeo tenuis redditus, ut ministeria Ecclesiæ absque quotidiani emolumentis nequeant sustinere, incorporandas cum aliis non curatis beneficiis pinguioribus.

« VIII. Revocandos veteres canones contra simoniaecam pravitatem.

« IX. Fortassis expedire humanarum sanctiōnum multitudinem nonnihil contrabere, superfluis resectis, et prelatos suas constitutiones non aequare obligationi juris divini.

« X. Excommunicatione non utendum extra casum peccati mortalis et notoriæ incorrigibilitatis.

« XI. Providendum, ut diligenter et devote in divinis officiis preces effundantur, quæ aliquando ita præcipitate a celebrantibus profertur, ut nec se ipsi intelligent, nec ab aliis intelligantur.

« XII. Breviaria et Missalia purganda, resecando omnia, quæ non ex divinis sunt de sumpta litteris, et tedium prolixitatem Psalmorum et orationum habito delectu contrahendum.

« XIII. Fortasse permittendum, ut licet ali cubi Latinis canticis vernaculaos fideliter versus intermittere.

« XIV. Cogitandum, qua ratione clerus ad vitam puriorem reducatur.

« XV. Quo pacto monasticus ordo ad primitivam institutionem redintegretur, ne tantæ monasteriorum divitiae tam flagitiose dissipentur, et hoc de morum abusuumque reformatio ne.

« XVI. Quod autem ad dogmata attinet ; considerandum sacro Concilio, annon res ipsa efflagit aliquia juris positivi relaxare, et circa communionem sub ultraque specie consuli desiderio exterarum nationum.

« XVII. De usu carnium et jejuniis aliquid de pristino rigore remittendum : super quo tamen prudenter consideraudum.

<sup>1</sup> Ibid. p. 6. — <sup>2</sup> Ext. to. xx. Concil. Ms. arch. Vat. sig. num. 3207. p. 293. Ext. eam apud Nat. Comit. l. xiv. histor.

« XVIII. Conjugium item clericorum aliquibus nationibus concedendum.

« XIX. Et ita conciliatis populorum animis tollendas deinde multiplices evangeliorum postillas, et novam per peritos theologos faciemus, et similiiter novam agendam : quas si qui parochorum noluerint recipere, tunc poenas eis graves injungendas.

« XX. Verum quia hoc modo passim mali parochi citius poterunt expelli, quam substitui meliores, ideo quedam ad hanc difficultatem amovendam necessaria recensentur.

« ART. I. Unum Catholicum parochum præficiendum interim pluribus Ecclesias.

« ART. II. Videatur diligenter, an aliqui ex iis sectariis possent ad Catholicam fidem reduci, et ideo eos, qui sanioris mentis videbuntur, in proximam Catholicam academiam mittendos electe erudiendos.

« ART. III. Injungendum episcopis academiam non habentibus, ut in vicina academia collegium erigant pro adolescentibus theologiae studiosis alendis et instituendis.

« ART. IV. Limitatum auctorum catalogum edendum, qui legi debeant in scholis, nec alias admittendos.

« ART. V. Plures episcopatus in latioribus provinciis erigendos, et opulenta coenobia posse in hunc usum converti.

« ART. VI. Quod autem spectat ad bona Ecclesiastica in usus profanos conversa et distracta; præstaret forte hoc tempore, ut eæ dissimilantur injuria.

« Ultimo reverendissimos Patres Concilio præsidentes dare operam debere, ne questiones, que offendiculosa possint parere contentiones, ut fuit hæc : An residentia sit de jure divino, necne, aut similes proponantur; aut quando id vitari non possit, non patientur saltem effundi in bilem, nec efferi in fabulam adversariorum ».

60. *Cur palam non fuerit lectus libellus Cæsareus exponunt legati : imperator suæ conscius imprudentiæ se excusat.* — Cum hic libellus nonnulla capita contineret, quæ grave offendiculum piis auribus presulium : Terre, ac turbare Concilium possent, nimirus ea quæ de conjugiis sacerdotum, jejuniisque antiquandis sive temperandis, legibusque Romano Pontifici (nt innuere videbantur apposita verba) pœnigendis, non permisere cardinales legati, ut ille libellus perlegeretur in Concilio, dedereque imperia Zacharia Delphino in aula Cæsarea internuntio Apostolico, ut Cæsari justas causas exponeret, ob quas illius consilium publice non esset perlectum : itaque internuntius ad placandum Cæsarem libelum hunc supplicem illi porrexit<sup>1</sup>, rogavitque ut Pontificiæ dignitatis apices more

velerum imperatorum defenderet, nec Apostolicam auctoritatem ulla ratione labefactari in Concilio patretur :

« Invictissime Cæsar.

« Illustrissimi et reverendissimi domini sancta Apostolice Sedis legati in sacrosancto OEcumenico et generali Concilio Tridentino præsidentes consilium Majestatis vestrae Cæsareæ super negotio reformationis nuper oblatum acceperunt ». Mox paulo post, commendato redintegranda disciplinæ Cæsareo flagrantissimo studio addunt : « Latere tamen nolunt majestatem vestram, quandoquidem planum est, si qua in eodem scripto pia salubriaque reperientur, illa ipsa forlasse Patres ultiro, ut mos est, inter sese esse collaturos, et super eis ad normam primi in hoc Concilio decreti nuper editi, suo loco esse deliberaturos. Cumque legantur aliqua in eo, quæ legitimum diuine optatum ejusdem Concilii progressum, quod quidem ante omnia expedendum est, non admundum promotura videntur, alia item reperiantur, quorum cognitione ad Concilium minime spectat, visum illis est ea omnia ad Cathedræ Petri judicium auctoritatemque referre : maxime quod hoc ipsum sacrum Concilium, Sanctiss. D. N. Pium IV camdem cathedram superna Dei dispositione tenentem, verum atque unicum ejus in terris caput ab eodem Deo constitutum, quemadmodum cætera omnia probata atque in Ecclesia recepta Concilia OEcumenica fecerunt, recognoscit et veneratur.

« Et quoniam propositum quoque fuisse videtur, ut idem scriptum in publica sessione exhiberetur, orant majestatem vestram sæpe nominati reverendissimi DD. ne id omissum esse ægre ferat : obstiterunt enim gravissimæ et sanctissimæ atque ad æstimationem gloriosi nominis majestatis vestrae retinendam, seditionorumque hominum voluntates atque conatus comprimendos, maxime consentaneæ causæ, quibus impulsæ amplitudines eorum reverendiss. minime id faciendum esse arbitratæ sunt.

« Scire autem exoptant majestatem vestram eundem S. D. N. reformationi Romanae curiæ, usque adeo incumbere, suaque omnia studia atque actiones eo tam diligenter serioque conferre, ut majestas vestra omnesque homines censuri sint, Sanctitatem suam pro reformatione ipsa integre constituenda constantissimeque refinenda, nemini, quinimo nec sibi ipsi parciturum.

« Porro cum illud certissimum sit cupere majestatem vestram Cæsaream, fidem Catholicam ubique illæsam, atque ab hostibus veritatis tutam conservari, nec placere ei quidquam posse, quod vel sanctis Ecclesiasticis consuetudinibus repugnare, vel Sanctissimi domini nostri papæ auctoritati adversari, vel cum præ-

<sup>1</sup> To. x. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3197. p. 368.

decessorum suorum Catholicorum imperatorum, regum et principum institutis pugnare videantur, confidunt iidem illustrissimi atque reverendissimi Patres, majestatem vestram Cæsaream rationem consilii illorum aqui bonique, ut par est, esse consulturam; quod sane ut faciat in visceribus Iesu Christi orant atque obtestantur. Deus optimus maximus majestatem vestram cum serenissimis liberis diu felicem et incolumem tueatur. Datum Prægæ die xix Junii MDLXII. Zacharias Delphinus episcopus Pharensis nuntius Apostolicus.

61. Acceptis hisce litteris Ferdinandus Cæsar, necnon auditis iis, que Pragensis archiepiscopus retulit, cardinales legatos nitide respondisse Caesareis oratoribus, qui imperialem libellum obtulerant, non permittendam principibus proponendi in Concilio, quæ vellent, protestam, nec licere episopis dare leges Summo Pontifici non ambiguo, dignitatisque etiam Cæsareæ habitam rationem, ne ea postulata proponebentur imperiali nomine, quæ necessaria repulsam passura essent, necnon declinatum discrimen, ne Concilium dissolvatur, rogari vero Casarem, ut aquo animo ferat Romanæ curia corruptelas aboleri ab ipso Pontifice, qui nullius vitio, vel proprio parcere nesciat. Accepto eo responso Ferdinandus imperator, scriptis ad cardinales Concilii legatos litteris modeste gesta sua excusavit; nolle se auctoritate regendi Concilii sibi arrogare, vel praesidis partes invadere, existimasse vero, salva præsidum Concilii auctoritate, aliqua pro reipublice Christianæ salute proponere, cum etiam a Gallia et Hispaniæ regibus suggesta proponere licuerit, ac Protestantibus, quæ velint, proponendi facultas amplissima concedatur; tum addidit longissime se abesse ab ea audacia, ut Pontificem amantissimum, quem maxime colat, carpere velit, nec venisse in mentem, ut alia ratione corruptelæ Romanæ aulæ, quam ab ipso Pontifice castigarentur rescinderenturque: quæ litteræ subiecta verborum formula sunt conceptæ<sup>1</sup>:

« Ferdinandus electus Romanorum imperator, etc.

« Pro nostro in rem Christianam studio existimavimus operæ pretium fore, ut ejusmodi scriptum oratoribus nostris ad Concilium ablegatis communicaremus, ut ipsi paternitatibus vestris reverendissimis ac reliquis Patribus offerrent, utpote quod nos judicaremus a Catholicæ et orthodoxa nostra religione non esse alienum, sed in se continere vias ac rationes quasdam appositæ et idoneas, non solum ad conservandas exiguae, quæ supersunt in sacro Romano imperio, regnisque et provinciis nostris hæreditarii Catholici gregis reliquias, verum

etiam ad recuperandam Dei ope, si non omnem multitudinem, at certe non contemnendam partem eorum, qui a gremio sanctæ matris Ecclesie aberrant: ubi oratoribus id in primis etiam mandatis diuidimus, ut eam rem diligenter ac sedulo promoverent.

« Expectantibus autem nobis, quidnam iidem oratores nostri in hac parte egissent, accurrit huc magnis itineribus reverendus, devotus et fidelis nobis dilectus Antonius archiepiscopus Pragensis noster consiliarius, et ad ipsum sacrum Concilium orator. Qui cum nos de statu ejusdem sacri Concilii obsequenter informasset, redditis prius paternitatum vestrum reverendissimarum litteris, inter alia etiam nobis humiliter retulit, quid responsi ipse et collegæ sui accepirent, cum scriptum illud paternitatibus vestris reverendissimis id pro more potentibus, priusquam publice offerretur, inspiciendum exhibuissent, videlicet, quod paternitates vestrae reverendissimæ ipsis oratoribus nostris aperte dixerint, quod non possit concedi, ut singulis principibus proponendi in Concilio libera potestas sit; deinde quod nec illud fieri queat, ut episopi suum Pontificem et caput universale reforment. Tertio cum sciant paternitates vestrae reverendissimæ nos in multis illius scriptis articulis passuros esse repulsam, se non posse committere, utid proponatur, quod nobis concedi non possit, quia nolint ea occasione auctoritati nostræ quidquam decedere. Ad hæc, si oratores nostri videre velint Concilium dissolutum, licere eis proponere Patribus illud scriptum, non quidem pace reverendissimarum paternitatum vestrarum, sed nostra auctoritate; itaque cupere paternitates vestras reverendissimas, ut de hac sua sententia prius certiores redderemur, quam scriptum Patribus offerterentur.

« His vero alia plura adjunxit argumenta paternitatum vestrarum reverendissimarum nomine reverendus, devotus, sincere nobis dilectus Zacharias episcopus Pharensis Sanctissimi D. N. ad nos destinatus nuntius. Primum scilicet quod, si qua in scripto illo reperientur pia salubriaque, illa ipsa fortassis Patres ultra, ut mos est, inter se collatueros, ac super eis ad normam primi in hoc ipso Concilio decreti nuper editi suo loco deliberatueros esse. Secundo cum in eodem scripto legantur nonnulla, quæ legitimum diuque optatum Concilii progressum non admodum promotura videantur, alia vero, quorum cognitio ad Concilium minime spectet, visum fuisse paternitatibus vestris reverendissimis omnia ad Cathedrae Petri judicium auctoritatemque referre; optare autem paternitates vestras reverendissimas, ne ægre feramus idem scriptum in publica sessione non fuisse exhibitum, sed ferre velimus sanctissimum dominum nostrum reformationi Romanæ

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3239. p. 73.

curia summo studio incumbere, ita ut Sanctitas sua in ea nemini, atque adeo nec sibi ipsi partitura sit.

« Quibus quidem intellectis, cum non obscuris indicis colligeremus, scriptum illud non inventissemus locum apud paternitates vestras reverendissimas, quem nos maxime optabamus, et inventurum sperabamus, nostra erga S. D. N. et sanctam Sedem Apostolicam filiali observantiae, erga paternitates vestras reverendissimas sincerae benevolentiae, consentaneum fore existimavimus, ut animi nostri sensum de tota hac re ipsimet per litteras paternitatibus vestris amice breviterque significaremus ». Et infra : « Intelligimus quidem nunc alias causas, e quibus hoc nostrum institutum reprehendi posse videatur. Et primo quod forte negetur nobis, seu cuivis alteri principi Christiano id officii vel potestatis competere, ut aliquid in Concilio proponere queat : id quod nolis non-nihil mirum accidit ; quia si ita aliquid propnere vellemus, ut quadam modo præsidis partes nobis arriperemus, conaremurque esse absolutus director negotiorum, aut etiam judicis, seu difensoris personam induere, aut si paternitates vestras reverendissimas quotidie inanibus quibusdam et frivilis næniis vellemus obtundere, aliosque paternitatuum vestrarum sanctissimos labores interpellare, possent haec fortassis aliquem habere colorem ». Nonnullis interjectis, ut Hispaniæ et Galliæ reges a piis suggesta proposuerint, atque etiam Protestantibus proponere, quæ volvunt, licuerit, addit :

« Cuperemus autem paternitates vestras reverendissimas hoc loco magis in specie, quænam sint illius nostri scripti capita, quæ ipsas tantopere offendunt, ut dissolvendo ac abrumendo Concilio ansam datura videantur, exponent ; nam quod ad Sanctiss. Dom. nostrum attinet, nobis animum nunquam fuit Sanctitatem ejus accusare aut perstringere ; quinimo de Sanctitatis sua summa pietate, integritate, ac vita morumque candore, necnon in rem publicam Christianam studio, ita sentimus, ut et frequenter et palam apud multos testari consueverimus (quod pace defunctorum dictum sit) nos longa annorum serie meliorem, ac publicæ tranquillitatis et quietis studiosiorem Pontificem non habuisse, ut interim silentio praeterreamus insignem et plane paternam benevolentiam, qua Sanctitas ejus nos semper complexa fuit, et quam Sanctitas sua multis magnisque in rebus cumulatissime comprobavit, ita ut merito deberemus conscripsi mortalium omnium ingratissimi, si usque adeo præter omnem rationem conaremur Sanctitatem Suam aliqua nigredine aspergere.

« Tactum quidem nonnihil fuit in prænarrato scripto, quod reformationem curiæ Romanae respicit ; sed non aliter tactum est, quam

sub conditione, et ita breviter atque modeste, ut cœlum potius ruiturum crediderimus, quam quenvis hominum ea re offensum iri. His accedit, quod nos articulum reformationem curiæ Romanae concernentem non in aliud sensum acceperimus, quam in quem ipsam paternitates vestras reverendissimæ tum acceperunt, id est, ut Sanctitas Summi Pontificis, si et quantum opus fuerit, reformationis illius officium in se suscipiat, etc. Dat. in arce nostra regni Pragæ ultima mensis Junii, anno Domini MDCXII ».

62. *Responsio Patrum ad singulos articulos petitionis Cæsareæ benignè accipitur ab ipso imperatore.* — Affecte hæ Cæsaris litteræ ingenti letitia cardinalium legatorum animos, cum in iis purissimam Cæsaris mentem integratatemque perspexissent, commendataque tanti principis religione significavere, ideo non permittendam principibus proponendū in Concilio libertatem, ne inde summa rerum perturbatio et Conciliū confusio oriatur ; enīque flagitasset Ferdinandus Cæsar, ut cardinales legati ea capita libelli sui, quæ pios animos offendebant, designarent, afferrentque causas, propter quas non essent in Concilio proponenda, illi Cæsareæ voluntati morem gessere dato subiecto responso<sup>1</sup> :

« Responsio ad nonnulla petita a consiliariis Majestatis Cæsareæ, quæ non videntur jure aut ex dignitate proponi posse in sancta Synodo, quoniam aut sunt supervacanea, aut repugnant rationi, potiusque obessent quam prodessent.

« Prima petitio est p. 13. Ut prius tractetur de morum reformatione, inde de dogmatibus.

« Respondeatur ex antiquis Conciliis potius debere præcedere, quæ ad fidem spectant, ut conclusum fuit in Synodo Seleuc. quod refert Nicephorus lib. ix. cap. ix. Sed hæc disputatio in hoc Concilio jam fuit sublata ; satisque proximum est ut conjunctim materia dogmatum atque reformationis tractetur, idque hactenus fuit hic servatum.

« II. p. 16. Ut ea emendentur, quæ ad Sanctitatem suam, ejusque statum, ac curiam pertinent.

« Respondeatur : hoc quotidiane Sanctitas sua agit Romæ, et multe jam ab eo editæ sunt Bullæ reformationum, notumque est eum in hanc rem omni studio incumbere.

« III. p. 17. Ut reducalur numerus cardinalium ad xii vel xxiv.

« Respondeatur : hoc non potest fieri nec debet ; et nunc plures, nunc pauciores creandi sunt, prout Sanctitas sua expedire arbitrabitur. Imo si ipsem Juramento se adstringeret, ne

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3229. p. 7.

certum numerum excederet, adhuc vinculo juramenti non teneretur, si aliud utilitas Ecclesiae posceret. Hinc videmus antiquitus etiam variis fuisse eorum numerum, cum sedente Pontiano papa dicantur fuisse duecenti triginta sex.

« 4 pet. pag. 17 ut provideatur tot dispensationibus, quae mituntur extra curiam, quae parunt magna scandalum.

« Respondetur, dispensationes esse necessarias, etiam in politicis gubernationibus, ac omnes admittunt; cum maxime expeditat aliquos quandoque legis verbis solvi, ut communis bono, quod est finis legis, plenus satisfiat; si quidem lex quamvis generalis esse debeat, non tamen prorsus generaliter est servanda, quando aliquibus casibus perniciosa esset. Quod igitur haec facultas legem moderandi tollatur, durum nimis et imprudenter actum esset. Quod si procedi parcius desideratur (licet ejus Sanctitati lex non sit praescribenda), scimus lamen hactenus iam totum Penitentiariam officium, unde plurimae dispensationes manabant, nonnullaque alia officia hujusmodi ab ejus Beatiitudine sponte fuisse accommodata. De multis aliis dispensationibus in praesenti Sessione edito decreto agetur.

« Petilio 5. pag. 18. Ut exempliones contra iura communia tollantur, et Basilicae ac monasteria omnia revocentur sub potestate sui ordinarii.

« Respondetur: hoc iniquum esset; nam haec exemptiones concessae fuerunt multis de causis, et insertae in Corpus juris, quas refert Gregor. IX et Clem. V in cap. nimis de excess. prael. et Clem. I eod. tit. Deinde multiplicia possunt esse haec privilegia, et alia eis concessa ex causa onerosa, alia ex institutione ejus, qui fundavit et dotavit Ecclesiam, alia alii de cassis. Quo loco prius audiendi essent omnes ii, de quorum jure ac privilegiis tollendis agitur, quod esset infinitum. Poterit his alia ratione provideri, si quid opus erit.

« Petilio 6. pag. 19. Ut singula beneficia, seu dignitates singulis tantum personis dentur.

« Respondetur: alias fuit provisum in hoc eodem Concilio sub Paulo III, sess. 7, quod mandabitur executioni.

« Ad 7. Cum omnes dicant inter Suam Sanctitatem et suam majestatem Cæsaream semper optime convenisse; cumque totus mundus videatur et merito de hoc Summo Pontifice bene contentus, nam in tota vita sua fuit exemplaris, et est mentis veræ piæ atque sancte, nou video, ad quid tangenda sit persona Suæ Sanctitatis; præsentim cum Summus Pontifex sit dominus absolutus, et superiorem in terris non recognoscet et ab aliquo citra Deum judicari non possit, ut doctrinæ canonistarum, et theologorum, innumerabilibusque exemplis clare patet. Et paulo post :

« De numero cardinalium coartando, credo frustra tractari propter casus, qui ex improviso possunt emergere: videtur enim non posse nec expediens esse ligari in hoc casu manus Pontificis, neque meo judicio talia poterunt in Concilio tractari, absque periculo dissolutionis et magni dissidiij, quoniam Summus Pontifex nunquam patietur, nec pati debet anuctoritatem suam minui vel arctari, etc. ».

Multis interjectis circa sacerdotia additur :

« Petilio 9. pag. 27. Ut Constitutiones juris positivi non irrogent penam mortalis peccati, sicut illæ, quæ juris divini sunt; aut saltem restringantur.

« Respondetur, imo Adrianus papa ait, ut anathema sit, qui Romanorum Pontificum decreta violat cap. Generali 25 qu. 7 et Damasus, quod blasphemat coptra Spiritum sanctum, qui decreta papæ non servat, cuius Spiritus sancti gratia et natus sacri canones editi sunt; et sanctus Gregorius, excommunicatos esse qui non obediunt sacris canonibus, ut in cap. Haec consona, et cap. Violatores 25 q. 1, quodque lex humana recte possit transgressores obligare peccato mortali, late probat Alphonsus de Castro, lib. 4 de pot. leg. pen. c. 4 dicens, contraria opinionem, aut hereticam esse, aut valde suspectam. Quod si dicatur restringendum esse saltem numerum istarum Constitutionum, tunc ostendatur, quæ sint supervacanæ, et providebitur ». Et infra :

« Petilio 13. pag. 30. Ut vernacula lingua, aliqua etiam in divinis officiis misceantur fideliter versa.

« Respondetur, non debet communari mos antiquissimus, quoniam vilescerent ista recitata in lingua populari, sed parochi ipsi poterunt explicare populo ea, quæ expedient, propter celebra divina officia, aut fiat homiliarium aliquid ».

63. Addidere apta responsa cardinales legati ad singula alia capita libelli Cæsarei<sup>1</sup>, validissimeque confutarunt propositiones de abrogandis jejuniis et permittendis sacerdotum coniugii.

De his articulis libelli Cæsarei cardinales praesides Concilii Tridentini scripsere Carolo cardinali Borromeo<sup>2</sup>, eos ordine solutos, alios vero, qui sine damno dignitatis Sedis Apostolicae concedi possint, una cum iis, qui ad solutionem disciplinam adstringendam spectant, in Concilio mature discussum iri, Cæsareæque majestati morem gestum iri in quibus decore mos geri possit. At non his contenti Cæsarei oratores institere meuse Septembri adulto, ut vel legati cardinales proponerent articulos omnes Cæsarei libelli, vel sinerent eos ab ipsis

<sup>1</sup> Ext. etiam in Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 1344. p. 145.

— <sup>2</sup> Ib. Ep. CLXXIV.

oratoribus proponi, quibus responsum est a legatis presidibus Concilii, nec se propositos quædam capita in eo libello scripta atque expedita, nec permisuros, ut proponantur a Cæsareis oratoribus, veluti de conjugio sacerdotum, de redigendis cardinalibus ad numerum viginis sex, de bonis Ecclesiarum permittendis illis, qui ea inique invasere, de Sacramentis ab hæreticis administrandis in iis locis, in quibus Catholici sacerdotes deficit, vel desunt muneri suo, cum Italia nec petituri sinc pudore ipsi essent Lutherani; maximumque inde dedecus Cæsareæ majestati allineretur, illique totius Concilii, atque orbis Christiani odium conflaretur; nec tamen his monitis flexi sunt oratores Cæsarei, atque Drascovitius episcopus Quinqueclesiensis pro regno Hungarico Cæsareus orator perstitit in cœpta sententia, flagitavitque, ut ii articuli proponerentur in Concilio, licet repudiandi forent, quorum postulatis importunis permoti cardinales legati scripsere Carolo cardinali Borromeo, ut cum Cæsarei placari non possint, nisi aliqua ex libello Cæsareo capita proponantur, nec pariter Galli sedandi, nisi aliqui ex colloquio Possiacensi deerupti articuli excutiantur, æqui et boni accipiat Pontifex, ut ex eo libello Cæsareo, atque ex actis Possiacensibus delibet ea capita, quæ salvo Dei et Sedis Apostolicæ honore concedi possint, eaque ad legatos transmittat, ut obstruant eorum ora, quia inquit de levioribus tantum agi pro instituenda disciplina. Tum addidere se prius mortem oppetituros, quam assensuros unquam, ut articuli memorati de conjugio sacerdotum, et convellenda Pontificia auctoritate, vel alia a Christiana pietate abhorrentia in Concilio propounderantur.

Consultus de his Caroli Borromæi cardinalis opera Pius IV Pontifex legatorum cardinalium responsa comprobavit, subjecto responso<sup>1</sup>, et quæ capita libelli Cæsarei in Concilio discutienda essent, distinxit :

« Responso ad predicta capita.

« Ad Proemium. Dum in eo dicitur tractandum prius de reformatione, quam de dogmatibus, bene responsum fuit per reverendissimos dominos legatos in ea scriptura, quam paucis diebus post volumen Cæsareum ad nos miserunt, super contentis in eodem volumine.

« Ad primum caput reformationis. Dum dicitur de reformatione Pontificis, satis demonstratum per eosdem reverendissimos legatos in litteris suis de mense Julii proxime preteriti, ad Cæsaream majestatem transmissis, quot rationibus de eo non sit in Concilio agendum. Quanto autem studio in id S. D. N. hic incumbat, satis constat : ideo ab eo capite abstinendum.

« Ad II, III, IV, V, IX, XII, XIII, XVI, XVIII et

XVI non potest melius responderi, quam per reverendissimos legatos sit factum in eadem scriptura, de qua supra, huc transmissa ; ideo Sanctitas sua, cum in iis capitibus maxime cum ipsis legatis sentiat, conquescit in codem responso per ipsos facto, ad quod se remittit.

« Idem facit in primo art. cap. XX de uno parocho pluribus Ecclesiis praefiendo.

« Caput vero VI, VII, VIII, X, XI, XIV, XV, XIX, XX et XXII cum cæteris omnibus in dicto volumine contentis Sanctitas sua remittit liberimè tractanda, et decernenda juxta reverendissimorum legatorum, et totius Concilii placitum et sententiam, quibus omnino se remittit ».

De conjugio sacerdotum permittendo controversia soipta est aliquo tempore, deinde vero refrectata ; cumque Ferdinandus Cæsar in litteris ad Pium IV argumentorum pro eo permittendo aciem explicuisse, Pius singula ea argumenta piissime confutavit in litteris ad Ferdinandum imperatorem redditis, quas suo loco affereamus.

64. Porro cardinales cam sua responsa redita ad singula capita libelli Cæsarei explicuisserunt, Caesaris votis et expectationi fecere satis, pollicitique sunt se plura illius libelli capita opportune in Concilio proposituros, rogaruntque, ut Cæsaream gratiam auctoritatemque pro Lutheranis principibus adducendis, ut controversias fidei subiectant Concilio illique se conjungant, adhiberent; quæ admodum grata et jucunda accidere Ferdinandō Cæsari, qui subjectis litteris mense Augusto exaratis, pia cardinalium legatorum studia commendavat, significavitque nelle ordinem Concilii ulla ratione confundi importunis propositionibus, nec Concilii præsidiumve libertatem infringi, sed tantummodo imperii regnorunque suorum necessitates patetuisse, laudareque susceptam mentem de permittenda Protestantibus, ut sua dubia omni proponant libertate, si audiri ac doceri velint, certumque atque exploratum habere, si accesserint ad Concilium, summa benignitate complectendos afficiendosque debitibus honoribus. Se quidem, ut eos ad id electeret, omnem industriam contulisse, atque in posterum collatum luhentissime, quamvis exigua spes successus affulgeat. Quod ad capita instauranda disciplinæ pertineret, nunquam de affectanda in Pontificem auctoritate cogitasse, licet aliqua in curia Romana emendanda indicarit, sed debitibus ordine et modo rem intellexisse ; sensisse agendum prius de morum norma pie constituta<sup>1</sup>, quam de dogmatibus, ne hæretici, auditæ opinionum suarum proscriptione, a Concilio ad eundem deterreantur :

« Ferdinandus, etc. reverendissimus, etc.

« In his, quæ hactenus durante maxime isto

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. I. xx. de Con. sig. num. 3207. p. 274.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3230. p. 384.

sacro Concilio egimus, non aliud quam divinae majestatis gloriam et Ecclesie unitatem quæsi-  
visse adeo, quod libellum illum de morum emendatione conscriptum superioribus mensibus, non alio animo, quam singulari quodam zelo in juvandæ Ecclesiæ studio, isthuc misisse, copiose demonstravimus in litteris, quas postea ad paternitates vestras reverendissimas ea de re, et nonnisi optima intentione scripsimus, et a paternitatibus vestris reverendissimis in meliorem partem acceptas fuisse, valde liberenter intettemus ». Et paulo post : « Eis benevolè asseveramus, nos non modo in malam partem non rapuisse, quod paternitates vestræ reverendissimæ libellum illum Patribus non propo-  
suerint, priusquam ipsarum sententiam cognoscerent, verum nunquam etiam voluisse, ut aliquid in Concilio proponeretur vel tractaretur perturbare vel confuse, atque adeo præter modum et ordinem, quem paternitates vestrae reverendissimæ, summa prudentia a majoribus traditum, summa quoque religione conservandum esse ostendunt. Ideo mens nostra fuit, ut libellus prius paternitatibus vestris reverendissimis exhiberetur, et postea tandem sacra Synodo proponeretur. Absit enim, quod velimus, inconsultis paternitatibus vestris reverendissimis, de quorum æquanimitate, pietate et integritate nobis pollicemur, quæcumque post hac sacram Synodus cognoscere. Nostra et sacri imperii, regnorumque et dominiorum nostrorum intererit, modo ab aequitate et honestate non sint aliena, illa paternitatibus vestris reverendissimis deferre, ad eamdem sacram Synodus haud gravatim relaturis, aut saltem non futuris impedimento, nec inquis animis accepturis, ut saltem per oratores nostros, cum paternitatibus vestris reverendissimis re prius communicata, Patribus libere exponantur; ita ut nobis, et cuique Christiani orbis regi, principi aut potentatui solita et antiqua libertas atque potestas, nostras ac sacri imperii, uniuscujusque nostrorum regnorum et provinciarum necessitates ingenue et sincere Synodo expli-  
candi re ipsa constet, sicuti futurum paternitates vestrae reverendissimæ in litteris spem nobis fecere; præsentim cum etiam adversariis ipsis quilibet proponendi facultas concessa sit : quod factum esse magnopere laudamus, nihil plane ambigentes quin illi, ut scribunt paternitates vestrae reverendissimæ, si in annum inducerent suum, ut ad Concilium venirent, re ipsa experientur, quanta eos benignitate sancta Synodus complectetur, et quanta patientia, si qua de re doceri cuperent, a Patribus audirentur. Nobis certe optatissimum foret, quod id sibi persuaderi parenter : sed quominus id hactenus ab eis obtineri potuerit, per operam, diligentiam et sollicitudinem nostram non stetit. Sed causæ ita notæ sunt omnibus, ut eas

hoc toco enumerare supervacaneum sit. Quod si in posterum quoque aliiquid in hac re præstare poterimus, id minime omittemus.

« Verum quod ad reformationis negotium attinet, quod tanto studio promovendum et urgendum suscepimus; paternitatibus vestris reverendissimis iterum atque iterum affirmamus, nos in id non agere, ut in eo negotio ita rerum ordo invertatur ac commutetur, ut oves pastori præsse, vel membra capiti imperare debeant, ita ut ex ea occasione sacrum Concilium ante tempus re infecta dissolvatur, vel etiam, quod vitam, mores vel actiones sanctissimi Domini nostri in judicium vocari velimus, de cujus scilicet pietate et incorruptis moribus ita sentimus, ut Deo omnipotenti gratias agamus, talem Pontificem hisce temporibus turbulenta, et dum nos divina benignitate sacri Romani imperii gubernacula tenemus, cum regnis dominiisque nostris obtigisse, pro ejus salute et in columnitate jugiter preces ad Deum fundamus. Nemo profecto hominum alter de nobis suspiciari debet, qui nihil minus, quam sanctitatem suam uspiam reprehendere, nedum in invidiam, aut odium hominum adducere cogitamus, cujus tot et tam præclara in nos extant paterni amoris argumenta, que certe jure suo exposcent, si ingrati animi notam effugere volumus, ut Sanctitatem ejus omni loco et tempore mutuis filialis observantia officiis demereri, ejusque dignitatem et auctoritatem summo conatu tueri et amplificare studeamus; tametsi vero in libello de emendatione curiae Romanæ tantum et debita cum modestia aliquid tactum est, nos tantum in universo hoc reformationis negotio in effectu, ac potissimum ad optatam Ecclesiæ concordiam, et quietem, ac publicam Christiani orbis salutem, atque extremam necessitatem respximus, quam optimus quisque pro deplorata habere videtur, nisi hec salutaris ac præsentanea medicina emendandi mores, et tollendi abusus adhibeatur, in quem quidem finem nunc respicimus ». Et mox : « Insistendo tamen priori nostræ declarationi, quod scilicet per id intelligi non debeat, quod velimus sacro Concilio leges prescribere, aut id, quod rectum est, aliter quam rite et ordine fieri; id quod ab instituto nostro alienissimum est.

« Gratissimum quidem nobis accedit, quod paternitates vestrae reverendissimæ in litteris suis respondent atque promittunt, sese libenter facturas, quod antea oratoribus nostris pollicita fuerant, ut quotiescumque sese occasio obtulerit, aliquam libelli nostri partem sacrosancte Synodo proponant. In primis, quod dabunt operam, ut de reformatiis ac constituendis inclytæ nostræ Germaniæ, cæterorumque regnum Ecclesiis, quæ ad nos jure haereditario pertinent, diligentissime agatur : tum ut fidei puritas, quæ adhuc reliqua est in illis provinciis,

conservetur, ac volente Deo, latius propagetur. Sed animum nostrum vehementius angit, quod res, ut nos quidem sentimus, diutius protrahat, quam evidens et extrema necessitas Christianæ reipublicæ, maxime sacri imperii, et regnorum, et provinciarum nostrarum exigit». Nonnullisque interjectis, et ardentí pietatis studio, quo Patres de dogmatibus constituendis ac modo de Missæ sacrificio agunt explicato, addidit: Sentire potius se agendum de morum revocanda puritate, intermissa dogmatum tractatione, hac de causa, quod ii, qui discessere ab Ecclesia, deterrendi sint, ne accedant ad Concilium, a quo se condemnatos noverint, atque gravius exacerbatum iri: at ex articulis in libello comprehensis majoris utilitatis capienda spes affulgere, tum subjicit: «Sentient nobiscum procul dubio praelarissimi et præstantissimi quique Christiani orbis reges, qui nunc oratores et prelatos suos in Concilio habent, existimantes, sua regna suasque provincias non minus quam illas, quæ nostræ curæ divinitus concredite sunt, in hac parte laborare, qui cum ex seipsis paternitatibus vestris reverendissimis suis difficultates et necessitates instantius exposituri sint, paternitates vestras reverendissimas benevolè ac diligenter hortamur, ut ipsorum quoque, perinde ac nostri ac sacri imperii regnorum et dominiorum nostrorum, a sacrosancto Synodo rationem haberi current, quo ipsis quoque, ut par est, consulatur, etc. Datum Pragæ xii Augusti MDLXII.».

65. *Usus calicis instanter petitur ab oratoribus Cæsareis, Gallis et Hungar. —* Ex articulis propositis in libello Cæsareo is erat gravissimus atque honestissimus specie, continentibus votis a pluribus populis expetitus, de calicis usu laicis permittendo, in quo excutiendo plures menses consumpti sunt. Jam quidem antea oratores Cæsarei in Congregatione xxv Junii habita porrexerant Tridenti cardinalibus legatis libellum supplicem, quo summis precibus contenderant, ut communio calicis Bohemis, Hungar, Austriacis, Carniolis, Carinthiis, Moravis, Silesiis Bavarisque indulgeretur. Conceptus vero is erat subjectis verbis<sup>1</sup>:

« Scriptum exhibuit ab oratoribus Cæsaris super petitione communionis sub utraque specie pro Bohemis, Moravis, Austraciis, etc. lectum in generali Congregatione die xxvi Junii MDLXII.

« Illustrissimi, reverendissimi domini legati, ac reverendissimi Patres.

« Domini oratores sacre Cæsareae majestatis domini nostri clementissimi, officii sui ratione, ac singulari quadam S. R. E. auctoritatis et potestatis propagandæ studio adducti faciendum sibi existimaverunt, ut dominationes ve-

stras reverendissimas nonnullis de rebus admonerent, antequam ad dicendas sententias veniretur, qua quidem res ejusmodi plane sunt, ut iis veluti fundamentis quibusdam præsentis consultationis vestræ summa niti videatur.

« Ac primum quidem, ut inde initium sumatur, auditи sunt per hosce dies omnium Ordinum theologi, propositis per illustrissimos legatos articulis. Praelare illi quidem et copiose, sed ad regnorum et provinciarum exterarum statum et rationem non satis accommodate dissidentes», et post nonnulla: « Illud dicendum est tamen ab eo usque tempore, nimirum Jacobelli et Hussi, cam in Bohemia retentam esse consuetudinem, quam nulla consilia, nullæ rationes, nulla unquam vis, neque ipsa arma et bella eripere potuerunt, ut populo etiam calix in communione a sacerdotibus præberetur: a quo quidem calice ea populi pars, quæ hujus partis esset, Calixtinorum, sive sub utraque, nomen accepit. Atque haec quidem factio latissime in eo regno patet, ut primarios etiam viros et magistratus quosdam complectatur.

« Antea quidem huic parti benignissima Mater Ecclesia pro ea potestate, quam a Deo habet, pro rerum ac temporum ratione leges et constitundi et abrogandi, certis quibusdam conditionibus permiserat ut calice uti possent. Postea cum, ut fieri assolet, non satis religiose, neque vero diligenter conditions et pacta illa servarentur, permisso illa cœpta est a Pio II Pontifice Maximo revocari. Sed cum Sedes Apostolica aberrantem hanc ovem ad cæteras aggregare cuperet, primum Paulus III, deinde etiam Julius III, felicium recordationum summi Pontifices, nuntiis quibusdam suis negotiis dederunt, ut Bohemis in Ecclesie gremium receperit calicis usum permitterent, res tum etiam inchoata, sed propter graves quasdam difficultates impedita, perfici non potuit.

« Ad extremum Cæsareae majestas dominus noster clementissimus hoc tempore post centum et quadranginta fere annos, cum pro singulari sua pietate, ac Christianæ et Catholicæ religionis nostræ conservandæ et propagandæ studio, Germanicum in illo regno Pragensem archiepiscopatum veluti a mortuis excitaverit, et magnis curis, laboribus, sumptibus et impensis funderit ac constituerit, et visum est sacre ejus majestati Cæsarea, si unquam antea, nunc commodissimam initii posse rationem, ut inelyta illa natio tota, ad sanctæ Romanae Ecclesie matris nostræ obedientiam, jam tandem veluti postlimino revertetur, praesertim vero cum ipsis Calixtini, qui et sub utraque vorantur, in proximis Bohemis comitiis publice sac. Cæsareae majestati supplicaverint, dignaretur suas apud S. D. N. partes interponere, ut eorum sacerdotes non ab alio quoquam, sed a novo archiepiscopo ordinarentur; promiserunt autem, hoc si impe-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3198. p. 216.

trarent, daturos operam ut ipsi eorum presbyteri dominum archiepiscopum pro legitimo suo prælato agnoseant, et obedientiam illi prestant. Itaque per reverendissimum episcopum Phareensem, qui nunc apud sacram ejus majestatem sanctissimi domini nostri nuntium agit, ac per magnificum dominum Prosperum Comitem ab Arco, sacræ ejus majestatis Romæ oratorem a sanctissimo Domino nostro postulavit, ne tantam tamque optatam Ecclesie resituendi ac conservandi illius regni occasionem de manibus sibi elabi pateretur. Sanctissimus autem Dominus noster totam hanc rem ad vestram, illustrissimi domini legati, et Patres amplissimi, disceptationem et vestrum judicium rejiciendum putavit.

« Vestrae igitur pietatis fuerit nobile illud regnum Ecclesie Catholica conservare, quod tum demum fiet, si necessariis de causis calicis usum illis permittendum esse putaveritis. In reliquis illis rebus, aut omnibus, cum S. R. E. matris nostræ institutis consentiunt, aut in paucis quibusdam a recta illa via detlexerunt. Sacerdotibus illi non aliis unquam uti voluerunt, quam qui cælibem vitam agerent, et quos a Catholicis, et communionem Sedis Apostolicæ habente episcopo legitime ordinatos esse constaret. Solent illi inter alias suas preces, eliam Summi Pontificis, sacri cardinalium collegii, episcoporum, atque universi Ecclesiastici statutis et ordinis meminisse, ac pro eorum incoluntate et felici rerum successu in publicis supplicationibus et litteris exorare, populum ad id faciendum in concionibus frequenter cohortari: quod ipsum satis indicat, quomodo erga Sedem Apostolicam affecti sint. Si quid autem est omnino in reliquis rebus, in quibus a recta S. R. E. doctrina discessum est, id nullo prope negotio emendari ac corrigi poterit, modo calicem, quem tantopere expetunt, vestra benignitate consequantur. Neque vero mirum est si rudi et imperita multitudo in eum errorrem induci potuit, ut sine magno conscientiae scrupulo a calice abstinere se non posse persuasum habeat, cum etiam peritissimos et maxime pios ac Catholicos viros eam sententiam multis rationibus tueri videamus, ut sub utraque, quam sub alterutra tantum specie communicantes, majore consequi gratiam arbitrentur. Vestra isti misericordia digni sunt, Patres sanctissimi; quare diligenter et benigne providete, ne per nimiam vestram severitatem in eam desperationem adducantur, et cum nullum apud vos misericordiae locum sibi relictum esse sentiant, ad impios sectarios transeant, a quibus quidem magno studio, magna diligentia, omnibus artibus, omnibus illecebris perpetuo ad defectionem sollicitantur.

« Sunt in aliis, etiam clarissimis ac nobilissimis regnis ac provinciis, pii quidem et Ca-

tholici viri, ut in Hungaria, in Austria, in Moravia, in Silesia, in Carinthia, in Carniola, in Styria, in Bavaria et Suevia, ac permultis Germaniae partibus, qui magno quadam zelo calicem sibi dari expetunt.

« Non fuit hoc ignotum Paulo III, felicis recordationis Pontifici Maximo, qui omnibus per Germaniam episcopis facultatem concessit sub ultraque specie communicandi eos, qui devotionis causa sub ultraque mallent, quam sub una communicare: sed ne hæc quidem propter gravissima quedam impedimenta ad effectum perduci potuerunt.

« Eadem fere est ratio, idem quoque de aliis nationibus, quas paulo ante nominavimus, periculum est, ne si .calix eis adiunatur, ad Lutheranos atque alios sectarios transfigiant.

« Neque vero existimare debet quisquam, quod hisce diebus a theologis publice dubitatum est, eos, qui calicem petunt, prorsus haereticos esse. Quis ignorat, nullam nobis cum haereticis communionem esse debere? Non hæc haereticis, sed iis procurantur, qui aliis in rebus et Catholicis sunt, et obedientes se sancte Romanae Ecclesie filios præhent.

« Quod si hæc ipsi a vestra benigilate consequantur, magna spes est plurimos etiam haereticos, qui hanc unam ob rem a nobis desceiverunt, ad nos iterum reversuros esse.

« Audiuntur a nobis non pauci passim in mediis sectariorum gregibus versantes, qui palam profiluntur, si sub ultraque specie Eucharistiam sumere liccat, cupidissime sese ad nos transire velle.

« Certe, præterquam quod æquiores deinceps se nobis præberent haeretici, dictis etiam nostris facilius ac libentius aures accommodarent, et libentius in vestram se disciplinam traherent. Sic etiam confideremus fore, ut saeculum Missæ Sacrificium longe in majori venerazione esse inciperet.

« Plurimos jam tot novitatum tædet, qui hoc uno remoto impedimento, libentissime ad nos se reciperent. Quod si quo casu hæc illis utriusque speciei communio non permittatur, contraria omnia sunt pertimescenda.

« Jam si quis est, qui quærendum existimet, quod etiam hisce diebus auditum est, quis ille tandem sit, qui hæc petat? Ea sacra Cæsarea majestas a S. D. N. petit, ut domino archiepiscopo Pragensi Calixtinos sacerdotes ordinare liceat, id autem fieri nullo modo potest, nisi illi prius in Ecclesiæ gremium recipiantur, recipi autem non poterunt, si ritu schismatico propria auctoritate calicis sibi usum usurpent ac mordicus retineant.

« Adsunt etiam Canadiensis et Tinniniensis ex Hungaria domini archiepiscopi, et episcoporum Hungariae nuntii, qui humiliter suppli-

cant, ut aliqua ratione illius regni Ecclesiis ab hoc sacrosanto OEcumenico Concilio provideatur; non enim alia ulla ratione plebs atque adeo jam ipsa nobilitas in officio contineri potest. Ac nisi haec illi spes in hunc usque diem facta fuisset, futurum, ut in hoc sacrosanto OEcumenico Concilio calicis usus a vestra bonitate ac suavitate, amplissimi Patres, ipsis impetraretur, exigua jam Catholice religionis, ac in sanetam Romanam Ecclesiam, et Sedem Apostolicaem obedientiae illis in partibus reliquias haberemus.

« De Hungaria quidem hoc certo affirmare possumus, eo jam ventum esse, ut sacerdotes per vim etiam ad calicis porrectionem adiganter, quod ni faciant, bonis Ecclesiasticis direptis magnum infortunium atque adeo vita periculum non evitant.

« Fuerunt ex illius regni episcopis nonnulli pii viri, atque Ecclesiastice consuetudinis observantissimi, in primis autem reverendissimus D. Strigoniensis archiepiscopus, qui hos tales sacerdotes exilio atque alii penitus ob hanc causam multaverint. Factum jam est, ut tuum illis, tum aliis, et Catholicis presbyteris prorsus careant: ita sit, quod vix sine lachrymis dici potest, ut infantes sine baptismo, et intereant, et adolescent, viri et femine omnia ordinum, omnis aetatis, belluarum more in summa Dei ignorantiae, et vivere et mori cogantur. Ita nihil proprius est, quam ut ad paganisimum redeat. Sunt enim loca non paucia, in quibus a multis jam annis nullus sacerdos est visus, qui rudem et imperitam plebem ad Christianae pietatis normam instituere atque eruditiqueat, hoc quoque ad summas ac innumerabiles illius regni miseras accedit.

« Cujus vos, Patres amplissimi, miserescete, et qua ratione hos tantos totque populos in sancte Romana Ecclesiæ fide conservare, et alios quamplurimos hac de causa a nobis profugos, ad nos iterum retrahere possitis, aliquam jam tandem cogitationem suscipe.

« Haec sunt, quæ dicenda videbantur, quæ ut dominationes vestræ reverendissimæ in optimam partem interpretentur, et totum hoc negotium diligenter perpendere velint, idem domini oratores etiam atque etiam vehementer rogant. Quæ tamen omnia sanctissimo et prudentissimo iudicio vestro subjecta esse volunt».

66. Sub idem tempus oratores Gallici legatos adiuncti, illisque Cæsarî petitionem, ut justam, sanctam, Christianamque commendare non desinunt. Atiut quidem, nullam in mandatis suis ea de re singularem mentionem contineri, verum cum sibi ea omnia incunbore intelligent, quæ ad Christianæ reipublica commodum pertinent, arbitrari se calamitosis hisce temporibus ad conciliandas Christianorum voluntates id valde profuturum, atque hoc ani-

mi sui iudicium scripto legatis testatum relinquunt.

Legali ad Synodus omnia statim referunt, ut de his mature seorsum a singulis deliberetur, antequam in concione sententiæ palam proferantur; res enim tota eo majore consilio indigere cunctis visa fuit, quo se nunc Gallorum studia ad Cæsareos accessisse ostenderant. Quamvis enim pro Gallica natione calicis usus tunc peti nominatim nouo videretur, rationes tamen ab oratoribus adductæ, et præsertim, quod nihil magis hoc tempore pertineret ad pacandos de religione tumultus, quam si eorum postulationi satisficeret, facile horum consilium indicabant, qui Cæsaris causam nunc urgerent, quo sibi et aliis subinde provinciis certior ad idem obtineendum postea aditus paterfieret.

Agit de hac Gallorum petitione Astulphus Servantius, scripturamque ab ipsis exhibitam his verbis enuntiat.

« Sabbato quarta Julii hora xix, habita est Congregatio generalis, in qua primum Concilii preses Patribus retulit, oplatam fuisse schedulam ab oratoribus regis Galliarum; quam suis conceptam verbis repetendam in Patrum contum optabant, que a Concilii secretario perfecta est<sup>1</sup>:

« Scriptura exhibita ab illustrissimis oratoribus Caroli Christianissimi regis super petitione oratorum Cæsaris circa communionem sub utraque specie.

« Quatuor canones, de quibus sententiam dixistis, Patres sanctissimi, et si adeo perspicue et aperite compositi sunt, ut nullus videatur locus relicitus dubitationi, tamen si in illis quedam mintentur, quemadmodum nonnullis visum est, postulamus id fieri absque eo quod præjudicium ullum fiat auctoritati et prærogativa regis Christianissimi, et quorundam in Gallia monasteriorum vetustissimæ consuetudini. Remitterunt enim Gallici reges, et jam post mille et amplius annos quasi per manus accepertunt, ut quo die regiis insignibus ornantur et conseruantur, sanctissimi Eucharistie sacramenti communionem sub utraque specie accipient; monachi vero etiam non confidentes, statutis quibusdam anni diebus.

« Quod autem pertinet ad communionem sub utraque specie petitam a clarissimis Cæsaræ maiestatis et Bavarie ducis oratoribus, quanquam de ea re, ut sape testati sunus, nulla in mandatis nostris singularis mentio fiat, duo tamen legationis nostræ capita præcipua sunt, quæ nos, salva munera nostri ratione, non possumus prætermittere. Primum ut vos, Patres

<sup>1</sup> To. x. de Conc. Ms. arch. Val. sig. num. 3197. p. 140. Act. Conc. Trid. Ms. Fr. Barb. sig. num. 1109, p. 63. per Astulph. Serv. To. x. de Conc. Trid. Ms. arch. Val. sig. num. 3197. p. 127. et in alio Ms. sig. num. 3229. p. 277. Et in lib. cuso 1613. inscripto: Instructions et Missives, p. 110.

sancissimi, quam vehementer fieri poterit, oremus et hortemur his turbulentis et calamitosis temporibus ad multa connivere, nonnulla dissimilare, et quædam de summo jure ita remittere, ut cum semper juris divini, Ecclesie Catholice, et Sedis Apostolice dignitas et auctoritas sarta et tecta maneat, nonnihil tamen hominum imbecillitatibus et infirmitali, ut D. Paulus aliquando fecit, condonetis.

« Alterum vero caput est, ut omnes nostras actiones et cogitationes, studia denique omnia ad reipublicæ Christianæ utilitatem non solum convertamus, sed etiam accommodemus, cum ad omnium Christianorum regum et principum, tum optimi et religiosissimi imperatoris nutum ac voluntatem. Itaque nolumus hac in re officio nostro deesse, sed potius amplecti adeo justam, sanctam, Christianamque petitionem, eamque, quod fieri a nobis poterit, vel eo maxime juvare, quod nihil propterea decedere videamus auctoritati et dignitati Ecclesie Catholice, quæ, quemadmodum vos dixistis, pro locorum, temporum et hominum ratione non eadē semper constituit et observavit. Hoc possumus vobis bona fide polliceri, atque omni asseveratione affirmare, nihil magis hoc tempore pertinere ad conciliandas Christianorum voluntates, pacandas de religione tumultus, homines nostros retinendos, et eos, qui jam a nobis deseruerunt, revocandos, quam si justæ et Christianæ eorum petitioni a nobis satisfacti ».

Cum autem de his Patrum sententiae exquirerentur, ac Veglensis episcopus postularetur, ut quid de iis sentiret, exponeret, hæc respondisse narrat Gabriel Palæottus<sup>1</sup>.

67. « Veglensis, inquit, Patres admonuit sub Venetorum ditione in Creta, Cypro aliisque Orientalibus regionibus ex diversis nationibus quamplures numero fere quingenta aut sexcenta hominum millia esse, qui utramque speciem in communione sumunt, hos in reliquis rebus nobiscum Catholice et sentire et vivere cum iis; hos iura omnia, sepulchra et reliqua sacra habere communis: cavendum nunc esse, ne inter eos, qui utramque usurpant, quos Synodus anathemate damnandos statuit, hi etiam comprehendantur, quoniam hinc eorum a nobis alienatio, ingensque in iis locis perturbatio sequeretur. Hæc Veglensis ratio in universum quidem non fuit probata, eo quod anathema sancta Synodi in eos tantum conjicitur, qui asserunt jure divino utriusque speciei usum præceptum fuisse, quo numero, nec Cistercienses in Galtia, nec rex Gallorum, quando corona regia insignitur, nec Græci ipsi, aut alii similes continentur, qui calicis usum, non ut rem jure divino necessariam, sed aut privilegio, aut ritu quodam anti-

quissimo longe ante Concilium Constantiense instituto retineant, quem sancta Synodus, nunc eis exemplo Innocentii III in decretali ultima de Baptismo, non interdicit. Attamen placebat Herdensi et Famagustano, ut hoc ipsum in doctrina clarius explicaretur, neque superesset dubitatio, neve simpliciores verbis generalibus sancte Synodi implicarentur. Adjecit Herdensi se exemplum Pontificis privilegii vidisse, quo Græci hoc jus sub ultraque specie sumendi, itemque ministrandi communionem parvulis conceditur. Ad hæc se librum in Sacrario sancti Petri Vaticani legisse, cuius auctor fuit Deusdedit cardinalis post Gregorium VII, anno Mxc, ubi lib. 2 contra schismatis et simoniaeos consuetudinem hanc Ecclesie iis temporibus fuisse attestatur, ut infantibus post Baptismum statim Eucharistia cum vino infundetur.

« Brixiensis in iv canone ubi de parvulorum communione agitur, satis esse non putabat, Synodus declarare, sacramentum Eucharistiae eis necessarium non esse, sed expresse illud eis prohibendum dicebat, cum rationes illæ ex quibus usus calicis populo fuit ademptus, longe efficacius suadeant ab hoc Sacramento parvulos esse omnino arcendos; quoniam tamen ex SS. Dionysio et Cypriano, et aliis auctoribus usus hic parvulos communicandi in Ecclesia diu observatus fuisse colligitur, non placuit hoc anathemate damnare, sed errorem tantum illum refellere, si quis hoc Sacmentum eis necessarium existimaret.

68. « Circa postulatum a Cæsare calicis usum, in Congregatione<sup>1</sup> dixit peritissime Bracharensis quatuor hominum genera reperiri in Germania, alios esse vere Catholicos, alios pertinaces haereticos, alios haeresim in corde gerere, externaque specie, ut suis servient commodis, Catholicos agere; alios esse in fide infirmos. Priores petitioni calicis adversari; dictos secundo loco recensitos indignos, repellendosque; tertio loco distinctos haeresim obvelare calicis usu facilius velle, atque adeo ne in errore foverentur, rejiciendos; eos demum, qui in fide infirmi erant, male sentire de potestate Ecclesiastica, deque Summo Pontifice, pravisque opinionibus imbutos necessarium esse usum calicis atque adeo ardentissima illa calicis sitiuri; non enim existimandum hoc ex pietatis studio flagitare, quod de pia aliqua anima suspicari quis posset, quæ nimirum carnis maceerationi et spiritualibus exercitiis addicta esset, at non ita eos populos erga divina affectos, sed carnis voluptatibus immersos esse, qui cum ab Ecclesia jubentur in anno semel ad sacramenta Pœnitentiae et Eucharistiae accedere, adeo aver-

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 113. per Gabr. Palæot. de communicatione utr. speciei.

<sup>1</sup> Lit. Vicecom. Ep. missi a Pio IV. ad Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. 1343. p. 13. Lit. ad card. Bor.

sis accedant animis, ut nonnulli ad patibulum rapi sibi videantur; non itaque ex fervore spiritus eam calicis cupiditatem, sed ex novitatis appetitu inardescere: quia tamen fratrum salus cordi esse debeat, et Cæsareæ majestatis id deponscens habenda sit ratio, deligendos qualuor concionatores, qui a Concilio missi iis, qui Ecclesie conciliari velint, vel qui jam in eo ritu sint educati, calicis usum elargiantur. Quæ omnia Vintimiliensis episcopus in litteris ad Carolum Borromæum cardinalem datis retulit ».

69. Ursit tunc Hungarus orator ardentiissimus precibus Concilii Patres, ut Ferdinandi Cæsaris gratia concederent, ut usus calicis pro continendis in Cæsareo obsequio populis pemitteretur.

Postea», inquit Acta<sup>1</sup>, « R. D. episcopus Quinqueclesiensis orator Cæsareae majestatis pro regno Hungarie allocutus est Patres in hanc sententiam. Recordari eos, exhibitum fuisse superioribus diebus scriptum quoddam a nobis oratoribus Cæsareis, et illud hic publice lectum a domino secretario, in quo rationes, quare hic calix a Cæsarea majestate petitur, continebantur, quas propterea superfluum est recensere. Audiverunt postea Patres quid illustrissimi domini legati super hac re sentiant per ea, quæ luculenter explicavit illustrissimus dominus primus præsidiens. Et profecto ita est, quod magna est habenda ratio Cæsareae majestatis, tum propter ejus pietatem et in Christianam religionem merita; tum quia ex ea domo est, quæ in toto orbe terrarum ita clara et illustris est, ut neminem latere possit, quantum de Christiana religione optime merita sit. Id autem Cæsarea majestas ideo petit, ut populos sibi subditos in fide et obedientia Sedis Apostolicae retineat, atque ad illud unquam laboravit, suaque actiones direxit, etiam vivente fratre suo glorioissimo imperatore, non solum cum fortunaru[m] suarum jactura, sed etiam proprietorum filiorum amissione; succedit ad id, ut pax et tranquillitas etiam post mortem suam in religione et in regnis suis relinquatur. Ad quod assequendum Cæsarea majestas sua judicat aliquid a sancta Synodo remitti debere, quod mere juris positivi est; recordarique debent Patres, Concilium a conciliando dici, ut scilicet Christianorum animos conciliet ».

Repugnarunt Cæsareis oratoribus nonnulli Germani episcopi, in controversiis cum Lutheranis agitandis exercitatisimi, neconon alii pietate et eruditione florentissimi pravules, qui sensere, concessu[m] calice Lutheranos non redilu[m] ros ad fidem Catholicam, sed in perfidia confirmandos, et plures Catholicos in errorem facile prolapsuros, ut inferius illustrabitur.

<sup>1</sup> To. x. de conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 2197. p. 139.

70. *Sessio quinta sub Pio IV, in qua statuitur de communione sub utraque specie, et reformatione cleri.* — Celebrata est xvi Julii Pio Quarto Pontifice quinta Sessio, cuius Historiam Astulphus Servantius<sup>2</sup> his verbis describit:

« In Dei nomine Amen. Anno salutis MDLXII, Indictione quinta, die vero Jovis xvi mensis Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Domini Pii, divina providentia sacrosancte Romanæ et venerabilis Ecclesie Pontificis Maximi anno tertio, Tridenti in Ecclesia cathedrali, quæ est sub invocatione B. Vigili, et in loco eminentiori ipsius Ecclesie ad Sessiones habendas deputato, celebrata est quinta Sessio Sacrosancti OEcumenici, et generalis Concilii Tridentini, præsidentibus in eo nomine ejusdem sanctissimi D. N. papæ illustrissimis et reverendissimis in Christo patribus et dominis doctoribus Hercule Gonzaga tit. Sanctæ Mariae Novæ, de Mantua, Hieronymo tit. Sanctæ Susannæ, Scipiendo, Stanislao tit. S. Laurentii in Pane et Perna, Warmensi, et Ludovico tit. S. Cyriaci in Thermis, Simoneta, presbyteris, ac Marco Basilicæ duodecim Apostolorum de Altemptis diacono S. R. E. cardinalibus, et Apostolicæ Sedis de latere legatis. Qui quidem illustrissimi et reverendissimi domini legati et præsidentes una cum illustrissimis et reverendissimis dominis oratoribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, generalibus, et aliis infrascriptis convenientes mane hora x in dicta Ecclesia cathedrali, in primis reverendissimus dominus Marcus Cornelius Venetus, electus archiepiscopus Spalatensis, celebravit Missam solemnem de Spiritu-Sancto, qua absoluta, et publicata de more et auctoritate Apostolica indulgentia plenaria, R. D. Andreas Ruditius Sbardelatus Hungarus Tininiensis episcopus habuit orationem ».

Præcipua ejus pars delibanda a nobis visa est<sup>3</sup> cum piissimis de Eucharistia Sacramento sententiis referta sit.

« Quod sumus, ipsi, qui ex nihilo nos procreavit, id acceptum ferre debemus, ut immortale hoc suum beneficium cumulatius quodammodo redderet humanam nostram naturam, divinitatis sue temperamentum perfecit, atque absolvit, et conjunctam atque in unum jam concretam admirabili quodammodo nexus humanitatem cum ipsa divinitate nobis in sacrosancto hoc Sacramento utendam, fruendam reliquit. O admirabile, o sacrum, o salutiferum, et omni suavitate refertum convivium, in quo Christus Deus et homo perfectus nobis proponitur». Multis interjectis declaravit, cur usus calicis intermissus fuerit a laicis:

<sup>1</sup> Ang. Massarel. in Actis Conc. Trid. sub Pio IV. Ms. Vat. sign. num. 3212. p. 168. Astulph. Serv. in Act. Conc. Trid. Diario. — <sup>2</sup> Sess. v. ex or. ep. Tinien. ep. de Ench. Ms. arch. Vat. sig. num. 3243. in Actis sess. v.

« Sapientissima mater nostra Christi sposa quæ a vera et recta Sponsi sui sententia ac voluntate nusquam aberrat, cum animadverteret, multa infanda per quorundam sordidam ac negligentiam evenire, quæ ad tam pretiosi Sanguinis injuriam pertinenterent, primo quidem illa Calicem filii suis non statim prorsus interdixit, sed prudenti aliquo ratione ostendit magnum vitari nefas et sacrilegum posse, si ab ejus usu abstinerent; itaque jam tum ab initio, cum haec pluvium consuetudo vigeret, ut populares quoque sub vini specie Christi Sanguinem sumerent, ex eis illi, qui in eo statu essent, ut non nisi magno negotio ac summa cum difficultate cavere possent, ne aliqua per imprudentiam Sanguinem potantibus guttula efflueret, atque ex ore dilaberetur, ipsi se sua sponte profanationis ac sacrilegii metu, ac fuga ab hoc usu removerunt, in quo præclarum et memorabile suæ pietatis ad omnem posteritatem argumentum transmiserunt, ac sapienter illi quidem. Nam ut summa pericula hoc suo facto devirarent, neque tamen propterea non omnem eam utilitatem, ac totum illud, quod utriusque speciei communicatione percipi solet ad se non traduxerunt, etc. ».

His addunt Acta per Astulphum Servantium concinnata :

« Deinde tam prædicti illustrissimi et reverendissimi DD. præsidentes ac cardinalis Mardutius, quam cæteri Patres omnes, ac etiam orator Ecclesiasticus accepérunt pluvialia, mitras, aliaque paramenta consueta, decantanti bus eo tempore cantoribus Psalm. 83. *Quam dilecta*, etc.

« Paramentis acceptis, quisque resedit in loco suo juxta tempus sua ad Ecclesiam promotionis. Oratores autem, tam Ecclesiastici quam sæculares sederunt in loco consueto, quibus omnibus suis in locis sedentibus, cum nonnulli Patres censuissent addendum in cap. i doctrinæ, quæ publicanda erat de communione sub ultraque specie et parvulorum, videlicet ubi dicitur : *Nam si Christus, post verbum Traditionis, adderentur hæc verba videlicet : Sed ad eos (1) tantum, quibus dictum est : Hoc facite in meam commemorationem*, hoc est, quibus conficiendi, et offerendi Corporis et Sanguinis sui potestatem tradidit ». Quæ verba ipsis Patribus

per schedulas distributas consideranda propo sita fuerant. Rogatae sunt per reverendissimum dominum Angelum Massarellum episcopum Thelesinum de Sancto-Severino agri Pieeni ipsius sacri Concilii secretarium una cum Marco Antonio Peregrino Comensi et Cynthio Pamphilio de S. Severino ejusdem Concilii notariis Patrum sententia, an dicta verba in dicto primo cap. doctrinæ addenda essent, et longe majori parti Patrum non placuit, ut adderentur, quare mandantibus illustrissimis DD. legalis per dictum reverendissimum secretarium pronuntiata sunt alta voce hæc verba, videlicet : Longe majori parti Patrum non placet, quod verba ista addantur, propterea doctrina publicabitur absque aliqua additione, sicut in generali Congregatione comprobata fuit. Deinde illustrissimus Mantuanus primus præsidens et legatus prædictus recedens a loco, ubi sacrum audierat, ivit ad Altare majus, ibique orationes legit, decantalis a cantoribus Litanii et per diaconum Evangelio Jo. 16. *Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus vere est potus*, accedentibus cæteris legatis et præsidentibus ad dictum Altare majus, invocatoque auxilio Sancti Spiritus per Hymnum, *Veni, Creator Spiritus*, ac omnibus aliis in publicis sessionibus peragi consuetis de more peractis, illustrissimi et reverendissimi domini præsidentes et legati resederunt in faldistoriis ante Altare majus versa facie ad sanctam Synodus, omnibusque suis in locis, ut dictum est, residentibus, magnificus dominus Augustinus Paungartuer orator illustrissimi domini Alberti ducis Bavariae assurgens loco, in quo sedebat, accessit ad prædictos illustrissimos et reverendissimos DD. præsidentes, quibus exhibuit mandatum et litteras ipsius illustrissimi ducis, quæ per prædictum dominum secretarium in ambo existentem alta et intelligibili voce lecta fuerunt.

« Quibus perfectis<sup>1</sup>, responsoque a sancta Synodo redditio, reverendissimus archiepiscopus Spalatrensis supradictus, accedens ad Altare majus accepit e manibus illustrissimorum dominorum legatorum decreta, quæ publicanda erant de communione sub ultraque specie, et parvulis, ac reformatione, accedensque ad

<sup>1</sup> Astulphi. Serv. ua in Actis sess. v.

(1) « Post verbum TRADITIO adderentur hæc verba : *Sed ad eos etc.* » Mendum hic aliquod in acta irrepsit ; non enim additum ista orationi congruit. Quod ut melius agnoscant lectors, decreto Concilii prout conceptum fuit additamentum hoc connectam. Ita ergo Concilii decretum : « Nam etsi Christus Dominus in ultima cena venerabile hoc Sacramentum... tradidit ; non tamen illa institutio et traditio ; sed ad eos tantum quibus dictum est etc. » Præfatio posteriora hac non congruant superioribus ; ut deesse aliquid in Actis annalistæ liquido constet. Ex Actis Piuæ omnisimo commode suppletur ; cum in illis post verbum TRADITIO additum ista proponatur : *Ita ad omnes Christi fidèles extenditur*. Ille una erat ex Additionibus quæ inserenda decreto proponebatur ; alterum vero subiungendum additamentum censebant patres quida post illoc verbum ejusdem decreti : *Astringatur* ; quod ipsum est additamentum in Actis apud annalistam indicatum.

Quæ proxime secuta est sessio Coacilii v sub Pio IV constitutæ patriarchis tribus, archiepiscopis xix, episcopis clviii, abbatis iii, supremis religiosorum Ordinum præsulibus vi, jurisperitis iii, theologi sæcularibus xxii, regularibus lxxi.

Successit sessio sub Pio sexta, cui præfer legatus interfuerit cardinalis unicus, patriarchæ iii, archiepiscopi xx, episcopi cxliii, abbas i, generales Ordinum vii.

ambonem illa alta et intelligibili voce legit ».

Definitum in iis est contra novatores<sup>1</sup>, nec laicos, nec etiam sacerdotes, quando non operantur sacris, sive non conficiunt, jure divino adstringi ad communionem sub utraque specie; posse etiam Ecclesiam in administrandis Sacramentis salva eorum substantia ritus ad maiorem rem suscipientium utilitatem immutare; totum etiam atque integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie contineri; non denique parvulis necessariam esse Eucharistiae communionem: quae decreta in Ms. Vaticani Archivii<sup>2</sup> his verbis concepta sunt:

71. « Sacrosancta OEcumenica et generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis legatis, cum de tremendo et sanctissimo Eucharistiae sacramento varia diversis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob que in nonnullis provinciis a Catholicae Ecclesie fide atque obedientia videantur plures discessisse, censuit, ea quæ ad communionem sub utraque specie et parvolorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter eundis Christi fidelibus interdicit, ne posthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel predicare audeant, quam est his decretis explicatum atque definitum.

*Laicos et clericos non conficientes non abstringi jure divino ad communionem sub utraque specie.*

#### CAPUT I.

« Itaque sancta ipsa Synodus a Spiritu S. qui Spiritus est sapientia et intellectus, Spiritus consilii et pietatis, edocita, atque ipsius Ecclesiæ judicium et consuetudinem sequuta, declarat ac docet nullo divino præcepto laicos non confidentes obligari ad Eucharistiae Sacramentum sub utraque specie sumendum, neque illo pacto salva fide dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat; nam etsi Christus Dominus in ultima cena venerabile hoc Sacramentum in panis et vini speciebus instituit, et Apostolis tradidit: non tamen illa institutio et traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendo astringantur, sed neque ex sermone illo apud Joannem sexto recte colligitur utriusque speciei communionem a Domino præceptam esse, utcumque juxta varias sanctorum Patrum et Doctorum interpretationes intelligatur. Namque, qui dixit, *Nisi manducaveritis Carnem filii hominis, et biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis;* dixit quoque, *si quis manducaverit ex hoc Pane, rivet in*

*eternum, et qui dixit, qui manducat meam Carnem et bibit meum Sanguinem, habet vitam eternam;* dixit etiam, *Panis, quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita.* Et denique qui dixit, *Qui manducat meam Carnem et bibit meum Sanguinem, in me manet, et ego in illo,* dixit nihilominus: *Qui manducat hunc Panem vivet in eternum.*

*Ecclesiæ potestas circa dispensationem  
Sacramenti Eucharistiae.*

#### CAPUT II.

« Præterea declarat hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutarel, quæ suscipientium utilitati, sive ipsorum venerationi pro rerum, temporum et locorum varietate magis expedire judicaret; id autem Apostolus non obscurè visus est innuisse, eum ait: *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei,* atque ipsum quidem hac potestate usum esse satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso Sacramento: cum ordinatis nonnullis circa ejus usum: *Cætera, inquit, cum venero disponam.* Quare agnoscens S. Mater Ecclesie hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset: tamen progressu temporis latissime jam mutata illa consuetudine gravibus et justis causis adducta hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

*Totum et integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.*

#### CAPUT III.

« Insuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in suprema illa cena hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, et Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie tolem atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi, ac propterea, quod fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

*Parvulos non obligari ad Communionem  
Sacramentalem.*

#### CAPUT IV.

« Denique eadem S. Synodus docet, parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem: siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, et

<sup>1</sup> Acta Conc. Trid. sess. xxv. sub Pio IV. — <sup>2</sup> Ms. Vat. arch. sig. num. 3212. p. 164.

Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam illa etate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit: ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

*De Communione sub utraque specie,  
et parvulorum.*

CANON I.

« Si quis dixerit, ex Dei precepto vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere; anathema sit.

CANON II.

« Si quis dixerit, sanctissimam Ecclesiam Catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse, ut laicos atque clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.

CANON III.

« Si quis negaverit totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi constitutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

CANON IV.

« Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae communionem; anathema sit.

« Duos vero articulos alias propositos, nondum tamen excusos, videlicet: An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes sub una tantum specie panis, ita sint retinenda, ut nulla ratione Calicis usus cuquam sit permittendus, et an si honestis et Christianae charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam sint illæ; eadem S. Synodus in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinando atque definiendo reservat ».

72. Promulgatum mox fuit aliud decretum de instauranda disciplina Ecclesiastica, atque ad avaritia sordes omnes detergendas, sacri Ordines sine ullo stipendio vel lucri illecebra conferri jussi; ad sacerdotalem etiam tuendam dignitatem prohibitum, ne quis sacris initietur, nisi annum vectigal, aut Ecclesiasticum censum ad vitam honeste sustentandam obtineat; pro divino etiam cultu asserendo lata lex, ut

qui non resident vel non ministrant in divinis officiis, vel nihil, vel minus tercia parte percipiunt ex Ecclesiastico censu; ut in parochialibus templis numerus sacerdotum idoneus ad Sacra menta administranda sustentetur, propterea episcopus instruelus auctoritate, ut possit aliarum Ecclesiarum vectigalia iis attribuire; ignaris aut profligata vita rectoribus Ecclesiarum coadjutores aut vicarios adjungere; si qua collapsa fuerit Ecclesia, ejus vectigalia ad aliam transferre; obstringere regulares, ut constitutam vitæ rationem pie colant; quæstorum Ecclesiarum vel monasteriorum vel xenodochiorum munus ob gravissimas corruptelas abrogatum, indulgentiæque non ad captandum quæstum, sed ad promovendam pietatem conferri jussæ. Denique proxima Sessio ad decimam septimam Septembribus diem indicta.

73. *Post multas disceptationes de usu calicis, hac controversia relinquitur Pontifici dirimenda.*

— Ineunte Augusto Galli oratores habita oratione flagitarunt a Synodo nomine Caroli IX Gallorum regis, ne controversia graviores de dogmatibus fidei haberentur, antequam præsules Galli ad Concilium venissent, medio vero flexu temporis duos articulos de Calicis concessione discuti et ponderari posse. Quare admissæ sunt Gallicorum oratorum preces<sup>1</sup>, atque de Calice acriter actum est.

« Articuli duo, super quibus Patres dicent sententias, propositi in Congregatione generali die xxii Augusti mœlxii.

« An communio sub utraque specie petita nomine Caesareae majestatis pro sacro Romano imperio totaque Germania, pro regnis Hungariae et Bohemiae, archiducatu Austriae, et aliis omnibus majestatis sacræ Casareae provincebus et dominiis ad eamdem pertinentibus, sit a Sancta Synodo concedenda sub infrascriptis conditionibus.

« Primo, ut sub utraque specie communicare volentes, in reliquis omnibus, tam quoad sacramentum hoc, quam cætera sacramenta, item in quacunque materia, quæ ad fidem, doctrinam ritumque pertinet, convenient corde et oris confessione, cum iis omnibus, quæ a sancta Romana Ecclesia sunt recepta, neconon decreta omnia hujus sanctæ Synodi, tam promulgata quam promulganda religiose admittant et observent. Secundo, ut pastores dictarum nationum et concionatores credant et doceant consuetudinem ab Ecclesia probatam, et dein observatam, videlicet communicandi sub altera tantum specie, non esse alienam a divino jure; immo laudabilem, et tanquam legem observandam, nisi aliter ab Ecclesia statuatur, quoque aliter pertinaciter sentientes heretici sint cen-

<sup>1</sup> Tom. xi. de Conc. Ext. etiam in actis per Astulph. Serv. Ms. sig. num. 1199. p. 77. Acta per Gabr. Pâlœot. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 157.

sendi, nec aliis dent hanc communionem sub ultraque specie, nisi qui crediderint hanc veritatem, et eam confessi fuerint. Tertio, quod Sanctissimo Domino nostro papæ, ut legitimo universalis Ecclesiæ episcopo et pastori, debeat fideli animo et sincero, ut reverentes filii, omnem obedientiam et reverentiam exhibere. Quarto, quod archiepiscopis, episcopis, et alius prælati suis similiiter debilam obedientiam et reverentiam præstent. Quinto, ut hic usus calicis eis tantum permittatur, qui contriti et confessi fuerint iuxta Catholicae Ecclesia consuetudinem. Item ut ordinarii quam diligenter sime omnibus cautionibus provideant, ne in administratione Sanguinis, aliquod sacrilegium aut profanatio admittatur: super quibus omnibus predictis eorum conscientia oneratur.

« Secundus articulus, an sit danda haec facultas archiepiscopis et episcopis dictorum locorum, ut unusquisque eorum tanquam delegatus Sedis Apostolice, possit committere curatis Ecclesiarum existentium intra diœcesim suam, ut communient petentes sub ultraque specie in dictis Ecclesiis tantum, sub conditionibus tamen suprascriptis.

« Latior visus est primus articulus, agenteque oratore Cæsareo ita contractus est: ut quatenus de sacri Romani imperii locis fit mentio, id ad Germaniam tantum pertinere dignoscatur ». His subdit Gabriel Paleottus in Actis :

74. « Pridie quam sententia in consessu rogari coepit essent, die xxviii Augusti MDLXII, Quinquecensiensis, Cæsareus orator, extra ordinem dicendi venia postulata<sup>1</sup>, sic ad Patres locutus est :

« Commodius, autumno, Patres amplissimi, atque facilius de tola hac re, de qua nunc nobis sententia dicenda est, deliberaretis, si que ad eam faciunt, eque vobis ac mihi nota essent. Prudentia quidem vestra singulari ac rerum omnium usu propiscere plurimum potestis, sed mallem, ut que auribus accepistis, illud et mente cogiteis, et oculis conspexissetis; profecto illud primum inter vos omnes constaret, imperatore vestro nihil sanctius, nihil religiosius, ab eo quoque tam insigni pietate predicto nihil postulari, quod sibi prius ipse non persuaserit fidei Catholicae rationibus expedire, ac nolle cum, cum in anteacta sua vita id semper egerit, ut vel proprio exemplo, vel publicis actionibus de communis religione optime mereatur, in senectute nunc positum, et ad Christi tribunal pâne positum, de eadem nunc male mereri, neque vero decipi eum aut errare tanta in re posse dubitaretis, si quanta et prudentia et

assiduitate imperii res administret, penitus cognosceretis. Evidem, fametsi sensus hominum et voluntates pâcipere non facile quis mortalium potest, videor milii lamen id posse verissime affirmare, effecisse Cæsarem summo quo excellit ingenio, et diuturna rerum maximorum experientia, ut suorum populorum mentem atque animum optime intelligat. Is igitur videt nunc ac testatur, Calicis divini communio, si a quibus petitur, non conceditur, nihil esse proprius, quam ut magna suorum populorum pars a Christiana omnino religione, atque etiam a suo imperio deficiant, quos ille adhuc in officio ea tantum ratione continuat, quod spem dedit fore brevi, ut eorum votis Ecclesia satisfaceret, si vero permititur, omnia ex sententia successura pro certo pollicetur atque confirmat. Quis ergo tam pio et prudenti imperatori non credat? Quis tanto viro de suis rebus affirmanti audeat refragari? Neque vero suam apud vos auctoritatem tantum habere ponderis postulat, ut quod non possitis, quod non fas sit, quod non licet, propterea faciat. Non est is Cæsar, qui cum juris vestri ac protestatis tuendae partes sustineat, et sustine morfe ipsa paratus sit, contra ius et potestatem vestram aliquid aut requirat aut meditetur. Res ejusmodi sit, præclare ipse intelligit, novit morem Ecclesia semper fuisse, ut qua ad ejus arbitrium pertinerent, id est, que salva fide possent inverti, pro temporum ratione commutaret, ita et in multis rebus, et in hac ipsa Calicis communione; nam cum nihil antea de hac re sanctum esset, in Concilio primum Constantiensi lex lata fuit, que multis in hoc genere et incommodis et haeresibus occurreret. Quam legem in alio paulo post Concilio aliqua ex parte publica utilitas abrogavit. Eam non longo post intervallo Pius Secundus Pontifex Maximus restituit, cuius demum irritandæ potestatem Paulus III et Julius Summi Pontifices, fametsi res non successerit, concesserunt.

« Quid Graecos commemorem, qui ne ab Ecclesia gremio detrahentur, falsis multis eorum opinionibus, quibus tamen nihil de Catholica fide detrahetur, et in hoc ipso Calicis usu, aut annuere, aut connivere Ecclesia consuevit? Et quidem præclare. Etenim si Moyses populo ad duritiam cordis ejus nonnulla permissat, cur idem nobis non servandum est? cur ritus et consuetudines chariores quam animarum salutem habebimus? cur ex Apostoli præcepto insipientes, cum simus ipsis sapientes, non sustinuerimus? cur agrotantes fratres nostros eo, quo videntur indigere, medicinæ genere non curabimus? Fatetur Cæsar et dolet, morbum esse hunc provinciarum suarum, ut Calicis usum exoptent, mallet, ut sicut ipse in Ecclesiæ Romane consuetudine semper acquievit, in qua etiam mori deliberavit, idem et ceteri facerent,

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabu. Palat. And. Rota. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 160.

ut omnes, quemadmodum eodem nomine, ita iisdem quoque moribus et ritibus uterentur. Sed consolatur ipse se, quando intelligit morbum hunc non esse hujusmodi, qui sine ulla fidei offensione facili et usitato medicamente curari non possit. Non enim haeresis illa est, si quidem nulla se id necessitatibus opinione postulare homines illi testantur, et falaci, quotiescumque opus fuerit, pollicentur; alleram tantum speciem non ignorant totum id continere, quod ad salutem acquirendam satis sit, sed tum superstitione quadam, quam ipsi religionem, ac piam sententiam appellant, cum Christi Domini institutionem servare integrum expetunt, tum ea potissimum ratione ad id et cupendum et postulandum impelluntur, quod, sicut viri nonnulli et doctrina et pietate praestantes hoc in loco asseruerunt, augeri divinam gratiam ultraque specie credunt, eo in primis argumento, quod vident Christianos homines, cum ultraque specie uterentur, id est, in primis nascientis Ecclesiae temporibus, longe quam nunc sunt meliores fuisse, et ad Christi fidem defendendam et propagandam alacriores, quorum etiam quidam [ut legitur] consecrato Sanguine in tormentis recreati sunt, ut martyrum fortius sustinerent. Haec sententia et persuasio ipsis eripi nullo modo potest; ceteris in rebus Romanam Ecclesiam matrem et magistram agnoscunt et venerantur, pro qua etiam et pro omnibus sacris ordinibus Deum precari, et alios ut idem faciant, hortari conueverunt, nec sacerdotem nullum unquam admiserunt, qui et vitam celibem non gereret, et rite ordinalatus non esset omnino, cum in medio haeresum igne et sordibus jam diu hi homines versentur, incolumes tamen adhuc et immaculati permanerunt, quamobrem, ut filii parentes parvis quibusdam in rebus obsequuntur, ut in majoribus et gravioribus subjectos eos atque obedientes habeant, ita horum hominum, qui filii vestri sunt, ut in Ecclesiæ gremio confineantur, postulatis his, quibus nec tides Catholica violatur, et multorum exemplo, et magna ratione, conditionibus præservit quas produximus licet assentiri, satisfaciendum nobis est, ut regna maxima, clarissimasque provincias in Romanæ Ecclesiæ obedientia, et Christiani imperatoris ditione atque imperio conservelis. Quod quidem eo studiosius atque libentius facere, Patres amplissimi, debetis, quod magna spes est fore, ut nulli et nobiles in primis viri, qui a germana Ecclesiæ doctrina, cum in aliis rebus, tum in eo præsertim deflexerunt, quod calicis ejus usum nulla aut Conciliorum aut Pontificium auctorilas, aut arma denique ipsa poluerunt adhuc extorquere, si hanc consuetudinem servare jure se posse cognoverint, in matris Ecclesiæ complexum, quemadmodum dictabant se esse facturos, omnibus abjectis

et detestatis haeresibus, revertantur. Quod si fieret, felix inter caelera regna Bohemia, felix Hungaria, ubi, ut innumerabilia alia incommoda omissam, nulli fere jam presbyteri, qui sacra conficiant, reperiuntur; inde fere omnes aufugerunt, ne ultramque speciem communionis cogantur administrare. Sed pro his nihil petitur, qui vestram potestate non agnoscunt atque suffugant, illud tantum postularunt, ut si a falsis ac perniciosis suis sensibus ad veram religionem se conferant, ea indulgentia atque conditione possint in Ecclesiæ gremium admitti, quod negare quis jure potest? quis non proprio sanguine vere Catholicus, nedum honesta, atque usitata permissione, errantes in tenebris atque in umbra mortis animas ad veritatis et vitæ lucem revocaret? Haec de causa homo Deus factus est, mortem in ligno Crucis oppetiit, nos ritus quosdam immulare recusabimus? Etenim horum regnum ac provinciarum oratores (quemadmodum in Concilio Basileensi factum est) non adsunt, qui haec postulent, sed illud scilicet, Patres sanctissimi, non esse regna aut integra, aut propter tot haeresum fluctus in eo statu, ut inde publica legationes expectanda sint. Intercedit, ut olim Moyses pro toto populo, ita nunc pro suis hominibus imperator. Quod nationes illae universæ, si possent, uno ore nobiscum agerent, agit unus earum optimus et prudentissimus princeps, et vestram partium studiosissimus. Quærerent fortasse alii, cur id a Pontifice Maximo non postulatur? quibus respondemus Summum ipsum Pontificem, a quo superiori anno id pelitum fuit, rei hujus deliberationem ad Concilium rejecisse, tum quia rem communi Patrum sententia decretam, gratiorem illis nationibus putavit futuram, tum ut quando per Concilium Constantiense prohibitum id primum fuit, per generale aliud Concilium nunc demum permitteretur; simul et illud prudentissime spectavit, ut tot conciliatis per vos animis Concilium vere haberi omnes intelligenter. Unum est, quod petitioni huic maxime videatur adversari: sanguinis consecrati timetur effusio, et quidem recte; sed ne quid hujusmodi accidat, curabunt episcopi et parochi diligentissimè. In duabus autem malis, cum fugientibus majus est, minus est eligendum. Hinc certa nullarum provinciarum quies, salus, tranquillitas, magna fidei Catholicae propagandæ spes; alienatio atque defectio, magna rerum Germanarum confusio ac perturbatio; hinc aliquod sacrilegii periculum, quod licet vitæ ipsi merito anteponendum sit, tamen, quando Christus Dominus et Deus noster tot labores et cruciatus sustinere, et suum pretiosum sanguinem effundere voluit, pro certo habendum est, cum animarum salus curatur, nihil quod humana imbecillitate committitur, ei magnopere displicere. Quæ cum

ita sint, Patres, tantam de Ecclesia Dei bene merendi occasionem agnoscite, et amplectimini rei bene gerenda tempus: si hoc amittitur, nullum prælerea reperietur. Agitur nunc, ut ritum quemdam, et consuetudine, et natura, et ratione mutabilem mordicus tenentes, regna maxima, nobilissimasque provincias statim amittatis, aut illum paululum inflectentes pacata omnia atque tranquilla summa cum fidei Catholicae et Romane Ecclesie amplitudine reddatis. Ille omnia a me non tam ut oratoris, quam ut episcopi et Romano Pontifici jurejmando devincti personam gerente, atque ex conscientia dicta esse velim existimetis.

73. Cardinalis etiam Mantuanus<sup>1</sup> in Congregatione habita xxii Augusti peroravit, imperatorem maximis precibus contendere in litteris suis, ut in Hungaria, Bohemia ac aliis provinciis sibi subditis communio Calicis permittatur, in spem enim magnam se adduci, maximam aberrantium partem a fide Catholica ad Ecclesiae gremium ea ratione reddituram, ejusdemque Caesaris fidem, religionem ac prudentiam commendavit, sine cuius auxilio haec Sancta Synodus congregari non potuisset, Patresque admonuit, ut haec summa consilii maturitate perpendent, ut Synodus felices exitus sortiretur.

Gravissimæ utrinque rationes distrahebant animos, quas Gabriel Paleottus<sup>2</sup> in Actis suis commemorat:

« *Rationes ex quibus petitio Germanorum et aliorum, ut eis concedatur communio sub ultra specie, aqua ac decens videtur.*

« I. Quod Ecclesia diutissimo spatio plus mille et ducentorum annorum hunc morem admisit, ut indifferenter omnes communicarent sub ultraque specie, quibus temporibus fuerunt Apostoli, Martyres, et tot ali sancti ac religiosi, et tot Concilia sanctissima, que nunquam impetrarunt hoc statutum.

« II. Quod hic est purus ritus, quem Ecclesia potest, prout ei videtur, mutare, idque Concilium Constantiense admittit. Quod si aliquo tempore id permitti posse debet, certe nunc maxime expedire videtur, tot urgentibus causis, que note sunt, alias nunquam in posterum erit hoc concedendum, et frustra Concilium permisisset aliquando posse mutari, si nunc non conceditur.

« III. Quod Paulus III id certis conditionibus in Germania concessit, nec nova haec est vermissio, imo hodie in Gallia monachi aliquot non celebrantes Missam et rex ipse certis temporibus utramque speciem sumunt, et tota

Græcia observat, et alia etiam loca absque ullo scandalo seu periculo.

« IV. Magna efflagitatio majestatis Cæsareæ, cui haec dignitas committitur ab Ecclesia, hac præcipue de causa, ut Catholicam religionem tueatur et augeat; cumque ejus auctoritas hac in parte fide publica nitatur, ei diffidere nefas videtur, itaque assidue urget et protestatur, hanc rem utillem maxime sanctæ Ecclesiæ futram si concedatur, et dannosam si negetur, itaque illi potius credendum esse, qui ita affirmat, quam aliis, qui tantum dicunt se vereri.

« V. Apponuntur tot conditions in ejus usu ut major inducenda sit religio in his nationibus, si concedatur, quam si negetur.

« VI. Exemplum Græcorum, qui habent usum calicis, et tamen ab Ecclesia non sunt separati, diciturque eis etiam concessum privilegium a Paulo III, nec apud eos auditur ullum periculum effusionis, prout attestantur prælati qui hic adsunt, et habent Ecclesiæ suas in iis locis.

« VII. Certa pernicies est tot nationum, et concitatio eorum aduersus Catholicos, si eis prohibeatur, et magna spes incolumitatis, si concedatur, ut omnes ii affirmant, qui notitiam eorum habent, non tantum prælati nationales et imperator ipse, sed etiam alii eujuscumque Ordinis, velut cardinalis Mantuanus. Item nuntius papæ ad imperatorem, theologus Canisius, et alii, imo papa ipse, qui olim in iis locis versatus fuit, creditur huic concessioni satis acquiescere.

« VIII. Magnum periculum perurbandi et interrumpendi Concilii ex proximis comitiis Germania, si eis denegetur, et omnia armis et seditiōnibus vexandi, cum præsertim hoc jam a multis annis assidue petierint, nec conditions ulla ad declarandam piam eorum mentem recusaverint.

« IX. Quod si abutantur hoc usu calicis, aut progressu temporis cognoscatur detrimentum hinc accidere Catholicæ religioni, statim poterit revocari, hoc enim inter alias conditions comprehenditur.

« X. Exempla varia similiū rituum, que aliquando concessa aut dissimulata sunt, modo nationes ad unitatem fidei, in his que præcipua sunt, reducantur. Sic in Concilio Florentino Græci ad gremium Ecclesiæ redacti sunt, et unus calicis non ideo eis interdiclus.

« XI. Quidquid accidet, magna erit Catholicorum consolatio, se nihil prætermissee ut illi nobiscum pure et sancte conjungentur; magna etiam hinc ratio ad redargendos adversarios, atque eorum malitiam patefaciendam eorum rudibus eorum populis, ut hinc agnoscere incipiant se ab illis occulere decipi.

« XII. Controversum adhuc est apud theologos, an plus gratiae acquiratur ex sumptione

<sup>1</sup> Astulph. Servantius in Actis Cong. habite xxii Aug. MDLXII.  
<sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Aud. Rot. Ms. Franc. card. Barb. sig. nuu. 21. p. 171.

ultriusque speciei, quam unius tantum, ideo qui petit utramque, eligit tutiorem partem, et injuria ei fit, si prohibeatur ».

*76. Rationes quod non videatur concedenda Germanis et aliis communio sub utraque specie.*

« I. Ingens scandalum, quod orietur apud alias nationes Catholicas, que institute in hac laudabili Ecclesie consuetudine, abhorrent maxime ab uso calicis. Imo inter ipsos met Germanos permulti sunt, qui hoc damnant, unde excitatitur facile perturbatio inter eos, et in tota Ecclesia.

« II. Illoc exemplo cæteræ nationes, que non prorsus constantes sunt in fide Romanæ Ecclesiæ, statim idem petent, nec recte eis poterit denegari, paulatimque videbimus pravum hunc morem apud omnes irreperere, qui postea cobi-beri non poterit.

« III. Alias sub temporibus Concilii Constantiensis, et novissime temporibus Pauli III, cum hoc idem sub quibusdam conditionibus esset eis concessum, illi tamen nunquam eas obser-variunt, ita ut cum sèpius periculum factum sit hac in re de eorum verbis, statu, et fide, et promissione, nunc stultum videtur id amplius tentare.

« IV. Hoc eis concessso, aequæ et conjugium sacerdotum, et esus carnium (nempe Quadrage-simæ tempore) ab eis postulabitur, imo jam aliqui ex iis incipiunt nunc petere, cum dicant hæc tria eadem ratione niti. Hæc autem quam valde piorum aures offendant, et ab Ecclesia Dei repellenda sint, nemo non videt.

« V. Rationes, quibus olim adducta fuit Ecclesia ut sub una tantum specie communicaret, videbantur quodammodo injuste fuisse, et non necessariae, cum potuerit tunc aequæ con-cedi hic usus calicis sub iisdem conditionibus, quibus hodie dari petitur, et tamen antea indi-stincte fuit consuetudo unius speciei recepta, et a Constantensi Synodo probata.

« VI. Constat inter omnes eos petere, quia vulgo ipsimet aiunt, dari sibi detruncatam co-nam Dominicam, et quia plus divini auxilii sperant se consequi ex usu ultriusque speciei. Nunc igitur quavis ex conditionibus adjectis teneantur aliter confiteri, erit tamen hæc pro-testatio inepta et ridicula, cum animus eorum satis certus et exploratus sit, et potius dabitur eis occasio perjurii et sacrilegii.

« VII. Hi qui petunt, si in aliis etiam hæretici sunt, non licet hoc eis concedere, nisi prius re ipsa alias hæreses deponant, et testimonium evidens factis, non verbis solis dent, se ab aliis erroribus discessisse; quod si Catholicæ effecti sunt, impossibile videtur, eos tangi adeo arden-ter hoc desiderio, nisi ex perversa aliqua ra-tione, quoniam qui Catholicus est, tuto acquie-

scit traditionibus majorum, nec amplius est sollicitus, imo qui adeo pertinaciter certat super re, quæ nihil expediat ad salutem, is eo magis suspectus redditur, et ab eo vehementer caven-dum.

« VIII. Ratio illa Ecclesiae ob periculum ef-fusionis ac sacrilegii adhuc vigebit; nunquam enim adhibitis etiam omnibus cautionibus huic rei poterit provideri, præsertim in magna multitudine diebus Paschatis, ubi eadus vini vix sufficiet, qui nec poterit, nec decebit consecrari, nec senibus, nec paraliticis, absque magno pe-riculo ministrari.

« IX. Si quando Ecclesia permisit usum calicis, id fecit dissimulatione quadam, et sensim admissum, non statim generaliter ullo in loco introductum, propter scandalum et alia incommoda; nunc vero generali iltud Synodi decreto constitutre nimis novum est, ab antiquissimis Patribus nunquam probatum.

« X. Mirum est tot alias vere Catholicas na-tiones, que nunquam in fide vacillarunt, ac zelo Dei et scientia præstant, eas tamen non solum hoc non appetere, sed potius detestari. Quomo-do igitur existimabimus hos, qui quotidie improbum aliquid adversus Ecclesiam machi-nantur, sola nunc pietate, ac Dei cultu, et non potius malitia hæc efflagitare?

« XI. Si quid concedendum esset, id a Summo Pontifice fieri oportet, qui per ejus legatos, nuntios et ministros recte instructus esse potest de moribus, ingenio et fide istorum qui petunt. At Patres, qui sunt in Synodo, nullam fere harum nationum notitiam habent, nec tuta con-scientia videntur id posse indulgere, cum ne-scient, qui sint, quantum eis fidendum, quid de eis sperandum.

« XII. Nullo unquam tempore tot hæreses circa hoc Sacramentum extiterunt, quod hodie vigent. Ubi aliquid nos immutamus, statim at-qua hæresis ex iis majores sumit vires, facilius-que imperio populo hinc persuadetur, sic et cætera hujus Sacramenti immutari posse, aut non omnino esse firmum, quod a nobis hæc-tenus defensum est. Hæretici nihil magis que-runt, quam unitatem hanc Ecclesiæ scindere. Porro novitates omnes fugiendæ sunt, et anti-quis traditionibus, tanquam tutori regulæ hæ-rendum ».

*Conditiones apponendæ, si quando concedatur sub utraque specie.*

« I. Quod in omnibus, tam circa hoc San-citissimum sacramentum et omnia alia sacra-menta, quam circa quæcumque alia pertinentia ad fidem et ad ritus, conformiter se cum sancta Romana Ecclesia, et confiteantur in primis, ut acceptent decreta, et alia ab hoc sancto Concilio terminata et terminanda.

II. Credant et doceant consuetudinem ab Ecclesia probatam, et diu observatam, videlicet communicandi sub altera tantum specie esse nedum consentaneam divino juri, sed laudabilem et pro lege observandam, nisi ab Ecclesia aliter statuar, et quod aliter pertinaciter sententes haereticci sunt censendi.

« III. Quod Sanctissimo D. N. tanquam universalis Ecclesie episcopo et pastori, fidelis et sincero animo tanquam obedientes filii omnem obedientiam exhibeant.

« IV. Quod archiepiscopis, episcopis et aliis praelatis suis similiter obedientiam et reverentiam prestant.

« V. Quod usu ipso et experimento per aliquod tempus comprobetur, illos in reliquis rebus religionis nobiscum convenire, et deinde id ex gratia petant, non tanquam debitum, nec necessarium ad salutem, sed ex mera et speciali gratia.

« VI. Si concedendus erit Calix, concedatur unicuique in provincia sua, non in aliis locis.

« VII. Non compellant aliquos, ut isto modo communicent ».

*77. Responsio ad rationes eorum, qui dicunt non esse concedendam communionem sub utraque.*

« I. Dicitur adhiberi posse Calicem ministerialem confectum in hunc usum, prout certatur in Ecclesia Brixinonensi, et aliis multis Ecclesiis, et prout olim fieri solebat.

« II. Quod hodie in tota Graecia, ubi est frequentissimus populus, nunquam tamen accidit hujusmodi effusio, quod episcopus Calaminensis inter caeteros attestatus est.

« III. Si ratio haec vera esset, frustra Concilium Constantiense reservasset sibi hanc facultatem concedendi usum Calicis.

« IV. Idem fere periculum in fractione hostiae accidere potest, ut in regula sancti Dominici expresse cavetur, nec in purificatione, quia uitum in die Paschatis, hoc unquam accidit.

« V. Olim tota Ecclesia spatio plus mille et ducentorum annorum semper calicem omnibus concessit, nec unquam sola suspicio hujus periculi tam pium usum immutavit.

« VI. Hodie, qui apud nos utramque speciem petunt, iidem propria auctoritate inter se utramque sumunt, et nihil de effusione metunt, nec ex hoc solo ab ea abstinent.

« VII. Spes recuperanda eorum salutis posterior esse debet quacumque suspicione, atque omnes has difficultates indubie superare.

« Hoc diffuse exposita a Drascovito Quinquecclesiensi episcopo narrat Carolus Vicecomes in litteris ad Carolum cardinalem Borromaeum in Septembris datis ».

78. Coactos a Quinquecclesiensi episcopos Galliae, Lusitanie, Helvetiorumque oratores in aedibus archiepiscopi Pragensis mense Septembri refert Carolus Vicecomes episcopus Vintimiliensis, postea cardinalis, in litteris ad Carolum Borromaeum cardinalem, nrsissequi ipsos, ut conjungerent studia pro calice impetrando, et de Concilio inique conquestum, sed Lusitanie et Helvetiorum oratores prudenter illius petitia repulisse, Gallos, quamvis petitis studerent, non tamen regia de his mandata accepisse: porro Hispanos et Vargam oratorem fortiter restitisse Cesareis, monuisseque populos non staturos promissis, vertique eam concessionem in damnum regni Hispaniarum. Refert etiam incauisse adeo in ea controversia animos, ut diceret Bavarus orator, ni concederetur calix, populos illum usurpaturos; adderet Quinquecclesiensis, eo non concesso, prestare ut nunquam Concilium coactum fuisset; plures enim populos, quos impetrandi illius spes continuaret in officio, ab Ecclesia defecturos: cardinalis Mantuanus affirmaret, Synodum, nisi Calicis usum Cesareis permetteret, felices progressus non habitarum; et contra alii adversus Calicis usum ardentissime declamarent adeo, ut abbas Canonorum Regularium dicendi impotentia elatus pronuntiarit, petitionem Calicis sapere haeresim, et peccatum lethale, qui tamen mox increpitus ab Hercule cardinale Mantano, ac silere jussus veniam erroris petit, acceptaque copia fandi distinxit petendi illius a multis ardorem accensum ex occasione haereticorum, qui Calicem necessarium ad salutem existimarent, quod illustreret conspicuum erat, atque a pluribus presulibus repetitum est, ut patet ex Ms. Vaticano<sup>2</sup>, in quo imminentia pericula describuntur, si populis illis petitus Calix concederetur.

79. « Certum est, quod is error (nempe de necessitate calicis) ab Wicello et Joanne Huss ad invidiam Ecclesiastici ordinis excitatus fuit; dixerunt enim sacerdotes communionem calicis solos usurpassae in missa, et eandem laicis ad salutem necessariam invidisse. Quod si laicis communio calicis permittatur, procedubio dicent laici, Joannem Huss circa hunc articulum veritatem docuisse; similiter et Lutheri doctrinam, qua cum Hussiticam consonat, injuste reprehendi atque condemnari. Valde timendum est, ne si communio calicis regum et principum Catholicorum subtilis concedatur, eliamsi in Catholicis religione se permanens promittunt, tamen non solu in ea non perduratos, sed etiam vel in Zuinglianam vel in Calvinianam hereses esse lapsuros: nam experientia hactenus docuit, eos, qui sub regno Lutheri sub pane et vino in sacramento Encharisticie veritatem Cor-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 1335. et in alio card. Pii sig. num. 201. — <sup>2</sup> Tom. xi. de Coue. sig. num. 3198. p. 10.

poris et Sanguinis Christi esse crediderunt, tamen majorem partem eorum, vel ad Zuilingianos vel ad Calvinianos defecisse : nec hoc sane mirum, quia laxatis habent unius hæresis, qui facile eadem infecti sunt, in alias prolabuntur. Atque ex his facile intelligitur, inutilem esse persuasionem eorum, qui putant, permissa Calicis communione laicis, eos in Catholica religione permansuros el retineri posse.

« Collatis igitur inter se periculis, quæ utrinque et ex permissione, et ex denegatione communionis Calicis provenire possunt, graviora visa sunt, quæ ex permissione, quam quæ ex denegatione communionis Calicis accidere possunt ».

Philadelphiensis episcopus Germanus Eistensis episcopi suffraganeus atque procurator professus se homini Deum preferre <sup>1</sup>, licet ejus sententia Cæsari futura esset ingrata, exposuit, usum Calicis sine manifesto effusionis periculo usurpari non posse, cum noctu per nives et glacieis perque abrupta itinera sanguis deferrendus esset ad infirmos, quo non propinato, illi sacramentis muniri detrectaturi essent; interea hæreticos insolentissime se elatueros, atque in perfidia pertinacissime haesuros, et coram populo jaetatueros, tandem a papistis agitam veritatem; imbutos enim eo errore, Calicis usum ex præcepto Domini necessarium; idque lecto Catechismo Lutherano confirmavit; tum addidit maximam imperitorum multitudinem in summum discripen adducendam, ne ad hæreticos desiceret, cum enim auditura esset a Concilio permisum Calicis usum, non perpensis conditionibus appositis, suspicaturam hactenus ab hæreticis prædicatam fidei veritatem, atque ad eorum ritus dilapsuram, ex eo vero ritu in Germaniam inducendo alias quoque provincias, maximeque Gallias ad novitatem spectaturas, conari vero hæreticos hac ratione, veluti cuneo immisso dogmata Catholicorum infringere; tum addidit : cum calicis usus pro tota Germania peteretur, proximæ diæ finem expectandum, ut Germanie episcopi de ea re consulerentur, atque provinciarum archiepiscopi rem cum suffraganeis expenderent; ac demum conclusit, eos, qui tanto ardore expetebant Calicem, hæreses radice infectos esse. « Tridenti ultima Augusti MOLXII ».

80. Dixerat Mutinensis episcopus <sup>2</sup>, permitti posse calicem Germanis potiori jure, quam permiserant Apostoli neophytis cærenonias legis, licet jam abolita essent. At Jo. Baptista Hosius Reatinus episcopus objecit, eas quidem permisas, dum mortuæ essent, at non mortiferae, at cum mortiferae esse cœpissent ob Ebionis hærem, eas sustulisse : porro nullam spem conver-

tendorum hæreticorum ex Calicis concessione affulgere, ac saluberrimis monitis informandum Cæsarem, ne ea petat, quæ nec subditorum populorum saluti, nec Dei Ecclesie, cuius se acerbum defensorem gerit, conducunt.

Promoventibus <sup>1</sup> postulata de calice laicis porrigiendo Pragensi archiepiscopo, et episcopo Quinquecclesiensi Cæsareis oratoribus mense Augusto, ut gratia a populis illud exoptantibus iniretur sub Maximiliani II novi regis auspiciis, nec votis eorum consentiente Concilio, sed ad Pontificem rem referente, Quinquecclesiensis episcopos contracto ex ea re jurgio mense Octobri inuenire terorem injicere Patribus ausus est, ne Germani Concilium turbarent, et conflarent schisma, expectatione sui illusi, exente que eodem Octobri mense acerbiora in Congregatione laxavit verba : satius fuisse, ut nunquam coactum fuisset Concilium, jam enim populis Germaniæ abscessam spem Calicis impetrandi, illiusque cupidine in hæresim præcipites ruituros <sup>2</sup>; affulgere enim spem exiguum, ut id beneficium a Pontifice conferretur, cui cardinales a Paulo IV creati adversati essent. Porro Ferdinandus Cæsar votorum impos inique accepit, Calicis usum clientibus suis negatum, nec enim perpendebat, ut perpenderant Patres, Germanos, Bohemosque et Hungaros non pietatis sensu delibutos, sed quadam Lutheranæ hæreses contagione perlitos, et stulta valesania incitatos calicem flagrantissimo eo ardore postulasse, cumque illius a Pontifice obtinendi spe excideret, perturbato animo, Cæsarea aulae præsulibus adstantibus dixit, ut curarent strenue quæ ad ipsos spectarent, se posthac ad Calixtinos ad fidem Catholicam impellendos, consuetos labores non suscepturnum. Quibus auditis, Vicecomes Carolo Borromæo cardinali auctor fuit, ut ad pericula graviora avertenda, cepta de calice actio intermitteretur, et conciliandi Cæsaris ratio iniretur.

81. Feria IV, in prima Congregatione <sup>3</sup> die xvi Septembri, Justinopolitanus episcopus de communione calicis hanc protulit sententiam adversus eos, qui Cæsarea gratia et auctoritate eam extorquere affectabant :

« Tempus nunc est dicendi; de facili a iustitia deviat, qui plus homines quam Deum formidat. Magna ergo, sanctissimi Patres, arbitratos affectos fuisse injuria, cum quidam ex oratoribus dixerit, ut audistis, quod serenissimus et invictissimus imperator nihil potuit obtainere a nobis et quod etiam habitus est contemptui, et nullius fere existimationis. Nonne Patres omnes, cum suas ferrent sententias, hoc in loco extulerunt nomen serenissimi Cæsaris usque ad

<sup>1</sup> Vicecomes Episcopus Vintimiliensis. in lit. ad card. Borom. Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 1345. p. 43. — <sup>2</sup> ib. p. 41.

<sup>1</sup> Carol. Vicecom. in lit. ad card. Bor. Ms. card. Jo. Bapt. Sp. xiv et xx Aug., et III Sep., et v Octob. et xxix Octob. — <sup>2</sup> ib. p. 1199. Novembr. — <sup>3</sup> Tom. xi. de Conc. Ms. arch. Val. sig. num. 3198. p. 79.

astræ, ipsumque, et piissimum Dei et Ecclesiæ cultorem et defensorem prædicarunt? Ego nunc, beatissimi Patres, proferam sententiam meam super proposito nobis articulo voluntati serenissimi Caesaris prorsus conformem.

« Audivimus elapsis diebus, reverendissimum quemdam Patrem fuisse testatum, se ab ore ipsius serenissimi imperatoris accepisse, quod summopere majestas sua id tantummodo ab unoquoque nostrum optabat, ut non pro sue majestatis voluntate, sed tantum pro conscientia et pro Dei gloria unusquisque votum suum diceret. Nos igitur, sanctissimi Patres, cum pro gloria divini nominis, et pro reverentia et dignitate pretiosissimi sanguinis sui dixerimus sententias nostras, satis per omnia fecisse pie voluntati serenissimi Caesaris credendum est. Quamobrem eodem nunc ego incedens, iterum dico, totum integrumque calicis negotium sanctissimo domino nostro esse remittendum, nec ullum conficiendum super hoc aut promulgandum esse decretum. Et haec est mea sententia ».

82. Patrum omnium sententiae<sup>1</sup> adeo in universum incertæ et designatae visæ sunt, ut nemini exploratum esset, quid a pluribus probaretur; septem enim præcipue opiniones probatae colligebantur.

« Prima, eorum, qui dixerunt, negotium hoc in aliam Sessionem differendum, et cum sit gravissimum, maturius cogitandum. Interim vero supplicationes, jejunia, eleemosynas orationesque Deo habendas, ut quidquid agendum sit, omnibus inspiret; interim etiam ad omnes archiepiscopos et episcopos Germanie, aliosque etiam insigniores in Europa episcopos litteras conscribendas, ut eorum judicium intelligatur.

« Secunda prorsus negans calicem permittendum.

« Tertia huic prorsus contraria, affirmans eum concedendum.

« Quarta, eorum, qui totum negotium ad papam rejecerunt, ita tamen, ut in actis Synodi nullum de ea re decretum conscribatur.

« Quinta, eorum, qui primum articulum probarunt, in secundo autem executionem dixerunt papæ esse relinquendam, qui illuc numerios et legatos suos mittat, illique in re præsenti, pro eorum prudentia quod salubrius dixerint, decernant.

« Sexta, eorum, qui visi sunt articulos admisisse, tot tamen conditions iis adjecerunt, et tam longum tempus requirentes ut potius petitioni repugnare videantur, aut saltem media sit hæc sententia incerta et perplexa.

« Septima, eorum, qui de Bohemis et Hungariis pure responderunt; de aliis autem, vel omnino negarunt, vel se ad papam rejecerunt».

Vota autem in præsenti fuerunt infrascripta, quamvis deinde in Sessione nonnulli ex iis sententiam mutarent:

« Qui rem differendam maturius, quatuordecim.

« Qui negarunt simpliciter, triginta octo.

« Qui affirmarunt simpliciter, triginta.

« Qui retulerunt se ad arbitrium papæ, vingtiquatuor.

« Qui primum articulum probarunt, sed executionem papæ reliquerunt, triginta supra unum.

« Qui dubie, et cum variis conditionibus responderunt, undecim.

« Qui affirmative tantum pro Bohemis et Hungariis, octodecim.

« Omnes fuerunt numero centum sexaginta sex.

83. « Quinqueclesiensis, ubi intelligit incertas adeo Patrum esse sententias, ut certum nullum, sicuti ipse optabat, decretum conflari possit, magnam pre se fert animi perturbationem, non cessat tamen aliam rationem inire, qua Caesaris desiderio aliqua ex parte satisfiat, cum legis diligenter agit, ut decretum de uso calicis in hunc sensum componatur, nempe ut Synodus negotium quidem ad papam rejiciat, prout crebrior Patrum sententia visa fuerat, eadem tamen Synodus papæ suadeat, ut eum petentibus juxta conditiones in articulo comprehensas benigne concedat». Nonnullis interjectis addunt Acta: « Proposito hoc in consesso decreto plurima pars Patrum repugnavit, nullum enim hac de re consilium papæ dandum esse sentiebant, ne calicis concessionem Synodus ipsa unquam probasse videretur; parum quoque prudenter fieri aiebant, si Synodus consilio suo prudentiam papæ vellet antevertere. Non enim decere consilium non petenti impetriri et præsertim beatissimo Romano Pontifici, quo longe inferior tota Synodus censemur.

84. « Haec cum Mantuanus animadvertisit difficultimumque esse a Patribus quidquam amplius obtineri, quam ut negotium ad Sanctissimum pure rejiciatur, aliud statim decretum verbis brevissimis conscribi jubet, de quo ad Synodum<sup>1</sup> statim instantem jam sessionis die referatur; ejus erant hæc verba :

« Insuper cum eadem sancta Synodus<sup>2</sup> superiori sessione duos articulos alias propositos, et tum nondum discussos, videlicet, an rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos atque etiam non celebrantes sacerdotes sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus. et an, si honestis et Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus

<sup>1</sup> Act. Cone. Trid. per Gabr. Palaeot. And. Rota Ms. Franc. car. Barb. sig. num. 24. p. 175.

<sup>2</sup> Act. Cone. Trid. per Gabr. Pal. Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 24. p. 177. — <sup>2</sup> Act. Cone. Trid. 157. fin.

alicui, vel nationi, vel regno, calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam illæ sint, in aliud tempus oblata sibi occasione examinandos atque definendos reservaverit; nunc eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens decrevit, integrum negotium ad Sanctissimum dominum nostrum esse referendum, prout presenti decreto refert, qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile reipublica Christianæ et salutare peccantibus usum calicis fore judicaverit». Ibis consentiunt legatorum cardinalium litteræ<sup>1</sup> ad Carolum cardinalem Borromæum datæ, quibus exposuere triginta septem præsules in Congregatione habita xv Septembribus negasse concedendum laicis calicis usum, quatuordecim nec concessisse, nec negasse, nonnullos conquestos rem extorqueri, nonaginta septem sensisse concessionem calicis ad Pontificis arbitrium referendam; itaque Pontificem posse Cæsari, concessu ejus subditis calice, gratificari; quibus consentanea repetuntur a Gabriele Palæotto<sup>2</sup> in Actis Concilii Tridentini :

« Tandem Deo adjuvante reperti sunt xcvi, qui decretum approbarunt, et xxxviii, qui decretum impugnarunt, sieque negotium, quod tantopere perplexum et controversum fuit, tandem hunc exitum habuit, ut ad Sanctissimi nostri arbitrium referatur ».

De quo editum est decretum<sup>3</sup>, quod in sessione vi celebrata decima septima Septembribus promulgatum est :

#### *Decretum super petitione concessionis calicis.*

« Insuper cum eadem sacrosancta Synodus superiori sessione duos articulos alias propositos, et tunc nondum discussos, videlicet, an rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos atque etiam non celebrantes sacerdotes sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus, et an si honestis et Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui nationi, vel regno calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam illæ sint, in aliud tempus oblata sibi occasione examinandos atque definendos reservaverit, nunc eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens decrevit integrum negotium ad Sanctissimum dominum nostrum esse referendum, prout presenti decreto refert, qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile reipublica Christianæ et salutare peccantibus usum calicis fore judicaverit ».

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 144. Ep. CXXXV. XVI Sept. MDLXII. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 21. p. 179. — <sup>3</sup> Act. sess. XXII quæ est sub Pio sexta.

85. Permissum a Pio IV Ferdinandi Cesaris clientibus laicis certis legibus calicis usum visuri sumus, ac licet initio non exiguis fructus, multis Lutheranis ad Ecclesiae castra revocatis, decerpitus videbatur, progressu tamen temporis observatum est, plura incommoda atque offendicula ex ea concessionē consecuta, necnon Lutheranis in sua perfidacia magis obdurasse, adeo ut propter graviora mala inde oborta, concessio calicis rescissa sit a Pio V et aliis Pontificibus, non enim ex puritate et ardore fidei, sed ex ambiguitate et fluctuatione fidei cupido illa calicis dimanarat, ut præsules prudentissimi senserant.

Hæc ad communionem sub utraque specie spectantia, licet variis discreta temporibus, conjungenda visa sunt, ne orationis series variis interrupta argumentis confunderetur.

Porro in memorata sessione quinta<sup>1</sup> præter decretum de communione sub utraque specie, decretum aliud de arctiore constituta disciplina, sive de reformatione, ut vocant, novem distinctum capitulo promulgatum est; tum Sessio proxima in decimam septimam Septembribus in dicta.

86. *Articuli Gallorum de reformatione, et legatorum responsio.* — Ut vero Cæsarei oratores plura capita disciplinae Ecclesiasticae ad normam temporum calamitati congruentem redigendæ adduxerant, ita Gallici oratores triginta quatuor articulos in regio sanctiore senatu digestos pro sancienda puriore morum forma corruptelisque abolendis attulere, quos discutiendos, atque, an conducearent Christianæ reipublicæ, ponderandos, p[re]i et modeste Concilii arbitrio permisere, cur vero tardius hosce exposuerint, in præludio articulorum explicuere his verbis<sup>2</sup>:

« Constitutum nobis oratoribus erat jampidem ex officiis nostri ratione et Christianissimi regis mandato ad sanctam Synodum ea referre, quæ hoc scripto continentur, sed cum Cæsarea majestas per reverendissimos et charissimos viros oratores suos eadem fere vobis proponenda curasset, nostraque omnis petilio cum eorum postulatis mirifice conveniat, sustinuimus aliquantulum expectantes, dum aliquid a vobis decerneretur; quid enim multis postulatis minime inter se pugnantibus, vix etiam diversis, molestos esse vobis necesse fuit? præsertim cum ea, quæ adjicienda forte videbantur, vel facite inessent, vel necessariam ex superioribus consequentiam haberent. Itaque restitimus atque distulimus certo judicio. Nunc autem principis nostri litteris victi, et quia Cæsareum illud negotium longius protrahebatur quam spes fuerat, differendum amplius minime rati, quanta potuimus simplicitate et brevitate ver-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. sess. XXI. quæ est v sub Pio IV. p. 134. —

<sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3229. p. 140. in lib. excuso an. MDCLXIII. p. 248. Ext. etiam apud Nat. comit. I. XIV. hist.

borum, quæ nobis ad constituendam rempublicam Christianam necessaria videntur et opportuna scripto complexi sumus. Hoc autem volumus vos existimare, nil nobis a cæterorum Christianorum salute præcipuum esse, nihilque singulare; Carolum vero regem nostrum cupere quidem, ut petitionum suarum omnium ratio habeatur, sic tamen a Christiana disciplina edoctum et institutum esse, ut vobis omnia tribunal, rerumque omnium istarum rationem, cognitionem et judicium ad vos omnino sciat pertinere.

« Cum Sacerdotes in primis castos esse oporteat, etc. » Subjicitur articulorum formula, quæ suis concepta verbis inferius assertur, additis responsis legatorum præsidum Concilii, necnon cardinalium senatus, qui a Pontifice de his consultus fuit: circa præludium autem articulorum hec animadversa sunt<sup>1</sup>:

87. « Quia in præfatione triginta quatuor postulatorum exhibitorum a Gallis oratoribus cognitio ac judicium omne referebatur ad Concilium, nulla mentione Pontificis, flagitatum est ut Galli sententiam suam notidius explicarent, atque additum: Nau nemini dubium est, quod Concilium generale robur et auctoritatem accipit a Romano Pontifice, ac in ejus statutis semper intelligitur excepta auctoritas ipsius, prout est text. in cap. Significasti in fin. extra de elect. quia potestas ejus ex Deo est, nec per homines restringi potest, cum inferior non habeat jus in superiorem, ac suprema Ecclesia una ædificata est, sicut est una fides. Et licet parem habeat potestatem papa cum episcopis quantum ad ordinem et rationem consecrationis, tamen in jurisdictione et administratione ipsa est major, episcopi enim in parlem sollicitudinis in suis diæcesibus assumpti sunt, et divino præcepto constituti ad regendum sibi oves commissas: et sicut rami arboris multi sunt, sed robur unum radice tenaci fundatum; ita una est Ecclesia, et unum caput extendens ramos suos ubertatis copia per universum orbem: et si videatur diffusa, tamen unitas integra servatur in origine, ut de his est tex. in cap. in. novo dist. xxii et cap. Loquitur xxiv, quest. i et ad illum solum pertinet Concilium congregare, c. i et iii, dist. xix et ideo ii, q. 6 et c. i regula 55. Porro dist. iii. Nec ratum illum esse potest, nisi sit auctoritate Pontificis, vel legati ab eo ad hoc specialiter destinati fulcitur, ut c. regula d. dist. xix. Quinimo si aliqua dubitatione emergat in ipso Concilio, ad Sedem Apostolicam pro recipienda ratione semper recurrentum est, ut c. Non licuit sup. ead. di. quare cum ab Ecclesia Romana omnis potestas nascatur, quæ quidem non ab Apostolis, sed ab ipso Christo Salvatore

nostro primatum accepit cap. Sacrosancta dist. xxii qui jus aliquod dictæ Ecclesiæ detrahere audet, proculdubio in hæresim labitur et hæreticus est, ut est text. in c. Omnes sub. ead. dist. Quis est mater fidei, prout ibi. Non est ergo credendum hos velle aliquid detrahere Sedi Apostolicæ, ac per hoc hæreticos appellari<sup>1</sup>.

### *Articulus I.*

88. « Cum sacerdotes in primis castos esse oporteat; ex sacerdotum autem incontinentia in Dei Ecclesia magna nascuntur offensiones, provideat sancta Synodus, ut non alii in posterum ordinentur sacerdotes quam seniores, et qui a populo bonum habeant testimonium, ut ex anteacta vita, quales postea sint futuri, non levis sit conjectura, et sacerdotum libidines et flagitia acerrimis canonum pœnis coercentur.

### *Responsio legatorum.*

« Quoad primam partem dicimus, primæ petitioni satis provisum esse ex decreto a nobis composito sub num. ix quod edetur in hac Sessione, aut sequenti, in quo agitur et de populi testimonio adhibendo, et de ætate sacerdotum, quæ videtur sufficiere in vigesimo quinto anno, prout ex canone Lateranensi sub Alexander III, qui permittit, constitutum in tali ætate parochialem Ecclesiam posse definire, et in Concilio Viennensi sub Clemente V. Dunn etiam requirit petitio, statui de vita et incontinentia Sacerdotum, id jam a nobis in alio canone separatum actum est contra concubinarios sub num. xi. Idem etiam constitutum in præcedenti Sess. v., ubi agitur de vita et moribus clericorum. »

### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placet responsio per reverendissimos legatos transmissa, ut sit aliqua differentia inter episcopos et presbyteros.

### *Articulus II.*

« Cavendum est, ne codem die aut tempore omnes sacerdones uni conferantur, cum oporteat secundum antiquos canones, promovendum ad majores ordines, prius in minoribus digne et aliquo tempore versatum.

### *Responsio legatorum.*

« Provisum eidem fuit in canone jam formato sub num. viii, qui etsi loquatur tantum

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3229. p. 110. Ext. in lib. excus. an. 1613. Gallice p. 243. Latine p. 248.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. nem. 3239. p. 168.

de minoribus ordinibus, tamen non fuit visum necesse idem statuere de sacris Ordinibus, cum in his regulariter soleat observari jus commune : et si opus fuerit, in his innovabuntur canones.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Videtur servandum jus commune, et placet responsio per reverendissimos legatos transmissa.

*Articulus III.*

« Nullus ordinetur presbyter, cui non continuo secundum Concilium Chalcedonense detur una cum ordine beneficium, aut ministerium aliquod Ecclesiasticum ; sic enim siebant ordinaciones a priscis illis Patribus, qui titulos patrimoniales multo post tempore inventos non agnoverunt.

*Responsio legatorum.*

« Provisum est in quinta sessione sub Pio IV, canon. II, quo tempore fuerunt a Patribus considerata ea omnia, quae proponuntur in petitione.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio, ut supra.

*Articulus IV.*

« Diaconis et aliis sacris Ordinibus restituantur debita et antiqua functio, ne amplius nuda et in cæremoniis tantum posita nomina dicantur.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Oportet formare decretum, in quo admoneantur episcopi, ut current, si fieri potest, ut antiquæ functiones restituantur, nec enim concedi posse videtur decretum generale præcipiens, ut in singulis minoribus ordinibus, de quibus principaliter petitionem sentire credimus, hæc observentur, cum multæ sint Ecclesiæ, qua non habent, nec titulos beneficiorum, nec redditus, qui sufficere possint pro instituendis his muneribus ; unde decretum non posset generalem habere executionem.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio, ut supra.

*Articulus V.*

« Presbyteri, sacrisque initiati, et cujusvis Ecclesiæ ministerio additi, in ea vocatione, in qua a Domino vocali sunt, permaneant, neque in alio munere et officio, quam quod Dei ministrum deceat, versentur.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Viderentur innovandi canones prohibentes clericos, ne sæcularia negotia cupiditatibus causa tractent, quoniam simpliciter hoc eis prohibere, esset adversus juris dispositionem, quod permitt episcopos interesse consiliis principum sæcularium, et etiam esset contra militarum Ecclesiarum utilitatem.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio, ut supra.

*Articulus VI.*

« Nullus eligatur episcopus, qui non aetatis sit legitimæ, iisque moribus et doctrina præditus, ut et populum docere et ei vitæ exemplar esse possit.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Satisfactum fuit in sessione præcedenti sub Pio IV, can. II, ubi latius explicantur qualitates requisitæ, quam hic in petitione.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio, ita tamen, ut serventur concordata Gallie circa qualitates requisitas in episcopo.

*Articulus VII.*

« Is quoque creetur plebanus, qui et probata sit vita et qui populum in lege Dei possit instruere, et illorum usum et effectum illos, quibus ea administrat, recte docere.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Idem jam constitutum sub Paulo III, sess. 7, et poterit etiam addi in curatis vacantibus per obitum, ut fiant provisiones per oppositiones, quas vocant, quod petitur a compluribus.

*Responsio reverendissimorum cardinalium.*

« Placet quod provisiones parochialium a

Sede Apostolica siant in forma digna, sive per obitum sive per resignationem.

#### *Articulus VIII.*

« Ad abbatiam autem et prioratum conventualem non promoveatur quisquam, nisi prius in aliquo celebri gymnasio sacras litteras publice professus fuerit, et magisterium aut alium gradum adeptus.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Cum petatur, ut nemo admittatur ad abbatiam, aut prioratum conventionalis, nisi prius in celebri gymnasio sacras litteras fuerit professus, et magisterium aut alium gradum sit adeptus, dicimus quod in his debent sufficiere qualitates, de quibus in cap. Si quis Abbas, 18, q. 5, cap. Nullus, de elect. 6 et cap. Cum ad Monasterium § Prior de statu Monach. In his vero, de quorum provisione forte non proceditur per electionem ex speciali aliqua ratione aut privilegio, posset fieri canon conformis petitioni, quamvis hoc non prorsus satisficiat, quoniam in abbatiis servanda esset earum natura, ut sint electivae, et dentur actu regularibus; ideo nihil in hoc statui forte rectius esset.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placet responsio, quod in abbatie concurrent qualitates de jure communi, et minimum videtur, quod Galli requirant majus magisterium vel gradum in abbatis quam in episcopis, etiam contra formam concordatorum. Et idem videtur servandum, quoad abbatiis non electivas, ex quo in posterum dentur in titulum.

#### *Articulus IX.*

« Episcopus per se, aut per eos, quos ad predicationis munus assumet, qui tot erunt, quot pro diœcesis magnitudine videbit opus esse, in civitate, aut in quacumque parte diœcesis censebit expedire, omnibus Dominicis et diebus festis, tempore autem Quadragesime, jejuniiorumque, et Adventus Domini quotidie verbum Dei annuntiet, et quotiescumque id opportune fieri posse judicaverit.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Provisum est sub Paulo III, sess. V, et poterit expressius aliquid statui de tempore, si videbitur.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placet responsio, cum etiam sit provisum in Concilio generali.

#### *Articulus X.*

« Idem quoque faciet plebanus, si non desint apud quos concionetur.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« In eadem Sessione provisum est.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placet responsio legatorum.

#### *Articulus XI.*

« Abbas vero et prior conventionalis interpretentur libros Veteris et Novi Testamenti, xenodochia instituant, et ita monasteriis antiquæ scholæ et hospitalitatem restituentur.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« In prima parte, in eadem sessione provisum est quoad lectionem sacrae Scripturae, quantum sufficiere videtur; in secunda parte fieri posset canon, ut xenodochia serventur ab abbatiis et alia munera impleantur, ad quæ tenentur ex fundatione, sive ex tenore provisionis de illis factæ, aut prout alias de jure tenentur.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placet ut abbatiæ teneantur ad munera sibi incumbentia de jure vel ex fundatione, aut in provisione litterarum.

#### *Articulus XII.*

« Qui hodie sunt episcopi, plebani, abbates aut alii Ecclesiastici, si suum officium praestare non possunt, accipiant coadjutores, per quos illud praestent, aut omnino beneficia dimittant.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Potest innovari quoad episcopos cap. 1, de cler. ag. in 6. deinde extendi canon editus in praecedenti sessione ad eos, qui habent perpetuum impedimentum, tam rectores, quam plebanos, abbates et alios.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio reverendissimorum legatorum.

*Articulus XIII.*

« De Catechesi et summa Catholicæ doctrinæ conscribenda, deque postillis, et agendis, ea decernantur, quæ Cæsarea Majestati visum est ad hoc sanctum referre Concilium.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Datum est jam hoc munus nonnullis prælati, ut componant Catechismum, atque in eo complectantur omnia, quæ necessaria sunt: qui prælatij opus inchoarunt, et brevi ad perfectionem eum redigent.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio ut supra.

*Articulus XIV.*

« Unum tantum beneficium uni conferatur, sublata quod attinet ad pluralitatem personarum compatibilium et incompatibilium beneficiorum differentia, quæ distinctio, ut est nova et antiquis decretis incognita, ita Ecclesia Catholicæ magnam calamitatem attulit: dentur autem regularia regularibus, secularia sacerdibus.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Nonnulla jam provisa sub Paulo Tertio sess. 8, can. 4, et a nobis in canone formato sub numer. 3, reliqua, quæ sunt necessaria aduentur, etc.

*Articulus XV.*

« Petitur ut qui duo vel plura sacerdotia obtinent, uno contenti, reliquis se abdicare cogantur; responsumque est si illud sufficerit ad victimum, nec casus necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ aliud exegerit.

*Articulus XVI.*

« Postulatum, ut omnes avaritiae sordes abstergantur ab Ecclesiasticis, responsumque ianuam provisum in sess. V, sub Pio Quarto.

*Articulus XVII.*

« In missis parachialibus Evangelium aper-

te, et pro populi capitu copiose in suggesto exponatur, quo in loco, quæ, præente plebano, a populo sunt preces, lingua fiant vernacula. Peracto autem sacrificio Latine et mysticis præcibus, lingua etiam vernacula publicæ fiant ad Deum orationes. Eo autem tempore, aut aliis statis horis cantari poterunt pia et spiritualia cantica, aut Psalmi Davidici prius diligenter ab episcopo examinati et probati, si id e re suæ Ecclesiæ esse censebit episcopus.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Quod dicitur in prima parte, videtur satis provisum sub Paulo Tertio sess. 5, ut supra ad decimum. Dum petitur, ut in Missa et aliis divinis officiis fiant preces lingua vernacula, respondemus, hoc abhorrente nimis a consuetudine Catholicæ Ecclesiæ, et satis provisum videri ex iis, quæ dicta sunt, ut plebanus lingua vernacula predicit populo, exponat Evangelia, et usum sacramentorum explicet in eorum exhibitione.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio reverendissimorum legatorum.

*Articulus XVIII.*

« Antiquum illud Leonis et Gelasii decretum de communione sub utraque specie renovetur.

*Responsio reverendissimorum cardinalium.*

« Jam satisfactum est sub Pio IV, sess. 5, videat Concilium.

*Articulus XIX.*

« Ac ut omnes præcipue litterarum impremit usum et efficaciam sacramentorum intelligent, præcedat semper lingua vernacula brevis et dilucida expositio, quæ sacramenti quod administratur rationem contineat.

*Responsio legatorum.*

« Fiet canon, ut in exhibitione Sacramentorum semper præcedat explicatio lingua vernacula ejus sacramenti, quod interim, administrandum est.

*Responsio reverendissimorum cardinalium  
Romæ.*

« Placet responsio legatorum; ita tamen, vel quod Concilium, aut quilibet ordinarius faciat

formulam expressionis virtutis cuiuslibet sacramenti, quæ ubique sit uniformis, saltem in eadem Diœcesi.

« Articulus XX collationem sacerdotiorum parochialium, XXI commendarum, quas vocant, XXII resignationum jura, XXIII prioratum attingunt. Vigesimo quarto petitum est, ut quæ vocantur simplicia sacerdotia sine onere cionandi, vel administrandorum sacramentorum, deleantur, responsumque, non abolenda, cum sint ita primum instituta, atque legibus approbata e. siu. de rebus e. XXIV, petitum est, ut pensiones abrogentur et in alimenta pauperum transferantur: responsumque, sanctum iri, ut dentur indigentibus benemeritis de Ecclesia, nec ultra tertiam partem imperentur.

#### *Articulus XXV.*

« Restituantur episcopis intra omnem Diœcesim Ecclesiasticae jurisdictiones, et tollantur omnes exemptiones, exceptis capitibus Ordinum, iisque quæ illis subsunt monasteriis, et quæ capitula faciunt generalia, et iis monasteriis, quibus a multis iam retro seculis evidentiis scriptorum monumentis constat datam esse exemptionem: quæ tamen, ne a correctione omnino se eximant, aliqua ratione provideatur.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« De tollendis exemptionibus circa capita Cathedralium jam provisum est sub Paulo Tertio sess. 4, in can. 4, contra singulares vero personas世俗的 sub Julio III, sess. 4, can. 4. De exemptione collegiarum Ecclesiarum poterit aliquid constitui: de exemptionibus etiam regularium tollendis, quanvis id sit contra Concilium Lateranense sub Greg. I, et Viennense sub Clem. V, et Clem. I, de exc. prael. et alia, tamen de hoc poterit agi loco suo in materia de regularibus.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Placeat responsio legatorum, dummodo habeatur ratio exemptionum, quæ sunt a fundatione, vel ab immemorabili tempore citra.

#### *Articulus XXVII.*

« Cumque episcopus ea jurisdictione uti non debeat secundum antiqua decreta, nisi consulta capitulo, quemadmodum nec alia sua diœcesis gravia negotia tractare, danda est diligens opera, ut canonici Cathedralium Ecclesiarum sint assidui in Ecclesia Cathedrali, bonis moribus et scientia prædicti, quiue saltem vige-

simum quintum annum attingant, nam ante illam ætatem cum non possint per leges humanas rebus suis prospicere, quomodo episcopo consulere poterunt?

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Jam formatus est canon a nobis sub num. X, requirens a canonicis ætatem annorum octodecim, quæ videtur sufficere, cum de jure minor etiam ætas sit satis.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Bene responsum est per reverendissimos legatos, et videretur etiam statendum, quod in qualibet Ecclesia instituerentur præbendæ subdiaconales, diaconales et presbyterales, et servaretur ætas cuiuslibet ordinis, et hoc modo inter canonicos semper essent aliqui ætatis maturæ.

#### *Articulus XXVIII.*

« Retineantur antiqui, aut novi constituuntur consanguinitatis, affinitatis vel cognationis spiritualis gradus, intra quos non licet obtentu cuiusvis dispensationis matrimonium contraherere, exceptis solis regibus et principibus propter publicum bonum.

#### *Responsio reverendissimorum legatorum.*

« De eo agetur in materia Matrimonii: sed iniquum videtur, ut tollatur facultas dispensandi, quæ tamen gratis esset concedenda.

#### *Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Quoad gradus, non videtur recedendum a jure communi: quoad dispensationes, non videtur concedenda sine aliqua justa causa. Et de contrahendo, omnino gratis: de contracto vero non videtur inconveniens, quod multelur de excessu, et multa applicetur usibus piis, prout hodie laudabiliter servatur.

#### *Articulus XXIX.*

« Cum nostris temporibus exorti sint iconomachi, qui imagines evertendas esse censem, et maximæ perturbationes plurimis in locis ex eo sint excitatae, provideat sancta Synodus, ut doceatur populus, quid de cultu imaginum sit sentendum, curetque ut, si quæ in iis colendis irrepererunt superstitiones et abusus, tollantur. Quod ipsum quoque provideat in peregrinationibus, et reliquiis sanctorum, indulgentiis, et iis sodalitatibus, quas vocant fraternitates.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« Id comprehendetur in Catechismo.

*Responsio dominorum cardinalium Romæ.*

« Bene responsum per reverendissimos legatos.

#### *Articulus XXX.*

« Quoniam sepe ob uniusenorme delictum affligit totus populus, quem de proximi peccatis sollicitum et anxium esse oportet, restituantur Ecclesiæ Catholicae non solum antiqua illa propter graves et publicas offensas publica pœnitentia, sed ed etiam ad iram Dei placandam jejunia et luctus publici.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« De pœnitentia publica fiet canon, ubi hoc relinquetur arbitrio episcoporum, ne fortasse hac occasione retrahantur aliqui a confessione auriculari.

*Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Hic punctus fuit examinatus sub Julio III in sacramento Pœnitentiae, et tamquam imperitius rejectus : tamen faciat Concilium, prout sibi videbitur.

#### *Articulus XXXI.*

« Cum excommunicatio sit Ecclesiæ supremus gladius, non est passim pro quovis delicto, aut contumacia decernenda, sed pro gravissimo tantum peccato, cumque in eo post unam et alteram, et nonnunquam tertiam admonitionem reus perseverat.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« De excommunicatione omnino videtur statuendus aliquis modus, ne ita passim feratur; sed tamen materia indiget diligent consideratione, nec censura, quæ sunt nervus Ecclesiasticus, aut tollantur, aut labefactentur.

*Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« Concilium provideat, prout sibi videbitur, habita ratione casuum, in quibus non potest fieri executio personalis : cum Ecclesia non habeat alia arma præter censuras hujusmodi, præsertim contra absentes et potentes ».

Articulus XXXII et XXXIII pertinent ad lites,

quæ circa sacerdotia moveri consuevere ; ad quos articulos ita responsum est :

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« In his optimum esset excogitare aliquam rationem, qua lites minuantur. Verum ista, quæ proponuntur, hoc minime videntur præstare, continentque multa absurdia. Primo quia tollunt differentiam petitorii et possessori, quod est aduersus omnia jura, et darent occasionem spoliandi multos suis beneficiis, et alios injuste intrudendi, et potentioribus favori, debilioribus autem damno esset. Secundo quia adimunt appellationem, quæ auferri non potest. Tertio quia excludunt tacite provisiones papæ, etc.

« Respondit etiam cardinalium Senatus his verbis :

« In Gallia Parlamenta cognoscunt causas beneficiales in possessorio : et petitio Gallorum tendit ad hoc, ut tota jurisdiccionis devolvatur ad laicos, etc.

#### *Articulus XXXIV.*

« Decernat sancta Synodus, ut non solum Synodi episcopales quotannis semel, ut minimum, sed etiam tertio quoque anno provinciales congregentur ; in quibus de his, quæ ad statum Ecclesiasticum pertinent, diligenter tractetur, de ministrorum Ecclesiæ delictis mature cognoscatur, et in eos, qui deliquerunt, severe animadvertisatur ; et ut Concilia generalia, nisi aliquod obsistat impedimentum, decimo quoque anno celebrentur.

*Responsio reverendissimorum legatorum.*

« In prima parte jam formatus est canon de Conciliis synodalibus et provincialibus ; de Conciliis generalibus considerandum, an expediat facere canonem, ut habeantur præfixo tempore ; nam aliquibus videtur formandus canon juxta petitionem, aliquibus videtur maturius deliberandum.

*Responsio reverendissimorum cardinalium Romæ.*

« De Concilio generali relinquendum est arbitrio Pontificis, ad quem solum spectat Concilium indicere. In reliquis placet, si tamen Concilio videbitur, statuere aliquem terminum, velut viginti aut viginti quinque annorum, faciant prout sibi videbitur, et considerent, quod Concilium istud Tridentinum a tempore, quo incepitum est, duravit per xxvi annos, vel circa. Itaque brevi spatio non possunt Concilia tam longa saepius reiterari ».

Quid porro his acceptis constitutum sit a Concilio, patet in illius de instaurata disci-

plina, sive, ut aiunt, de reformatione decretis : at de his hactenus. Nuno Acta Concilii prosequamur.

89. *Discutiuntur articuli de Sacrificio Missæ, et de Ordinis Sacramento.* — XIX Julii propositi sunt in Congregatione articuli, qui discutiendi erant de sacrosancto Missæ sacrificio, quod Calvinistæ in Gallia blasphemis argutias impie oppugnabant. Qui vero fuerint ii, referuntur in Actis ab Astulpho Servantio descriptis<sup>1</sup>.

« Post V sessionem propositi fuere tredecim articuli de sacrificio missæ, ut a theologis minoribus discuterentur, subjectis concepti verbis :

« I. An Missa sit sola commemorationis sacrificii in cruce peracti, non autem verum sacrificium.

« II. An sacrificio in cruce peracto deroget sacrificium Missæ.

« III. An illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*, ordinaverit Christus, ut Apostoli offerrent corpus suum et sanguinem in Missa.

« IV. An sacrificium, quod in Missa fit, proposit solum sumenti, non possit autem offerri pro aliis, tam vivis quam defunctis, nec pro ipsis peccatorum satisfactionibus et aliis necessitatibus.

« V. An Missæ privatae, in quibus similiter solus sacerdos, et non alii, communicat, illicitæ sint et abrogandæ.

« VI. An canon in Missa errores contineat, sitque abrogandus.

« VII. An quod in Missa aqua vino misceatur, cum Christi institutione pugnet.

« VIII. An Ecclesiæ Romanae ritus, quo secrete et submissa voce verba consecrationis dicuntur, damnamus sit.

« IX. An abusus sit, certas Missas cerfis sanctis attribuere.

« X. An cæremoniæ, vestes et signa externa quibus Ecclesia in celebratione Missarum utitur, sint tollendæ.

« XI. An Christum pro nobis mystice immolare, idem sit quod nobis ad manducandum dare.

« XII. An Missa nonnisi in lingua vulgari, quam omnes intelligent, celebrari debeat.

« XIII. An Missa sit tantum sacrificium laudis et gratiarum actionis, an etiam sacrificium tam pro vivis quam pro defunctis».

Proposita discussione novorum dogmatum de sacrosancto Missæ sacrificio, cæptum est de sacramento Ordinis contra novatorum sophismata et argutias disputari. Itaque consueto more primo theologorum ordini xix Septembribus

propositi sunt hi articuli (Lutherana scilicet impietate infecti) ut eorum impietas ex sacris oraculis, et veteri Traditione, et Sanctorum Patrum scriptis argueretur.

« Articuli<sup>1</sup> de sacramento Ordinis per theologos examinandi, an heretici sint, aut errore, vel schismatici, vel scandalosi et a Synodo damnandi.

« I. Ordinem non esse Sacramentum, sed ritum quemdam eligendi et constituendi ministros verbi et sacramenti.

« II. Ordinem non solum esse sacramentum, sed potius figmentum humanum excoxitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imparibus.

« III. Ordinem non esse unum sacramentum, nec infimos et medios ordines, velut gradus quosdam tendere in sacerdotii ordinem.

« IV. Nullam esse Ecclesiasticam hierarchiam, sed omnes Christianos ex aequo esse sacerdotes, et ad usum et executionem opus esse vocatione magistratus, et consensu populi, et qui sacerdos semel fit, cum laicum, si opus sit, posse fieri.

« V. Non esse in Novo Testamento sacerdotium visible et externum, neque potestatem aliquam spirituale, sive ad consecrandum Corpus et Sanguinem Domini, sive ad offrendum, sive ad absolvendum coram Deo a peccatis, sed officium tantum et ministerium prædicandi Evangelium, et eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes.

« VI. Unctionem non solum non reperiri in ordinum traditione, sed esse perniciosam et contemnendam. Similiter, et omnes alias ceremonias. Et per ordinationem non conferri Spiritum sanctum, proinde impertinenter episcopum, cum ordinat, dicere, *Accipite Spiritum sanctum.*

« VII. Episcopos non esse presbyteris superiores, neque habere jus ordinandi, vel si habent, id illis esse commune cum presbyteris, ordinationesque ab ipsis factas sine plebis consensu, irritas esse.

« Scripsere Carolo Borromæo<sup>2</sup> cardinales legati XVI Septembribus nonnullos episcopos, atque inter eos archiepiscopum Granatensem intercessisse tertio canoni de ordine, contentes non institutos sacerdotes per ea verba *Hoc facite*, sed a Synodo rejectos fuisse».

90. Feria quarta mane xxiii Septembribus MDLXII, minorum theologorum Congregatio coacta est<sup>3</sup>, qui articulos de sacramento Ordinis discutere cœpere, quorum primus Alphonsus Salmeron Societatis Jesu sententiam suam ita protulit :

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. scripta per Astulphum Servantium Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 1109. p. 69.

<sup>2</sup> Ex. in Act. Conc. Trid. Ms. Franc. card. Barb. sig. 1109. p. 81.

<sup>3</sup> Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv. Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 1109. p. 81. per Astulph. Serv. Italice.

\* Sacerdotium et Sacrificium ita inter se conjuncta sunt, ut unum absque alio permanere non possit; uno enim statulo, aliud statuitur. Martinus autem Lutherus, ut Ecclesiam everteret, sacerdotium negavit esse sacramentum. Ordo igitur sacramentum est Novae legis a Christo institutum, et gratiam conferit. Diversimode accipitur, ut Augustinus 19, de Civit. Dei, ut sit dispositio rerum, alio modo, ut est gradus eminens in Ecclesia Dei, et sacerdotium a diaconali, et presbyteratus ab episcopali distinguuntur. Item pro cæremonia quadam accipiatur, per quam potestas traditur in Ecclesia, ut definit Magister sententiarum.

« Quod autem Ordo sit sacramentum, ut est sacerdotium, Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, Christus sacerdotes instituit, ut Patres tradunt, et hoc a sacro Concilio Tridentino in proxima Sessione declaratum fuit, qui Christus etiam cæremonias quasdam in eis constituendis fecit.

« Aliam Christus potestatem dedit Apostolis, ut sacerdotibus Jo. 20. Alio etiam charactere, qui et cæremonia usus est, cum insufflavit in eos, ut Augustinus, per quam insufflationem potestas eis data fuit, et hæc est potestas Christi in corpus mysticum, Lucae autem 22 in corpus suum. Verum iterum Marci ultimo duxit eos foras, et benedixit eis, tunc enim eos episcopos instituit, ut Augustinus tradit, et Clemens lib. 8. Apost. const. docet, quod verum esse apparel, quia cum Dominus Christus miserit eos ad prædicandum, videtur aliquam aliam auctoritatem dedisse, scilicet episcopatus, nam cum creantur hodie episcopi dicuntur, *Ite, prædictate*. Præterea quoties Christus benedixit, aliquam gratiam contulit, addita etiam elevatione manus.

« Quod etiam Ordo sit sacramentum probatur Act. 6. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei*, etc. quo in loco constat cæremonia quadam, ut impositio manus, qua gratiam dedit, ut testantur Acta: *Et erat plenus Spiritu sancto, et prædicabat*, etc. ut Stephanus, et etiam Philippus Evangelista, qui et prædicabat. Item et Paulus ad Timot. vi et Tit. 1, cum diaconos instituit. Non fuerunt igitur instituti diaconi ad prophanae mensæ ministracionem, sed cælestis, nam ad ministrandum mensis prophanis, non erat opus, ut antequam illi constituerentur, imponerent manus, et essent pleni Spiritu sancto; fuerunt igitur electi ad Eucharistiam ministrandam diaconi illi, ut etiam declarat Clem. lib. 8. Apost. Const. Ignatius ep. ii ad Diaconum, et Epist. 5 ad Clarianum, Cyprianus lib. 3 Epist. 9. Hieronymus in 14 Ezech. Concil. Neocæsariense cap. 14 et Evaristus papa. Beda in 6 cap. Act. Apost. licet in canone 6 Synodi Trullanae dicatur, eos fuisse institutos ad mensam viduarum, sed illi canones recepti non

sunt. Idem probatur Act. 13. *Elegerunt Barnabum, et Paulum, quibus jejunantes imposuerunt manus*, que potestas non fuit Apostolatus, cum Marci 3 electi fuerint, et presbyteri in cæna, hic autem ordinati sunt episcopi, cum dictum eis fuerit, *Ite, prædictate*, ut fuit in ordinatione episcoporum. Præterea dicuntur, quod constituebant per civitates presbyteros, quod est proprium episcoporum, ut premittat jejunium, et sacrificium, quæ ab ipso loco Act. Apostolorum Ecclesia didicit, ut est etiam elevatio manus.

« Item Ordinem sacramentum esse Paulus Timoth. II, c. 4 docet: *Noli negligere gratiam, quæ est in te et data est tibi per prophetam cum impositione manuum presbyteri*, et cap. v. *Manus cito nemini imposueris*, et ad Tit. i: *Hac de causa reliqui te Creta, ut constitutas per civitates presbyteros*. Quidam Traditiones Conc. IV. Carthag. a i cap. usque ad ix et Concil. Flor. et hoc Trident. sub Paulo III. Item Clemens lib. III, recogn. et Ep. i. ad Jacobum fratrem Domini, et lib. VIII const. Apost. Innoe. I. Ep. i. Ep. 22, cap. 4. Leo ep. 79 et 87. Greg. in epist. ad Jo. Innoe. III, in tit. de Presbyt. non baptiz. Dionysius cap. 3. Eeccl. Hierarch. August. in lib. de bono conjugii. Hieronym. in. Ep. ad Rusticum episcopum Narbonensem.

« Præterea similiter est unctio, cæremonia, et alia per quam gratia conferitur; et alter Ecclesia misere fuisset decepta, et suos decepisset, si crederet Ordinem esse sacramentum, et non esset, Christusque Ecclesiam reliquisset absque sacerdotio. Nam quis baptizasset, quis dimisisset peccata, ut Christus instituit, si non essent sacerdotes?

« Imprimis etiam characterem. Nam Paulus ait: *Gratiæ, quæ est in te*, ad Titum, et Timotheum, quod characterem significat, dicit enim charisma: et Corinth. cap. v. Ep. ii. *Dedit nobis pignus, uxit, signavit*, et Levit. ult. *quidquid sacratur Deo, semper sanctum est*. Idem habetur ex traditione et traditur in Concil. Florentino, et hoc Trident. sub Paulo Tertio. Tertull. lib. de orig. hær. Et quod non possint institui, neque deligi presbyteri a magistratu, ut aiunt hæretici, nam Apostolus instituebat presbyteros et diaconos; et cum hæc sit potestas supernaturalis et cælestis, non potest laicos dari. Neque electio spectat ad laicos, sed ad Pontificem, cum soli Petrus dictum sit *Pasce oves meas*, qui vocat alios in partem sollicitudinis. Et Petrus multos presbyteros elegit ut testatur Clemens lib. Apost. Const., alias non fuisset a Conciliis id prohibitum, ut factum fuit in Concil. Lateranensi, Florent. et viii Synodo, et si aliquando populus elegit, id fecit auctoritate Apostolica, ut patet Act. 6. *Eligite ex vobis et alibi, ut habeant bonum testimonium*. Populus itaque præsens est electioni, ut ferat testimonium eligendi, et ut libenter populus ei obediatur, jus autem

confirmandi ad solum Pontificem spectat ».

Perorarunt postea de eodem arguento Ferdinandus Vellosilus clericus sacerdotalis Hispanus, missus a rege Catholico, Didacus de Paua clericus sacerdotalis missus a rege Lusitano. Interfuere celebritati quinque legati cardinales, Cesarrei, et Galliae Lusitanieque regum, necnon Venetorum Helvetiorumque oratores, patriarchæ tres, archiepiscopi octodecim, episcopi centum quadraginta duo, abbates viginti duo, Generales Ordinum quinque, theologi triconta quatuor, doctorumque et nobilium conferta multitudo. Soluta est Congregatio hora decimona.

91. XXV Septembris habita est Congregatio pro excutiendis articulis de Sacramento Ordinis, in qua a Petro Soto primo theologorum secundæ classis, ita peroratum, refert Actorum scriptor<sup>1</sup>:

« Petrus Sotus Ordinis Prædicatorum, Hispanus, missus a Sanctissimo domino nostro, hierarchiam Ecclesiasticam in Ecclesia esse confirmavit; comprobavit videlicet potestatem et superioritatem gubernandi. Nam Paulus ait: *Obedite proxpositis vestris, et Act. 20. Attende vobis et universo gregi, in quo vos Sp. S. posuit episcopos regere Ecclesiam Dei*, et Paul. I. Cor. 42: *Alios quidem posuit Apostolos, etc., quam Dionysius declarat, eaque est sacer principatus, quia ad instar ecclœsœ constituta est, in tres gradus uti Angelica distinguitur, episcopos, presbyteros, et ministros, ut idem Dionysius cap. 5 ostendit, qui plures gradus enumerat 3 cap., ut omnes etiam inferiores ad sacramentum hoc pertineant, sed in tres gradus distinguuntur, ut dictum est, ut infimus, in quo sunt diaconi et alii ministri, mediis, in quo sunt presbyteri, primus in quo sunt episcopi, unde Paulus ait, in consummatione sanctorum et opus ministerii quosdam dedit Apostolos.*

« Responditque ad argumenta adversariorum, quod nulla sit hierarchia, sed omnes ex aequo esse sacerdotes juxta ea, que dicit Petrus 1c. 2: *Vos gens sancta, regale sacerdotium, et præterea, omnes in baptismo uneti sumus in sacerdotes juxta illud, vos autem sacerdotes Domini vocabimini*. Respondit Baptismum esse Sacramentum renascentia, non potestatis, et cum ordo perfectione notet, repugnat naturæ, ut cum quis nascitur perfectus fiat, et illa verba Petri intelligi de spiritualibus sacerdotibus. Quod autem in Ecclesia habeatur sacerdotium, pluribus auctoritatibus comprobavit. Ambr. in cap. 4, ad Eph. et Timoth. 3, id declarat; Concil. Nicen. ac etiam Ephes. Cyprian. ep. 4, nam licet Christiani omnes possent facere omnia, quæ ministri Ecclesiae faciunt, id tamen non

legitime farent, nam quo legitime fiant, opus est potestate supernaturali etiam infirmis ministris, que potestas ab habente principatum Ecclesiae datur. Quare etsi infimi ordinis hodie pertractentur a mere laicis, id tamen non recte fit, neque id legitime facient, sed ut cuique etiam minimo tribui debet suum ministerium, ut in primitiva Ecclesia fiebat, unde Caius statuit, ut nemo episcopus ordinaretur, nisi qui prius per omnes gradus ascenderent, et ea etiam de causa Siricius etiam tempora ordinavit, et distinxit. Deinde ad officium episcopi proprie pertinere, prædicare verbum Dei ostendit Paulus: *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare*, et Christusmet testabatur, se ad id missum esse, cum inquietabat: *Oportet evangelizare civitatibus; ad hoc enim missus sum etc.* unde Concil. Carthag. 4 statuit, ut episcopi abstinerent a re familiari, ut ad prædicacionem incumbenter, et si actu quis non prædicaret, quia actu virtutem verbi non haberet, non propterea desineret esse episcopus, ut fuit Valerius Ilipon. Que potestas non a magistratu dari potest, cum sit supernaturalis et Christi, et non nisi ab iis, qui ad id in Ecclesia ordinati sunt, dari possit. Populi autem electio in ministros necessaria est, idque in primitiva Ecclesia fuit, ut Cypr. lib. 1, ep. 4 et ex traditione Apostolica devenisse, neque de testimonio tantum, sed suffragiis, intelligendum est. Additur etiam cleris, ut ita totus populus Christianus confiniretur. Unde Apostoli dicebant, *Eligite ex vobis septem viros*. Pontifex autem Maximus potest supplere, cum viderit expedire, et ita eam electionem mutare, prout viderit expedire, potest. Nam etsi Traditione Apostolica electio populi erat, tamen Traditio Apostolica, que pertinet ad regimen, mutari potest. Quæ autem ad Sacramentum pertinet, mutari non potest. Quare electiones Pontifex pro locorum et temporum qualitate variare potest, ut eas capitulis vel principibus tradat.

« Deinde peroravit eodem arguento Franciscus Forerius Ordinis Sancti Dominici, ac dimissa est congregatio hora decima octava.

92. In congregatione habita xxix Septembris tertiae theologorum classis princeps de Sacramento Ordinis peroravit, ut referunt Acta<sup>1</sup>. « Melchior Cornelius [inquit] sacerdotalis clericus missus a rege Sebastiano Portugalliae accepit examinandum, an per ordinationem conferatur gratia, et an presbyteris episcopi sint superiores. Primum fuisse errorem Joannis Wicleff, et ante eum per ducentos annos, ut D. Bernard. homil. 66 super Cantica refert, adduxitque argumenta adversariorum, et ea solvit.

« Quod autem conferatur gratia per Sacramentum Ordinis, Leo papa, et Grat. dist. 21 et

<sup>1</sup> Acta Conc. Trid. per Astulph. Servan. M. Franc. card. Barb. sig. num. 1109. p. 87.

Astulph. Servant. in Actis.

Cone. Chalcedon. act. 15, c. 1, 3, Ambr. lib. de dignit. sacerd. Cone. Bracar. 2, c. 3. Cone. Tol. II, c. 8, et c. 1, de temporibus ordinand. et c. de Sacram. Non iter, et Synodus 7 ejecit lectorem, qui illud munus exercebat absque manum in impositione. Idem definitur in Concil. Flor. quare omnes Ordines etiam minores sunt sacramentum, quia in eis gratia conferitur, qui Ordines constituti sunt ab Apostolis ex institutione Christi, nam Christus constituit, ut in Ecclesia isti Ordines essent. Prima autem tonsura non est Ordo, cum nulla potestas in ea detur. De unctione autem meminit Fabianus Pontifex, Dionys. et Innocent. cap. 1, §. Quia vero de Sacramento. unct. ».

« Probatique episcopum esse presbyteris superiorem, et ad Hieronym. qui videtur aliter dicere quod non sit differentia inter eos, sed ex consuetudine superioritatem illam inductam, similiter cum eodem Hieron. in Es. cap. 3 et 19 contrarium dicit, et in eadem ep. ad Evagrium, et ad Nepotianum, ostenditque Hieron. agere de jurisdictione quadam exteriori, que constituta est a lege politica, ut idem Hieron. in ep. ad Titum scribit, etc. Ecce ego 95 dist. ad Rusticam episc. Narbon. scribens, dixitque episcopatum esse Ordinem ea maxime ratione, quam Cajetan. adducit, cum solus confirmet et ordinet pontifex, non sacerdos; propertea vicariis non potest committi, neque electio sacerdotum, vel episcoporum est populi, ut Cypr. lib. I, ep. 4 declarat, sed testimonium tantum ».

93. *De auctoritate Pontificis et episcoporum controversia ortur.* — Post varias atque eruditas theologorum concertationes nono Octobris doctrina et canones de Sacramento Ordinis a legatis fuere propositi<sup>1</sup>, qua occasione recrudit gravis controversia de auctoritate Pontificis et episcoporum, de qua multa prolix report Gabriel Palaeottus, et quo modo haec pauca decerpsumus: « Laynez Generalis Jesuarum, qui ultimus omnium de more sententiam suam dixit, solus totam Synodus occupavit prolixum quidem sermone, sed valde eruditio, distinctio, et rei accommodato. Nam cum multi prelati eam partem acerrime tutati essent, ut episcopatum dicentes juris divini esse, tum quoad ordinem, tum quoad jurisdictionem, idque dilucide a sancta Synodo explicari contenderent, ipse aliorum etiam multorum, qui ante eum dixerant, exemplo, contrarium variis rationibus auctoritatibusque asserunt, idque adeo copiose et constanter, ut non defuerint aliqui, qui haec ab eo indecirco ita affirmari suspicarentur, quod cum ejus religio, cuius ipse caput erat, pendeat tota a papa, ut quotidianus latius propagetur, putaverit ipse, si ejus sententia obtineret, facile fu-

turum, ut ejus Religio majores hinc vires sumeret, quoniam aliarum etiam Ecclesiarum administratio, repugnantibus licet episcopis, ei concedi posset, cum ambo jurisdictionem aequa a papa agnoscant. Verum haec proculdubio vana fuerunt, cum vir esset summae probitalis et religionis, et cui fideles omnes multum pro magnis, quos in Catholica Ecclesia fructus fecit, omnino debeant, egoque sane illum ex animi conscientia ita locutum fuisse, mihi persuasum habeo ». Pluribus interjectis addit auctor :

« Venit in mentem Seripando pridem a fratre Petro Soto nomine Hispanorum legatis fuisse significatum<sup>2</sup>, eos non querere, ut novi quidquam de jurisdictione episcoporum discutatur, dummodo de jure veteri nihil detrahatur, ideoque canonem aliquem in hanc sententiam probaturos, videlicet :

« Si quis dixerit a Christo Domino non esse institutos episcopos, secundum quod antiqua universalis Ecclesiae Patrumque traditio docet, ac perinde presbyteris non esse superiores, anathema sit ».

Quare accito Soto, cum eo agitur, ut Hispanorum mentem diligentius scrutaretur, quo certior suscipi posset deliberatio.

Interea autem cum praelatos ex Gallia male in Summum Pontificem animatos huc accedere percrebuisse fama, prævenerat Hispanos episcopos Marchio Piscarius orator regis Philippi, qui litteris suis ad Paganum suo nomine Tridenti agentem Mediolano significaverat, ut Hispanos moneret, causam Sanctitatis sua et Philippi regis conjunctam esse, nec quidquam adversus dignitatem et commodum Pontificis accidere posse, quod non illi aequa molestum sit faturum.

Distinxit haec controversia Patres extremis hujus anni mensibus, graviorque exarsit contentio post Gallorum praesulum adventum, atque adeo postquam de eo egerimus, illam repelemus.

94. *Nuntiatur adventus Gallorum praesulum.* — Retardati fuerunt Galli praesules ab accessu ad Concilium ob civilia bella Hugonottorum, qui cum se reformatum religionem tueri jactarent, Galliam horrendis cædibus, incendiis, flagitiorumque omni generè deforminarant, cumque in multis provinciis compressa esset eorum rebellio, multaque urbes ab iis proditione intercepta recuperatae essent, data fuit theologis ac praesulibus Gallis, neconon et Carolo cardinali Lotharingio, qui religionem orthodoxam fortissime contra Theodori Bezae argutias defenderat, occasio, ut ad Concilium Tridentinum ardenter se committerent, Pontifex a Lotharingio factus certior ipsi rescripsit.

<sup>1</sup> Acta Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 124. p. 206.

<sup>2</sup> Acta Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Audit. Rot. Ms. Franc. car. Barb. sig. num. 24. p. 218.

95. *Postulat imperator ut mentio Sacrificii Missæ non fiat in Concilio, sed repulsam patitur.*  
— Dum controversia de Missa Sacrificio discuteretur a Patribus maximo pietatis ardore, Ferdinandus Cæsar veritus, ne principes Lutherani ex eo exacerbarentur, privato nimium commodo et honori indulgens, poposcit a legatis cardinalibus<sup>1</sup>, ne mentio Missæ Sacrificii fieret in Concilio, donec in Francordiensibus comitiis res suas cum Protestantibus transegisset, sed postulatis ejus expositis in eam sententiam omnes concurrere, ut humano omni absciso respectu strenua sacro dogmati illustrando, divinaeque asserendæ gloria daretur opera; de quo decreto<sup>2</sup> legati cardinales Carolum Borromœum fecere certiorem. Meditabatur Ferdinandus filii Maximiliani Bohemiæ regis electionem in regem Romanorum promovere, metuebatque ne Protestantes exasperati Caesaris studiis erga Concilium, a quo damnabantur ipsorum hæreses, electionem Maximiliani disturbarent: at Caesar repulsam passus in his vel aliis, quæ inique erant postulata, pro singulari sua in Deum pietate ac religione privatis compendiis divinam prætulit gloriam<sup>3</sup>, significavitque legatis cardinalibus, se quiequid a legatis in Concilio decernebatur, aqui bonique accipere. Quam quidem dignam piissimum imperatore mentem cardinales legati Carolo Borromœo imperialium Epistolarum autographo transmissio significarunt. Nunc institutam histriam prosequamur.

96. *Modus tractandi res conciliares: expounding opinions theologorum de sacrificio Missæ.*  
— Die Luna xx Julii habita est generalis Congregatio<sup>4</sup> in loco consueto scilicet in Templo S. Mariae Majoris, in qua primus Concilii præses legatus exposuit, ob calamitatem temporum, ac perturbationes que in tractandis rebus possent contingere, decernendum ut theologi breviori oratione dicta sua circumscriberent; ex fusa enim et ampliore oratione strepitum tumultuariorum oboriri posse, atque adeo hic ordo constitutus est:

“ Modus qui posthac servandus erit in materiis, quæ examinabuntur a theologis minoribus.

“ I. Inter omnes theologos, quos hoc misit S. D. N. ut Concilio intersint, hoc erit perpetuum, ut in singulis materiis proponendis dicant qualibet vice qualuor tantum, vel duo sacerulares, et duo regulares, quos eligent illustrissimi et reverendissimi DD. legati, et ita successive, cum alia materia erunt tractandæ, alii qualuor ex eodem numero dicent, donec uniusquisque impleat partes suas.

“ II. Ex omnibus theologis sacerularibus

missis a principibus ad Concilium, eligit quisque orator principum ternos tantum ex iis, qui a suo principe missi fuerunt, quibus dabitur locus dicendi in materia proposita. Hi deinde in aliis materiis examinandis variabuntur arbitrio oratorum; dummodo terni tantum pro qualibet principe in eadem materia respondent.

“ III. Singuli illustrissimorum legatorum eligent unum tantum ex theologis sacerularibus, quos in eorum aula habent, qui loquentur eadem ratione, qua reliqui.

“ IV. Nomina omnia describentur ceterorum theologorum sacerularium, qui commorantur in domibus prælatorum, suntque eorum familiares. Ex toto hoc numero assumentur in singulis materiis non plures quam quatuor, qui ea vice loquentur super articulis propositis. Rursus, cum aliae res erunt tractandæ, tunc alii quatuor deligentur, donec omnium numerus perficiatur. Ordo autem prius loquendi inter eos erit secundum antiquorem eorum promotionem, videficit, ut qui prius suscepit gradum, sive doctoratus, sive licentiatu, sive bachelareatus, ille etiam anterior dicendus sit, et deinceps ali.

“ V. Ex omni numero regularium, sive missi sint a principibus, sive commorenentur apud legatos aut prelatos, sive maneat in eorum monasteriis, sive quocumque alio modo hic adsint, dummodo non missi a Sanctissimo, singuli Generales Religionum eligent ex eorum Ordine ternos, qui ipsis videbuntur aptiores, qui dicent super præsenti tunc materia. In aliis vero materiis, que post occurrent, poterunt illos variare et mutare arbitru suo.

“ VI. Nullus sive sacerularis sive regularis excedet in dicendo spatium dimidie horæ ad summum; qui longior esse voluerit, statim a Magistro ceremoniarum interrupatur: laudabilior erit, qui nec etiam ad id spatium pervenerit.

“ VII. Theologi, sive sacerulares, sive regulares, quibus tunc dicendi locus non obtigerit, poterunt in scriptis deferre ad deputatos ea, quæ sibi necessaria videbuntur circa materias propositas.

“ Rogatis sententiis ferme universi hunc ordinem observari jusserunt; deinde decretus est certus archiepiscoporum et episcoporum numerus, ut de abusibus ac doctrina consultis, quos vellent, theologi, circa Missæ sacrificium referrent.

“ 97. Agitaront Patres diu et graviter eam questionem: An Christus in cena ultima se Deo Patri in eo sacrificio incurrerit obtulerit, qua fuse pertractata, inquit Gabriel Paleolus<sup>5</sup>,

<sup>1</sup> Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 134, Ep. CLVI. — <sup>2</sup> Ib. Ep. CLXII.  
— <sup>3</sup> Ib. Ep. CLXXX. — <sup>4</sup> Act. Cone. Trid. per Astulph. Serv. Ms. Tr. car. Bar. sig. num. 1109, p. 696.

<sup>5</sup> Act. Cone. Trid. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 121, p. 113. Gab. Paleol. Aud. Holz.

quadruplex opinio ex eorum sententiis collecta fuit, quas singillatim subjiciam adjectis præcipuis rationibus, quibus unaqueque nitebatur.

« Prima illorum fuit, qui aiebant Christum se in cœna obtulisse. Hujus rei auctoritates plurimas sanctorum Patrum, tum Graecorum, tum Latinorum, variasque simul rationes Salmeronus Jesuita, cum antea inter minores theologos dissereret, congesserat, quas litteris mandatas multis legendas exhibuerat, antequam de his rogari Patrum sententia cepte essent, qua opinio quamplurimos nacta est assertores. Nam post Madrucium Hydruntinus eam ita amplexatus est, ut assereret auctores nullos, nec Graecorum, nec Latinorum ei repugnare, Rossanensis, imo et Germanos ipsos in libro, qui diecitur *Interim*, hoc idem affirmare; Cavensis hoc etiam sacrae Scripturæ verbis et Patrum auctoritatibus, et usu Ecclesiæ in canone Missæ lique rite aiebat, sed præcipue ex illis verbis Evangelii: *Hoc facite in meam commemorationem*, cum illud verbum, *Hoc est corpus meum*, quibus cum Christus consecraverit, eliam et seipsum tunc obtulisse. Parisiensis dicebat Spiritum sanctum infusisse in animos Patrum, ut hanc questionem de oblatione tractarent, que fundamentum est religionis nostræ et Sacrae Christi; hoc enim Sacrificium initialiorum illis extitisse, quod deinde in Cruce peractum est, utrumque enim eodem genere claudi, cum alterum sit principium, alterum sit finis et consummatio, adeoque acriter hanc rem urgebat, ut se hæreticum haberi posse dubilaret, si aliter omnino sentiret.

« Leriensis biduo hanc rem prosecutus unicam fuisse oblationem, quatenus de re ipsa oblata, videlicet Christo Domino nostro agitur, aiebat, veros offerendi modos plures variosque extitisse, nam ex D. Thoma in 3 par. q. 83, art. 3, vers. ad 3, recensebat passionem Salvatoris nostri, licet una tantum fuerit, quibusdam tamen quasi gradibus peractam. Primo cum proditas a Iuda; 2, cum venditus; 3, in ministerio cœnæ; 4, in Cruce acceptis quinque plagis; 5, in effusione sanguinis, et sic deinceps usque ad resurrectionem. Ideoque cœnam recte passionis participem fuisse. Ad hæc aiebat, sicut merita Christi præcedentia non tolluntur ex Crucis patibulo, sed potius augmentur, ita eliam potuisse Christum Dominum in cœna se offerre, et postea in cruce sacrificium consummare, nam sicut in aliis merendo vivebat, ita in hoc merendo mortuus est.

« Idem Lucerinus ex auctoritate Cypriani in cap. Scriptura de consecr. dist. 2, aiebat. Campaniensis addidit: Cum olim sacrificia Veteris Legis culpam tantum et pœnam que positiva, non eam que damni dicitur, expiarent, hinc sequi, sacrificium hoc nostrum ad vetera illud addidisse, ut utroque nos modo liberaret; cuius generis Christi Domini nostri opera extitisse cuius integra vita quamvis vere variis actionibus fuerit distincta, tamen ut unicum ejus opus ad redemptionem nostram elaboratum a nobis celebrari, ac veluti extremæ guttae lapides cavanti, non reliquis ante distillantibus effectum adscribamus, sic ad perficienda sacramenta conjunctim multa requiri extrema, tamen velut potissima censer. Segobiensis aiebat, nihil veteres de propitiatorio, aut præparatorio sacrificio tradidisse, sed tantum de cruento et incruento sacrificio, et utrumque ejusdem virtutis censuisse, cum incruentum adimplerit omnia cruenta sacrificia. Auriensis sacrificium id vere expiatorium, ejusdemque rationis ac illud, quo hodie utinam extitisse respondebat, totamque vitam Christi a conceptionis origine unicum actum censer, qui semper profuit, semper meruit, semper redemit.

« Ostunensis idem variis argumentis. Aliphanus, habere nos certam in hac re Traditionem Patrum ac velutissima plurimum testimonia, que satis esse non dubitandum sit. Generalis Franciscanorum, quos Observantes vocant, Sacramenta omnia ex sanguine lateris Christi vim suam sumpsisse aiebat, tuncque Christum in statu merendi non fuisse, sed omnia ex precedenti ejus voluntate, qua passioni se subjecerat, profluxisse.

« Laynez Generalis Jesuitarum copiose idem affirmavit, nam cum questio facti sit, cui nemo interfuit, necessario ad testes recurrentum esse, unde probatio sumatur. Cum vero auctores multi Apostolorum temporibus propinquui, tum vero alii sancti Catholicique viri idem attestentur, plane videri eorum auctoritalibus standum esse, quod præterea multis aliis rationibus corroboravit, ostendens actiones Christi semper profuisse, tametsi omnia, ut plurimum, cruci ipsi tamquam extremo actui, et in quo majorem omnino charitatem patefecit, soleant assignari.

98. « Secunda opinio præcedenti contraria a Granatensi primum proposita fuit, quem alii nonnulli sunt secuti. Nam Bracharensis Sacrificium in cœna non expiatorium, sed Eucharisticum tantum fuisse aiebat, cum alias sequeretur, Christum nos aale crucem redemisse, hocque sensu auctoritates omnes interpretabatur, loquentes Christum in cœna sacrificasse, ut de sacrificio laudis et de gratiarum actione accipiabantur.

« Idem Lancianensis ac Vegliensis, qui

duplicem Christi oblationem fuisse aiebant, alleram generalem in omnibus ejus actionibus, quas nascens, docens, peregrinans, jejunansque Patri offerebat: alteram spiritualem, qua peccata nostra expiabat, quod ante Crucem ab eo praestitum non fuisse, ut nec canone Missa hujus expiationis in cena mentionem ulcam fieri, nec Ecclesiam unquam id tradidisse asserebat, quinimo S. Thomam satis id sentire in 3 part. q. 46, art. 9, et q. 73, art. 3, sed clariss. Ecumenium auctorem Graecum, quem cardinalis Warmiensis in lib. confessionis sue cap. 53, citat.

99. « Mutinensis idem affirmavit, sacrificium in cena fuisse Eucharisticum, quod nobiliss. et praestantius multo ceteris sacrificiis censematur, cum totum ad Deum adorandum et glorificandum, sicuti holocaustum, dirigetur; ad haec rationem illam adduxit, divinam justitiam statuisse, ut mors mortem redimeret, quapropter licet unica sanguinis gutta mundum servare potuisset, quoniam tamen id divinæ justitiae non respondisset, idcirco non tam oblationem, quam oblationis modum necessarium fuisse, qui sufficeret, videlicet ut mors ipsa et sanguinis effusio sequeretur. In qua sententia existimare se non Ecumenium tantum, sed Augustinum etiam fuisse, idque jurejurando etiam posse pene affirmare.

« Nicosiensis, non dubitari, an Sacrificium id fuerit propitiatorium, cum omnia Christi opera ejusmodi fuerint, sed id potius, an ex oblatione in cena expiata fuerint omnia peccata nostra, qua in re necessario respondendum esse, hoc soli cruci atque ejus morti tribendum, cum nihil aliud sonet totum Testamentum Vetus et Novum, nisi a Cruce Domini salutem nostram pendere, ante quam nondum erat victoria parva, licet multa oppida jam expugnata. Quid enim si Apostolus aliquis ante mortem Christi obiisset? utique non ille in celum statim ascendisset, cum nondum Christus ad inferos descendisset. Colim briensi et Sarzanensi idem videbatur, cum Paulus ad Hebreos dicat sine effusione sanguinis non fieri remissionem peccatorum ».

100. Ex his igitur duabus contrariis inter se opinionibus tercua conflata est eorum, qui respondebant in doctrina<sup>1</sup>, Christum se obtulisse simpliciter, sed non propitiatorio, cum enim ex certo nullo Scriptura loco hoc colligatur, non posse canonecum cum anathemate condii, nisi saltem prius inter theologos minores res diligenter exentiatur, indeque quod verius visum fuerit, sanciatur. Quod sane Patres multi tanquam tutius crediderunt, quibus et aliqui ex iis, qui priores sententias defenderant, veluti

Lancianensis, Clodiensis, Mutinensis, Quinqueclesiensis, Segobiensis, Theanensis, Senogallienensis, Tropiensis, Auriensis, Almeriensis, Colim briensi facile adhaerebant.

Porro alia etiam aliquorum fuit sententia, qui variis distinctionibus opiniones conciliare, et quo sensu singula accipienda essent, expouere conati sunt, etc. Conclusum demum est, Christum se obtulisse in cena, ut in decreto videbimus. Subdit Gabriel Paleottus :

« Quod ad Missam prohibendam, ne lingua vulgari sermone habeatur, Jaderensis dixit, sibi minime improbandum videri morem in Dalmatia, ut post Latinum Evangelium vulgare etiam subjiciatur, quo nationes illæ magis instruantur. Omnes tamen Patres canonem, quo Missa lingua vulgari prohibetur, valde commendarunt ».

Ineunte Septembri Lansacu Gallicus orator productis Caroli regis et Catharinæ reginæ litteris<sup>2</sup> significavit plures Galliarum præsules ac doctores Sorbonicos ad Concilium regio jussu venturos, rogavitque, ut Sessio, in qua decretum de Sacrificio Missæ incruento promulgandum erat, differretur, donec ii accessissent. At cum nimium cunctarentur Galli, non retardanda ultra medium Septembrem Sessio visa est.

Post graves itaque concertationum aestus, confecti sunt canones, doctrinaque de Sacrificio Missæ illustrata, quæ decreta in pluribus Congregationibus a die vigesima secunda Augusti ad decimam Septembribus discussa summa consilio maturitate fuerunt.

101. *Sexta sessio sub Pio IV: decreta et canones de sacrificio Missæ.* — Decima septima Septembribus celebrata est sexta Sessio, in qua sacrosanctis mysteriis solemnri ritu peractis Carolus Vicecomes Vintimiliensis episcopus orationem habuit, quæ summa beneficia, quæ a Deo in universam rem publicam Christianam per Concilia Ecumenica conferuntur, ita demonstravit<sup>3</sup>:

« Per magna est Conciliorum virtus, nam in sacrosanctis et legitimis ac universalibus Conciliis, que sint canonicae Scripturæ, sanciendo definitur, heretici convincuntur, hereses condemnantur, mores emendantur cum populo rum tum sacerdotum, dissidentes nationes reconciliantur, rebelles Ecclesiastice potestati principes puniuntur, anathemate feriuntur, regnis et imperiis quandoque privantur. Conciliis schismata sedantur, Summorum Pontificum gloria et auctoritas, cui semper ab impiis detrahitur, Conciliorum celebratione fit clarior semper et illustrior. Proinde, Patres optimi, conjunctis animis, copulatis voluntatibus com-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gab. Paleot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24, p. 145.

<sup>2</sup> Ext. in Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 134. Ep. CLXII. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. circa med.

innem causam suscipite, ut facitis, et curate omnibus animi ingenique viribus vacillantes confirmare; subjectis parcite, lapsis ignoscite, inobedientes et pertinaces debitis poenitentia afficie, universos, in quantum in vobis est, ad Romanæ Ecclesiæ Matris omnium obedientiam perducite ».

102. Postmodum decreta e suggestu perfecta fuere, rogatisque Patrum sententiis, confirmata, quæ in Ms. Vaticani archivii ex subjecta verborum formula referuntur<sup>1</sup>:

### DOCTRINA DE SACRIFICIO MISSÆ.

« Sacrosancta, OEcumenica et generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis legatis, ut vetus, absoluta, atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistie mysterio in sancta Catholica Ecclesia fides atque doctrina retineatur, et in sua puritate propulsatis erroribus atque haeresibus conservetur, de ea, quatenus verum et singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, et fidelibus populis prædicanda decernit.

### MISSAM ESSE VERUM SACRIFICIUM A CHRISTO DOMINO INSTITUTUM.

#### Caput I.

« Quoniam sub priori testamento, teste Apostolo Paulo, propter Leviticis sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat, oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, D. N. Jesum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare et ad perfectum adducere. Is igitur Deus et Dominus noster, etsi semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblatus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotum ejus extinguendum non erat, in coena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae sponsa sua Ecclesia visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo eruentum illud semel in Cruce a Christo Domino institutum peragendum representaretur, ejusque memoria in finem usque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, que a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc Novi Testamenti sacerdotes

constituebat, ut sumerent tradidit: et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent præcepit per haec verba: *Hoc facite in meam commemorationem, uti semper Catholica Ecclesia intellexit et docuit. Nam celebrato veteri Paschate, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudine filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum, et in regnum suum transtulit. Et haec quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest; quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in Gentibus, in omni loco mundam offerendam prædictit, quam non obscure innuit Apostolus Paulus Corinthiis scribens, cum dicit: Non posse eos, qui participatione mensæ demoniorum polluti sunt, measus Domini participes fieri, per mensam altare utroque intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ et legis tempore, similitudines figurabatur; utpote, quæ bona omnia per illa significata, velut illorum omnium consummatio et perfectio complectitur.*

### MISSÆ SACRIFICIUM ESSE PROPITIATORIUM PRO PECATIS ET POENIS, ET PRODESSE VIVIS ATQUE DEFUNCTIS.

#### Caput II.

« Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruento obtulit; docet sancta Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde, et recta fide, cum metu et reverentia contriti ac penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus gratiam et donum penitentia concedens crimina et peccata etiam ingentia dimittit: una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus quidem oblationis cruenta, inquam, fructus, per hanc incruentam uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis et poenis, sed pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, rite juxta Apostolorum traditionem offertur.

### DEO SOLI OFFERRI SACRIFICIUM MISSÆ.

#### Caput III.

« Et quamvis in honorem et memoriam

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3622. p. 171.

sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illas coronavit: unde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens eorum patrocinia implorat; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in celis, quorum memoriam facimus in terris.

**CANONEM MISSE AB OMNI ERRORE PURUM  
SANCTUMQUE ET PIUM ESSE.**

*Caput IV.*

« Et cum sancta sancte administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut digne reverenterque offerretur ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante seculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerrentium in Deum erigit: is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

**RITUS ET CEREMONIE, QUE IN MISSA ADHIRENTUR,  
RETINENDE SINT.**

*Caput V.*

« Quinque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli, propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quadam submissa voce, alia vero elatiore in missa pronuntiantur, instituit. Ceremonias item adhibuit, et mysticas benedictiones, lumen, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa ex Apostolica disciplina et traditione, quo et maiestas tanti sacrificii commendaretur, et menles fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, que in hoc sacrificio latent, contemplationem excitantur.

**MISSAS PRIVATAS LICITAS ESSE, NULLIQUE  
MODO DAMNANDAS.**

*Caput VI.*

« Optaret quidem sacrosanta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen si id non semper fiat, propterea Missas illas in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat atque adeo commendat: siquidem ille quoque Missa vere communes censerit debent; partim, quod in eis populus spiritualiter

communicet, partim vero, quod a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

**AQUAM VINO MISCENDAM IN CALICE  
IN MISSA OFFERENDO.**

*Caput VII.*

« Monet deinde sancta Synodus, praeceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miscerent: tum quod Christum ita fecisse credatur, tum etiam quia et latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentum haec mixtione recolitur, et cum aqua in Apocalypsi B. Joan. populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio representatur.

**MISSAM NON CELEBRANDAM LINGUA VULGARI, SED  
CUJUSQUE ECCLESIE RITUM OBSERVANDUM.**

*Caput VIII.*

« Elsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non famen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cuiusque Ecclesiae antiquo et a S. R. E. omnium Ecclesiarum matre et magistra probato rito, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis, mandat sancta Synodus pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel perse, vel per alias ex iis que in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter celera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquid declarant diebus praesertim Dominicis et festis.

*Caput IX.*

« Quia vero adversus veterem hanc in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundam fidei, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque a multis docentur atque disputantur; sacrosanta Synodus post multos gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, que huic purissima fidei, sacreque doctrinae adversantur, damnare, et a sancta Ecclesia eliminare per subjectos hos Canones constituit.

**DE SACRIFICIO MISSÆ<sup>1</sup>.**

**CANON I.**

« Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium Sacrificium; aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Chrislum ad manducandum dari, anathema sit.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 172.

## CANON II.

« Si quis dixerit illis verbis : *Hoc facite in meam commemorationem*, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi aliqui sacerdotes offerrent Corpus et Sanguinem suum ; anathema sit.

## CANON III.

« Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis et defunctis pro peccatis, pœnis, satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere ; anathema sit.

## CANON IV.

« Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in Cruce peracto per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari ; anathema sit.

## CANON V.

« Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in honorem sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit ; anathema sit.

## CANON VI.

« Si quis dixerit, Canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse ; anathema sit.

## CANON VII.

« Si quis dixerit cæremonias, vestes et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse, magis quam officia pietatis ; anathema sit.

## CANON VIII.

« Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, adeoque abrogandas ; anathema sit.

## CANON IX.

« Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanae ritum, quo submissa voce pars Canonis et verba consecrationis preferuntur, damnamendum esse : aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere : aut aquam non miscendam esse vino in Calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem ; anathema sit ».

Adjuncta his est admonitio de pietatis cultu in celebrando Missæ sacrificio adhibendo, cum in sacris litteris percellantur minis, qui opus Dei negligenter faciunt.

103. *Examinatur questio an sint juris divini et residentia et episcoporum auctoritas.* — Exarsit

in Concilio gravis de residentia controversia <sup>1</sup>, an juris esset divini an Pontifici ; subtlerugientibusque initio legatis agere, an juris esset divini, Præsules Hispani accrime instabant, ut ea controversia ventilaretur, e quibus Granatensis et Segobiensis conquesti sunt in litteris ad marchionem Piscariæ, adversari Pontificem, ne decretoria de ea re ferretur sententia, et in eo premi Concilii libertatem, tuendæ enim libertatis Concilii præter modum cupidissimi fuere Tridentini præsules, adeo ut cum Pontifex nonnullorum episcoporum egestatem sua liberalitate levasset, exclamarent nonnulli <sup>2</sup>, Concilii libertatem ex eo lesam, sed quam immerito, evidenter dignosci potest ex eo, quod Pallavicinus recenset. Porro Lansacus Gallicus orator sentiebat cum nonnullis non discutiendum, an residentia foret juris divini, sed curandum maxime, ut præsules ad residendum adstringerentur. Itaque tunc de residentia agendum decreatum est, cum de Ordinis sacramento ageatur.

104. Sed quoniam, ut scriptum est, cortina cortinam trahit, dum agitur de residentia, actum quoque est de episcoporum jurisdictione, ac xx Octobris episcopus Segobiensis multis argumentis probavit, episcopatum jure divino esse institutum, episcoporumque auctoritate labefactata, Pontificum labefactandam auctoritatem, atque ab eo hæc verba repetita Carolus Vicecomes <sup>3</sup> cardinali Borromæo retulit : « Quod potestates jurisdictionales traduntur episcopis a Deo, sed exercitium jurisdictionis traditur a Pontifice, cum applicatio personæ et divisio materie ad cum pertineat, episcopatus autem non est propriæ episcopatus sine potestate jurisdictionali ; probaturque ex Anacleto, dari potestatem, cum episcopi consecrantur, et quod potestas supernaturalis traditur episcopis a Deo, quæ auferri non potest, quamvis degradentur, et cum illa potestas per manuum impositionem, per unctionem consecrationis et signa externa tradatur episcopis, sequitur, quod episcopatus sit ordo, et quod sit de jure divino, quemadmodum etiam presbyteratus, ita quod si concedatur hierarchiam esse, necessario sequitur, episcopatum Ordinem esse, cum hierarchia ex duabus tantum membris constare non possit, Ordines autem sacri non sunt, nisi diaconatus et presbyteratus, ergo necessario episcopatus erit addendum : et quod omnes Pontifices usque ad Sylvestrum observaverunt, quod episcopatus est Ordo a Deo immediate, et dixerunt hoc in Epistolis suis, vel ex professo, vel incidenter ».

Monuit Vicecomes <sup>4</sup> eumdem Borromæum xxii Octob. nonnullos præsules inferre, quando

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3622, p. 173. pag. 2. Lit. Leg. card. Ext. in Ms. Fr. card. Barb. sig. 1344. — <sup>2</sup> Ib. Ep. LXXXVII. — <sup>3</sup> Carol. Vicecom. in lit. ad card. Borrom. Ext. in Ms. card. Jo. Bapt. Spade p. 79. — <sup>4</sup> Ib. p. 93. Ib. p. 91. Ib. Ep. ciii.

episcopi jure divino sint instituti, claves non tantum Petro, sed etiam episcopis collatas, necnon xix Novembris scripsit, plures contendere, a Pontifice non conferri potestatem jurisdictionis, sed locum in quo exercetur, Laynem<sup>1</sup> vero supremum Societatis Jesu Prepositum in Congregatione generali disseruisse pro auctoritate Sedis Apostolice, illustrasseque datam immediate Pontifici potestatem jurisdictionis, et contraria argumenta diluisse: « Quo auditio », narrat Sacchinus, « multi postea conati sunt qua dixerant explicare, et ad sensum commodiorem trahere: multi aiebant, si que tum audiverant, audiissent prius, fuisse aliter sensuros, nec pauci ingenue et candide sententiam retractarunt. Legati Pontificii testati sunt, non vulgare eo die unius hominis meritum in Sedem Apostolicam extitisse ».

Exorta est etiam inter praesules disceptatio<sup>2</sup>, an Pontificis auctoritas augustinus esset Concilii auctoritate, vel e contra, Gallosque ad contrahendam Pontificiam auctoritatem incumbere scripsit Vicecomes ad eundem Borromaeum, jactalaque ab Hispanis et Gallis nonnullis haec verba, ut fieret reformatio in capite et in membris. Porro Pontifex instaurari omnium Ordinum disciplinam gerebat maxime in volis, Apostolicae tamen auctoritali delrahiferre non poterat. Cum vero ex his controversiis augeri in dies dissidia possent, proximo anno Ferdinandus Cesar Zachariae Delphino, Pontificio in aula Cæsarea internuntio, consuluit, ut rogaret Pontificem, ne controversiam hujusmodi in Concilio declarandam urgeret, nisi Patres universi consentirent, neve administrari Pontifici res non necessarias in medium adducerent deliberandas, de quibus Delphinus<sup>3</sup> legatos Tridentinos xx Junii certiores fecit, optimumque visum est Cæsareum consilium, quo omnes occasiones serendi sermonis de auctoritate Pontificia declinate sunt.

Dum vero nonnulli principes de emendandis curiæ Romanae corruptelis agerent, etiam de iniqua regum et principum in Ecclesiasticum Ordinem usurpatione coercenda, keisque immunitate sacerdotali tuenda actum est, ac tum quidem in Gallis gravissime labefactari jus Ecclesiasticum ab administris regis significabatur. In primis senatum regum de causis appellationum circa Ecclesiastica sacerdolia cognoscere; secundo Rescriptorum Pontificiorum executionem impediri; tertio judicare de possessorio jure sacerdotiorum; quarto regem propria auctoritate decumas imperare clero, atque ab eo exigere; quæ proximo anno usque adeo exercere, ut regii administris in eam prouperint licenciam, quod suaserint regi, jure ab

eo invadi bona Ecclesiastica atque distrahi posse. Insuper etiam Ferrerius preses acerbissime adversus conditas a Patribus leges pro temperanda principum licentia, defendendoque jure Ecclesiastico declamavit; qua germinantia in dies dissidia sopitus Cæsar<sup>4</sup> oratoribus suis in mandatis dederat, ut legatos cardinales ad pratermittendum reformationis caput ad principes laicos pertinens hortarentur.

103. Manavit interea fama<sup>5</sup>, Pontificem graviore morbo implicitum decumbere, quapropter nonnulli, inter quos Lansacu Gallorum regis orator, sermones de creando in Concilio Pontifici, vacuo sacrosancto solio, disseminarunt; cum vero ex ea re graviora conflari pericula potuerint, alque etiam nonnulli subiecendi Concilio Pontificis inania consilia essent meditati, quod antea decreverat Pius, e morbo recreatus edita Constitutione firmavat, ut si Concilio Tridentino non perfecto solium sacrosanctum vacuum fieret, Romæ a cardinalibus, non vero Tridenti a Concilio novi Pontificis electio celebraretur, ad schismatis rerumque novandarum discrimina avertenda, ita ut absentes cardinales, quamvis legati et latere Apostolici absentie suæ causa electionem celebratam oppugnare, vel infringere non possent.

106. *Orator regis Poloniæ a Concilio recipitur.* — Ab his ad ea, quæ in Concilio acta sunt<sup>6</sup>, revertamur, in quo xxiii Octobris MDLXII, hora xxi, habebat Congregatio generalis, in qua comparuit primum Rev. Dom. Valentinus Heribertus episcopus Premisiensis orator Sigismundi Augusti Poloniae regis, qui litteras regias exhibuit his verbis conceptas:

« Sigismundus Augustus, Dei gratia rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Moscovite, Samogitiæque etc. dominus et haeres, reverendissimus in Christo Patribus dominis sanctæ Romanae Ecclesiæ cardinalibus, ac sacrosancti concilii Tridentini legatis cælebrisque reverendis et venerabilibus dominis epis copis, abbatis, Ordinum generalibus, et aliis omnibus Universale OEcumenicum Concilium Tridentinum repræsentantibus, amicis nostris clarissimis, salutem et benevolentie nostræ commendationem.

« Reverendissimi in Christo Patres, et reverendi et venerabiles domini amici nostri charissimi. Fecimus pro officio nostro regio, ut ad hunc celeberrimum, et sacrosanctum dominationum vestrarum conventum ablegaremus nostro nomine reverendum in Christo patrem Valentiniu Heriburthum episcopum Praenisiensem oratorem nostrum, cui quoniam nostro nomine quedam ad dominationes vestras re-

<sup>1</sup> Ext. lit. Delphini in Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. xxii.

<sup>2</sup> Joan. Vicecom., in lit. ad car. Borrom. in Ms. card. Jo. Bapt. Spade p. 112. — <sup>3</sup> To. x. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 4197. pag. 155.

<sup>4</sup> Par. 2. Hist. Soc. 3. — <sup>5</sup> Carol. Vicecom., in lit. ad car. Bor. — <sup>6</sup> Ext. lit. Delphini in Ms. arch. Vat. sig. num. 3216. Ep. cxii. Car. Vic. in lit. ad car. Bor. p. 115 et 118.

nuntianda commisimus, ab iis petimus, ut eum disserentem benigne audiant, ipsiusque verbis non multo minus quam nostris fidem adhibeant: quas optime valere cupimus. Datum Wilnae die vi mensis Septembbris anno Domini MDLXII, regni vero nostri anno xxviii.

His litteris altiori voce perfectis, Polonus orator orationem habuit, in qua haec praeципue est locutus:

« Quod in tanta oppugnatione, ac magnis procellis Ecclesiae sacrosanctum hoc Concilium, velut praesens auxilium, ac gratissimus sol illuminat, id primum Dei benignitati, deinde beatissimo ac maximo Pontifici Pio IV merito acceptum ferre debemus. Quas enim ille Pontifex impensas, quos labores, quas curas non suspectum ac pertulit, priusquam hunc vestrum sanctissimum gravissimumque cœtum coegerit? Quæ igitur illi pro tam ingenti divinoque beneficio pœmia, quæ honoris insignia, quæ laudum monimenta ab Ecclesia non debentur? » Et paulo post: « Tum vero illud non importune Dei benignitate accidit, quod ad Ecclesiae salutem defendendam tuendamque pius et invictissimus imperator, et alii Catholici reges, principes resquepublicæ magno studio, ut ex hac oratorum clarissima magna frequentia cognosci potest, consentiant; quodque serenissimus ac clementissimus Dominus meus rex non dissentit in hac tam pia causa a reliquis Catholicis regibus. Is vero cum illis mente, voluntate, studio ac virtute ad conservandum veterem illum Catholicæ religionis statum vehementer consentit, ac in eo studio se cum regiis facultatibus suis huic sacro sancto Concilio non defuturum offert atque pollicetur. Nam cum is serenissimus rex meus sapientia, justitia, fortitudine, temperantia, omnique illo pulcherimo choro virtutum stipatus ac in primis ornatus sit, tum pietatis tanto, quantus esse maxime potest, lucet splendore. Quot enim is tempta delubraque, honoris et cultus Dei Optimi Maximi gratia, magnifice extruxil, ac copiose amplissime que dedit: quantum extat ejus studium in vera religione augenda, dilatanda, ac etiam ad barbaras gentes regno suo vicinas proferenda! Jam vero quanto studio contendat et elaboret, ut haec lues tetra, quæ nostro sœculo plerasque Europæ provincias pervagata est, sin minus funditus evelli, saltem reprimi et sopiri queat, nos qui regni illius incole sumus, testes locupletes esse possumus. Sed quid omnia serenissimi mei regis pietatis certissima signa persecui necesse est, cum non mediocre ejus rei documentum sit, quod cum ipse regni ac belli negotiis gravissimis impeditus, ad hoc sacrosanctum Concilium venire non posset, me licet indignum suum oratorem misit? Noluit enim pius rex in hoc totius Christiani orbis de componendis dissidiis religionis ardore a beatissimi maximis

que Pontificis, ac ab omnium Catholicorum regum studio, studium quoque suum abesse etc. »

107. Attulit deinde orator tardioris adventus causas, nimirum in veteri more et instituto regni Polonici esse, ut in regni comitiis legationes decernantur; cum vero rex aliquot annis a regno suo in remotioribus regionibus belli negotiis vehementer impeditus abesset, nec regni ordines cogere posset, diutius pro sua pietate se non continere potuit, quin oratorem ad Concilium, non expectato comitali decreto, allegaret, ut præmaturus potius quam tardior adventus æstimari possit: denum Patres cohortatus est, ut pestiferum hæreseos virus extinguant, cui hisce verbis responsum est<sup>1</sup>:

« Responsum datum oratori regis Poloniæ a sacrosancta Tridentina synodo, in publica Congregatione, die xxii mensis Octobris MDLXII.

« Reverendissime et illustrissime domine orator, Sigismundi Augusti optimi ac potentissimi regis vestri singularis pietas et excellens juvanda Catholicæ Ecclesiae studium adeo perspectum sanctæ Synodo semper fuit, ut quemadmodum summa cum lætitia et voluptate ejus legatum advenientem exceptit, ita certe nullam moram, et tarditatis excusationem ab ejus majestate expectandam esse unquam existimat. Cum enim serenissimus Poloniæ rex is sit, qui acceptam a clarissimis regibus majoribus suis Catholicæ fidei veritatem non solum ipse constanter retinuerit, verum etiam optimis legibus et continentibus prope bellis, a nefariorum hominum scelere atque impetu defendendam summa cum laude suscepit, satis per se saneta Synodus intelligebat, eum celeberrimo huic atque legitimo totius orbis Concilio animo interesse, eamdemque pietatem omni tempore sanctæ Dei Ecclesiae reipsa præstiterum esse, quam invictissimus Cæsar, caeterique Christiani orbis reges, ac populi missis legationibus professi essent. Accedebat autem Illosii cardinalis amplissimi aspectus praesentiisque ad declarandam regiam mentem et voluntatem, veluti magnus aliquod atque illustre testamentum: neque enim dubitari poterat, Sigismundum Augustum regem omnia, quæ ad sacrae hujus Synodi decus et ornamentum pertinerent, summo studio curaturum esse: in qua difisione sua hominem Apostolicæ Sedis legationem obire perbenigne pateretur. Itæ igitur sunt, præclarissime orator, quæ haecnus fecerunt, ne ab hoc Generali Concilio regis vestri pietas et auctoritas abesse videretur. Verum quando per legatum summæ religionis, et prudentie, et integratatis laude præditum adesse voluit, hoc quidem sancte Synodo eo jucundius accidit, quod intellexit, ejus majestatem non expec-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 1397. p. 156 et 366.

tatis regni comitiis de hac re deliberasse; ne scilicet cum ea longius differrentur, aliquod pietatis officium ab optimo et religiosissimo rege defuisse illis videri posset, qui minus sincere atque invidiose Catholicorum principum facta interpretari solent. Quare sancta Synodus regiam majestatem de honorificentissima legatione, deque ejus in Catholicam et Apostolicam Ecclesiam egregia voluntate maximas gratias agit. Deinde vero te, reverendissime domine, non solum quia illius regis, cui nihil antiquius vera religione unquam fuit, personam geris, sed quia Iosii cardinalis et legati amplissima laudatione ornatus, non potest hoc munere non dignissimum judicare, libertissime excipit, mandatumque tuum, prout juris est, admittit. Quod autem sanctam Synodum hortaris, ut Dei causam, quam suscepit, ita tueatur, ut aliquando sancta Ecclesia pristinam dignitatem recuperare queat, illa quidem sua sponte incitata in hanc curam omni cogitatione incumbit, lætaturque Dei misericordia, tam præclara divini hujus operis fundamenta jacta esse, ut divina ope et auxilio freta speret fore, ne cum sibi a Pio IV Pontifice Maximo, cuius virtutem immortalitati consecratam omnes ætales admirabuntur, summa constituenda Ecclesiæ adjumenta suppeditata fuerint, ipsa suo muneri et officio defuisse existimari possit ».

108. *Proponitur decretum de residentia.* — Dum Tridentum Gallicani Patres properant, sexta Novembbris celebrata est Congregatio generalis hora xvi, in qua decretum de residentia perfectum est prefante illi cardinale Mantuano subjectis verbis<sup>1</sup>:

«Debitores illi, qui solvendo sunt, cum tempus venit, creditoribus suis debitum persolvunt, nulla diei prolatione petita. Nos in eorum debitorum numero sumus, qui solvendo sunt, propterea ad diem, quod vobis debemus, dissolvere volumus. Vos memoria tenetis, cum his mensibus orta inter vos esset contentio, an residentia esset juris divini, neene, qua ad gravissimas verborum contumelias pene descensum est, me dixisse, ut alteratio sedaretur: non esse eur de residentia contendenter, cum de ea agendum esset, cum de sacramento Ordinis pertractaretur. Quare cum Dei benignitate de sacramento illo jam tractatum sit a theologis et a vobis, et doctrina et canones confecti sint, quamvis non omni ex parte emendati, nunc de residentia cogitare poteritis, sed antequam de residentia suo tempore dicere sententias incipialis, duo a nobis exponenda vobis sunt. Unum, de quo admonitos vos esse volumus; alterum quod ab humanitate vestra magnopere cupimus. De quo a nobis admonendi estis, illud est. Cum in illa generali Congregatione, quæ habita est

decima die Martii hujus anni, in qua multos articulos reformationis proposuimus, quorum caput illud fuit, considerent Patres qua ratione fieri possit, ut patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, præterea omnes curati in suis Ecclesiis residerent, non fuisse propositi nostri, ut alia ratione de residentia tractaretur, quam in superiorum temporum Conciliis tractatum fuisset, nemper per præmia et per pœnas. Cum enim videremus multa incommoda inventa esse ex episcoporum absentia a suis Ecclesiis, et speraremus ea omnia tollti posse ex præsentia, proposuimus vobis canonem illum residentiæ, ut vos novas excogitaretis pœnas et præmia, quibus tanquam vineulis arctioribus episcopi abstringerentur ad residentiam, sed nescio quomodo oratio vestra a propositione nostra deflexit ad querendum, an residentia esset juris divini, neene, que res magnas excitavit contentiones et turbas, et majores excitatura esset, si de ea re iterum disputaretur. Quare pacis et concordia causa deliberavimus vobis proponere decretum, in quod conjecta sunt præmia et pœna fere omnes, que excogitari possunt, quibus episcopi cogerentur obsequium praestare Domino nostro in Ecclesiis suis residendo. Haec ratio pœnarum et premiorum placet Cæsareæ majestati, et serenissimo Hispaniarum regi, et speramus placitaram Christianissimo regi, ac illustrissimo cardinali Lotharingia, et Gallicanæ Ecclesiae, quam secum adducit. Nam cum his diebus illustrissimus orator de Lansaco nobiscum esset, et in sermonem residentiæ incidisset, dixit, se non magnopere laborare, quo jure episcopi residerent, sed ut omnino residerent; quod ministro placuit tanti iudicii, placitum speramus regi suo. Sed nostrum fuit decretum proponere, vestrum vero de illo judicare, quod, ubi ego dixero, secretario perlegetur. Illud vero quod a vobis impetrare cupimus, est, ut cum de decreto et de tota re disseretis, de ea disserere velitis ut decet sanctos, qui hoc tempore non sub modio, sed super candelabrum positi sunt, ut omnes videant, qui in domo Dei sunt: ut decet graves, doclos et prudentes viros, qui non continentibus jurgiis contumeliisque agere debent, sed rationibus desumptis a sacra Scriptura, a sacris canonibus et ab auctoritatibus probatissimorum Ecclesie Dei doctorum; ut denique decet eos, qui ut memoriam præteritarum contentionum abolere velint, modeste, graviter sedateque loqui debent. Haec si feceritis, ut speramus et confidimus, nobis rem gratissimam facielis, ipsis vero maximam laudem consecuturi estis non a nobis, sed ab eo, in quo gloriari oportet, si unquam gloriari expedit, cui laus et gloria sit nunc et in eterna sæcula ».

109. *Cardinalis Lotharingus, præsulibus et oratoribus Gallis stipatus, Tridentum appellat.* — XIV Novembbris Carolus cardinalis tit. Sanctae-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. 1119. p. 93.

Cæciliae e Lotharingia Tridentum ingressus est multis præsulibus Gallis ac theologis Sorbonicis stipatus, ac deinde vigesima tercia ejusdem mensis, cum in concessum solemnum Patrum admissus esset, regi oratores litteras<sup>1</sup> Caroli IX Galliarum regis Christianissimi ad Patres Concilii datas præsidibus legalis porrexere, quæ in Latinam linguam conversæ perfectæ sunt subjectis verbis conceptæ :

« Carolus Dei gratia Francorum rex, sanctissimus et reverendissimus Patribus in sacro Tridentino Concilio congregatis, salutem. Etsi ea fuit Dei Optimi Maximi voluntas, ut jam inde ab ineunte astate, nos ad tanti hujus regni imperium vocarit, ejusque altæ et infinitæ judiciorum prudentiæ placuit nobis committere hujus principiatus initia adeo tumultuum et civilium bellorum plena, ut nulla illius vel minima provincia inveniri possit quæ hisce calamitatibus careat : oculos tamen pueritiae nostræ hac ipsa divina bonitas ita aperuit, ut tantorum malorum causam facile judicaverimus non aliande, quam ex varia et multiplici de religione opinione, qua populus noster imbutus est, processisse : cognoscamus et jam hujus gravissimi morbi remedium non ab hominum prudentia esse petendum, sed a Deo vivo et inexhausto \*misericordiarum fonte, qui requirentibus eum ex animo, sive nominis gloriam et honorem spectantibus nunquam defatigatur beneficia et gratias conferre. Itaque eodem sancto Spiritu ducti, cum primum regia corona sumus insigniti, nihil nobis magis fuit in votis, quam cum majorum nostrorum exemplo ad sacros conventus velut ad ejus ægritudinis unicum et præsens medicamentum confugere, tum in bone memoria Francisci regis, domini et fratris nostri amantissimi vestigiis permanere, et quanto potuimus studio et diligentia, hanc ipsam, in quam nunc ex variis orbis terrarum partibus convenistis, celeberrimam Synodus expetere. Ac illud quidem gravissime tulimus nos, qui hujus instituti adeo pii et optati auctores fuimus, non tamen efficere potuisse, ut prælati nostri in hoc generale Concilium primi convenerint, sed hujusmodi dilationis causam, et alii omnes, et vos ipsi necessariam judicastis. Cumque amantissimum et dilectissimum consobrinum nostrum cardinalem Lotharingum archiepiscopum ducem Rhenensem primum Francie parem, inque illius comitatu aliquot regni nostri episcopos et abbaties advenire videatis, nihil quidem a nobis cum simulatione aut exquisitis diffugiis, sed omnia serio, piaque et sancta voluntate gesta esse facile existimabitis. Causa autem, sanctissimi Patres, propter quam consobrinum nostrum ad vos misimus duplex est. Altera quod

ille munieris sui non oblitus, quique optime novit, quid Ecclesiastica professio, horumque temporum calamitas ab eo suique ordinis hominibus requirat, saepius et vehementer islhuc eundi facultalem a nobis petit et optavit. Altera, quod ille a teneris annis ad secretiora nostra consilia evocatus, et in regni nostri negotiorum administratione educatus, optime novit fontes et origines tumultuum nostrorum, quibus rebus egeamus, ut ii sedari possint : cique in mandatis dedimus, ea vobis exponere, et quæ a prudentia vestra et amore paterno remedia vita expectari possunt, non solum propter regni nostri tranquillitatem, sed etiam totius reipublicæ Christianæ salutem, a vobis impetrare : cum enim pre oculis, quis sit verus et purior Dei cultus, semel habuerimus, poterimus tandem ad laudatam illam et adeo expetitam rerum commendationem, quæ episcoporum incuria et hominum malitia perierat funditus, pervenire, ac in honorem et exaltationem Dei nominis unitatemque Ecclesie antiqua illa Catholica Ecclesie majestas et integritas splendet. Quam rem veluti munere vestro dignam universus orbis jure suo a vobis requirit, camque si feceritis, accedet vobis inenarrabilis remuneratio a manu illius liberali, qui se harum rerum liberalissimum remuneratorem profitetur; reges item, respublike, principesque omnes vobis se merito devinctos existimabunt, vestramque pietatem magna cum vestra laude posteritati commendabunt. Et quia eo est ingenio consobrinus noster, ut ea plane noverit, quæ vos speciatim scire cupimus, obsecramus vos, sanctissimi Patres, illum ut æquo et lubenti animo audiatis, eamque illi fidem, quam nobis, si isthic essemus, adhibeatis. Petentes invicem a Deo Olimpo Maximo, ut vos suo præsidio, totique orbi Christiano diutius conservare dignetur ».

110. Lectis regiis litteris Carolus cardinalis Lotharingius subjecit, eas reginæ matris, et Antonii regis Navarre, ac procerum regni consensu fuisse exaratæ, prolixaque et lugubri hac oratione immanissimas calamitates, quas hæresis in Galliam invexerat, prosecutus est, deque remediis grassanti malo adhibendis peroravit, quæ Gabriele Palæotto<sup>1</sup> in Actis Ms. accurate referuntur :

« Inde, inquit, cardinalis Lotharingius incepit.

« Illustrissimi domini, reverendissimi episcopi. Christianissimus rex Carolus reginæ matris Christianissimæ auctoritate, ac præcipuo regis Navarræ assensu, procerumque omnium conscriptorum consilio has litteras quæ modo perfectæ sunt, decrevit, mihiisque ad vos per-

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 218. Inter Act. Conc. Trid. Gabr. Pal. Ext. typis excusa Brixia ad instantiam Jo. Bapt. Bozolæ an. 1562.

rendas dedit, quarum præcipue ea capita, quæ majorem a me explicationem desiderant, pro ea, quæ mihi credita est, fide, explicabo quam brevissime potero. Hæc, ut meministis, statim in initio rerum regni illius nostri nobilissimi, amplissimi et florentissimi quondam, summisque erga regem fidei et observantia statum et conditionem testantur. Dicam uno verbo non sine incredibili animi dolore, fuimus Galli, fuit ingens gloria Francorum. Ille rerum omnium sunt vicissitudines; manus Domini tetigit nos, clarissimi viri patres et fratres. Hæc nobis justum Dei in ira sua judicium provocaverunt, corrupti omnium Ordinum mores, et Ecclesiastica omnis collapsa disciplina. Has turbas excitarunt haereses non suppressæ, et a Domino Deo nostro instituta remedia tamdiu neglecta. Hinc illæ lachrymæ, et per totum regnum dissidia, rapina, bella intestina et plusquam civilia. Luctus ubique, ubique dolor, et plurima mortis imago. Nec sacrosanctis Dei templis parcitur, presbyteri et religiosi viri ad aras, quas amplectantur morientes, trucidantur, visibilia Sacramentorum signa pedibus conculcantur et comburuntur, passim erecti apparent rogi ex omni genere Ecclesiasticorum ornamentorum, accensæ ex imaginibus dejectis pyræ, additis omnium non solum Ecclesiarum, sed antiquissimarum Bibliothecarum libriss, nec quidquam ex chartis publicis et Instrumentis, quæ ad dotatōnē pertinent, reservarunt, sancitorum reliquiae ruptis altaribus in cineres rediguntur, sunt post haec in profluentem projecti. Horresco referens, nec a summorum Pontificum, imperatorum, principum, episcoporum, et sine discrimine passim aliorum omnium sepulchrī abstinetur, corum maxime, qui de Ecclesia Dei benemeriti per monumenta reperiuntur. Nomen Domini ubique blasphematur, spiritus mendacii in ore omnium est, qui falso verbi Dei ministerium usurparunt, atque ita expulsis pastoribus, alienus ovis custos, fur et latro, ascendit. Postremo [quod longe omnium est gravissimum] juge et sacrosanctum sacrificium apud eos cessat, quod intermissum, quantum ruinam secum afferat et quantum regibus jactaram, et meministis, viri doctissimi, ex Prophetarum oraculis, et experientia jam in magnis imperiis, florentissimis regnis, amplissimis provinciis didicistis, atque in Gallia nunc aspiciatis; regis enim majestas contemnitur, imperia detrectantur, non modo vestigalia, sed proventus etiam negantur, jura omnia et leges silent. Quilibet vindictam, quam exerceat, ex privato odio metitur, ad defectionem populus incitatur, et excusso monarchia, quod aiunt, jugo, anarchia in concessionibus publice proponitur. Ille omnia apud vos cogitate, clarissimi oratores, ne quod in Gallia nunc videre otiosis licet, sera nimis penitentia experiamini, si

mole sua Gallia ex vicinia vos in ruinam trahat. Sed quid vos, sanctissimi episcopi, delineo, aut diutius affligo. Supersunt toti huic nostro malo reimedia. Habemus enim magnæ spei pupillum regem, non tam regni ex legitima successione monarcham, quam religionis et virtutum omnium avitarum haeredem, quem pater Henricus, avus Franciscus excitant, et in quo jam Francisci fratri demortui omnis generis virtutum igniculi reluent. Nec desunt Catharinae reginae viduae et Navarrae regis optima consilia, et infractæ procerum vires. Nullis opibus parciunt, undique auxiliares copiæ comparantur, sitque via vi, sed in nostra viscera, quantumcumque victrix dextera sit, ferrum convertitur, eruunt opes, et sit lamentabile regnum: jamque nulla ad sedandos tantos tumultus aptior via, nullum praesentius est remedium, quam quod ab hac sacrosancta Universalis Ecclesie legitime in Spiritu sancto congregata Synodo expeditur. Huc vos majorum exempta trahunt: hoc Dei verbum docet, ac ut speramus, in promissis suis, quæ nunquam fecit irrita, imperat, atque ita deum ex hoc loco pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, expectatur. Templum enim Dei sanctum est, quod sumus nos, viri Patres, et tametsi divisiones gratiarum sint, omnes tamen nos in uno spiritu, qui in nomine Domini Iesu Christi congregati sumus, quos et dicere necesse est, prout Spiritus Sanctus dabit eloqui. Quæ omnia, ut magis scire potestis, ad bene beateque decernendum ex divino præcepto sunt necessaria. Hæc omnia Christianissimus rex cum sibi satis persuadeat, nec quidquam alienum ab his a nobis expectet, duo tamen præcipua sunt ea, de quibus nos admonet, pro sua in hanc Synodus observantia, et pro ea, quam sentit ex his in religione dissidiis, summa molestia. Primum itaque a nobis posulat, ut quantum fieri poterit, nova dissidii vitium, novas, inquam, et infructuosas relinquamus questiones, ac demum, quantum nobis licet, enitamur ut principes et provinciæ omnes ab armis abstineant: ab hoc desiderio excitandorum bellorum prorsus nos alienos esse oportet, ne qui ex nobis discesserunt, et se ab Ecclesia Dei præsciderunt, existimant, magis hoc conventu principes ad arma excitari, et societas et federa iniri ad bellum quantumcumque sacrum, quam de universalis omnium animorum reconciliatione decerni, solliciti ante omnia servare unitatem pacis. Si quid in ea sententia peccatum est, pareite, queso, Patres amplissimi; Henricus pater auctor fuit pacis, qua in Christiano orbe hactenus tam feliciter servatur, eam quasi testamentum paulo post moriens filio Francisco regi commendavit; hanc Franciscus frater, si nobis tam cito eruptus non fuisset, magna prudentia retinere conabatur. Pupillo et viduae iniquissimas semper turbas, et

bella intestina rex et regina mater valde pertinuerunt, et pacatos subditorum omnium animos, ne quies publica interturbaretur, summa prudentia, ac ut etiam et sexum decet, perpetuo exoptaverunt. Quod etiamis [ut negari non potest] infelicer successor, infeliores tamen belli eventus sunt pertimescendi, ne si omnes in eodem periculo versentur, eadem et tempestate actos, nemo perlicitantes adjuvet, ac sic unum idemque omnes naufragium faciemus. Sumnam propterea rationem haberi desiderial eorum, qui lapsi sunt, ut et illis, quantum ex Deo poterimus, condonemus, quibus et nos amicos esse liceat, sed usque ad aras. Alterum legationis meae caput est, quod jam a principio regi meo Christianissimo cum serenissimo imperatore, et reliquis regibus, et principibus, viris, quorum hic clarissimos viros oratores habetis, fuit commune, nempe ut de reformatione et morum et Ecclesiae disciplina omnino decernatur. De hac iterum iterumque vos admonet, ad eam serio complectendam, qua potest obseruantia hortatur, et per Dominum Iesum Christum, qui judicaturus est vivos et mortuos, obtestatur, si Ecclesiae auctoritate integrum esse vultis, si ejus dignitatem conservare, si jam inclinatum nobilissimae Galliae regnum retineri posse judicatis, nec vos ex vestris comodis nostra incommoda metiri aequum est. Si enim universa haec Italia, si Hispania omnis sedem et clavum tenet, gratulamur vobis, felicissimi Patres; nos quippe excidimus, et vix supremo digito gubernacula retinemus. Ille nobis liceat jure vestro causas a nobis tanta tempestatis exquirere. Quem accusabimus, coepiscopi fratres? quem tanti mali auctorem constituemus? Memini quid velitis, nec memoria excidit vestrum de ea re communе omnium iudicium: hoc non sine innato pudore, et magna anlectio vita penitentia dicere me oportet. Propter nos tempestas haec orta est, virti fratres, propterea mittite nos in mare. Quid addam amplius? habetis confitentes reos, in eos, ut libet, animadverte. Nunc iudicium incipiat a domo Dei, et mundentur qui ferunt vasa Domini. Attendamus nobis et universo gregi. Quiescamus perverse agere et discamus bene agere. Imo potius tu, misericors et bone Deus, per viscera misericordiae tuae attende, placare et fac, adauge nobis fidem, ut sine timore de manu inimicorum liberati serviamus tibi. Nunc viribus opus est, Patres, nunc pectora firmo. Sed vercor, illustrissimi domini et reverendissimi episcopi, ne nimis importune agam, non est enim sponte currentibus addendum calcar. Finem igitur faciam, est enim mea haec a rege expedita legatio. Si quid scire vos amplius oportebit, haec omnia clarissimi regis oratores curabunt. Ego vero, et mecum una, qui ex Galliis advenerunt reverendissimi coepiscopi, in hac

universalis Ecclesiae sacrosancta Synodo testamur, beatissimo domino Pio Pontifici Maximo post Deum in perpetuum subditos esse velle, ejus enim nos in terris primatum super omnes Ecclesias agnoscimus, cuius nunquam imperia detrectabimus, Ecclesiae autem Catholicae et sacrae generalis Synodi decreta veneramur. Vobis illustrissimis et reverendissimis legatis fasces submittimus, sanctissimis epis copis dexteris societas offerimus, et clarissimos oratores testes sententiuarum nostrarum hic adesse vehementer gratulamur, ut Spiritu sancto duce in omnibus, per omnia, et semper honorificetur Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi.

111. Cum finem dicendi fecisset cardinalis Lotharingius, mox primus Concilii praes, is erat Hercules cardinalis Mantuanus, in haec verba respondit:

« Responsum legati<sup>1</sup> ad orationem cardinalis Lotharingi.

« Eo die, quo nos dominatio vestra illustrissima perhumaniter convenit, dixit se mandata Christianissimi regis sui coram sancta Synodo primo quoque tempore exposituram, quamobrem elegimus archiepiscopum Jaderensem virum doctum et prudentem, qui sanctae Synodi nomine illustrissimae dominationis vestrae orationi eleganti, et copiosae, et eruditae, qualem excellens doctrina nobis pollicebatur, atque eventus ipse comprobavit, responderet, atque explicaret quam gratus nobis omnibus accidisset labor quem suscepit, accedendi ad Concilium una cum bona parte episcoporum, abbatum ac theologorum Ecclesiae Gallicanae. Speramus enim ex hac doctissimorum praelatorum accessione magnum incrementum capturam causam Catholicae religionis, miroisque progressus facturam de virtute in virtutem, et correctionem lapsuum et morum, qui hactenus in Ecclesia Dei fuerunt, etc. »

112. Addunt Acta<sup>2</sup> Mutium Calinum Jaderensem archiepiscopum conceptum bisce verbis responsum protixius subjecisse:

« Illustrissime et reverendissime domine. Inter ceteras Christianae reipublica miserias et calamitas, quarum memoriam sacrosancta Synodus, neque deponere, neque sine lachrymis repetere unquam potest, nulla ejus animum cura magis anxium et sollicitum semper habuit, quam seditiones et bellici tumultus, qui religionis causa in florentissimo Galliarum regno commoti et concitati dicerentur, nam cum omni tempore regnum illud firmissimum Catholicae veritatis praesidium et columen jure optimo habitum fuerit, cogebatur sancta Synodus incredibili dolore affici, cum intelligeret ejusmodi factam esse rerum commutationem, ut non in

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 1109. Act. Trid. per Astulph. Serv. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palact. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 222.

una, aut in altera, sed in pluribus ejus provinciis omnia fere impietas, cædes, vastitas occurreret. Accedebat præterea ad augendam doloris acerbitudinem, quod nuntiabatur nobilissimos gentis vestræ proceres, quod scilicet alii orthodoxam fidem labefactatam et eversam, alii defensam et conservatam maxime cuperent, tanto animorum ardore ad arma concurrisse, quanto olim Christianissimi reges vestri totius Gallici nominis consensu pro Christiana religione propaganda, ejusque dignitate recuperanda difficillima saepe bella suscepissent et concescissent. Verum antea cum haec mala sancta Synodus multorum fama et auditione accepisset, graviter sane dolebat, et præsentem incliti regni statum maxime deplorabat, ita tam ut facile credret multo sibi misericordiorem ejus fortunam videri posse, si que aurum sensu perceperal, cernere etiam oculis et propriis omnibus ejus vulnera intueri, ac penitus pernoscere licuisset. Quod quidem illi nunc insperato quodammodo contigit. Etenim illustrissima et reverendissima amplitudo vestra Christianissimi regis litteras, que nuper recitata sunt, oratione sua subsecuta, et verborum copia, gravitate, prudentia, Gallicarum rerum statum et conditionem exposuit, ut eas non commemorasse, sed earum veluti expressam imaginem omnium oculis subjicisse videatur. Quare constanter sancta Synodus afflavit se nullas ei proprias ac præciucas doloris partes concedere, verum eo acerbius hanc calamitatem ferre, quod amplitudo vestra matri sanctæ Synodo charissimæ et dulcissimæ filie ærumnas et incommoda deflet ac conqueratur. Sed tamen in tantis malis animum erigit et confirmat, siquidem brevi futurum confidit, ut Deus reddat pueri regi pristinam majorum suorum, et præsertim avi, parentis ac fratris clarissimorum regum virtutem ac fortitudinem, qua non soluū nefarios hostium conatus reprimere, et audaciam ulcisci queat, sed in tenera etiam aetate singulare aliquod pietatis exemplum ad pulcherrimi facti imitationem posteritati tradere. Deinde vero cum divina clementia atque misericordia, et sanctissimi domini nostri Pii Pontificis Maximi opera et auctoritate hoc sanctum et generale Concilium coactum sit, si unquam antea, nunc certe maxime sperandum est fore, ut verus Dei cultus, discussa errorum caligine, ab omnibus agnoscat, mores emendentur, pax et tranquillitas Ecclesie restituatur; qua in re quemadmodum adhuc sancta Synodus omnem diligentiam adhucbit, ut quæ sui munieris et officii esse intelligebat, Deo adjuvante, perficeret; ita in posterum nihil se de ea cura remissuram, verum si fieri possit, aliquid potius ad eam studii et industrie addituram esse pollicetur ac spondet. Neque vero, illustrissime domine, te impulsore solum atque hortator,

sed multo magis, quod summæ felicitatis loco habendum existimat, adjutore et consiliario id faciet. Novit enim quanta tua sit optimarum artium et præcipue sacrarum litterarum scientia, maximarum rerum usus atque tractatio, apud regem potentissimum summosque principes existimatio et auctoritas, et quod caput est, pietas in Deum, vita integritas et innocentia, ac cura et Catholicæ religionis sincerum studium. Quæ quidem tot et tanta sunt, ut quid potissimum in te homines laudare debeant maximarum-ne virtutum cumulum, an in quoque genere absolutam et perfectam earam formam merito dubitari possit. Illud autem exploratissimum sancta Synodus habet, tam multa ab illustrissima amplitudine vestra ad communis causæ utilitatem adjumenta illatum iri, ut sibi nunquam minus jucundam ejus adventus memoriam futurum confidat, quam ille ipse dies, quo venientem exceptit, lætissimus ac jucundissimus omnibus illuxisse visus. Itaque, illustrissime domine, omnes hi sanctissimi Patres, quod tam longo, difficile ac periculoso itinere suscepto ad tuendam matris Ecclesie dignitatem tanta anni alacritate accurreris, quod salvis et incoluis cum tot gravissimorum Patrum comitatu adveneris, quod tua præsentia, auctoritate, splendore frui licet, prinum Deo immortali maximas gratias agunt, deinde tibi ex animo gratulantur, faustaque omnia ac felicia a Domino precentur. Ceterum que vel de communib[us] Catholicæ Ecclesie rebus, vel de privatis Gallicarum Ecclesiarum commodis proponenda erunt, ea sancta Synodus, quotiescumque regiis oratoribus viris præstantissimis, vel illustrissimæ amplitudini vestra de his dicendi locus et polestas dabitur, libentissime audiit. Neque enim dubitat, quin ejus regis nomine, qui pueritie commendationem a pietatis acerrima defensione duxerit, ejusque in omni vita præcipuum ornandæ atque amplificandæ religionis studium esse debeat, illa proponantur, que in primis cum vera Dei gloria, perpetuaque sanctæ ejus Ecclesie utilitate et summa Apostolicæ Sedis dignitate et amplitudine conjuncta esse videantur ».

113. Ea absoluta oratione Renaldus Ferrierius in senatu Parisiensi præses, unusque ex regis Christianissimi oratoribus, conspicuis operibus illustratam regiam pietatem, flagrantissimumque Gallorum pro retinenda veteri religione studium commendavit. Pro tuenda Pontificis auctoritate bellum asperrium gerit, qua deserta, brevi omnes seditiones componi possent, Patresque rogavit, ut summa integrilate Dei gloriam promovere, religionis incorruptam puritatem asserere, divinamque opem, sine qua reliqua auxilia Gallis irrita forent, promereri niterentur.

« Orationibus, inquit, quas nunc audistis,

illusterrissimi domini, sanctissimi Patres, nihil est quod a nobis quidquam addi aut detrahi debeat, tantum unum dicemus bona venia paternitatum vestrarum pro munericis nostri ratione. Christianissimi regis plus, religiosus et in Catholicam Ecclesiam propensissimus animus antea quidem erat omnibus satis perspectus et cognitus, nunc autem adventu et oratione illustrissimi principis et reverendissimi cardinalis adeo est illustratus, ut ne uilius quidem dubitatione locum relinquat. Nam quo minus antea tanti viri adventus ab omnibus prudentibus et peritis rerum humanarum sperabatur, eo magis cum venerit, nemo est, vel mediocri ingenio prædutus, qui non videat quantum Galli Ecclesiae Catholicæ consultum velim, quique non intelligat plures, easque gravissimas esse causas, quibus adductus rex Christianissimus illum ad vos miserit, cuius singulari consilio in rebus magnis agendis cum antea semper usus est, tum maxime his miserrimis et calamitosissimis Galliæ temporibus. Qui autem existimant privato magis commodo quam reipublicæ Christianæ causa hæc a nobis fieri, vehementer falluntur. Potest, si modo velit rex Christianissimus, vel triduo seditiones omnes et motus suorum componere, inque officio et obsequio Gallis innato subditorum omnium animos retinere, sed non tam quæ sua sunt querit, quam quæ sunt Catholicæ Ecclesiæ, et Pontificis Maximi, cuius dignitatem et auctoritatem, ut sartam tectam in Gallia retineat, non dubitat tanti regni imperium, vitam et fortunas magnorum principum, procerum et nobilitorum in periculum adducere. Hic est Galliæ nostra status, hæc fundi nostri calamitas, quod si quis nos roget, quid tandem illud est, quos vos Ecclesiæ vestra Gallicana tantopere a Concilii Tridentini Patribus expelit? Non sumus, Patres sapientissimi, in petitionibus nostris admodum morosi et difficiles; nihil aliud petimus, quam quod totus orbis Christianus efflagitat, quod a Concilio Nicenæ Patribus petit magnus ille Constantinus, hoc ipsum a vobis requirit rex Christianissimus: omnia illius postulata continentur, aut sacris Bibliorum litteris, aut vetustis Ecclesiæ Catholicæ consilio, aut antiquis Pontificum et Patrum constitutionibus, decretis et canonibus. Hæc sunt, hæc, inquam, sunt, quorum nomine rex Christianissimus, Ecclesiæ Catholicæ primogenitus filius, Ecclesiæ, inquam, Catholicæ petit restitutionem in integrum apud vos, quos Dominus noster Jesus Christus prætores legitimos creavit, neque hoc ipsum petitur ex clausula, ut dicitur, generali, sed ex verbis expressis edicti illius divini, et perpetuo, quod adversus nunquam fuit et nunquam erit usucaptioni aut praescriptioni locus. Redante saltem quasi postliminio in sanctam Dei civitatem, et in lucem hominum tandem prodeant, quæ anti-

quæ hostis Sathan vi eripuit, et longo tempore suppressit. Sic Darius Persarum rex motus in Judea propter religionem excitatos sedavit. Non enim ad arma continuo, verum ut majorum suorum leges et antiqua edicta inquirentur, jussit, inventumque regis Cyri edictum de reditu Judæorum in Judæam et Templi instaurazione a majoribus suis neglectum, mandavit executioni et ita pacati sunt tumultus. Josias rex laudatissimus, et sincerissimus Ecclesiastice disciplina exactor librum legis ab Ilecia magno sacerdote repertum, posteaquam hominum malitia longo tempore suppressus fuerat, primum legit diligentissime, deinde lectum recitat populo, tum ex illius præscripto ritus et præcepta divina Judæis restituit. Strenui illi Nehemia milites, quos tantopere commendat Chrysostomus, altera quidem manu telum tenebant, altera muros ædificabant, hoc est, Ecclesiam ex antiquis Patrum legibus restituebant. Nisi hæc fiant, Patres sanctissimi, frustra a vobis rogabimur, num etiam pacata est Gallia? nos enim respondebimus, quod Jehu regi Joram roganti, num pax? et quomodo, inquit ille, pax, cum hostes adhuc supersint et vigeant? nostis cetera. Nisi his rebus diligens detur opera, nos frustra confugiemus ad potentissimi illius et maximi regis Catholici affinitatem, singularem amicitiam, incredibilem liberalitatem. Frustra fidem et auxilium implorabimus Pontificis Maximi, serenissimi Venetorum domini, Lotharingiæ, Allobrogum et Hetruriæ principum auxiliares copias. Fallax enim (mibi credite) erit equus ad salutem, nisi hec a vobis fiant. Turbabitur brevi nimia quorumdam securitas, et quod caput est, qui interea peribunt, tametsi id illis sua propria iniuitate et peccato eveniet, vobis tamen peribunt: hoc est, sanguis illorum de manu vestra requiretur. Sed potius quam nos ad ea veniamus, quæ suo loco et tempore sumus dicturi, secundumque mandatorum nostrorum formulam agemus, petimus a vobis, sapientissimi Patres, a vobis, inquam, quos vestra sponte scimus esse satis incitatos, quorumque pietatis et religionis, et in omnes homines charitatis sumus non solum auriti, sed etiam oculati testes, ut ea, de quibus jam diu cœpistis deliberare, quam brevissime fieri poterit, absolvatis, quo citius possitis de multo gravioribus, et magis hoc tempore necessariis sententiam vestram dicere, et his conventibus Ecclesiasticis finem imponere ad laudem, et honorem Dei Patris Omnipotentis, ejusque Filii Domini nostri Jesu Christi ».

Ad hec Jaderensis addidit, Patres commodiū ad ea, quæ opus fuerit, responsuros, et muneri suo non defuturos.

*114. Querela Lotharingi cardinalis in Synodo expositæ. — De adventu etiam cardinalis*

Lotharingi certiorem fecere legati<sup>1</sup> Concilii Carolum cardinalem Borromeum, utque expousuerit Galliam in tantas adductam calamitates, ut omnium principum Catholicorum adversus haereticos cogendum sit auxilium, quod futurum Protestantes suspiciat varia inter se ad affligendam proterendamque rem Catholicam consilia agitarint; cui responsum a legatis, congregatum Tridenti Concilium non ad movenda bella, sed ad pacem redintegrandam, divulsarum Ecclesiarum conjunctionem conciliandam, orthodoxam fidem confirmandam, damnandos errores, discutiendas haereses, pristinoque sanctitatis splendori Ecclesiasticam disciplinam restituendam, gravioremque dolorem se traxisse, sparsam eam per Germaniam fabulam de federe armorum Tridenti adversus haereticos sive Protestantes, sanciendo, catetrum speranda meliora de Gallicis rebus Rothomago jam expugnato. Addidere, nullo modo suscepta a Gallis consilia oppugnandae vel deprimendae auctoritatis Sedis Apostolicae, sed instauranda collapsa discipline Christianae, maximique referre pro salute Gallorum ac ceterorum populorum, ut publici mores ad sanctiorem normam redigantur, ac vitia exscindantur; corruptionem enim morum ordinis Ecclesiastici, inobedientiae et contemptus causam ac seditionum parentem extisset, ac nisi in Concilio castigentur vitia novis legibus, disciplinaque vetus fuerit restituta, majora bella adversus Ecclesiasticos viros excitanda, quam modo gerantur contra Hugonottos, ut enim Gallia optat ardore summo atque constantissime fidem orthodoxam incorruptam tueri, ita cleri fœtida vitia tolerari non posse, indignationem alte fixam haerete omnium animis, parochialia sacerdotia conferri imperitis, ac nullis virtutibus ornatis, non ab iis verbum Dei praedicari, non administrari Sacraenta, sed tantum vitiorum exempla diffundi, in Diplomatibus Pontificiis falsa testimonia de eorum probitate, qui Romæ parochii instituuntur, asseri.

115. Significarunt etiam legati cardinales Carolo Borromeo Lotharingum cardinalem ac regios oratores graves querelas fudisse adversus Pium IV Pontificem de subsidiis idoneis adversus Hugonottorum perduellionem non submissistratis; commendatos ab iis quidem Philipum regem Catholicum, Venetos, Sabaudie et Florentiae duces, qui subsidiarium aurum transmisserint, at Pontificem expectationi promisisque de ferenda ope non respondisse, tolque acerbas leges apposuisse, ut Gallorum rex oblatio beneficio uti non possit, ex eaque remagistrum equitum Memorantium, ducem Guisium, et Santandreamum castrorum prefectum

offensionem contraxisse, Pontificio enim Diplomatico jussos arma pro Ecclesia Catholica, ut veros Christi equites pugilesque capere, etiam adversus Calharinam reginam, si eam a vera religione desciscere animadverterint, nec subsidia nummaria iis in militum stipendia unquam defutura pollicitum, deinde in prima stipendiiorum solutione tot acerbioribus conditionibus illaqueatos, ut tenui tantum eorum parte potiti sint, propterque illos confugere ad Concilium, ut his consulat. Haec cum urget vehementius Ferrerius praeses, responsum est a legatis, non esse ista in Concilio tractanda, sed cum Pontifice, cum ad disciplinæ normam instaurandam non spectent. Quibus subjecere oratores, hac prius cum legatis, atque etiam cum Pontifice conferenda, quam ea in Congregatione generali proponantur. Significarunt iidem legati<sup>1</sup> paucis post diebus, nimurum xix Novembribus oratores Gallicos postulaturos optimam Ecclesiastici ordinis emendationem.

116. Dum in Concilio ageretur de corruptelis delendis, ac disciplinæ sanctioris restituendæ splendore, nonnulli praesules Hispani et Galli quādam invidia in Romanas curias magistratus perciti multa ad deprimendam eorum dignitatem et commoda demenda moliti sunt. Cardinales vero legati Carolo Borromeo significarunt<sup>2</sup> se nihil adversus curia Romanæ dignitatem ex ea occasione tentatueros, nisi acceptis de ea remandatis Pontificiis, nihil etiam decretum iri in iis, quæ ad Pontificem spectant: si quæ tamen occurrant querelle, ad ipsum eas transmitendas, ut de iis, quæ in ipso desiderentur, ipse decernat, se strenuam operam daturos, ne quid proponatur in Concilio, quo Pontifici leges imponi videantur, cum enim Concilium inferioris sit dignitatis et auctoritatis Pontificia, non aquum esse, ut supremam auctoritatem spectantem ad Pontificem tamquam Ecclesiæ visibile capit invadant.

117. Successivæ prorogationes septimæ sessionis ob exortas controversias tum de residentia, tum de jurisdictione episcoporum. — Recurrente nona Novembribus die, cum intermissæ fuissent Congregations ob dissidia inter Patres de residentia exorta, neconon quod Cesar nonnulla Catholicæ sanctitati indecora ad proclamando Lutheranos proponi in Concilio flagilaret; quæ, si proponerentur, etiam Galli nonnulla Possancensis colloquii capita minus honesta proponi affectarent; quæ omnia antiquissimis institutis cum repugnarent, de proroganda Sessione acutum est<sup>3</sup>, ut narrat Angelus Massarellus:

<sup>1</sup> Jb. p. 643. — <sup>2</sup> Lit. Legati card. Trid. ad car. Bor. Ext. in Ms. Franc. car. Bar. sig. numm. 1344. Ep. cxv. — <sup>3</sup> Car. Vicecom. in lit. ad car. Bor. Aug. Massarell. post Acta sess. vi. sub Pio IV. Ms. arch. Val. sig. 3212. p. 179.

<sup>1</sup> Legati Trid. in lit. ad card. Borrom. Ext. in Ms. Franc. card. sig. num. 1344.

*Prorogatio prima Sessionis VII Trid. sub Pio IV ad xxvi Novembris MDLXII.*

IX Novembris MDLXII, hora xxi, habetur Congregatio generalis in Ecclesia Beatæ Mariæ-Majoris, in qua recitata oratione Sancti-Spiritus consueta, illustrissimus D. Ihercules cardin. Mantuanus primus praesidens et legatus allocutus est Patres in hanc sententiam : « Multæ Congregationes intermissæ sunt his diebus ob causas omnibus notas, neque absque dolore a nobis recenseri possent, cum a spiritu carnis profectæ fuerint. Ex quo factum est, ut materiae non sint paratae, ut edantur in Sessione, quare videtur nobis ut ad xv dies sessio prorogetur.

« Rogatis sententiis conclusum est, ut sessio prorogetur ad xxvi Novembris ».

Non potuere tamen eo temporis intervallo omnia in statum consentaneum pro celebranda sessione redigi, quare illa iterum extracta est<sup>1</sup>, ut refert idem Angelus Massarellus :

*Prorogatio secunda Sessionis VII.*

XXV Novembris MDLXII, celebrata est generalis Congregatio, in qua praesules doctrinam et canones de Sacramento Ordinis in examen adduxere, quo absolute examine, Seripandus secundus Concilii legatus, ita ad Patres fatus est :

« Cras juxta decretum vestrum, sanctissimi Patres, habenda esset sessio, quæ quare non habeatur, multi ex vobis nos legatos accusant; nos autem, ut hanc maculam eluamus, nihil habemus, nisi, ut culpam omnem in vos rejiciamus, nam sententiæ vestrarum, vel potius lectionum prolixitas fecit, ut non solum non potuerimus lucisque habere sessionem, sed nesciamus, qua die eam habere possimus, de quibus sententiis moderandis alias agetur, quod in lectionibus prolixitas vituperatur, in sententiisque brevitas summopere laudatur, nobis autem in hoc omni studio elaborandum esset, ut toti orbi Christiano ostenderemus non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulare, nam, ut inquit Paulus : *Si lites et contentiones sunt inter vos, nomine secundum hominem ambulatis?* parvam quidem spem concipere possumus de abusibus a populo Christiano tollendis, si in hoc uno abuso tam fœde labimur, ut tempus, quod est omnium rerum pretiosissimum, teramus, in rebus tam levibus et inutilibus. De tempore igitur Sessionis propter has et alias causas dum deliberaremus, nihil cerle statuere potuimus, propterea totum hoc onus in vos rejecimus. Cogitavimus tamen si ita vobis place-

ret, hanc prorogationem fieri posse ad libitum sanctæ Synodi, quæ si voluerit, brevi se expedire poterit, quod nos maxime optamus, si autem non, nos excusat erimus. Hoc unum certum est, si Patres, ut hactenus fecerunt, ea prolixitate in sententiis dicendis usi fuerint, nihil profecto certe de die futuræ Sessionis statui poterit. Dicent igitur Patres quid faciendum videatur ».

Flagitantibus porro multis, ut certa dies pro celebranda sessione designaretur, cardinalis Seripandus subjeicit : « Statui nunc posset, ut Sessio prorogetur; hac tamen lege, ut infra octo dies Sessionis determinetur. Quæ sententia ab omnibus laudata est ».

118. XXVIII Novemb. cardinalis Lotharingus<sup>1</sup> post exhibitas regias litteras de Gallici regni calamitate, deque Ecclesiastici Ordinis instauranda disciplina oratione habita, addidit, Gallos praesules ob nullum adversum casum ab obsequio Sedis Apostolicæ discessuros, ac singulare cultu et observantia legatos Apostolicos complexuros. Laudavit card. Mantuanus suscepitos ab iis ob Dei causam labores, regiam in tuenda religione constantiam commendavit. Habita etiam postea est oratio a praeside Ferrerio de regia pietate in tuenda religione Catholica, ob quam gravissimis bellis exerceretur, cum alia ratione rebellantes populos sibi conciliare posset, regnumque percupere, ut Conciliorum et Pontificum decreta serventur<sup>2</sup>.

*Prorogatio tertia Sessionis VII.*

Secunda Decembris MDLXII, habita est Congregatio, in qua cardinalis Mantuanus his verbis præfatus est :

« His superioribus diebus illustrissimus dominus cardin. Seripandus dixit, potuisse sumi terminum octo dierum ad constituantem diem futuræ Sessionis, quo tamen tempore nihil actum est, nunc autem dies ipsa statui debet, et ut commodius dominationes vestras deliberare possint, aperiemus vobis mentem nostram. Nobis igitur videtur, ut sessio ipsa prorogetur ad diem xvii hujus mensis his conditionibus. Prima ut bis in die Congregatio habeatur, altera ut in proxima sessione ea statuantur, quæ decreta erunt. Cætera vero in alia subsequenti sessione publicentur. Supersunt enim peragenda doctrina et canones de Ordine, decretum de residentia, et canones de reformatio[n]e, ex quibus, ut dictum est, decernentur, quæ præparata erunt. Verum antea Patres vacare debent brevitati sententiæ, si eas, quas dixi, maturius paratas habere volumus; et licet

<sup>1</sup> Angel. Massarel, in Actis Conc. Trid. sub Pio IV. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212, p. 179. Act. Conc. Trid. script. per Astulph. Serv. Ms. Franc. car. Bar. sig. num. 1109. p. 67.

<sup>2</sup> Card. Vicecom. ad card. Borro. xxviii Novembr. ib. p. 133. —

<sup>2</sup> Ang. Massarel, in Actis sess. viii Trid. Conc. sub Pio IV. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212, p. 186. Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1109. p. 99.

nos s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>e de hac re admonuerimus dominationes vestras, nihil tamen profuit admonitio nostra, non cessabimus tamen ilerum vos admonere verbis Ecclesiastici : *In multitudine presbyterorum noli esse loquax*, quod profecto fiet, si extra rem Patres non loquantur, et ea que ab aliis dicta sunt, non repeatant. Sciant propterea dominationes vestrae, quod nos legati et pr<sup>a</sup>esidentes Apostolici nullo modo ferre volumus, ut aliquid vel fiat, vel dicatur, sicuti haec tenus magna nostra molestia factum vidimus et dictum audi-  
vimus, quod non silex dignitate hujus sacri loci et majestate, in qua p<sup>r</sup>aest Spiritus Sanctus. Adsumus nos legati et pr<sup>a</sup>esidentes S. D. N. et S. Sedis Apostolice. Sunt presentes duo amplissimi cardinales, tot gravissimi et ornatis-  
simi oratores, tot sanctissimi Patres, alias nos protestamur, si id evenerit, nos statim discessuros. Rogamus igitur dominationes vestrae, ut in eorum dictis et factis ea prudentia et molestia uti velint, que decet sanctos et reli-  
giosos viros in tam celeberrimo loco sedentes, eaque facere et dicere velint, que corammet Sua Sanctitate, cuius personam nos hic sustin-  
mus, fieri et dici deberent ».

Rogatis sententiis Sessio ad decimum septi-  
mum ejusdem mensis Decemb. extracta est, ac in pluribus Congregationibus habitis doctrina-  
nam et canones de Sacramento Ordinis diligen-  
tissime excusserunt.

119. VI Decembris in Congregatione genera-  
li habita <sup>1</sup> contendit Lotharingus in consecra-  
tione conferri episcopis a Deo jurisdictionem,  
Conciliorumque auctoritatem a Deo acceptam  
ex eo texto, *Ubi duo vel tres, ele, ita tamen, ut in*  
*Concilio comprehendi intelligatur caput Ecclesie,* nec proconstituta conjuncione Ecclesie  
quidquam esse majoris momenti, quam Ponti-  
ficiis Summi auctoritatē constabilire.

Medio Decembri ob sententiārum dissidia  
quarto prorogata est Sessio <sup>2</sup>, de quo Acta :

#### Prorogatio quarta Sessionis VII.

Decima sexta Decembris habita est Congre-  
gatio generalis, in qua sessio septima quarto  
prorogata est, cardinale Seripando ita de ea dis-  
serente.

« Illustrissimi et reverendissimi Domini, clarissimi oratores, et reverendissimi Patres. Orandum est etiam atque etiam, ut in hac die, qui est dies jejunii nostri, non invenialur voluntas nostra, non invenialur, inquam, ut quisquam admittat eam, et ne cum derelinquamus spiritum, quem paulo ante invocavimus. Meini-  
ni me diebus praeferitis egisse de tot proroga-

tionibus sessionis hujus, meminique a me et ab iis dictum esse, has prorogationes arguere lites et dissensiones, et minuere immobilitatem. Per has enim prorogationes, quæsiverunt amici nostri quod laudarent, et non invenierunt; inimici quæsiverunt quod vituperarent et invenie-  
runt. Memini et me dixisse tunc ad tollenda hæc scandalum, et de nobis non bona judicia, an videretur diem non certum statuere, sed de-  
cernere, ut is statueretur, qui sanctæ Synodo post discussionem materiarum, quæ in sessione promulgandæ sunt, commodus videretur. Non placuit hoc paternitatibus vestris, quibus nos morem gessimus, ut semper facere soliti su-  
mus. Nescio quo die postea ab illustrissimo do-  
mino meo Mantuano dies certus propositus est, tunecque post varias sententiā dies crastina pro  
sessione celebranda statuta est. Insanirem au-  
tem si disceptarem, an die ipsa crastina sessio  
haberi possit. Quid ergo agendum? dicam ego que mihi illustrissimi domini mei legati man-  
darunt, eaque, que ab ipsis accepi, proponam.  
Vellem tamen vos in hac re esse pr<sup>a</sup>esidentes et  
legatos, ut unusquisque proponeret, quod ei  
videretur, responderetque, si interrogaretur cur  
die crastina sessio non habeatur? Nos accusa-  
mus et accusamur, ego autem non possum aliud dicere, quam quod alias dixi. Accusamur enim, quod non reprimamus longitudinem sen-  
tentiarum, nec inhibeamus, ne ea dicantur  
quæ extra rem proposita sunt, sicuti maxima-  
cum humilitate et patientia toleravimus. Sed dicam profecto: quid opus erat tam longa ora-  
tione ab aliquibus residentiam necessariam ostendi? Quis enim id ignorat? quis id negat?  
quis non nullies id hic dictum audivit. Venit mihi in mentem carmen nescio cujus, Pasto-  
rem, Tityre, pingues pascere oves oportet. Dum cum ovibus vestris eritis, ea doceat. Non est  
opus, ut vos coepiscopos vestros doceatis, ne-  
minem enim ignorare credendum est, que sui  
muneris sunt, ea aulem dicere in sententiis  
vestris tantum debetis, que circa rem proposi-  
tam spiritus suggesterit vobis. Nonne sciebatis  
eras habendam sessionem? quare ita dilatatis  
sententiās vestras? Miseremini, Patres, et ves-  
trum et nostrum. Cogitabamus proponere,  
quod alias proposuimus, scilicet ut nullus dies  
certus statueretur. Verum quidam juris peritus  
admonuit non posse fieri, cum dies sessionis sit  
dies sententiæ, et ex consequenti certus statui-  
debet, ut quorum interest, adesse possint. Si tamen placueret hominibus gratia sunt agenda  
Deo, sin autem, posset decerni, ut sessio crasti-  
na prorogetur, et infra quindecim dierum spa-  
tiū, nempe totum hunc mensem, statueretur  
dies, quo sessio ipsa celebrari debeat. In his ta-  
men sexdecim diebus sententiā omnium Patrum  
super hoc decretum dicentur, videbimusque  
que eo tempore preparata erunt, et quis dies pro

<sup>1</sup> Car. Vicecom. p. 165. vi Decemb. — <sup>2</sup> Angel. Massarel. in Act. Iost sess. vi. Conc. Trid. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 180. Et ex eo Astulph. Serv. Ms. ear. Bar. sig. num. 1109. p. 102.

sessione habenda statui possit. Dicant igitur Patres quid sentiant».

Consentientibus demum omnium sententis decretum est, ut quemadmodum legalius expousserat, sessio ad dies quindecim extraheretur. Deinde sententia circa decretum de residentia rogatae in hac et pluribus aliis Congregacionibus, ita ut in singulis, vel sex, vel septem aliquando decem vel duodecim episcopi perarent.

*Prorogatio quinta sessionis vii.*

XXX Decembbris habetur Congregatio generalis<sup>1</sup>, in qua illustrissimus dominus Hieronymus cardinalis Seripandus, secundus praesidens, absente primo, recitata solita sancti Spiritus oratione, allocutus est Patres in hanc sententiam :

« Putabamus quindecim dies satis vobis esse ad dicendum, nobisque ad audiendum super hoc decreto de residentia, verum longe atiter res se habuit. Nam multi Patres dicturi supersunt. Nec quidem divinare possumus, quot diebus examinatio ipsa absolvit, propterea visum est illustrissimis dominis meis [scilicet collegatis] ut eadem, qua hactenus usi sumus, progrediamur via, scilicet ut nunc nihil certi statuarit, sed deputentur adhuc quindecim dies futuri mensis Januarii, infra quas dies sessionis declaretur; hoc enim tempore, et Patres omnes loquentur, et decretum ipsum de residentia juxta dictas Patrum sententias reformabitur, necnon doctrinae de Ordine extrema imponetur manus ».

Rogalis sententiis decreta est memorata prorogatio sessionis ad quindecim dies Januarii MDLXII.

120. Tot prorogationum causa manabat ex gravi dissidio moto inter episcopos, an residentia esset juris divini, extantque duas orationes insignes apud Gabrielem Palaeottum, in quibus contraria hinc inde argumenta conferuntur, eaque etiam de causa cardinalis Mantuanus in Congreg. habita die sexta Novembr. decretum proposuerat, in quo prætermissa ea controversia, more veterum præmia et pœnas descriperat idonea ad episcopos ad residentiam adiligendos.

Lecto eo decreto persistit major presulium pars in residentia, ut residentia juris divini promulgaretur.

121. Distinebat etiam maximis curis Patres alia longe major controversia de jurisdictione episcoporum, an juris esset divini, an a Pontificia auctoritate manaret, que non modo partem hujus anni, sed etiam in sequenti occupavit,

atque etiam nonnulla dissidia ob ancipes variarum opinionum æstus excitavit. Collegit Gabriel Palæottus<sup>2</sup>, qui aderat, tunc Rotæ auditor, ac postea cardinalis, singulorum ferme Patrum sententias in ea controversia, ex quo precipuas delibare non injucundum fore visum est.

Senogallensis dixit; de jurisdictione episcoporum duas esse opiniones, unam quod substantia jurisdictionis est a Deo, et exercitium est a papa (ita Henricus de Gandavo in quodlibetis et Jo. Gerson de statu Ecclesiae); alteram, quod immediate sit a papa, et hoc a multis recipi in 4 sent. dist. 18 et 19 et Cajetan. de auctorit. papæ et Concilii cap. 19 affirmare, S. Thomam idem sequi, iisque adhaerere Archiep. Florent. tit. 22, art. 4 de Eccles. dogm. et lib. i de Christiana libertate cap. 4, etc.

Auriensis, verba illa *in partem sollicitudinis* posse intelligi dupliceiter, vel quod episcopi sint vocati non ad universalem curam, sed ad particularem, vel quod sint vocati ab ipso papa, ita ut non sint vocati a Christo ex sententia Turcrematæ, et hunc esse cardinem disputationis inter nos etc.

Theanensis, quod tota jurisdictionis, et integra est in papa collata a Christo, et ea derivatur in alios episcopos ab ipso papa, et licet Apostoli eam immediate a Christo receperint, tamen personalis in eis fuit, et cum eis extincta.

Danesius dixit episcopos non tantum esse institutos jure divino, sed etiam esse pastores, papam esse pastorem universalem aliarum Ecclesiarum, protectorem et speculatorum, dum tenetur invigilare an cæteri officio suo fungantur. Hincque sanctum Gregorium vetuisse se vocari universalem papam, ne detraheret episcopis particularibus. Dicit etiam ea verba *in partem sollicitudinis* fuisse usurpata primum a Leone, et deinde ab aliis, sed semper referri ad primates aut archiepiscopos, ita ut ii dicantur habere partem sollicitudinis, qualenus curam gerunt episcoporum.

Quinqueclesiensis, quod disputatio de episcoporum institutione non est hujus loci, nec temporis, quodque haec subtilitas est relinquenda scholis, nec his occupanda Synodus; postea ex auctoritate sancti Hieronymi in epist. i ad Gal. distinxit quatuor genera Apostolorum seu episcoporum, subdidiisque episcopos nostros esse in secundo genere, videlicet missos a Deo, sed per hominem, id est, papam, qui eos constituit, et cui obedire debent. Disputare autem de primatu et de jurisdictione<sup>3</sup>, nihil aliud esse, quam negare prima principia Theologiae, potius agendum quam bene exerceantur haec munera procul ab avaritia, ab invidia, a fastu

<sup>1</sup> Angel. Mass. in Actis Conc. ante sess. VII. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 181.

<sup>2</sup> Acta Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Aud. Rot. postea card. Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 24. p. 234. — <sup>3</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 24. p. 240.

et luxu. Nam quererere de auctoritate superiore, non abesse id a superbia : « Et video, inquit, multos teneri magna sollicitudine, ut defendant auctoritatem episcoporum adversus Lutheranos, sed cur non etiam capitii sui cum gerunt? nam hæretici magis invehuntur contra papam, quam contra episcopos ».

Orator Polonia dixit : « His calamitosis temporibus certe non est dignitatis nostræ in genealogiis interminatis tempus consumere, nam cum Catholici omnes existimant ab hoc Concilio pendere salutem totius Ecclesiæ, potius agendum esset de ratione administrandi illius muneris.

422. « Gadicensis ait : De episcopis vocatis in partem sollicitudinis præsupponitur, eos, qui non sunt vocati a papa, non esse veros episcopos, quod est falsum, nam qui creatus est episcopus secundum primum et quartum canonom Apostolorum, et secundum canonem quartum Concilii Nicæni, et secundum Concilium Cabillonense, et secundum statuta Ecclesiarum, illi utique sunt veri episcopi, et tamen non sunt vocati a papa, et archiepiscopus Salisburgensis confirmat episcopos electos a Capitulo, et veri sunt episcopi, et ita accidit in aliis multis ».

Tunc multi prælati hoc audientes strepitum magnum excitaverunt clamantes : *extra, non audiatur*, verum cardinalis Simoneta subjunxit, quod Salisburgensis consecratur et confirmatur auctoritate papæ, interea alii prælati ingeminabant clamantes : *exeat, et alii anathema sit*, ad quos Granatensis conversus respondit, *anathema vos estis*. Gadicensis vero sermonem nunquam intermisit, prosequens inter clamores quod incapital, et declarans teneri quidem omnes agnoscere papam, ut summum vicarium Dei, in quo est plenitudo potestatis, et cui omnes sunt subjecti, et teneri omnes episcopos hoc fateri, prout ipse fatetur, verumtamen usum quem papa dat episcopis, ut materiam jurisdictionis, eum non posse illis adimi, nisi ex justa causa, et quæ cum ratione consentiat<sup>1</sup>. Et conclusit clare exprimendum esse, episcopos presbyteris superiores de jure divino, inde conqueritus est se fuisse immerito interpellatum, cum nondum suam sententiam absolvisset, quemadmodum si quis legat in sacris litteris hæc verba, *Non est Dens*, utique dicat statim hæreticum hoc esse, at si legat præcedentia verba *Dicit insipiens*, tunc alter sentit. Idem et Patribus multis ibi præsentibus, inquit, accidisse, qui si patienter omnia ad extreum audivissent, nouerat cur perturbarentur, cum iam tribus Conciliis interfuerit, aut doctor, aut episcopus, sub Paulo III, Julio III, et Pio IV, qua de re commo-

tus cardinalis Mantuanus acrius in eos oratione invectus fuit, qui ita Gadicensem et totam Synodus perturbassent, denuntiavitque eis, si quid posthac hujusmodi audierit, se inde statim recessurum, cum nec eorum munus, nec persona, quam sustinent Summi Pontificis, tantam indig-nitatem ferre possit. Ad hæc Lotharingus se quoque inde molestia affectum fuisse, quod et legatorum auctoritas neglegi, et dicendi libertas adimi, et nimis anxia Patrum studia fieri videantur, sed eos præsertim, qui anathema dixerant, durius perstrinxit, quod diceret, si scirent ipsi, quo pudore et difficultate Patres antiqui hoc verbo in alios uti solerent, non certe ita leves in proferendo futuros. Et paulo post: Parisiensis subiecit promulgandum canonem contra perturbatores Concilii, quod et a quibusdam aliis fuit petitum. Verum Cavensis junior respondit occurrentum esse causæ, ne effectus sequatur. Prohibendum enim esse ne blasphemetur nomen Sanctissimi, et ne doctrina mons-truosa proferatur, tuncque attentionem magnam in consensu extitaram, eni et Castellanensis subscriptis, inde reliqui ordine res propositas sunt prosecuti.

« Tropiensis. Quod omnis jurisdictionis a papa descendit.

« Nucerin. Questio excitata videtur non tantum officere primatum Sanctis. D. nostri, sed etiam unitati totius Ecclesia. Ubi enim ponitur, jurisdictionem episcoporum immediate pendere a Deo, proculdubio scinditur unitas hæc, quæ non potest tot capita sustinere ».

Acadensis Ibernus. Ostendit tribus rationibus non posse subsistere, quod aiunt, jurisdictionem immediate esse a Deo. « Primo, quia in hierarchia essent multa capita, potiusque redde-retur anarchia, ac totum everteretur. Secundo, quia ex eo magis confirmaretur opinio hæreticorum. Nam et in Anglia rex vocat se caput Ecclesia Anglicæ, et creat episcopos, qui consecratur a tribus episcopis aiuntque se veros episcopos, quia sunt a Deo, nos vero id nega-mus, quia non sunt a Pontifice Romano adsciti, et recte dicimus, hacque tantum ratione illos convincimus, non alia, nam et ipsi ostendunt se fuisse vocatos, electos, et consecratos, missos, igitur si in canone dicatur tantum a Christo institutos, hinc inferrent electionem fieri tan-quam ex nudo instrumento, quod æquale sit in omnibus, tam regi, quam papæ. Tertio, quia si jurisdictione esset tota a Deo, papa non posset illam tollere, nec transferre in alium, sicut non potest prohibere consecratum, quin ordinet et conficiat Eucharistiam ». Quæ sententia omnibus placere maxime visa fuit.

123. Lotharingus, qui in inchoata hac disputatione Tridentum advenerat, dixit : « In 3 cap. cuperem fieri mentionem impositionis manuum, cujus in Testamento Veteri, et crebrius

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Franc. card. Barb. sig. num. 24. p. 242, 243.

in Novo fit mentio, vellemque dici ex legitima successione, videlicet, ut semper sciretur, cum quis imponit manum, a quo fuerit illi manus imposita, et ita gradatim perveniremus usque ad primum, qui fons fuit ordinationis. Accidit mihi cum agerem contra haereticos in conventu Poissiaco, et quererem ab illis quis eos ordinavit, aut dedit illis potestatem alios ordinandi; illi respondebant se esse ministros extraordinarios institutos a Deo negligentia nostra, idcirco si addamus ex successione, tollitur hic error. In quinto capite doctrinae profiteor id verbum, jure divino, me non probare, quoniam hoc verbum magnas dissidii et contentions causas in Ecclesia dedit. Dicam tamen pro conscientia et tide mea, quid de hac materia sentiantur; non dubito ego potestatem ordinis esse a Deo immediate, primo quia ita Scriptura loquitur, *Accipite Sp̄ritum sanctum*, etc. Sed addo etiam potestatem jurisdictionis Ecclesiae esse a Deo, quia non potest tota Ecclesia facere, quin sit papa et sint episcopi, nec potest redigi ad Aristocratiam, aut Democratiam, cum debeat esse tantum Monarchia, et hoc est omnino a Deo. Et si quis objiciat aequasne ergo omnes sacerdos papae? Minime, nihil enim adeo firmiter est retinendum, quam haec unitas et primatus Sedis Apostolicae. Nam his temporibus conjuratae sunt omnium hostium acies adversus hanc arcem, et licet sint diverse eorum sectae Lutherani, Calvinistæ, Zuinglianæ, Anabaptistæ, et aliae factiones, in hoc tamen convenient, ut funditus evant hoc fastigium. Idque significatur in Evangelio, *Cum fortis armatus*, etc. nihil ergo diminuitur de auctoritate Sanctissimi, ut ait cardinalis Polus in libro suo, nam licet potestas jurisdictionis sita sit in tota Ecclesia a Deo, tamen papa solus potest hoc ius in unumquemque exercere. Quodnam igitur est vocare, assumere, deponere, et mittere? ita, ut quisque assumatur et mittatur a Deo per Pontificem, quod explicat cardinalis Polus in dicto libro pulchris exemplis, et cum audimus aliquos in provinciis remotis assumi in episcopos, et consecrari a metropolitano, semper intelligo id fieri, aut ex statuto Apostolorum, aut ex legitimi Concilii auctoritate, aut ex privilegio Apostolico, ita ut in omnibus semper adsit explicite aut implicite auctoritas Sanctissimi, quoniam aliter se res habere nequit, et caput destrnatur. Jurisdictione igitur est a Deo, dum tamen exerceatur in materiam, quam dat papa, qui potest eam tollere, minuere, eximere, et similia. Quod vero haec non pendeat ab Ordine, patet primo, quia, sede vacante, Capitulum exercet jurisdictionem et excommunicat. 2, quia si esset juncta cum Ordine, episcopus non posset eam transferre in vicarium. 3, quia non posset appellari ab episcopo ad archiepiscopum, cum archiepiscopi sint instituti jure positivo. Itaque

haec ministratur a papa, qui potest pro arbitrio suo eam moderari, dum tamen in aedificationem, non in destructionem.

42. Generalis Lainez dixit<sup>1</sup>: « Nostrum esse haereses refellere, et lapsos mores corrigerere, opiniones autem, quæ huc non spectant, doctoribus in scholis disputandas relinquere. Nolle autem se pretermittere, cum alii id egerint, quin quod sentit de jurisdictione, et de jure divino breviter non attingat, nempe potestatem jurisdictionis quæ nihil aliud est, quam prælatio quædam super plebem ad dirigendam illam in vitam aeternam, secundum præcepta Ecclesiæ, totam a papa tanquam a fonte promanare, et ita in decreto Innoc. IV et Lucii III et Clem. III contineri, quod a se in Sicilia inventum coram Patribus publice recitavit, idque confirmatum dixit a multis Patribus in Concilio Basileensi in epistola ad Eugenium IV. Papam autem, cum dat oves, tribuere etiam prælatum in illas, alioquin si daret tantum materiam, sequeretur eos habere sponte aut aliunde potestatem, cum materiam tantum illius exercenda a papa assequerentur, quod falsum est, cum jurisdictione ante consecrationem possit obtineri, ut in Extravag. ult. Clem. V, sequeretur etiam æque in omnibus episcopis competere, quoniam sunt omnes æque consecrati, et in hanc sententiam adduxit doct. in 4 senten. dist. 24, Sanctum Bonaventuram q. 3. S. Thomam 2, 2 q., 29, et in 4 senten. dist. 24 et S. Leon. in caput ita Dominus 19 dist. Porro jus divinum multipliciter accipi dixit, nec enim id solum, quod ore Dei traditum in sacris litteris continetur ad illud referri, sed etiam alia multa in sacris litteris non expressa, veluti sunt formæ Sacramentorum, sicuti contra, non omnia in iis expressa statim censeri juris divini, quemadmodum orare non velato capite, abstinere a sanguine et suffocato, Bigamia, et alia hujusmodi: esse etiam quædam, quibus concurrunt cause secundæ, et tamen attribuuntur Deo, qui dat illis potestatem, ut in Psal. *dat pullis escam corvorum*. Quædam, quæ non attribuuntur nisi large, alia, quæ nullatenus ei adscribuntur. Ideo haec omnia accurate circumspicienda esse. Posse autem regulam quædam constitui, ut omnia, quæ Deus voluit esse perpetua et immutabilia, ea per se ipsum fecerit, alia, quæ varietati subjecta sunt, per alios, et media quædam instituerit. Potestatem igitur Ordinis a Deo pendere prout consecrationem, et hanc esse immutabilem. In alia, quæ jurisdictionis est, concurret etiam potestatem hominis, ideoque variari saepius, et auferri posse ab eodem homine non materiam solum, sed etiam potestatem. Et quamvis jurisdictionis omnis in universum au-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Aud. Rot. postea card. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 24. p. 247.

ctor sit Deus, tamen illam in summo Pontifice tanquam in fonte collocasse, a quo alii omnes eam hauriant, sicuti dominari animantibus et terra Deo est, huic vero, vel illi loco præesse, aliunde hoc dominium pendere, aliquis causis adscribi.

« Hic dicendis sententiis finis<sup>1</sup>, quæ cum omnium ferre aures, tum prolixitate, tum acri disceptatione defatigatis reliquissent, varie subinde hac dijudicandi, ac temere alia atque alia suspicandi compluribus occasionem præbuerunt. In primis enim Hispanos Patres multi mirabantur, adeo hac in re unanimes atque ardentes se ostendisse, ut jurisdictione eis divinitus tributa esse declararetur, nec eam, quam præ se ferebant auctoritatis Summi Pontificis rationem habuissent. Aiebant quidam in veterata adversus archiepiscopum Hispalensem, summum Hispaniarum inquisitorem, simulate hac ab eis urgeri, ut eo facilius, si eis licuisset, ab ejus potestate se eximerent, alii nihil aliud eos, quam rem suam quærere, hæcque juris divini, quæ adeo sparguntur semina a superioribus de residentia controversiis propagata ad amplificandam eorum auctoritatem, diminuendamque Summi Pontificis in eis potestatem tendere. Alii bono eos zelo et stimulis conscientia impulsos, quod ita Christianas reipublicæ consultum judicaverint, hæc arripuisse, et præsertim, quod auctore Francisco de Victoria, ex cuius gymnasio multi, qui huc convenire Patres exilierunt. Ille opinio quidem ab Hispaniarum academiis, quod fuerit apprehensa sane probabilis videtur, cum et alii aliquot non Hispani Patres, ita sanctæ Ecclesiæ expedire persuasi, camdem sententiam pari studio fuerint amplexi. In Galliis illud observatum, quod cum cardinalis Lotharingius, et publice, et privatum eos reprehendere visus esset, qui hanc quæstionem inutilem sermone protraherent, sive de potestate papæ ac Concilii disceptare auderent, prælati tamen ejus fere omnes, prout res tulerat, in hoc, vel illud argumentum digressi fuerant, etc.

125. Ceterum de rebus propositis mirum illud fuit Patres fere omnes, ita se totos in ea quæstione de jurisdictione discutienda effusisse, que proposita non erat, nec necessaria, nec his temporibus congruens, et reliqua, quæ in doctrina continebantur, a paucis tantum Patribus observata, leviterque perstricta fuisse. Sed et hinc multa alia in dubium vocata fuisse constabat, quæ cum hereticis non sunt pugnantia, sed tantum inter theologos et canonistas controversa, a quibus abstinenter potius erat, quod hæc seditiones et sectas tantum inter Patres fovere, nec fructum afferre posse viderentur.

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Aud. Rot. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 248.

« Porro in tractanda quæstione de jurisdictione<sup>1</sup>, cum multi in eam sententiam venissent, ut dicentes potestatem jurisdictionis a Christo episcopis tribui, illius vero exercenda materiam atque usum a papa ministrari, ideoque reliquias persuadere conarentur<sup>2</sup>, ut potestatem hanc a Christo profici sci faterentur, quod perinde esset ac si a papa jurisdictione ipsa hauriretur, postquam illius mutandæ, seu adimendæ auctoritatem retineret, animadversum tamen fuit hæc longe inter se differre multaque hinc absurdissima pendere: siquidem si concedebatur originem jurisdictionis a Christo derivari, tunc quanvis papa distribuenda materia minister esset, elicere tamen inde voluissent, eam amplius mutare, aut minuere, nisi ex causa, papæ non licere, ut apud Abb. et Dec. in cap. fin. de confirm. util. et Abb. in quæst. incipiente episcopus, etc. Quod si tota potestas a papa orioretur, tunc in ejus facultate, tanquam quod juris positivi diceretur, relinquebatur eam in hunc, vel illum nulla addita ratione transferre. Tametsi autem papa nemini jus suum adimere, cunctaque ordine administrare debeat, id tamen incommodi sequebatur, quod si papa beneficium aliquod reservare, si ordinarii collocationem prævenire, si ab ejus jurisdictione aliquem eximere, seu eum ad alteram cathedralem transferre, aut alia hujusmodi attentasset, semper disputationibus prius involvendus erat, an justa tunc cause subcesset, quod nihil aliud erat, quam eum, cui summa in alios potestas divinitus fuit tradita, inferiorum sensibus censuræque subjicie. Idecirco semper canonistæ omnes, aliquæ multi contendenterunt, si quidquam in hac materia erat definiendum, id semper maneret, potestatem quidem Ordinis totam derivari a Deo, papamque in eo ut nudum ministrum censeri, verum potestatem jurisdictionis a papa, non ut instrumento, sed tanquam fonte et causa efficienti profici sci, hæcque omnia ita Dei ordinatione pro Ecclesiæ suæ utilitate constituta.

« Fuit quoque animadversum hanc quæstionem de episcopis et presbyteris fuisse olim ab Aerio excitatam, atque a Catholicis damnatam, ut ex S. August. de heres. et Epiphanio constat, quæ deinde a Marsilio Patavino ducentis abhinc circiter annis renovata, novissimeque a Luthero ejusque sectatoribus fuit repetita, quorum etiam argumenta nonnulla audit a fuerunt, quod in ea re magis Patres movebat, ut in re tanta omnia circumspicerentur.

« De auctoritate S. Hieronymi in c. olim et cap. legimus varie Patres cum locuti fuissent, non defuerunt, qui ejus sententiam non receptam esse responderent, de qua Albertus Pighius libr. 2. cap. 10, Alphons. de Castro lib. de hæ-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. Ms. Fr. card. sig. n. 24. p. 249.

res. in verbo *episcopus* Dominicus Soto de justitia et iure libr. 10.

« De sancto Thoma etiam variae fuerunt sententiae, quid in hac quaestione de jurisdictione senserit, et ultraque pars eum in rem suam interdum afferre conabatur.

« De Turrecremata, cuius auctoritas saepius prolata fuit, memini quemdam, cuius nomini et memorie parco, cum ejus opinionem a theologis explosas esse diceret, eum simul Turrecremata invidiose appellare.

« Cum igitur haec, et alia multa magnis implicita difficultatibus a Patribus fuissent auditæ, sollicitus eo magis legatorum animus reddebat, quod nihil tam longius disputatio[n]ibus, nedium perfectum, sed minoribus omnia dissidiis aucta conspiciebant. Statuunt igitur cum Lotharingo agere, ut tollendis tot controversiis operam suam interponat, quod quidem eorum consilium, quem tandem exitum cum tota hac questione fuerit adeptum existimavi continuata lectionis serie recensendum, ut tam arduæ rei tractatio, multorum deline mensium spatio usque in diem sessionis assiduo agitata, planius omnibus innotescat; mox ad alia, quæ hoc tempore subsecuta fuerunt revertemur ». Ilaetenus Gabriel Palæottus, at de his iterum proximo anno recurret mentio.

126. Orta fuerat in Concilio controversia<sup>1</sup>, an procuratores episcoporum Germaniae dicendæ decretoriæ sententia jure pollerent; tuebantur illi causam suam Diplomatico Pauli III, quo ante septendecim annos ob tumultus Germanie, et pericula imminentia si præsules e provincia discederent, cum Lutherani perpetuas iis struerent insidias, ea prærogativa fuerant affecti; de quibus consultus Pius, abrogata Pauli prærogativa, sanxit, ut procuratores presulum ad offrendas tantum absentia excusationes admittentur.

« Pius, etc. Ad futuram rei memoriam.

« Alias a felicis recordationis Paulo III prædecessore nostro emanarunt litteræ in forma brevis tenoris subsequentis.

« Venerabili fratri Joanni Mariae episcopo Praenestino, etc. Dat. iv Decembbris MDLV. Pontificatus nostri anno XII ».

Concessa erat iis facultas præsulibus Germanis ob hæreticorum insidias ac molimina, ut procuratorum opera in Concilio comparerent: subdit Pius :

« Cum autem nos postmodum ex complurimi rationabilibus causis ad id animum nostrum commoventibus per nostras sub plumbo pridie kal. Januarii, Pontificatus nostri an. II, confecias litteras decreverimus et declaraverimus prælatos et alios jus dicendi sententias in consistorio per nos in civitate Tridentina indicto habentes,

in quo per Dei Optimi Maximi opem et auxilium jam aliquot sessiones factæ fuerunt, nisi legitimo impedimento detinerentur, per seipso, et non per procuratores, nisi ad dicendum de impedimento hujusmodi in dicto consistorio comparere, et illius celebrationi interesse teneri et obligatos esse, et ipsos solos personaliter comparentes ad sententias in eodem Concilio dicendas admissi; procuratores vero, etiamsi prælati forent, et jure propriam vocem in Concilio haberent, ad allegandum et probandum

excusationes impedimenti dumtaxat audiri debere, prout in eisdem nostris sub plumbo litteris plenius continetur, contingere facile posset, ut nonnulli ex prælatis, et aliis in ipso Concilio vocem habentibus prædictis propterea quod praesertim litteræ in forma Brevis Pauli prædecessoris nostri hujusmodi in eisdem nostris sub plumbo litteris specialiter revocate non fuerint, illis se tueri, et juvare posse forsan pretendere dubitarent. Idecirco volentes easdem nostras litteras sub plumbo suum debitum ac totalem effectum, sicut par est, omnino sortiri, et omnem euicunque talis prætensionis materiam de medio tollere, motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione nostra, et de Apostolice potestatis plenitudine, litteras in forma Brevis Pauli prædecessoris nostri hujusmodi, et in eis contenta quæcumque, auctoritate Apostolica revocamus, cassamus, irritamus ac totaliter annullamus, revocataque, cassata, irritata ac penitus annullata fore et esse, nemini ullatenus suffragari, nec quemquam illis se quoquo modo tueri, aut juvare, neque harum ipsarum, seu per nos revocatarum prætextu sententias in dicto Concilio per procuratores nullo pacto dicere, neque ad id quovis quæsito colore admissi posse vel debere, sed easdem nostras sub plumbo litteras ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observandas esse, siveque per quoscumque judices et commissarios quavis auctoritate fulgentes, et sancte Romanae Ecclesiæ cardinales, ac de latere legatos, sublata eis et eorum cuiilibet quavis alteri judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, definiiri et interpretari debere. Irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus non obstantibus, etc. Datum Roma apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xvi Augusti MDLXII, Pontificatus nostri anno III ».

127. Hortatur Pius electorem Brandenburgensem ut viros pios ad Concilium mittat. — Non prætermittendum hic visum est Joachimum marchionem Brandenburgensem principem electorem, cum ad salutandum Pontificem oratorem misisset, sollicitatum fuisse a Pio<sup>1</sup>,

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109. p. 166.

Pius IV. to. II. brev. sig. 2897.

ut viros probos et graves, pacisque cupidos ad Concilium Tridentinum mitteret :

« Dilecto filio nobili viro Joachimo marchionis Brandenburgensi, sacri Romani imperii principi electori.

« Dilecte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem. Oratorem tuum ea benignitate, qua decuit, excepimus, libenterque et litteras tuas ab eo nobis redditas legimus, et quae is tuo nomine exposuit nobis audivimus, quibus in litteris jucunda nobis admodum fuit commemoratio illius temporis, quo nobilitatem tuam in illa expeditione Hungarica cognovimus, declaratio benevolentiae, quam tum erga nos suscepisti, quam abs le conservatae fuisse vehementer gaudemus. Nos quoque, qui te illo tempore ob eximiam virtutem, singularem quamdam humanitatem tuam una cum bona memoriae Joanne Jacobo fratre nostro marchione, et amare et plurimi facere coepimus, amorem illum erga te constantissime, ut nostra natura conservavimus, ac post injunctum nobis Apostolieae servitutis onus etiam auximus, quique te antea ut amicum dileximus, postea ut charissimum filium amare instituimus, neque unquam de te perhonorisce loqui destitimus. Persuasum enim nobis habuimus devotionem illam et pietatem erga Sedem Apostolicam, que in majoribus tuis clarissimis optimisque principiis tantopere præter ceteras eorum virtutes enituit, in te, sicut reliquias eorum virtutes, ita derivatam fuisse, ut non facile aboleri potuerit, praesertim cum, ut scis, haec Sancta Sedes te et tuos singulari semper charilate et benignitate fuerit complexa: quod cum ita de te sentiamus, expectamus a nobilitate tua, ut ad Concilium auctoritate nostra Tridenti congregatum oratores tuos mittas, teque illi, ut Catholicum principem decet, subjecias, sicut prædecessorum nostrorum tempore fecisti, quod enim cum officio adductus fecisti, speramus tua erga nos vetere benevolentia commotum aliquando facturum esse propensius, quod ut facias neve minoris abs te fieri quam ipsos prædecessores nostros ostendas, nobilitatem tuam in Domino hortamur et paternæ monemus. Quæ autem offerri tibi potest magis idonea occasio declarandæ istius tue eximiæ probitatis, et rectæ ac piæ voluntatis, et de ista nobilissima natione optime merendi, quam hoc ipsum Concilii generalis tempus, in quo de Dei Omnipotentis honore, ac religione, de salute animarum, de correctione morum, de universalis Ecclesie' pace, quiete et tranquillitate, et loliis Christiani populi unitate et concordia agitur, summa omnibus proposita libertate tuto veniendi, et cum ipsis libuerit recedendi, ac dum ibi manserint dicendi et monendi, quæ monenda esse duxerint, et monenda sacra Synodo omnes patienter, et benigne, et summa cum lenitate et mansuetu-

dine auditura, et studiose operam datura (quoad quidem salva fide, ac religione poterit) ut omnibus satisfaciat. Noli, quæsumus, tam piuum, tam sanctum, tam te dignum officium prætermittere. Has tam necessarias actiones Concilii, haec tam salutaria consilia nostra adjuva, quantum potes, quod cum facies, consules saluti, consules etiam gloriæ et dignitati tuæ, et cum Deo gratissimum facies, tum de nobis ea omnia, quæ a nobis hoc in loco constitutis in le proficiisci poterunt, quantum cum Deo poterit, tibi poteris polliceri. Illud te non monendum esse scimus, ut si huic paternæ hortationi nostra, sicut speramus, parere studueris, de mittendis ad Concilium oratoribus, deligas ad tam grave munus viros graves et probos, qui munus sibi commissum pie ac fideliter obire studeant, nec quidquam aliud quam honorem Dei et communem utilitatem sibi propositam habeant. Pro tua enim præstanti prudentia talibus te viris potissimum hoc officium commissurum esse persuasum habemus. Oratorem tuum cum ad te remitteremus, munuscula ei quædam dedimus, qualia piis hominibus grata et optata esse solent, deferenda ad te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem conjugem tuam, ad nostræ paternæ erga te charitatis indicium, reliqua aulem, que scribere omittimus, ipse referet. Omnipotentem Denm, a quo omnia bona procedunt, oramus, ut vos custodiat et protegat, et ita mandata sua servare concedat, ut post hujus mortalis vita cursum pie feliciterque peractum ad aternæ vitæ gaudia vos perducat. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die x Septembbris MDLXII, Pontifice nostri anno iii.

Non morem gessit Pontificiis votis Marchio Brandenburgensis, nec oratores ad Concilium misit.

128. *Hugonottorum conjuratio : Hospitalis cancellarii edictum nefarium.* — In Galii<sup>1</sup> erupit hoc anno atrocissima Hugonottorum sive Calvinistarum conjuratio in regem et Catholicos, que tanto furore grassata est, ut Gallica gens, que inter ceteras humanitate exultissima morumque suavitate exploitissima est, hausta haeresi, in tantam immanitatem efficerat sit, ut non modo Tartaros et Turcas crudelitatem, quam in quoscumque Catholicos, sed maxime in sacerdotes et monachos exercuit, superaret, sed etiam, ut luxit Gallicus orator, in tigridum naturam refusa videretur, cuius ferociæ causam exprimit Surius his verbis :

« Est in hoc novo Evangelio spiritus quidam vehementis, qui miseris homines agit præcipites ad audienda ea, que sani homines nunquam auderent; cum enim male persuasi sint ab

<sup>1</sup> Blasius Moulinius, Belarius I, xxix. Florin. Raymun. Surius in Comin. hoc anno p. 512. Jac. Aug. Thuan. I. xxxiii.

impostoribus pseudo-prophetis, ipsos hactenus ambulasse in tenebris, tum denum veram apprehendisse lucem, non sobrietatis, sed amentiae musto ebrii ruunt in facinora: et cum multa agant, non verbis, sed flammis vindicanda, tamen se putant recte et religiose agere; quae persuasio falsa addit vires temeritati, ut tanto res nefarias ausint liberius, quanto eas arbitrantur magis Deo gratas; et haec quidem de imperita multitudine dici possent, nam multi etiam non errore, sed malitia peccant ». Improbitate quidem insigni peccarunt duces Hugonotorum praecepit, nam Ludovicus Condæus princeps, quantumvis jaetaret se mandato arcane regime cepisse arma, ac regis causam tueri, ad tyrannideum asserenda secta Huguenotica studio praetenso annitebatur, eaque spe a ministris vere ministris Sathanæ, qui se pastores appellabant, enim essent lupi rapaces animarum, lactabatur, ut Annas Momorantius magister Equitum capto Rothomago in os objectit Marlorato ministro ad suspendum damnato. Gaspari Colinio Normandiae, Andeloto Britannie minoris ducatus spondebantur, aliis procuribus provinciarum prefecture, aliis opes e temporum expilationibus et Catholicorum bonis redigendæ ostentabantur. At post innumerata mala confusa impiorum consilia visuri sumus, de quibus scripturi ordinem temporum sequemur.

129. Decimo septimo Januarii <sup>1</sup> Hospitalis summi juris dicundi praefectus, quam dignitatem Cancellarium vocant, cum nunquam hactenus regia auctoritate publici sectariorum conventus permissi essent, coactis apud Fanum Sancti-Germani ex variis provinciis nonnullis senatoribus, quos ab haeresi non abborrere norat, edictum nomine regio, id enim Colinio pollicite regina erat, pro asserenda sibi, haeticorum ope, regni procuratione promulgavit, nefarium ac multa arte politica delibutum, ut illius impietatem variis figmentis obvelaret; nam multa imperabat pro tuenda sacerdotum causa, temporumque magestate, quæ nunquam haeticiei erant præstituti; haeticis vero publicorum conventuum in suburbis libere habendorum auctoritatem conferebat. Dabat id editum magistratibus imperia, ut eos tuerentur, et (quod absurdissimum erat) jubebat a ministris fidem obstringi, ipsos verbum Dei pure et sincere populum edocturos, cum eos verbi divini corruptores esse, errorumque magistros constaret: nihil adversi contra Nicæni Concilii Symbolum, aut libros Veteris et Novi Testamenti dicturos, cum articulum *in unum Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam* pernegarent, Evangeliumque perverterent; in Oratione etiam, qua ferendo edicto prolusit, in

haeresim turpiter lapsus est, dum veluti certum atque exploratum statuit pervulgatum Lutheranorum aliorumque Haeticorum dogma <sup>2</sup>, scilicet anno 1525, ac antequam Lutherus doctrinam novam afferret, nil recti quoad doctrinam, nihil sani quoad mores in Romana Ecclesia fuisse: quæ si dixerit, haud dubie pessimi haeticici certissimum argumentum dedit; quanquam suspicio non absit, Augustum Thuanum, qui passim Historiam suam haeticico veneno contaminat, quamque partim ex Theodoro Beza haeresiarcha, partim ex aliis haeticis decerpitam profitetur, haec illi verba impia affluxisse.

130. Nefandi hujus edicti, ex quo innumera mala emersere, auctori Hospitalio infamia gravis haereseos adhaesit, que per vicina regna deinde sparsa est, quam labem ignominie ut detergeret apud Pontificem hisce litteris <sup>2</sup> purgare se nisus est:

« Sanctissimo domino nostro Pio IV Pontifici Maximo.

« Beatissime pater. Cum Antissiodorensis episcopus Romanam proficeretur, arripi occasionem ad te scribendi, quam tandem quærebam, id quod mihi visus sum commodissime facere posse per hunc, qui quia mihi intimus est, longitudinem epistola mea sermone suo relevabit. Scio falsos quosdam de me rumores, vel ab obrectatoribus, vel a malevolis, vel inimicis meis Romæ, atque adeo totam Italiam Hispaniamque disseminatos, quibus rumoribus aures principum aliorum, atque etiam tua patuerunt. Non esseum commotus ea re, si audisses tantum, non etiam credidisses. Sed cum accepissem mandasse te tuis, ut regis matrem commonerent, ne quid illa mihi crederet, ut a me tanquam a pestifero aliquo homine caveret, non putavi longius esse differendum purgandi mei tempus: quod sane commodius facerem, si tenerem criminis mihi objecta, ad quæ responderem, nunc velut in umbra pugnans, quod ab eis suspicor dictum quoquo modo, diluam. Quicunque a vero Dei cultu atque a vera pietate abhorrent, qui sacerdotii munus obire nolunt, pecuniam et fructum capiunt, qui vitam suam corrigi moresve emendari nolunt, cum iis mihi perpetuum bellum est. Pugnavi cum illis, fateor, legibus, edictis, sed nihil præter odium et inimicitias reportavi. Si quid a me factum acerbius, si quid vehementius, Deus ac Dei vicarius iudex esto. Gessi et feci omnia hic in aula, velut maximo Galliae nostra theatro. Dedi operam, quoad potui, ut nova repudiarem, vetera corrigerem; sed neque illi me, neque illos ferre possum. Facio fortassis imperile, qui non serviam temporibus, ut multi prudentes in

<sup>1</sup> Belcarius l. xxix. num. 35.

<sup>2</sup> Ext. in fine lib. excusi an. 1613. infra scripti : Instructions et Missives des Roys très-Chrestiens concernant le Concile de Trente.

sua quique republica fecerunt. Sed is meus est inos, ea natura, mea atas etiam ingravescens morosiorum me facit. Ille veluti caput excommunicationis nostrae ». Et mox : « Deus Optimus Maximus principatum Ecclesiae tuum in multis annos prorogat ad Christi Fili sui gloriam, et populum omnium salutem. Ex aula nostra in kalendas Augusti M.D.XII ». .

Hic Pontifex prudentissime<sup>1</sup>, ut secundum Jacobi Apostoli<sup>2</sup> prescriptum, ex operibus fidem suam ostenderet, amantissimis verbis respondit :

« Dilecto filio Michaeli Hospitali magno Franciae cancellario.

« Moleste te ferre significas, disseminatos de te quosdam rumores fuisse, et rectam ac sinceram mentem tuam piumque propositum nolis probare conaris. Tantum te torturam in Domino, ut ita te in posterum gerere studeas, ut ea, que tibi objecta fuisse suspicaris, factis ipsis refelli abs te intelligamus. Quod si feceris, ut optamus et ut de tua prudentia sperare possumus, nos te, ut pium ac devotum sancte Matris Ecclesie filium amplectentes, quibuscumque in rebus poterimus, paternum erga te animum declarare studebimus. xxviii Septembris anno ii » Haec ad Hospitalem Pontifex, sed ad memoratum edictum redeamus.

131. Eodem edicto data iuit Huguenottis potestas, ut synodos et consistoria et colloquia haberent, modo magistratus presentes, more scilicet Lutherano, essent.

Promulgato eo edicto triumpharunt ministri Huguenottici, jam liberas sibi propagandæ haereseos effusas habendas; at pii Catholici, maximeque sacerdotes luctu oppressi sunt, nam permitta hac licentia prævious est hanc dubie sectam impian amplificatum iri, auctoque numero haereticos vestigalia Ecclesiastica invasuros, expilatueros templo, mucronesve in eorum peccora distracturos, quare in pluribus provinciis senatus illud edictum non admisit, quod a mense Januario, in quo promulgatum est, Januarii nomen accepit, atque tumultuum causam invexit, non sedavit. Haeretici enim cum funestissimam conjurationem conflassent, præfexebant cepisse armia contra Januarii edicti violatores, cum ipsi in pluribus capitibus illud petulantissime cæsis sacerdotibus, profanatis sacris, templisque di-reptis violarent. Intercessit eidem edicto constanter curia Parisiensis per Christophorum Thuanum praesidem et Jacobum Violam consiliarium postea episcopum Parisiensem, itaque ad levandom improbi edicti invidiam adjuncta est ea lex, validetur id edictum, donec aliter, vel ab Oecumenico Concilio, vel a rege decreatum esset.

132. Hoc edictum tradit Belcarius<sup>3</sup>, omnium malorum fontem atque originem extitisse, ad-

versus quod, ut scripsit Carolo Borromæo cardinalis legatus<sup>4</sup>, Senatus Parisiensis institit, edictum superioris anni, quo cœtus haereticorum prohibiti, observandum; proposuit pericula, in qua Catharina regina tum ejus filii adducerentur, prava esse penitus atque exitialia hujus novæ religionis consilia, atque adeo mature et sedulo comprimenda; at regina sedatis his tumultibus, ita vires eorum se elisuram spopondit, ut ab iis nil sit formidandum, quæ litteræ xiii Februarii consignatae. Datis aliis xiv Februarii significavit, senatus Parisiensis oratores in sanctiore consilio exposuisse gravissima damna ex edicto, quo duplex religio permittitur, adduxisseque ingentia mala hinc emersura, tum pessimorum successum in aliis provinciis exempla, quibus a regina responsum est, nunquam regie mentis fuisse duas religiones approbare, sed tantummodo eo edicto novatores ad parendum judiciis revocari, ac in posterum habita temporum ratione ad officium flentodos melioribus legibus. Non fore regiae mentis duas religiones approbare, vel fovere in Galliæ regno, sed eam tantummodo, quam pater, et avus, alique prædecessores coluerunt, cumque antea permisum esset Huguenottis suis cœtus vel synodos cogere sine magistratus ordinarii loci venia, modo sine provinciæ prefecti facultate prohibitos, præterea prohibitos magistratus eorum concionibus interesse, omnesque regios administros religionem sui principis profiteri jussos, ac si multa officiorum adjecta non sit, non tamén parum promotum videri. In aliis vero xxiii Februarii exaratis constanter senatum Parisiensem intercedere illi edicto, duas religiones eo edicto induci atque tolerari, sive approbari, nec flecti reginam, cum in senatum venisset, potuisse; jussum a regina, ut modum compescendarum seditionum afferret, contendisse senatum ejiciendos e regno haereticos concionatores; at regina objecit hoc facile mandari operi non posse, atque plures consurrecturos in arma; itaque iterum jussisse rem executi, spondereque parti Catholicorum confirmandæ se conjuncturam. Iterum cardinalis legatus aliis datis tertia die Martii significavit Carolo Borromæo senatum Parisiensem flagrantissimo pietatis studio perstare in sententiâ, omnes haereticos concionatores regno pellendos, tum Huguenottos adigendos ad arma poneuda, omnes episcopos, senatores, regiosque administros ad nuncupandum fidei sue sacramentum compellendos, vagos quoque, quorum pars maxima Huguenotta est, Lutetia ejiciendos; proposuisse etiam optime actum iri cum illis ministris Gallicis, si mittantur ad Concilium, quæ omnia tempore Francisci II etiam proposita fuisse re-

<sup>1</sup> Ep. ccxcv. — <sup>2</sup> Cap. 2. — <sup>3</sup> Belcar. I. xxix. num. 28.

<sup>4</sup> Ms. card. Spade sig. num. 31. P. 33. ad carc. Borr. Ib. p. 31. xxiii Febr. M.D.XII. Ib. p. 29.

gina asseruit, seque haerere in suscepula opinione, concionatores haereticos regno pelli non posse, nisi gravestum multus concidentur, cuietiam opinioni regii scribii magister (is erat Hospitialis) pra omniibus aliis firmissime adhaerescat.

133. Decretum denum fuit in sancto conilio, ut princeps Rupis-Suryonis ad senatum Parisiensem missus illum pelliciat<sup>1</sup> ad edictum primum adjectis declarationibus temperatum promulgandum; quod si senatus obstitterit, ipse apertis camere foribus regio imperio ac nomine illud promulget, quae res cum sit insolita, atque exasperare Catholicos possit, regina ad eos demulcendos pollicetur brevi se Huguenotorum publicas conciones, tam in urbe, quam extra prohibituras, ac permissuram lantum privatelas, et clausis januis. In sancto porro regio senatu discepantes erant sententiae, nec levia dissidia. Etiam scriptis xiii Martii aliis litteris<sup>2</sup> significavit reginam infensam esse Marescallo Sancti-Andreae, quod ille magis Catholicorum procerum parti, quam ipsi reginæ adhaeresceret, illamque proceribus Huguenottis studere, ut eorum benvolentia fulciatur, non quod eorum haeresim promovere velit; atque hanc esse radicem omnium difficultatum, quibus implicatissima sint Gallica negotia, consecutione enim quadam favere Huguenottæ sectæ, dum factoribus illius proceribus non omnino adversatur. Denique datis viii Martii litteris<sup>3</sup> significavit senatum Parisiensem regio actum imperio edictum memoratum promulgasse, non tamen illud approbasse, reginam vero meliorum rerum spes concepisse, ac brevi se arma ex Huguenotorum manibus excussuram sperare. Ut vero illam sue spes feffellerint, dicetur inferius.

134. *Cardinalis Ferrariensis, in aula Gallica nuntius, ad Hosio reprehenditur.* — Ut nefarii ejus edicti fama pervasit aulam Pontificiam, planxere plures impendentes Galliæ calamitates, metuque inhorruere, ne omnino religio Catholica in eo regno everteretur, adeo ut questus sit cardinalis Ferrariensis apud Carolum Borromaeum, nonnullos alieno spiritu ductos insurrare Sanctitatì Pontificiæ, rem Catholicam penitus in Gallia profligatam, omnemque circa eam operam perdi; verum licet in eo regno corruptissimi sint nonnulli humores, a quibus opprimuntur, tamen illud validis viribus ad evincendam vim mali non destitui, nec de ejus salute desperandum, cœlerum vocare invidiam eos, qui illi sanando dant operam, pessimis esse exempli, et ægrum ad mortem præcipitem abjecere: non propterea de Galliæ salute conclamat, si aliquod oppidum ab haereticis, vel aliqua Ecclesia evertatur, aut aliquod monaste-

rium incendatur: non damnandam reginæ men-  
tem si ad capessenda arma in Huguenottos non  
consenserit, non enim id pravo animo tribuendu-  
m, sed infirmitati sexus, aut expeditionis dif-  
ficultati, ob quas causas subsidiarias copias ipsi  
oblatas non admittat; quod vero aliqui Catho-  
lici sint offendiculum passi ex sua lenitate, nou-  
mirum videri, si naturæ suæ impetus sequen-  
dos illi censeant: verum plures re altius perpen-  
sa mutasse sententiam. Constare ex rerum suc-  
cessu, maximi referre regi Navarra tieri satis,  
atque alia remedia inde facilius successura; fel-  
iciter a se collocatam operam ad eum in re-  
ctum tramitem revocandum, atque ex demon-  
strata ab eo perspicue mente optima optimos  
effectus consequentis, atque in dies ab eo insigni-  
bus factis eam mentem illustratum iri, si prove-  
hendis expedita compensationis votis strenue  
incumbatur etc. « Datum apud S. Germanum  
xxv Januarii MDLXII ».

Significavit alius illoris xxxi Januarii consi-  
gnatis Pontifici legatus, maximi referre Pontifi-  
ciis officiis regem Navarrai devincire: ex eo  
enim summam rerum pendere; inde Concilium  
promotum iri felicique exitu claudendum, uni-  
versum regnum ab execranda Huguenotta peste  
vindicandum, ad concilianda factionis hujus capi-  
ta nulli rei parcendum: agnivisse Sanctitatem  
Suam ex reginæ litteris propria manu exaratis,  
quanta illius principis bonitas, utque illi fiat  
satis, quantum operetur; etiam rem Catholicam  
ex eo capite magis confirmatam, quod posthac  
haereticæ conciones in aula non sint permitten-  
dæ. « Dat. apud S. Germ. xxxi Jan. MDLXII ».

135. Querenti vero Carolo Borromao, ora-  
torem regis Christianissimi nomine Iotius Ec-  
clesiæ Gallicanæ Communionem sub ultraque  
specie expetuisse, respondit cardinal. Ferrarien-  
sis in Gallia legalus, præsules in colloquio  
Possaceno nunquam decrevisse, ut communio  
sub ultraque specie peteretur, sed card. Lotha-  
ringum, dum una cum aliis prælatis reginæ  
matri conclusa ac decreta Possiaci referret,  
preecs addidisse, ut ipsa ab Apostolica Sede  
eam flagitaret, futuram enim solatio innumeris  
mentis optimæ fidelibus in hoc regno, atque  
etiam multorum astantes conscientias placatum  
iri, et utrumque pro universa Ecclesia Gal-  
licana ipsam fuisse interpretatam.

De rebus Avenionensibus addidit, Aurasiæ  
perduellium esse asylum ac haereeos senti-  
nam, rogandumque regem Philippum, ut Au-  
raicium principem ad restituendam rem Catho-  
licam in ea urbe permoveret: Parpaliam pro-  
fessum esse Huguenottam impietatem, nec mul-  
cendum officiis: cœplum jam fuisse illud collo-  
quium, de quo xvii Jan. scripsérat: seque illi  
interfuisse, ila sibi reverendiss. card. Turnonio,

<sup>1</sup> Ext. ibid. p. 31. — <sup>2</sup> Ext. ibid. p. 49. — <sup>3</sup> Extant ejus litteræ  
in Ms. card. Spadae sig. num. 31. p. 41.

<sup>4</sup> Ext. ibid. p. 17.

et aliis proceribus Catholicis consulentibus : se pariter interprete Morette regulo, reginae Anglie in aula Gallica oratore, pro ea ad Ecclesiam pellicienda usum, atque ex relatis dignoscet eam reginam exempla Gallorum procerum sectae Huguenottarum secuturam. « Dat. apud S. Germ. xxx Januarii MDCXII ».

136. Significavit memoratus cardinalis Ferrarensis<sup>1</sup> Stanislao Hosio episcopo Warmiensi cardinali, Apostolico in Tridentino Concilio praesidi, Catharinam reginam gerere in votis, ut aliud colloquium inter Catholicos et Huguenottos iniretur prasente ipsa regina, cui ipse Hippolytus legatus Apostolicus interesset. At cardinalis Warmiensis Ferrarieusem card. ut infame hujusmodi colloquium defugeret ac distractubaret, est hortatus, reginam maximum decus eo flagitio contracturam, sat auditas horrendas blasphemias Theodori Bezae, quas Lutherani ipsi ferre non possint; Calvinum nunquam impetrare potuisse ullum colloquium cum Lutheranis, qui ab eo tanquam a peste determinata abhorreat. Halberstadii superiori anno proscriptos Sacramentarios, atque igni et aqua interdictos. Suadeat regina, ne in aures blasphema impiorum verba admittat. Brunsvici superiori anno Sacramentarium negasse a divino Verbo susceptam humanam carnem : Petrum Martyrem negare Evangelium affirmsans, Christum clausis januis non ingressum ad discipulos; non funestandas regias aures repetendis his blasphemis vocibus : abrumpendum itaque omne colloqui genus cum impiis, atque Huguenottos ad Tridentinum Concilium amandandos, ut de veritate fidei doceantur; eam haeresim primum a Berengario inductam, ac paulo post extinctam, ante quadraginta annos a Carolostadio, mox a Zuinglio ab inferis excitatam. Quod porro metuit gravia pericula imminere, si regia vi comprimantur Huguenotti, norit certissime, longe graviora discrimina illi regno impendere, si turbundae haeresi frana laxentur; sed ipsius Hosii Epistolam<sup>2</sup> in medium alferamus.

« Hippolyto cardinali Ferrarensi legato in Galliis.

« Valde nos perturbavit, quod in litteris adscriptum est ab illustrissima dominatione vestra, cupere Christianissimam reginam, ut illa praesente et audiante, denuo disputationes incautur enim haereticis, quibus etiam vel intersit, vel prasit illustrissima dominatio vestra. Equidem obstupui, cum haec legi audirem, nec satis mirari potui, quomodo venerit in mentem ei reginam, cuius tanta pietas et religio praejudicatur, talia postulare. Au non satis erat semel Theodori Bezae blasphemias audivisse, cum ille non minus longo intervallo disjunctum esse Christi

corpus ab Eucharistiae Sacramento, quam cœlum a terra distare diceret? Adeone ferre potuerunt aures Christianissimæ reginæ tam blasphemias voces, ut eas etiam iterari velit? quas certe, nec ipsi Lutherani, quamlibet sint ab Ecclesia Catholicæ alieni, sustinere possent, quorum de Calvinio deque sectatoribus ejus haec est sententia : sceptro magistratus eos coercendos, non stylo vel disputatione esse refutandos. Legi quemdam Calvini libellum, in quo graviter queritur contra Joachimum Westphalum, scribitque, cum sepe colloquia fuerint habita inter Catholicos et Lutheranos, quod semper ab illis exclusus fuerit, nec unquam data sit ei potestas cum Lutheranis colloquendi.

« Proximo Septembri mense fuit Halberstadii, si recte memini, conventus quidam principum et statum Saxoniae, in quo qui Calvini doctrinam amplexi sunt, his omnibus aqua et igni interdictum est non sine gravi quadam interminatione, si quis in Saxoniæ civitatibus receptum eis dedisset; et quos ad colloquium suum non admittunt, quibus aqua et igni interdicunt ipsi etiam Lutherani, eorum blasphemias iterum atque iterum audire sustinebit ea regina, quæ non Christiana, sed Christianissima vocatur? » Et paulo post : « Auctor sit Christianissima reginæ quam charum est illi nomen hoc, quod multis jam saeculis magna cum gloria sua refinet Galliarum reges potentissimi : quam clara est illi, et fortunatum, et filiorum et animæ suæ salus, diligenter caveat, ne deinceps impuris horum hominum blasphemis aures suas accommodet, ne de praesentia Christi Corporis et Sanguinis, quam sole clarioribus verbis in Evangelio confirmatam habemus, iterum disputationi permittat. Cum fuisse in aula Cæsaris, vidi scriptum quoddam de disputatione, quæ habita fuit Brunsvici ante menses plus minus octo. In eo quidem Albertus Ardenghus, cum contra praesentiam Christi Corporis in Eucharistia multa diceret, ad confirmandam opinionem suam, haec verba scribuntur protulisse : « Quomodo potest in Eucharistia praesens adesse Christi caro et sanguis, cum Christus ex Maria Virgine nullam carnem assumperit, sed haud aliter atque sol per aquas nullo ex iis lumore contracto, sic ille per Virginis iterum transverit? » Huc tandem ventum erat disputationibus istis; posteaque negavit verum esse, quod dixit Christus accepto pane : *Hoc est corpus meum*, ut simili negaret verum esse, quod dixit Christi discipulus : *Verbum caro factum est*. Et certe non video cur major discipulo, quam ipsi magistro fides haberit debeat. Et si licet contra sensum et consensum Ecclesiæ totius verba magistri interpretari, cur non idem facere licet de verbis discipuli? Quod etiam factum a præcis hereticis esse sciimus : itaque Calvinismus hic brevi nobis pariet Atheismum. Proximis his

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3222, p. 117. — <sup>2</sup> Stanisl. Hosius card. Warin. Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3222, p. 127.

superioribus diebus legi Petri Martyris libellum, quem scripsit de duabus naturis in Christo contra ubiquitatem Brentii ante duos aut tres menses Tiguri editum. In eo, dum nihil plus tribui vult Christi corpori, quam cuivis alii corpori glorificato, negat Christum per clausum Virginis uterum transivisse, negat clauso monumento surrexisse, negat, quod verbis disertissimis in Evangelio scriptum est, clausis januis ad discipulos intrasse. Et ejusmodi blasphemias audiet regina Christianissima? audiet negari, quod ita manifestis verbis in Evangelio scriptum legimus? audiet sanctissimam Dei Genitricem Mariam Virginitatem in dubium vocari? audiet veritatem ipsam mendacii insinuari? Evidem non video, quomodo, non dicam Christianissimi, sed Christiani nomen tueri possit, cuius aures ab his tam impiis vocibus non abhorrent.

« Quamobrem quibuscumque potest rationibus, regiae persuadere conetur, ne quid eorum consilii loci det, qui sunt illi autores, ut non modo fieri permittat de presenta Christi Corporis in Eucharistia disputationes, verum etiam ipsa illis intersit aut praesit, quod Paulus Apostolus ferre nunquam potuisse, cuius quae sit ea de re sententia, illustrissima dominatio vestra non ignorat. Ille illos remittat ad sacro-sanctum Concilium hoc OEcumenicum, qui cipiunt aliqua de re doceri, non aulem seorsum ab orbe Christiano ea in dubium vocare patiatur; de quibus qui dubitavit aliquando Berengarius, semel et iterum errore hunc suum revocavit, et pridem haeresis ejus est extincta, nisi quod his annis prope quadraginta rursus est primo per Carolostadium, deinde per Zuin-gium et alios quosdam in lucem revocata.

« Scribit illustrissima dominatio vestra, propterea non exterminari manifestos haeticos ex Galliis, quod periculum est, si tentatum id sit, ne regnum illud in extremum discrimen adducatur. At ego vehementer metuo, ut non alia res magis acceleret regni istius nobilissimi interitum, quam quod in Christi causa principes ita connivent, quod hostes illius palam in eos grassari, quod veritatem oppugnari, quod non nomen ipsius impune blasphemari permittant. Non patietur hoc inultum Deus; ac nisi fuerint functi principes officio suo, statuet ipse de principibus quod erit justitia consentaneum, nec justi judicis officium in se requiri patietur. Non fo-vendo, sed extinguendo haereses regna servantur. Tantum esse populi zelum audio, ut statim sit eos ex omnibus civitatibus profligaturus, dummodo per edicta principum non prohibeatur. Tridenti x Februarii MDLXII ».

Vera nimium extitere Warmiensis cardinalis oracula, nam cum perditissimi aliqui processores, qui se magno supercilie et fastu politicos humanae prudentiae gradu augustiores jactabant, effulgent Hugonottam haeresim regiis

edictis, sine graviore regni periculo comprimi non posse, diffundende latius haereses permissa est impune licentia, atque ita impiis concionibus impiorum numerus auctus est, a quo quanta discrimina capiti et dignitati regum Gallorum contuta sint, suis locis lugendum erit.

In memorato vero colloquio, cum a cardinale Lotharingo Calviniani ministri convicti essent manifeste imposturæ, quod ostendere non possent, a quo ad novam religionem condendam missi essent, jactarunt illi impudentissime se extra ordinem missos a Deo, arcteque adacti, ut divinam missionem probarent, divino miraculo cum non possent, hoc denum anno prodigia vera Sathanæ, mota in regem rebellione, caesis sacerdotibus, eversis altaribus, exercitaque inhumana carnificina ediderunt, ut constiterit ipsos a Sathanæ ad perdendam Galliam, nec modo ad animarum, sed etiam ad corporum intermissionem missos.

137. *Lucenses commendantur a Pontifice quod solliciti sint ne ipsorum mercatores in haeresim incident.* — Sathanica illa missione freti in omnibus urbibus conventus suos armis instructi agebant, ad omne nefas, si quis ipsis obstreperet, paratissimi, ac Lugduni viæcordes magistratus imminentium, quas sibi accercebant, cladium ignari, permiscent, ut Jacobus Ruffus Calvinisticæ impietatis buccinator cathedralm pestilentiae trans Rhodanum collocaret, ad quem novarum rerum cupidi confluabant, quæ fama, cum ad Lucenses magistratus in Italia manasset, illi concives nos mercatores, qui Lugduni agebant, gravissimis litteris, Catholicae pietatis asserendæ studio patriæque ab ea peste vindicandæ cura incitati, monuere, ut conciones, colloquia et congressus haeticorum declinarent, ac religionis Catholice assertores constanter se profiterentur; quo accepto Pontifex<sup>1</sup> Lucensis pratoris ac senatus flagrantissimam pietatem his litteris commendavit :

138. « Dilectis filiis antianis et vexillero populi Communis Lucensis.

« Legimus pia laudabiliaque decreta, quæ civitatis generale consilium nuper fecit ad civitatem ipsam ab omni haeresis labore integrum conservandam; exempla etiam legimus litterarum, per quas ejusdem consilii mandato cives vestri, qui Lugduni negotiantur, diligenter et severe admodum, ut decuit, admoniti fuerunt, ut haeticorum omnium congressus, colloquia et conciones vitent, omnibusque dictis et factis suis declarent se, juxta Romanae Ecclesie ritus, præcepta et instituta observare, neque ulla in re a recta fide et Catholica religione deflexisse; pro nostro pastorali officio, et perpetuo erga rempublicam vestram studio gavisi admodum sumus, tam pie et sapienter hac apud vos acta

<sup>1</sup> Pius IV. to. tr. br. sig. num. 2897. Ep. CLXXX.

et constituta fuisse, magnasque eo nomine gratias agimus Omnipotenti Deo, a quo omne datum optimum descendit, et donum omne perfectum ». Et infra : « Nec vero quidquam fieri potuisse judicamus, vel ad tuendum Dei honorem sanctius, vel ad conservandam vestram patriam saltem prudentius. Praeciarum ceteris civitatibus civitas vestra documentum dedit, quanta diligentia occurendum sit haereticæ pravitatis morbo ; nihil enim tam civitatibus pestiferum, nihil non animabus modo, sed etiam quieti, paci et concordiae populorum tam adversum est. Eorum decretorum salubribus remedii obviam itum fuisse periculis, que vestrae patriæ imminebant, vehementer latamur, et nos, quia parum prodesset pia illa decreta facta fuisse, nisi cura et diligentia magistratum servarentur, hortamur vos et ceteros, qui in isto munere vobis successuri sunt, ut diligenter ea servanda et exequenda cunctis decreta proponant, cum illa, dum servabuntur, firmi erunt reipublicæ vestrae muri, et libertatis vestrae solida munimenta. Custodiet hand dubie civitatem istam Dominus, quoad ibi pura et sincera ipsius religio et cultus custodietur etc. XX Januar. MDLXII, Pontificis nostri anno III ».

Praeret tunc Lugdunensis urbis administrationi Franciscens Augustinus Nemorosii Codicis legatus, vir miti vel ignavo potius ingenio, qui Huguenotticam pestem in ea urbe grassari permiserat, promulgatoque Januarii edicto, Huguenottos, ut liberius suos agerent conventus, texit, ex cuius ignavia latius haeresis diffusa, subdente faciem Jacobo Ruffo seditiorum auctore, in maximum exarsit incendium, ut pulso brevi eodem praetore infelix urbs in Huguenotticam cecciderit servitutem.

139. *Huguenottorum Condens protector, et Guisii hostes infensissimi : tumultus Yassicensus.* — Impetrato Januarii edicto Ludovicus Condens princeps a novandis rebus non conquievit, sed majore studio diffundenda haeresis exarxit. Jaebat se divinam gloriam et puriorem religionem promovere, ut constat ex ejus litteris ad Fridericum Palatinum, ad Christophorum Wittembergensem, ad Philippum Hassiae principes datis, quibus ab iis auxiliares copias ad inferendum regi Galliae et Catholicis bellum elicer nitebatur ; nec latebant Catholicos prava ejus consilia, ad que disturbanda Guisius ejusque frater Ludovicus cardinalis contulere se in Germaniam, colloquium in Tabernarum oppido ditionis Argentinensis episcopi habituri cum aliquot Lutheranis principibus. Eo accessit XV kat. Martii dux Wittembergensis adductis secum Joanne Brentio et Jacobo Andraea Lutheranismi signiferis ; ostensumque est a Guisius principibus Huguenottismum longe a Lutherismo differre, rogatiq[ue] Lutherani, ut si res ad arma cum Huguenottis spectaret, Catholicis po-

tius quam Huguenottis, potius regi, quam Condæo principi studerent, ac forent æquiores, consultumque est a Brentio et Jacobo Andraea, ut Genevensis confessionis, sive Huguenottismi promulgatio impeditetur, cum ea graviora bella paritura esset. « Ita ab eo colloquio (inquit Belcarus<sup>1</sup>, qui aderat) discessum est, ut Augustani a Pontificiis potius quam a Calvinianis stare debere persuaderentur, et concordiae spes non exiguæ relinqueretur. Multa enim concedebat cardinalis Lotharingius, quæ alioqui non concessisset, ut Germanos a Gallia invadenda aperciret. Hic hujus colloquii, cui nos interfuiimus, scopus fuit ». Ob illud colloquium Condens princeps falsum rumorem sparsit, cardinalem Guisium ad Lutheranos defecisse ; de Guisio vero duec finxit illum assendæ Catholiceæ religionis specie tyrannidem affectare, deque ea re suspicionem reginae injecit, regiæque auctoritatis flagrantissimum vindicem se jaebavit. Et quidem regina haereticorum factioni non parum favere visa est, cum eorum armis ad tuendum auctoritatem suam fulciri vellet, verita ne auctoritatem suam, Guisii Antonio Borbonio Navarrae regi pupilli Galliarum regis tutori adjunget, amitteret.

140. Dum vero ex colloquio Germanico redirent Guisii<sup>2</sup>, atque kat. Martii Vassium oppidum appulissent, in quo Calvinianus minister in Guisianam familiam veluti tyrronorum atque hostium Evangelii (scilicet Calvinisticæ) procreaticem declamabat, infelicitate contracta rixa inter haereticos et Guisianos, appetiti saxis Guisiani famuli insciis principibus injuriam ferro repulerunt, paucis casis, aliquot utrinque vulneratis, receptoque Brossiano adolescenti, quem sanciatum retinebant haeretici captivum, sedata est seditio, et tamen Calviniani casorum numero falso aucto, rem non modo per Galliam, sed etiam per Germaniam et exterias nationes quasi carnificinam cruentam in Evangelicos exercitam divulgariunt, atque ad ultionem animos obfirmarunt. Missus est ab iis Beza ad reginam, ut de ea cæde quereretur, cui Navarra rex objecit, contra recens edictum ab iis arma gestari in conventibus, respondit Beza sophistice arma in virorum prudentium manibus pacem secum gerere, objecta etiam illis est a legato seditio ad adem Sancti-Medardi Lutetiae excitata, et dicta haeresiarchæ contrariis factis refracta.

De Vassiaceno tumultu<sup>3</sup> meminit cardinalis Ferrarensis asserens, dum regina in agro amoenissimo, cui Monacelli nomen est ageret, venisse Theodorum Bezam magno Huguenottorum numero stipatum, querelasque graves attulisse adversus ducem Guisie et suos, ac justitiam

<sup>1</sup> Belcar. I. xxix, num. 37. Jac. Aug. Thuan. I. xxix. — <sup>2</sup> Belcar. I. xxix, num. 37. — <sup>3</sup> Ms. card. Spada sig. num. 31. p. 35.

sibi administrari poposcisse, responsum vero ipsi fuisse a regina Catharina atque a rege Navarræ, omnem illum tumultum adscribendum insolentia Huguenottæ, quæ nimium aucta erat, non vero Guisio duci, cuius modestia ac prudenter illustris, atque ipsis explorata esset, si qua itaque in re eos laserit, eorum temeritate laccassetum fuisse : pudore itaque repletos abscessisse, at vero ducem Guisie, cum suspectæ illi forent hostium insidiæ, ac Parisios tenderet, armis se egregie instruxisse ; ac pariter Huguenottos prætexentes formidinem, multas copias tuendæ suæ salutis causa contraxisse, quamvis ardens vindictæ cupidine eorum animus in Guisium ducem fremeret, cui latus opem magister equitum Memorantius una cum Marescallo Sancti-Andreae obviam profectus se conjunxit, Parisiosque deduxit, ex quo suborta rerum' perturbatio, ad quam sedanum rex Navarræ ab ultra parte arma poni, seque illi sistere nomine regio jussit, cui proceres plures paruere, non tamen princeps Condæus, qui se coram fratre rege sistere detrectavit, et quingentis equitibus Huguenottis succinctus Parisii discessit ; ex his vero motibus alios graviores reformidari. Addidit legatus cardinalis in aliis litteris<sup>1</sup> ad Borromæum cardinalem datis vñ Martii missum fuisse a regina episcopum Valentinum, ut principem Condæum ab aliorum perduellium Huguenotorum societate divellat, atque ad colloquium pelliciat, sed illum nimio fastu regia benignitate abutu.

**441.** *Dum Calvinistis favebat Joanna Alebrentensis, ejus maritus Antonius Navarræ rex fœdus init cum aliis principibus Catholicis et simul cum Catharina Galliæ regina Pontificis gratulationes meretur. — Pronis ita in civile bellum rebus, Catholici principes Antonius rex Navarræ, Guisiani principes, Anna Memorantius magister equitum, Santandreas regiorum castrorum præfector pium fœdus pro asserenda Catholica religione regiaque majestate tuenda coiverunt, de quo ineunte Martio monitus Pontifex<sup>2</sup> Antonio Borbonio regi hisce litteris de suscepta Catholicae fidei contra Huguenottos defensione gratulatus est.*

« Charissimo in Christo filio nostro Antonio Navarræ regi illustri.

« Charissime in Christo fili noster, etc. Ex litteris tuis die quinta Martii datis, et ex iis, quæ ad nos venerabilis frater noster Franciscus episcopus Ostiensis cardinalis Turnonius, et dilectus filius Hippolytus cardinalis de Ferraria legati nostri diligenter de præclaro animo tuo scripserant, in spem maximam veneramus fore, ut tua serenitatis virtute et auctoritate religio Catholica istic in commodiorem statum Deo juvante pro-

pediem redigeretur, magnasque eo nomine gratias ageremus ; tam laeti autem nuntii de rebus istic gestis ad nos paucis ante diebus allati sunt, ut spes nostra ex tam præclaro initio confirmata atque aucta sit. Benedictus sit igitur Dominus et Deus noster, cujus auxilium cause sue non deficit, qui religionem suam istic labantem tua præcipue virtute et auctoritate sustentare et stabilire cœpit. Non possumus satis digne collaudare, charissime fili, præclararam istam voluntatem tuam, nec quantas mereris, tibi gratias agere. Non dici potest quantum laudem et gloriam assecutus sis, quanta lætitia nos et fratres nostros, atque omnes Catholicos affeceris. Confide non defuturum pietati tuae præmium ab eo, cujus religionem et cultum aperte et fortiter defendere aggressus es, nos quoque, quos pro loco ac munere quod sustinemus, tuis præcipue istis factis obligasti, enitem, ut tam præclaræ tuae in religionem Catholicam voluntatis, et devotionis erga nos et Sedem Apostolicam nunquam pœnitendum sit, etc. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo Piscatoris die xxiii Aprilis MDLXII, Pontificatus nostri anno iii ».

**442.** *Indignata pium et avita stirpe dignum viri facinus Joanna Antonii regis Navarrae coniux, a viro secessit, seque Neracum Alebrentensis principatus urbem principem contulit, ac velut altera Jezabel Calvinistici idoli cultrix Franciscanos et alios monachos ac sacerdos dispulit. Infremuere etiam ira in Navarrum haeretici, quorum antesignanus Theodorus Beza<sup>1</sup> illum Juliani nomine, veluti apostalam, perstringere non perhorruit, cum ipse sodomita gloriosus felicitatem suam inter Candidam suam et Audibertum suum spurcissimam describere phaleucus versibus, ac tradere posteritati non erubuerit : dignus certe, qui ad Caliphatum Iluguenoticum eo execribili vita genere concenderet. Cæterum Navarræ regi Catholicæ religionis vindici, ac cæteris proceribus se conjunxit Catharina regina, regemque pupillum et alios liberos eorum fidei commendavit de qua concordia Pontifex<sup>2</sup> gratias summas persolvit numini, ac reginam hisce litteris ad fidem orthodoxam defendendam incitavit :*

« Catharinæ Francorum reginæ Christianissimæ.

« Cognitis iis quæ nuper isthic gesta sunt, incredibili gaudio elati, sublati in cœlum manus magnas Omnipotenti Deo gratias egimus, qui misericordes oculos suos ad regnum istud convertere, ac labentem in eo et periclitantem religionem suam potenti sua dextera fulcire et confirmare dignatus est, tuæque pietati serenissimi Navarræ regis auctoritatem et virtutem, et

<sup>1</sup> Ext. ibid. p. 43. — <sup>2</sup> Pius IV. to. II. brev. sigu. num. 2897. Ep. cxxxiii.

<sup>1</sup> Ext. inter Juveniles Lusus Theodor. Bez. excus. Genavæ. —

<sup>2</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. cxxxiv.

tot regni procerum studia admirabilemque concordiam adjunxit. Non possumus plane verbis consequi, quantam animi lætitiam una cum fratribus nostris ceperimus. Nihil plane audire poteramus, quod nobis esset jucundius atque optatius; ex tam præclaro initio confidimus religionem Catholicam propediem in regno isto constitutum iri: qui enim hoc opus cœpit in vobis, idem, ut sperandum est, id perficiet. Gratulamur igitur majestati tue, gratulamur charissimo in Christo filio nostro regi nato tuo, cernentes fundamenta, quæ jaeta sunt, quietis et tranquillitatis ipsius regni, et pristinum Catholicæ religionis cultum propediem in Deo restitutum iri cōfidentes. Enitere, charissima in Christo filia, ut opus tam præclarum, tam salutare, ad optatum exitum adducas, nec divina tibi ope, nec humano auxilio defuturo. Paternum animum nostrum, etsi plane tibi perspectum esse non dubitamus, tamen quibuscumque licebit officiis declarare adeo parati et sumus et semper erimus, ut regni istius salutem et quietem, si fieri posset, nostro ipsorum sanguine libenter simus redempturi, etc. xxii Aprilis MDLXII, anno III ».

143. Ex his manifeste arguas historicorum hæreticorum mendacia<sup>1</sup>, qui ipsam una cum filio rege invitam pertractam Parisios ferunt, illique admotas custodias, ne noctu una cum filio ad Condæum elaberetur, asperioribus etiam verbis acceptam a Santandreaano. Non defuere quidem pravi consiliarii, qui illi suadent, ut ad Condæum se applicaret; inter quos Hospitalē cancellarium fuisse, refert Thuanus, publicisque etiam scriptis divulgavit Condæus, illam a Catholicis in servitūtem redacram fuisse, cuius se libertatem tueri velle fingebat, arcanaque ejus mandato sumpsisse arma; veritam enim, ne Navarrus, Guisius ac Memorantius regiam auctoritatē ad se contraherent, se et liberos ipsius fidei commendasse, ne regni administratione submoveatur. Verum qui Catholicos proceres vocabat in invidiam, contractis copiis Huguenottorum, omni astu ac vi reginam intercipere ac regem conatus est, sed ejus conatus divina elusit providentia. Quæ vero consilia versaret in pectore, perspicue explicuit, eum Germanos Lutheranos et Anglos adversus regem concitatavit, præcipuas invasit urbes, provinciarum prefecturas Huguenottis distribuit, regnum cædibus fœdavit, sacras opes expilavit, quæ tamen omnia pro regis tuenda causa fieri promulgabat. Sane itum illud fedus inter Catholicos principes fuit Ferrarensis cardinalis, Apostolicæ sedis legali, opera, in quem propterea Condæus gravissima concepit odio, ut inter alias concordie postea agitata leges e Gallia pellendum postulaverit.

<sup>1</sup> Belcar. I. xxix. num. 31.

144. *Mommorantii præclara de re Catholica merita.* — A Ferrarensi vero cardinali legato factus certior de eximio Annae Mommorantii in religionem Catholicam studio Pius Pontifex<sup>1</sup> illum ad coepia egregia fortiter promovenda hortatus est:

« Dilecto filio nobili viro Anne duci de Montmoranci, comestabilis regni Franciæ.

« Benedictus Dominus Deus noster, cuius misericordia ineffabili effectum est, ut in regno isto omnium nobilissimo et nobis charissimo post tantas tenebras, tanta et tam præclara oriri lux eceperit. Quis hanc mutationem dexteræ Excelsi fuisse non videat? Quis divinae clementiae beneficium erga regnum istud non agnoscat? Ex dilectorum filiorum nostrorum legati et nuntii litteris nuper eognovimus ea, quæ post tua nobilitatis litteras ad nos de mense Martio datae istic gesta sunt, ex quibus una cum fratribus nostris tantam lætitiam cepimus, quantum verbis explicare non possumus. Lueulentum testimonium, quod tua nobilitas charissimo in Christo filio nostro Navarræ regi paueis ante diebus litteris illis suis dederat, intelleximus re ipsa, sicut sperabamus, comprobatum fuisse, tuam vero virtutem, prudentiam, fortitudinem et animum in Catholicam religionem eximium ex eis, quæ acta et gesta sunt, recognovimus. Benedictus sit igitur iterum et semper Dominus, qui regis ejus animum ad generis sui memoriam et majorum suorum imitationem excitavit, qui tot regni procerum animos ad defendendam religionis causam accendi, cuius ope et auxilio, tam præclaro initio felicique eventu Christiana isthic fides, quæ in summo discrimine versabatur, stabiliri et confirmari cœpit. Cujus cum perfecta sint opera, minime dubitandum est, quin, quod cœpit etiam perfecturus sit. Agnoscere, dilecte fili, Dei beneficium et gratiam, qui ista ætate tantam tibi occasionem obtulit, non de loto modo Francorum regno, sed de omnibus ei finitimis nationibus, et universa sancta sua Ecclesia bene merendi. Hoc superiora nimur ejus erga te beneficia longe superat. Hoc opus omnium, quæ unquam in manibus habuisti, longe maximum atque pulcherrimum, et tuum clarissimum nomen multo in terris effecturum esse clarius, et aditum tibi ad ipsam æternam vitam et cœlestem gloriam patefacturum. Sed singularis virtus ac pietas tua tantum abest, ut hortatione nostra excilandat, ut ne satis quidem collaudari a nobis possit, etc. XXIII Aprilis MDLXII, an. III ».

Quod ad præclara Annae Mommorantii gesta, et eximia de re Catholica merita attinet, illius ac federatorum Catholicorum procerum auctoritate abrogatum est Januarium edictum, quo promulgato, libera hæreseos permissa fuerat

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. cxxxv.

Huguenottis licentia, ut subreptitium, cui ferendo, nec ipse, nec Giusiani principes interfuerant; damnatum etiam ut exitiale, quia eo perduellum numerus augebatur; ut fallax, quia jubebantur ministri Huguenottici pure verbum Dei praedicare, quod ab ipsis expectare insanum erat, cum sacra omnia impie conculcanda docearent. Mox idem Anna Mommorantius Catholica religionis flagrantissimo studio ardens, Parisiis duo conventicula Huguenotorum, quorum alterum extra portam Sancti Jacobi, alterum extra portam Sancti Antonii celebrabatur, discussit; sedilia omnia in pyram congesta, et pestilentiae cathedras, in quibus ministri blasphemata in Ecclesiam convitia vomebant, exsussit, ab Huguenotorum tamen sanguine Catholica clementia temperavit, in urbemque reversus maximo civium applausu triumphanti similis exceptus est, quod facinus Catholicico principe dignissimum Jacobus Thuanus<sup>1</sup> venenatis scommatibus carpit, velut gestorum illius splendore indignum. Sed quidquid obgnaniat Thuanus, certum est ipsum eo facto magnificum sibi in celo triumphum promeruisse. Restituit etiam arma Parisiensibus civibus Catholicis, quae in praetorium urbis comportata fuerant, omniaque principis Condæi molimina pro rege ac regina matre interciendiis, necnon Lutetia prædictione occupanda discussa fuerunt. Magno vero errore lapsi sunt principes Catholicæ, quod non ex condito Huguenottis pelli a Catholicis multo potentioribus ex urbibus jusserint, nam quotquot haereses virus surerant, in Gallici nominis proditiones regiæque majestatis hostes versi erant, quorum astu et fraudibus plures nobilissimas urbes interceptas mox dicturi sumus.

Prima omnium Aurelia<sup>2</sup> calamitatum exemplum, prædaque haereticæ furoris fuit, nam Condæus princeps validis succinctus copitis, furens ira, quod regem pupillum reginamque Catharinam redigere in suam potestatem non potuisset, Aureliam præmisit Andelotum. Is ab Huguenottis in patriæ exitium conjuratis qui portam Sancti Joannis occuparant, in urbem admissus est, ac mox Condæus eo advolavit, in eaque urbe arcem perfidæ Huguenotticæ constituit, perduellionisque signa extulit.

**143. Aurelia capta et expilata ab Huguenotis.** — Agebatur annus vigimus sextus<sup>3</sup>, ex quo Franciscus Gebennenses, qui, pulsis episcopis et clero, concularant sacra, profanarant tempa, everterant et altaria, submissis auxiliaribus copis in rebellione et haeresi confirmarant astu politico, ut de Philiberto duce Sabaudie ultionem repeteret. Nonus vero annus labebatur ex quo Henricus II Tridentinum Concilium disturbabar fraude politica, Lutheranorumque patrocinium corripiuerat, ne a Carolo V ad obse-

rium Ecclesiæ cogerentur, viresque Cæsaræ ex sectarum varietate debilitarentur. Sed cum divina justitia non raro per ea puniat, per quæ peccarunt homines, illudque Davidicum fere semper contingat<sup>4</sup>: *Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet*, ex ipso Gebennensis perditionis puto erupti haeresis et Galliæ proceres populosque late adeo infecit, ut haereticæ numero et viribus aucti, Lutheranorumque fulti subsidiis Galliam inauditis cladibus funestarint. Tantum incendium paucorum sanguine restinguí initio potuerat, sed cum reorum sanguini ignave et crudeliter parcitum esset, universa Gallia suorum fuso cruento restagnavit. « Utscribunt viri graves (inquit Surius)<sup>5</sup> si in Galliæ Christianissimo regno, imo etiam apud alias nationes pauci quidam novandorum rerum cupidi, a locorum praesidibus initio mox oppressi fuissent, et ex juris prescripto in eos esset animadversum, non tot millia postea periissent; habet enim hoc haeresis omnis et falsa doctrina innatum sibi, ut nisi in ipsis suis initiis radicitus extirpetur, paulatim crescat in immensum, et longe lateque omnia horrendum in modum depascat et depopuletur. Vidimus, proh dolor! ejus rei in diebus nostris exempla multa nimis, quæ abunde quod dicimus testari queant, etiam si vetera multa non suppetarent » :

Quæ paucis verbis perstrinxit Belcarius patrata a Calvinistis flagitia Aurelia, Surius<sup>6</sup> ex Monumentis tunc conscriptis fide dignissimis exempla narrat.

« Admissi (scilicet Hugonotti) intra urbem Aureliensem in dies magis ac magis tempora vastanda et expilanda suscepserunt, idque plane contra edictum, cuius se volebant videri patronos et conservatores, et primum quidem libuit illis impetum facere in abbatiæ cuius templum vastaverunt, imagines confregerunt, sepulchra et fenestras vitreas dissiparunt, sedilia et quidquid ex ligno fabrefactum erat, in ignem conjecterunt, libros sacros in abbatiæ repertos, multis interim usi petulantissimis sermonibus, deinde suos et equos introduxerunt stabulatum, tantaque barbarie in illud monasterium sævierunt, ut nullum ejus murum integrum reliquerint. Quosdam etiam ex monachis, qui illic remanserant, ceperunt, conjectosque in carcere vi eo adigere voluerunt, ut ipsis indicarent sacras reliquias, quas absconderant. Erant in iis juvenes quidam, qui magnis pollicitationibus inescati sacra ossa prodiderunt, quæ illi scelerati et nefarii homines flammis exusserunt, ut quantum in illis erat, beatissimos martyres semel pro Christo cæsos ad carnificinam revocarent.

144. « Erant in monasterio illo duo jam

<sup>1</sup> Psalm. vii. — <sup>2</sup> Sur. in Annal. hoc anno p. 580. — <sup>3</sup> Sur. in Com. hoc an. p. 577.

<sup>4</sup> Thuan. l. xxix. — <sup>5</sup> Id. ib. — <sup>6</sup> Annal. to. xix. an. 1536.

affecta astate senes, non fere minores octogenariis. Ex his alter in quodam pestilentis domus solario sedebat inclusus ad menses quatuor: clam illi victim suppedante quodam ejus amico. Orabat vero diu noctuque Dominum, illud mortis expectans genus, quod Dominus ipsi vellet immitttere. Alter pastoris functus officio in illa parœcia, per id tempus itidem a monasterio clam recesserat latitaturus in exiguo quodam loco, ad quem tamen non diu post isti sacrilegi Aurelia profecti cum agrotum et miserum hunc senem, qui jam Eucharistiam ceu brevi moriturus accepérat, inveniissent, percontati ex eo sunt esetne monachus et sacerdos, illo id minime negante, restin in collum et subter brachia ejus injecerunt, sicque nudum deorsum pertraxerunt. Ut autem viderunt jam fere illum extreum ducere spiritum, cruentissimi carnifices læthifero ictu caput ejus pulsarunt, atque ita animam exhalavit. Nec hoc contenti homines omnis humanitatis et pudoris expertes ad arborem cadaver alligarunt, et pro animi voluptate scelopetis illud trajecerunt. Postquam vero jam dictum monasterium vastaverunt, ad alias Ecclesias progressi sunt, sed multa cum simulatione, ut est solemne apud hæreticos. Proclamatum fuit Aureliæ nulli posthac templo quidquam detrimenti allatum iri, sed hoc eum habuit eventum, quod reliquis Ecclesias non aliter accidit, atque illi, de qua jam diximus, sanctissimi Aniani ejus urbis antiqui episcopi sacra ossa immanissime tractarunt atque exusserunt. Conculcabant homines impiissimi conseleratis pedibus sacrosanctam Eucharistiam, vel etiam sceloporum globulis traciebant.

« Fabricæ et reliquiarum curatores rationem harum reddere cogebantur, quod si non satis exacte quivissent, in custodiâ duecabantur, et interdum gravissime torquebantur, nisi pecunia se redemisset. Summant Sanctæ-Crucis ædem incendere cum crepissent, populus ex ea re permotus clamabat: Quid istud rei est, Domine Deus. Jam enim periisse sibi videbantur cernentes ardere templum suum. Res pretiosas templorum ex auro et argento fabrefactas sive clenorida sub eo praetextu auferabant, quod dicentes se ea velle servare regi, cum postea numeros euderint nulla redditâ regi ratione. Veste sacra omnes prædecesserunt, quibus ad magnum iudicium abutebantur, non temperantes interim sibi ab immanibus blasphemis in Deum et cultum illius. Interdum sese oblectandi causa, unum aliquem e suo grege sacerdotalibus inuebant vestimentis, tanquam jam iturum ad sacrificandum; eumque cum ingenti triumpho per totam urbem circumducentes, iudibrii causa cantabant Te Deum laudamus, vel Requiem aeternam, et ea multaque foeda et abominanda designabant. In templis et sacerdotum dominibus nihil relinquabant integrum: libros et imagi-

nes omnes dilacerabant et exurebant, demplis profanis imaginibus, quibus ea hominum fax paulo plus delectatur, quam Christi crucifixi aut sanctorum ejus. Monumenta omnia elevatoria perfregerunt, et in plerisque ossa recondita combusserunt. Ipsum quoque cadaver regis Francisci II, qui frater fuit Christianissimus æque Christianissimi regis Caroli, jam in Gallia regnantis, in æde Sanctæ-Crucis conditum combusserunt, animi crudelitatem in extinctum declarantes, quam in vivum non poterant. Is enim pious adolescens Aureliæ decesserat cum illic agebat consultandi causa, quibus rationibus regni sui calamitatibus posset mederi. Campanas et candelabra templorum bellissimi Calviniste in bombardas transformare instituerunt, valvas destruxerunt, libros exusserunt, atque tempora deformarunt, ut speciem templorum amisisse viderentur, baptisteria cloacarum loco habuere, quasdam Ecclesias in cellaria mutarunt et armamentaria». Et infra:

« Parochum S. Paterni, virum grandævum, puta septuagenarium, nlecentem deserere oviulas suas, sed eas quotidianis sermonibus confirmantem, et de Dei benignitate ac misericordia bene sperare jubentem, cum post menses quatuor eis tandem proditus fuisset, captus et cuidam praesidi traditus est ». Paulo post: « Cum sic venerandum hunc parochum Calviniani captum tenerent, haud secus eum tractabant atque olim Christum satellites Herodis, illudentes et mendaciis studio effictis virum bonum onerantes; inter alia etiam hoc illi affingentes, quod voluerit regem Christianissimum prodere, tum etiam quod adulterinos nummos cudivisset. Hoc illis bonis viris sic visum tum fuit illi pio sacerdoti imponere, quod ipsi essent id temporis occupatissimi multifariis eundis numismatisbus ex illa præcilla immanium sacrilegorum præda. Ad extremum liberam se illi abscedendi potestatem facturos dictabant, si abjurata religione Catholica ipsorum deterrimis paradoxis assentiret, atque ejus gratia crebro ad illum mittebant suos ministros, qui cum illo disputarent et eum everterent. Sed ille vir pius in Christo bene firmatus, quo plus ab illis molestiæ pertulit, eo factus est robustior et in Catholica fide constantior. Tandem multo etiam acerius eum infestare cœperunt, ut a fide desiceret, eumque interrogatus ab illis, velletne ab animi sui proposito discedere, prorsus pernegaret, optatiusque sibi esse dicceret vitam perdere, quam vel suos parochianos deserere, vel tam nefarium illis de se exemplum præbere, suspendio eum adjudicarunt. Itaque ad illud supplicium proficisciens, inter eundum loquebatur de Christi Passione, orabat pro oviculis suis et pro urbe illa. Cum vero jam scalam ascenderisset, multis fecit adhortationes ad dominos, ad illorum ministros, seu concionatores, et ad popu-

lum, ostenditque illis ipsorum adversus Deum, religionem et regem Christianissimum pessimi exempli rebellionem, simul Deum laudans pro hac ipsi collata gratia, quod posset pro fide occumbere, populumque admonens, ne cuiuscumque periculi causa ab avita religione se abduci pateteret. Hac vero ejus dicendi libertate et constantia excanduerunt, tum domini quidam, tum concionatores Calviniani. Porro e plebe plerique ingemiscentes lachrymabantur, quod ille tam affecta aetate senex, ea animi fortitudine mortem exciperet religionis ergo. Ut autem Calviniani causae sua patrocinarentur, rursus per concionatorem quemdam cum compellarunt, si quidem a sua religione discedere vellet, licere ipsi incolunem abire. Verum illo talia impiorum hominum promissa fortiter contempnente, ab illis peremptus est.

147. « Postquam autem intra Aureliam nihil reliqui sibi fecerant Calvinista, in quod suam tyrannide exercerent, praeter cives Catholicos, quibus non parum infesti fuere, magno numero profecti sunt in pagos, ubi suo more tempula egregie expilarunt. Quod si in illorum manus incidisset sacerdos aliquis illum ad equos suos alligatum cogebant post ipsos aliquandiu cursitare; ea voluptate exsatia ei oculos crue- runt, vel nares, et aures, et interdum etiam virilia preciderunt, ac postremo ad arborem al ligatum bombardarum globulis coufecerunt, quorundam secarunt capita, aliis e facie cu tem detraxerunt, et primores digitos amputa runt.

« Est vero et aliud quiddam ab eis designatum, plane tragicum et omnem vincens modum immanissima crudelitatis. Grandævus monachus ab illis interceptus est: huic primum virilia amputarunt, mox illa cocta illum edere compulerunt, inde vero mirifice eum excrucia runt, et adhuc spiranti ventriculum, seu stomachum e corpore evulserunt, perserutaturi homines mortalium omnium perditissimi, ubinam illud edulium haereret. Quid hac fædissima barbarie, vel ab ipsis feris belluis, vel ab im manissimis Seytharum populis possit, atrocis, flagitosius et ab omni humanitate remotius fieri? Hec nimirum disciplina hauritur e scholis quinti Evangelii, cuius auctor Lutherus, insigni vero præter alios promotor Calvinus fuit.

« Vicina Aurelia oppida Baugencium, Mag dunum, Clerum, occuparunt: hoc autem, quod ibi Maria Virginis simulachrum magna religione undique invisebatur, penitus vastarunt: templum magnificentissimum, a Ludovico Galliae rege hujus nominis XI sumptibus ingenti bus exædificatum diruerunt, quemadmodum et ejusdem regis et Longavillanorum, ac multorum aliorum procerum sepulchra: sacrorum Romanae religionis ministrorum domos a fundamentis everterunt, quæ suscepti a Calvinianis

belli primitiae fuerunt ». Et paulo post: « Templum, campanas, ut novis rebus nova nomina imponantur, et quæ sacris usibus dicata erant, ut populum ad antiquæ religionis ritus obcudos convocarent, ad eamdem evertendam et Christianorum cædes facientes converterunt ».

148. Horum tumultuum seriem Hippolytus Ferrarensis cardinalis legatus Carolo Borromæo cardinali exposuit scribens<sup>1</sup>: Condæum principem Meldis profectum una cum copiis ad Parisiorum conspectum castra promovisse, ejusque terrore cives percitos in arma consur resisse, illum vero ad pontem S. Clodoaldi pernoctasse, et ursisse iter versus Aureliam tanta celeritate, ut Streum a regina ac rege Navarræ profici scimus jussum, ut eam urbem in regio obsequio confirmaret, antevertiter, Aureliam vero fuisse interceptam ab Andeloto (is erat Gallorum peditum tribunus) qui clam una cum servo peregrinantis instar irreperat inita cum aliquot civibus conjuratione, adeo ut in ductis in urbem sparsim militibus, portam, qua ob has suspicione clausa fuerat nec ullo præsidio munita erat, diffractis seris, aperuerit, per quam Condæus cum suis in urbem irruerit. Ingressum IV kalen. Aprilis Aureliam refert Belcarius, ac Streum memoratum Calvinistam proditione usum; data enim sibi regia mandata Condæo aperuisse, ac lentius incessisse, ut redacta jam in rebellium potestatem urbe perver nerit. Porro ex pactione cum conjuratis civibus ab urbis direptione temperatum, furorem vero in Ecclesiæ et Ecclesiasticos impie effusum, Amiralium vero et alios proceres Huguenottos certatim Aureliam confluxisse.

Addit cardinalis legatus, occupata Aurelia<sup>2</sup>, regiam Gallicam admodum fuisse perturbatam, cum Huguenotti regias litteras jussaque regia spreverint, jactarintque regem ac reginam alienæ servituti mancipatos, ad quos in liberalem vindicandas arma corripuerint. Reginam ac regem Navarræ pertentare Condæum ab aliorum rebellium federe devillere, vehementissimeque commotos esse in Castiloneos, qui harum omnium turbarum seditionumque auto res extiterint. Porro reginam, regem Navarræ ac principes Catholicos animis esse conjunctissimos ad regnum a vi et tyrannide horum sedi tiosorum vindicandum, ac si in meliore statum res fuerint restitutæ, ministros impietas, vel cogendos ut ad Concilium se conferant, vel e regno depellendos. Reginam civiles cædes vereri, ærarioque esse exhaustam. Missum heri Parisios magistrum equitum Montmorantium seniorem, cognita Condæi rebellione, atque ab eo multa gesta pro Catholica religione confirmanda. Concioles haæreticorum ab eo interdi

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 14. — <sup>2</sup> Belc. Com. rer. Gall. I. xxix. num. 39.

ctas, ministros Huguenottos pulsos, atque etiam ædes extra urbem, in quibus habite fuerant hæreticæ conciones, solo æquatas, cum maximo applausu, concursuque Parisiensium. Patronum et quæstorem Huguenotorum ab eo vinculis mancipatos. Quæ litteræ iv Aprilis MDLXII consignatae. Interjectis quatuor diebus significatum, reginam missò episcopo Valentino niti perduelles revocare ad obsequium, sed eos adeo fastu turgidos, ut nullum adhuc responsum dederint. Parari in eos regia arma, atque reginæ animum mirifice angit, ne regnum summa rerum perturbatione confundatur, inde que oriri graviora incommoda, illustrarique ejus sententia veritatem: *Vx populo, cuius rex puer est.*

149. *Perfidia sua et feritate totum Galliæ regnum conturbant Calvinistæ, contra quos offerunt auxilia principes Christiani.* — Addidit legatus<sup>1</sup> in aliis medio Aprili ad Carolum Borromœum datis, postulatos de concordia perduelles Aurelianenses hæc capita concordia proposuisse, ut dux Guisius, magister equitum Monmorantiæ, ac regiorum castrorum præfetus S. Andräas a regia aula discedant, ut rex postremum edictum mense Januario confessum confirmet, utque ipsorum securitati caveatur, ne abjectis armis ab adversa parte Catholica ledantur, quibus responsum sit alienum esse a regia dignitate, ut benemeritos proceres a se repellat. Ad secundum, ad eos demulcentos responsum, non esse regiæ mentis prius edictum retractare, verum noluisse se astringere, quin aliquando contraria edicta condere possit. Ad tertium respondisse eos venia donatum iri, ac ambas partes regio patrociniœ tectas fore. Adjici etiam voluit eam legem regina, ut conciones Huguenottæ, nec in Parisensi urbe, nec extra eam haberi possent, quia vero rebellioni eum fucum praetexuerant, regem ac reginam non esse compotes suæ libertatis, propterea regem ad confutandum mendacium insigni editio contrarium promulgasse. At hæsisse in perfidia rebelles dicetur inferius.

Addit legatus, dum Galli imbuti Huguenotta hæresi in regem ac patriam perfidiae et immanitatis tot exempla erident, imperatorem Turcarum ac regem Algerii missis oratoribus munericibusque regiam amicitiam prensasse, ac Turcam inter alia humanitatis signa obtulisse cuiusvis nationis captivos, quorum nomina rex dedisset, in libertatem vindicatum iri.

At Huguenotta factio<sup>2</sup> Turcica et barbarica immanitatem effterior, ut rite flagitia sua patrare, perfidiamque in regem, proditionem in cives, impietatem in res sacras jactaret, nomine principis Condæi programma amplissimum promulgavit, quod Belarius<sup>3</sup> tradit

XII kal. Maii consignatum, quo regia imperia jure sperti correptaque arma contendit, seditionumque invidiam in Guisium et Monmorantiæ avertit, cujus programmatis nefari exemplar legatus ad cardinalem Borromœum transmisit, addiditque internuntium Pontificium a magistro equitum heri excitum fuisse, postulatumque nomine regio, ut Pontificia auxilia contra Huguenottos procuraret.

150. Subdit legatus cardinalis, dum hæc scriberentur, famam procrebuisse, Huguenottos novis conjurationibus in variis provinciis conflatis insignes urbes proditione<sup>1</sup> cepisse XXII kal. Maii, Rothomagum Normanniæ, Biturigasque Metropoles, Trecas in Campania, ac nonnulla alia oppida, ac ne Lugdunum interciperetur, formidatum, quanquam meliora ferantur, hisque nuntiis magis exasperatos Catholicorum principum animos, spemque concordia deletam; valere impetu hostes, at cum regia copiæ collectæ fuerint oppressum iri, ni a regina Anglie adjuti fuerint. Inter alias vero urbes captas a proditoribus recenset Belarius<sup>2</sup> Andegavum, nonis Aprilis occupatum a Mesbretno, et arcem Pontis-Cei, sed a Mompenserio, civibus invitantibus, receptum Andegavum, atque a Pontis-Cei et Rupis-Fortis arcibus impios exturbatos. At in Delphinatu Huguenottos Valentia Vlt kal. Maii furori suo habenas effusisse, cæso Mottagondrinio Guisii ducis legato, in quem summa perfidia exercitam sævitiam summam narrat Guillelmus Rossæus<sup>3</sup>:

« Mottegondrinus in Delphinatu præfetus generalis, quam barbare a Calvinistis occisus est, et ignominiose per totam Valentiam tractus, et deinceps ad fenestram domus sue suspensus, postquam evangelica, hoc est, Sathanica fide omnem ei benignitatem fuissent polliciti, si se inermem eorum fidei vellet committere »? Addit Hippolytus cardinalis in superioribus litteris, a Calvinianis Turnonium oppidum occupatum, arcem obsidione cinctam.

151. Inter tot adversa Philibertus dux Sabaudie præclarissimis officiis Galliæ regem complexus est. Referit enim cardinalis legatus memorato cardinali Borromœo, illum suas vires contra Huguenottos obtulisse, ac deceun millia Italorum peditum et sexcentos equites adducturum, quorum tertiam partem tribus mensibus suis stipendiis sustentaret, atque etiam castrenses ultro labores pro salute regia ac dignitate toleraturum, seque religionis propagandæ amore, tum affinitatis arctiore nexus studiisque permoveri, eaque officia regi principibusque Catholicis gratissima accidisse. Quæ litteræ prolixiores XIII cœptæ XXVII Aprilis clausæ fuere.

<sup>1</sup> Itelc. l. xxix. p. 57. — <sup>2</sup> Ib. num. 44, 15. — <sup>3</sup> Guil. Rossæus

p. 388. M. Pig. l. vi. c. 10.

Monuit idem legatus alius<sup>1</sup> litteris xxvii Aprilis datis ad Pium Pontificem, reginam Catharinam sibi significasse, Rothomago et aliis urbis occupatis ab hereticis omnem concordiae actionem abruptam, ac nisi eorum vis comprimatur, multas alias urbes arcesque in protestatem suam redacturos, necessariumque esse, ut ad tantum extingendum incendium, cum de religione agatur, omnes principes Catholici vires conjungant, nam si validiora hereticorum arma fuerint, alia regna ac provincias codem incendio correptum iri, rogatumque ut Pontificiam sanctitatem ad conferenda auxilia interpellaret. Exposuit<sup>2</sup> causam numinis ac religionis agi; par esse, ut Pontifex ceteris principibus in tanta re præluceret exemplo, Sedemque Apostolicam missō pro defendendo Galliæ regno opertuno subsidio immortalem laudem collecturam, cum ipsa toties Gallorum armis a tyrannide hostium eam opprimentium fuerit vindicata.

Significatum internuntio a magistro equitum expeti intra tres menses trecenta millia nummum, ut stipendia expeditissimis copiis solverentur, citissimeque obruerentur hostes, antequam externos ad se pellicerent, honestiorem causam nunquam fuisse, nam si olim cruciatæ expeditiones maximis sumptibus pro comparandis novis regnis promotæ fuerint, non minoris esse gloriae pares sumptus effundere pro partis refinendis; eos, qui opinabantur hæresim sanari armis non posse, jam mutare sententiam, postquam cause religionis perduellionis causa conjuncta est, seque opinari, cum antea nisi extrema necessitate cogente stringenda arma non viderentur, nunc in iis optimum ac tutum remedium situm, si prompte ac fortiter (uti par est) expediantur; eo præsidio obstrictum iri regnum Gallicum Sedi Apostolice, tollendaque edita, quæ imminuant ejus auctoritatem, populosque in Pontifici obsequio confirmandos, etc. « xxvii Aprilis MDLXII ».

Egisse Pontificem in cardinalium senatu de conferendis Galliæ regno subsidiis adversus Calvinianos ostendunt Acta Consistorialia<sup>3</sup> his verbis:

152. « Die Lunæ xviii Maii MDLXII, fuit Congregatio generalis, in qua Sanctitas Sua habuit verbum cum reverendissimis dominis cardinalibus de ferendis suppeditiis regi Christianissimo Galliæ, et Catholicis illius regni, et fuit conclsum, ut mitteret aliquam summam pecuniarium solvendam quolibet mense ». Et mox :

« Die Mercurii xvii Maii MDLXII, Sanctissimus dominus noster fecit verbum super rebus Concilii Tridentini, quia oratores principum, præsertim Ferdinandi imperatoris electi, et Caroli

Galliæ regis instabant, ut fieret aliqua prorogatio, et fuerunt deputati aliqui cardinales, et Capita Ordinum super modo ferendi suppeditas Catholicis et regi Galliæ ».

Assensit legati precibus Pontifex, ac centum millia nummum dono regi contulit, alia centum millia mutui nomine dedit in militum stipendia distribuenda, longe plura daturus, nisi exhaustum a Paulo IV ærarium reperisset, sumptibusque pro sustentando Concilio Tridentino gravaretur; at pactionibus nonnullis difficillimis subsidia hæc implicuit, poposcit enim, ut Hospitalis regii scrinii magister, qui studierat in condendo edicto Januarii Huguenottis, tanquam suspectæ fidei, munere removeretur, ut nonnullæ etiam matronæ hæresi infectæ e comitatu reginae pellerentur, tum hæretici ex pactione concordiae ad obsequium Ecclesiæ redire cogerentur, maximeque in Ecclesiasticos hæretica luce aspersos legibus agebatur: itaque cardinalis legatus<sup>4</sup> Pium Pontificem certiore fecit, Hospitalem munere suo exauktorari non posse, nisi ob gravissimum crimen, maxime cum Catholicum se profiteretur et Sacramenta ritu Catholicò exciperet; Castilianos ex aula ita dimissos fuisse ex pactione a rege Catholicò cum rege Navarræ confecta, ut eorum secessio non publice imperata, sed voluntaria visa sit: non posse omnes suspectos ex aula removeri, cum hæresis tam multis afflari, ut pauci sint ejus labi omnino imunes, ac licet senatorès Parisienses nuncupato sacramento fidem Catholicam omnes sint professi, non deesse tamen inter eos, qui ea suspicione laborarent; additam legem de non admittendis ad pactionem concordiae hæreticis, nisi ab obsequium Romanæ Ecclesiæ revertantur; sat futurum, si conciones et sacramenta hæreticorum prohibeantur, vel adjici posse, ne pacisci de concordia possint, ni proceres Catholicæ in eumdem consensum iverint: hos vero his diebus perpenso regni statu in eam concurrisse sententiam, ut ministri Calviniani pellerentur e regno, et conciones eorum et ritus sacramentorum discrepantes a Romanæ Ecclesiæ ritu prohiberentur; Aurelianenses vero perduelles respuere concordiam omnem, nisi edictum Januarii instauretur, nec labefactetur, donec rex pubertatem attigerit, proceres vero Catholicos in ea sententia defixos, ne conciones vel sacramenta hæreticorum amplius tollerentur, atque ita concordiae colloquium abruptum, regemque Navarre in castra venisse. Quod ad cautiones de gerendo in hæreticos bello petitas attinet, ampliores dari non posse, quam quod rex Navarræ ad fundendum sanguinem paratus, instructusque armis in castris versetur.

153. Ineunte Maio redintegrata colloquia de

<sup>1</sup> Hippolyt. card. in lit. ad card. Borr. Ext. in Ms. sup. p. 67. —

<sup>2</sup> Hippolyt. card. ad card. Borr. Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 66. — <sup>3</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 334.

<sup>4</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 97 et 124.

pace significavit cardinalis legatus Borromæo cardinali<sup>1</sup>, ac principem Condæum olsignato sua manu scripto leges majoribus implicitas difficultatibus proposuisse, ut Guisius dux et Momorantius equitum magister discedant ex aula, ad quam redire non possint, nisi rex ad pubertatem pervenerit, ut edictum Januarii instauretur, nec revocari possit, nisi a rege pubere, vel decreto optimi Concilii, quæ omnes fraude et dolo conceptæ, cum earum interpretationem sibi reseruent, indignæ prorsus visæ sunt. Verumtamen proceres Catholicos professos se ad repetendam domum paralissimos, quando urbes arcesque occupatae in priorem statum restitute, atque ad regium obsequium fuerint revocatae. De Januarii edicto instaurando difficultatem eam occurtere, quod regina conciones hæreticas, nec Parisiis, nec foris permitti velit; cum vero antea decretum esset judicariam severitatem in perduelles Huguenottos distingdam, temperatum fuisse judiciorum ordini spe pacis. Interea improbam famam affluxisse Motam Gondrinum Guisii ducis in Delphinatu præfecti legatum trucidatum ab Huguenottis, qui Valentia et aliis oppidis potiti sint, atque etiam paulo post impetu et proditione Lugdunum interceptum prætoris inertia ac nimia in Huguenottos<sup>2</sup>, quibus blandiebatur, indulgentia, tum Rothomagi sacras imagines contritas deletasque, eversa altaria, sacra ornamenta incensa, cum maximo religionis Catholicæ ludibrio, ad comprimendos vero impios Aumaliam ducem in Normanniam missum, in Delphinatum vero Mongironum ejus provinciæ legalum a Guisio pronuntiatum, ac Tenda comitis filium una cum provincialium copiis se illis conjungere jussum, neenon tria milia peditum, et quadringentos equites e Sabauidia exciri.

**154.** Addit legatus cardinalis tercia Maii, novum oratorem ab Anglia regina submissum de exortis tumultibus reginae Catharinae condulisse, seque interpretem pro redintegrando concordiae pactionibus obluisse, eamdem vero pactionum formulam obtulisse quæ ab Aurelianensibus perduellibus transmisse fuerant, ut perspicue patet ipsam fædere iis coniunctam, humanioribus tamen verbis profiteri, nolle eos tueri in eo casu, quo regia auctoritatis jugum executiunt: Palatinum etiam cometem et lantgravium Hassiae paribus verborum officiis regiam prosecutos, licet enim in causa religionis deesse Huguenottis non possint, ipsis tamen eorum perduellionem exosam esse. Ut vero ii ac Elisabetha Anglia regina inania officiorum verba contrariis operibus dehonesta-rint, dicetur inferius. Subjungit cardinalis legatus Philippum regem Catholicum am-

plissima officia digna altitudine regiæ mentis reginæ detulisse, pollicitumque pro expeditione in Huguenottos confiencia triginta millia peditum equitumque sex millia Hispano sumptu sustentanda, aut nummaria subsidia pro eo militum numero explendo<sup>1</sup>, aut partim copias partim stipendia subministraturum Gallo regi pro asserenda religione, ac si Catholici proceres debitis præsidii non fuerint adjuti, se omnes vires suas pro ferendis illis colloca-turum, eoque nuntio reginam et Catholicos maxime recreatos. At eximia verba operibus non fuisse exæquata, suo loco dicetur. Porro superiores litteræ vim Maii consignatae sunt.

Medio Maio agitata sunt acriter colloquia pacis cum principe Condæo<sup>2</sup> atque Aurelianensibus, nam regina perturbationes regni, ac strages, urbiumque defectiones verita, decernere armis formidabat, tum quia ærario impa-rrata erat, et Catholicæ ægre suas opes in id con-ferebant, atque in honestas pactiones Condæum pellicere omni arte nitebatur, hortabaturque ut sui honoris, et gradus, et sanguinis aviti, et amoris patriæ, utque ad eum cura conservandi regni proxime spectaret, meminisset; Condæi vero sociis, ni redirent domum, judiciorum severitatem intentabat: ii vero polliciti sunt si Guisius et Monmorantius ex aula discesserint, reginam votorum futuram compotem, atque occupata loca brevi ad illius obsequium redi-tura. Inter hæc Hippolytus legatus die prima Junii reginam adiit, monuitque ut in sancienda concordia primum religionis causam constabi-liret, tum regii decoris causa, tum quia inter subditos pax firma nunquam coitura foret, si Calvinistica superstilio in regno permitteretur: cum etiam tot principes regi vires suas obtule-rint pro delendis adversariis, quorum auxiliorum fama perterriti ad concordia pactiones descederant; regiam majestatem reputare animo debere, religionis res non ita compositum iri, ut in posterum tumultus omnes comprimendi sint, si voluntates atque præsidia principum aliquo alio occurrente casu a se abalienari atque removerit; has vero rationes a regia ma-jestate alte in animum demissas, significat car-dinali Borromæo, atque ante omnia religionem confirmatam velle, utque prohibeantur conciones hæreticae, neque sacramenta adminis-trantur, nisi ritu Romana Ecclesiæ, utque ministri Huguenotti mittantur ad Concilium, aut saltem ad sex menses eorum conciones tol-lantur, quibus lapsis, in longius tempus abrogentur, maxime, cum nova præsidia ex Concilii progressu elici possint, et ut summatio dicatur, ostendere reginam ad illud colloquium se con-ferre optimis instructam consiliis, eoque pro-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spada sign. num. 31. p. 78. — <sup>2</sup> Ib. p. 82 et seqq. — <sup>3</sup> Ib. p. 88 et 90.

gressam, ut dixerit, ita negotium pertractaram, ut si antea de ipsa sinistra aliqua suspicio fuerit concitata, eam omnem remotura sit, ac bonos omnes in hac concordia actione gaudio cunulatura. Addit legatus<sup>1</sup> se quoque collocutum cum regulo Carsii, qui ad castra a rege Navarræ missus est, ut eumdem regem hortetur, ut religionis res confirmata pacataque maneat: hoc facinore eximio benevolentiam et gratiam Pontificis et regis Catholici piorumque Gallorum maxime ab eo collectorum iri, atque hanc firmissimam esse basim, qua illius amplitudo fulcienda sit.

153. Insinuavit quoque legatus Borromaeo cardinali, se quidem semper opinatum nulla ratione felicis excendi posse radices heresios, quam armis, si valida ac prompta auxilia submittentur; nam cum ex pactionibus concordia sumnum armorum imperium futurum sit penes regem Navarræ, sine difficultate leges ac manda pro pacando hoc regno, atque asserenda religione Catholica expeditum iri: se quoque incubuisse in id, ut ex edicto Januarii arma e manibus Huguenotorum exentiantur, utque omnes officiales regii, senatores, ac judices, tum alii administrari familiae regiae adscripti vel stipendiarii religionem, quam rex colit, profiteantur, quorum hominum numerus latissime vagatur, ita ut plures, ne præmiis atque honoriibus aulicis moletentur, pravas suas opiniones sint abjecturi, maxime cum rex Navarra in cultu et flagrantissimo studio religionis Catholicae constanter perstet, atque subdit insita propensione exemplum sui principis imitantur. Præterea episcopos, qui maximis damnis ob munericui incuria affecti sunt, posthac majori studio ad informandos Catholicae religione populos incubituros, deque divina gratia, quæ optima instituta sint promotura, bene sentendum, ut hæc mala sine armorum vi et sanguinis effusione, a quibus regina maxime abhorret, sopiaenda putentur. Si vero hæc pacis actio constituantur, se muneri suo non defuturum addidit legatus, ut, cum venia universis qui arma adversus regem cepere, proponetur, ii qui Ecclesiæ evertere, sacras diffregere imagines atque inmanissima alia sacrilegia patrarunt non includantur, in quos animadvertendi sententiam sibi stare significavit regina, nec opinari Condæum et proceros Huguenottos pro iis deprecaturos, inno illos judicum manibus tradituros, cum semper professi sint se ab iis sacrilegiis alienos; verum se non ita sentire, cum, si eos plecti legitibus sinceret, nimium eorum factio immuneretur. Se Pontificium Diploma<sup>2</sup> regiæ tradidisse, Pii in eam regnumque paternum tradidisse, annis verbis illustrasse, pariterque regi Na-

vairæ aliud consignasse, atque significasse, quam alte Pontificæ menti infixæ sit cura ejus amplitudinis promovendæ.

« Catharinae Francoruin reginæ Christianissimæ viduæ.

156. « Cum in ea voluntate constantissime maneamus, quam semper professi sumus, subveniendi regno isti et periclitanti in eo religioni, sicut et officium postulat, et paterius erga te et regem natum tuum amor requiril, ad animum nostrum majestati tuae commodius tali tempore declarandum certum hominem isthuc mittendum duximus. Itaque misimus dilectum hunc filium Vincentium abbatem Sancti Salvatoris intimum familiarem nostrum, cuius orationi super omnibus, que tibi nostro nomine referet, fidem sine ulla dubitatione majestas tua habere poterit, et ut habeat, rogamus. XII Junii MDLXII ».

Eodem arguento datæ fuere<sup>3</sup> litteræ Marco Antonio domino Sancti Andreæ regiorum castrorum in Gallia præfecto: « Quia, inquit, optimè novimus, quam sis ipse inter alios tides et devotos Ecclesiæ filios constans et acer regiæ majestatis defensor, et religionis Catholicae propagulator ». Jussus etiam est internuntius adire regulum de Cars regi equestris Ordinis militem<sup>4</sup>, ac facere eum certiore, non defuturum Pontificem auxilio in tam acerbo tempore, ac simul declarare, quam grata esset Pio eximia ejusdem viri nobilis devotion. Extant eodem arguento ad Carolum Galliæ et Antonium Navarræ reges litteræ<sup>5</sup>, quos certiores reddidit, se ad regni Gallici salutem et religionis in eo conservationem omni animi studio et cura incumbere. Extant insuper Pii Pontificis litteræ<sup>6</sup> tum date ad Franciscum ducem Guisium, quibus illum de eximio ac flagrantissimo asserendæ Catholicae religionis studio commendat, hortaturque ad capta prosequenda, spemque in Deo collocandam :

« Nobilis vir Francisco duci Guisiae.

« Nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem. In maxima et gravissima sollicitudine sumus, cognitis iis, quæ isthic per hos dies gesta sunt. Sed ut ea mœrorem nobis attulerunt, sic præstans virtus et singulare studium tuum erga Catholicani religionem non parum nos consolatur; in tali enim istius regni statu tantaque ipsius et Catholicæ fidei discrimine, fecisti quod pium Ecclesiæ filium, quod fidem regi suo ducem, quod tali genere ortum decuit. Itaque laudamus admodum, quæ abs te acta sunt, tuisque piis consiliis et actionibus supremum auxilium affuturum esse minime dubitamus, etc ». Reliqua a Vincenzo internuntio accepturum addit. « IX Junii MDLXII ».

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spadæ sign. num. 31. p. 91. — <sup>2</sup> Pius IV. 10. II. brev. sign. 2897. Ep. CCLXXIV. — <sup>3</sup> Ibid. Ep. CCLXXV. — <sup>4</sup> Ib. Ep. CLXXXVII, CLXXXVIII. — <sup>5</sup> Ib. Ep. CCLXXX.

Commendatus quoque est a Pontifice ducis Monmorantii pius ardor ab eo ostensus pro sustinenda religionis causa adversus Calvinistas, ut subiecte litteræ<sup>1</sup> demonstrant :

« Dilecto filio nobili viro Annæ duci de Memoransi regni Francia comestabili.

« Quam valde probaverimus ea, quæ a te suscepta atque acta sunt istius regni salutis et Catholicæ religionis causa, de quibus utrisque mos tuus semper fuit optime mereri, ex aliis litteris nostris intelligere potuisti : etsi autem ea que isthie postea secuta sunt, gravi animum nostrum mœrore conturbarunt, tamen gratias agimus Omnipotenti Deo, quod regno isti, præcipuo Ecclesiæ Catholicæ membro, et sanctæ fidei sue tantum in tua singulari virtute, consilio, prudentia, magnitudine animi præsidium præparavit ; minime dubitantes quin ut piorum consiliorum et actionum tuarum auctor fuit, ita etiam adjutor futurus sit : hoc te ex litteris nostris cognoscere volumus, etc. IX Junii MDLXIII ».

157. *Hugonotti a Tolosanis magna strage profligati : Mouthucii laudes.* — Affluxerat interea Tolosa felix de Huguenottis proditoribus relate victoriæ fama<sup>2</sup>, qui cum urbem in suam potestatem redigere niterentur, magna strage profligati nonnullorum finitimorum equitum regii ordinis opera atque auxilio fuere. Eluxit inter eos virtus militaris Blasii Monlucii, qui non procul ab urbe consedit, ut Huguenottorum accurrentium auxilia dissiparet. Tanti vero mali causa non levis fuit<sup>3</sup>, quod juvenes, qui jurisprudentia operam dabant, ab impiis magistris hæresi polluti fuissent adeo, ut conflatae ex iis quatuor cohortes prætorium occupariut, dimicarintque accerrime. Plures dies prælium tenuit, suorumque civium sanguine Tolosa adeo fœdata est ut quatuor millia cadaverum constrata sint, pluresque ades exustæ, denum XVI kal. Junii, quo festum Pentecostes celebrabatur, pactione militari, cum succumberent Huguenotti, sub nocte in voluntarium exilium concesserunt ; liberala civitas<sup>4</sup> nullum posthac hæreticum civem patitur ; Monlucius vero XV kal. Junii Huguenottorum templum magno Catholicorum triumpho evertit, uti Monmorantius Parisis demolitus erat.

Ad tanti viri ornanda memoriam subjiciuntur Pontifici litteras<sup>5</sup>, quibus flagrantissimum illius pietatis studium commendavil.

« Dilecto filio nobili viro domino de Monluc regii equestris Ordinis.

158. « Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum ex aliorum, tum in primis dilecti filii nostri Georgii tit. S. Laurentii in

Lucina presbyteri cardinalis de Armeniaco litteris nuper cognovimus, quanto et quam acri studio religionis Catholicæ causam in ista, cui præs, religione defendas, quanta cura et diligentia hereticae pravitatis labem reprimere, et pristinum Christianæ fidei cultum ibi restituere coneris. Ista sunt vere Catholicō viro digna opera, ista haud dubie divina sunt beneficia. Agimus Omnipotenti Deo gratias, qui tam præclaram tibi mentem dedit, et tuæ virtutis pietatisque toto animo gratulamur, quod qui ante maximis et clarissimis regibus magna cum laude militasti, nunc ipsi Regi regum majore cum gloria militas, et Domini prælia præfariis, cuius supernum favorem tibi semper affuturum esse confide, quando ejus tu causam tam acriter fortiterque defendis. Scimus te non esse hortandum a nobis, ut perseveres facere quod cœpisti, quippe qui hortationem nostram non expectaris, sed tua sponte zelo divini honoris accensus sis. Nec vero magis incitare te ulla nostra posset oratio, quam facta recentia tam præclara debent accendere, tum charissimi in Christo filii nostri regis Navarræ, tum tot prætantissimorum regni Franciæ procerum. Omissa igitur hortatione, qua non eges, illud potius faciemus, ut pium istum et egregium animum tuum debitum in Domino laudibus prosequentes, significemus tibi, etsi semper te dixerimus, tamen his tuis in religionem Catholicam meritis permultum accessisse ad pristinam erga te voluntatem benevolentiamque nostram, idque pluribus in rebus, cum in Domino poterimus, re ipsa declarare nos paratos fore. Datum Ronne apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XVII Aprilis MDLXII, Pontif. nostri anno III ».

Prosequitur idem Monlucius in Commentariis suis res suas in hæreticos gestas, quas curiosus lector ex ipso cognoscet. Internussum nos sermonem de aliis hæreticorum flagitiis repetamus.

159. *Impia Calvinismi facinora.* — Inter omnia summae impietatis facinora id vel maxime deplorandum videtur, quod sacrosanctam Eucharistiam indigneissime traclarunt<sup>6</sup>, pedibus eam conculcantes, canibus projicientes, ignibus concremantes, et sclopotorum iectibus trahientes. Quid autem haec portendant, quave tandem ratione præpotens Deus has suas injurias, quas non ibi tantum, sed aliis etiam in Europe locis perpessus est, ulturus sit, ipse novit, quem utinam, mature agenda modis omnibus pœnitentia ita nobis reddamus propitium, ut avertatur ab ira furoris sui. Insani mortales non perpendunt illos æterna gehennæ ignes, quibus in omnem æternitatem pro tantis sceleribus atrocissime cruciabuntur, ut interim sileamus presentis vitæ ultiōnes acerbissimas.

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. CLXXXI. — <sup>2</sup> Ib. p. 96. — <sup>3</sup> Belcar. I. LXXIX. num. 47, 48 et 49. — <sup>4</sup> Ext. in Ms. card. Spade sig. num. 31. — <sup>5</sup> Pius IV. tom. II. brev. sig. 2897. Ep. CLXXXII.

<sup>6</sup> Guil. Rossæus p. 351. Aurelian. de deser. Sur. in Com. p. 581.

Et quae historia, vel Gallicana, vel Latina, sive a Catholicis, sive ab ipsis Calvinistis scripta non narrat eos hoc genere sacrilegii in omnes sanctos,<sup>1</sup> in omnes primos Gallicanæ Ecclesiæ episcopos et apostolos, nunc gloriose in celis triumphantes saeviisse? quorum corpora tantopere, ut prius explicavimus, a primis Christianis honorata, tam multorum bonorum nobis instrumenta, tantis a Deo miraculis illustrata non minus diligenter, quam vivos sacerdotes exquisierunt, et reperientes secunda morte, quantum in ipsis erat, una cum sacerdotibus eorum successoribus trucidarunt.

Notum est quod Lugduni fecerunt contra S. Ireneum veteres olim pagani; primum ejus episcopum Photinum virum Apostolicum occiderunt, et deinceps ejus aliorumque martyrum corpora combusta in Rhodanum fluvium sparserunt. Isti pagani Calvinistæ Photini successorem Irenæum exhumarunt et publice concremarunt, cineresque in præterfluentem Rhodanum projecterunt.

160. Quale erat suis temporibus Galliae lumen et decus D. Hilarius episcopus Pictaviensis, qui etiam si Arianos suos haberet hostes infestissimos, quos libris doctissime scriptis fortiter refutabat, tamen acerrimus Arianorum patronus Constantius imperator propter singularem sanctimoniam, propter mirabilem doctrinam, propter insignem gravitatem et mores episcopo Christiano dignissimos, ita eum reverebatur, ut ab exilio revocaret, et sua in Gallia Ecclesiæ Pictaviensi restitueret. At Ariani isti Calvinistæ ad<sup>2</sup> suum tribunal eum citantes, primum libros sua manu contra Arium exaratos, et cum iis atios quosdam vetustissimos, quos tanquam egregium et æternitate dignum monumentum buc usque Ecclesia Pictaviensis asservabant, flammis pronuntiant dignos, et incendio devouto, tum ipsum sancti corpus pari supplicio plectunt.

Jacebat eodem in loco Radegundis regina, quæ postquam cum Clotario filio magni Clodovæ primi Gallorum Christiani regis juxta veteres historias (etsi isti Epicuri suo Gaspari vel Condæo hunc honoris titulum tribuunt) sex annos in matrimonio vixerat, castissimam ex voto deinceps vitam egit, ædificataque ad honorem Christi et beate Virginis magnifica Basilica (quæ tamen populari sermone sanctæ Radegundis nomen obtinuit) in ea moriens conquivit. Cæterum istorum canum furem non potuit evadere, qui vel odio castitatis quam professa est, vel amore loculi in quo condita est, et quod erat alicuius pretii, corpus erectum eodem cum reliquis judicio damnarunt, ut ignibus conflagret, omniaque quæ in illa Ecclesia jacuerunt

sanctorum corpora eodem cum sancto Hilario et hac castissima regina judicio perierunt. Sed inepte facie, qui unam vel alteram Ecclesiam, vel sancti Hilarii, vel sancte Radegundis ab istis impiis dreptam et vastatam dico, quando omnes generaliter Pictavii Ecclesiæ eadem vastitate deformatæ sunt. Stulte sancti Hilarii liberos incensos queror, quando in plurimis Galliæ provinciis magnas et optime instructas bibliothecas ab istis incendiariis, et juratis antiquitatibus et primitivæ Ecclesiæ hostibus incensas fuisse constat.

Et quis miretur eos clarissimis illis et primis Ecclesiæ Gallicanæ doctoribus, tam fuisse infestos, qui nec ipsis Apostolis Domini, si uspiam in eorum, vel minutissimas partes incidebant, magis fuerunt propiti. Et mox: In oppido<sup>1</sup>, quod sancti Joannis Angelici nomine vocatur, pars quædam capitis asservatur incliti Præcursoris D. Joannis Baptistæ, quo nemo inter natos mulierum surrexit major, et quem ipse Salvator noster supra conditionem patriarcharum et prophetarum extollens, ipsis Angelis coequaverat, a quo, et nomen huic urbi videtur impositum, et quem locum ad honorem Baptiste sui multo pluribus miraculis illustraverat, quam quibus recens inventa Gervasio et Protasio martyrum corpora nobilitata fuisse narrat divus Ambrosius. Quid vero isti novatores<sup>2</sup>, perinde nimirum ut decuit veros Calvinistas, hoc est, veros diabolos, quia martyres, et apostolos, et apostolis superiores, ipsumque Christum pari loco habent, post omnia hujus urbis tempa spoliata et eversa, ut nec unum integrum relinqueretur, ablatum diligenter aurum, quo caput divi Joannis operiebatur, caput ipsum, vel partem potius (erat enim pars posterior, cuius anterior Ambiani debito cum honore servatur) postquam multis opprobriis et contumeliis, cum Herode et Herodiade affescient, magna ceremonia medio foro pyram ingentem struentes, incenderunt; unico facto Herode et Herodiade, Judeis infestissimis divi Joannis hostibus et ipsis quoque Ethniciæ truculentiores? Porro de capite S. Jo. consulat lector Rom. Martyrologium IV kal. Septembbris.

161. Aurasia<sup>3</sup> in Provincia post ordinaria illa Calviniani Evangelismi facinora, disturbatas Ecclesias, eversa SS. monumenta, exusta corpora, et inter alia patronum et primum Apostolum suum sanctum Eutropium, et hujusmodi cætera, ad extremum scite formatam Christi crucifixi imaginem templo educunt, funibus alligatam imponunt asino, et per omnes plateas et compita perpetuis eam maledictis, et una continuis flagellis et verberibus afficientes circumducunt, et deinde non quidem in crucem

<sup>1</sup> Guil. Rossæus p. 352. — <sup>2</sup> Thenet. in Cosmog. l. XIV. c. 6. Pigl. l. vi. c. 41.

<sup>1</sup> Thenet. l. XIV. Cosmog. c. 4. — <sup>2</sup> Guill. Rossæus. — <sup>3</sup> Pigl. l. vi. c. 23.

egerunt, sed quod ejusdem erat immanitatis, progeberunt in ignem, quale quid contra Christum a Turcis capta Constantinopoli gestum fuisse, Christianorum historie proddiderunt.

Cæterum idem impii in diocesi Carnotensi<sup>1</sup> longe ultra hanc Aurasie, vel Aurangiorum, vel Turcarum immanitatem progressi sunt, qui in Ecclesiam quamdam ubi sacerdos divinum illud Christianorum saeritium peragebat irrumptentes, proculeata suis pedibus sacra hostia, et effuso sanguine, calice loco matutile abutentes, et sacerdotem ad urinam eibendam compellentes, mox eundem cum ericifex Christi imagine arte colligarunt, et Christum cum sacerdote plurimorum scelopetorum glandibus transfixerunt, quod facinus plusquam diabolicum cum a multis Evangelicis, aliis plerisque in locis factitatum. Utinam meminisset impii, quid ex sacrarum reliquiarum religiosa conservatione ad Christianos redeat utilitatis! Quod eleganter explicat contra Gentiles divus Chrysostomus<sup>2</sup>: « Poterat », inquit ille, « Deus corpora sanctorum cum animabus in Cœlum transferre, at ille, qua est in humanum genus benignitate, inter alias, quas infinitas nobis salutis nostra occasiones dedit, et hanc viam nobis a se munitam esse voluit, relictis apud nos sanctorum reliquis, nam post sermonis facultatem ipsa sanctorum sepulchra proximum locum obtinuit, ad animos hominum in sanctos influentium ad virtutem earumdem emulacionem excitandos.

« Extant nunc, inquit ille, cum Babylone cineribus compedes illius, Ecclesiarum prefectos omnes commonefacientes, quod vinciri, quod jugulari, quod quavis pati oporteat prompto atque alacri animo, ut concredite nobis libertatis ne levissimam quidem partem prodamus, aut contaminemus».

Neque vero hoc sancto pietatis Christianæ officio vitam<sup>3</sup>, moresque tantum formari, sed fidem etiam vehementius accendi, pereleganter ostendit divus Ambrosius, dum paganis hanc Sanctorum venerationem astrinxit:

162. « Est notissimum, quam immani strage et incredibili carnificina perpetuo Calvinistæ non tam jugulaverint, quam lanaverint et discerpserint Catholicos, sed in primis, et maxime clericum in plerisque Galliae civitatibus, ac plane in omnibus, quas suo dominatu occupabant, Aureliis, Vindocinii, Blæsis, Turonibus, Andegavis, Cœnomanis, Pietavii, Biturigibus, Engolismis, Rothomagi, Lugduni, Catalauni juxta Ararim, Matiscone, in majori parte Delphina-tus». Addit paucis interjectis:

« In primo tumultu si qui pastores docti pii et constantes Catholicæ fidei contra Calvinistæ

mum defensores in corum manus incidebant, illi statim absque mora tanquam religionis Evangelicæ hostes occidebantur; si vero pastor aliquis lenitatis et moderationis nomine erat commendatus, qui contra Calvinismum nullum fortasse zelum et vehementiam ostenderat, manifeste tamen ad ejus approbationem adduci non poterat, et ille quoque non minus quam priores crudeliter jugulabatur, exclamantibus perpetuo ministris, quemadmodum a suo apostolo Farelo dedicarant: Ho! iste talis est diabolus candidus non minus quam reliqui in mundo tollendus; atque ita, sive illis amice blandimini, sive, ut par est, fortiter adversemini, nisi plane Christum cum illis abnegare velitis, capita vestra morti sunt devota.

« Traditur etiam fratres Calvinianos veros Gothos et Wandalos nullatum injurya lacessitos commissostrages horribiles, et volutasse se in sanguine miserorum sacerdotum, quos encabant omnibus suppliciorum exquisitis-imis generibus, quæ ab homine poterant excogitari, tum publice omnibus in locis protestatos, se bellum gerere cum monachis et sacerdotibus aeternum et irreconcilabile».

At non minus nobilitati ac juris dicundi administris, quam clero fuisse Calvinistas infessissimos, ministrosque in eorum ordinum everorum ruinis suam potentiam excitare, tyrannide constabilire meditatos Guillelmus Rossæus declamavit:

« In primis, inquit, tumultibus, et ministri in Synodo Cabillonensi defierunt, et popularis factio, Beza etiam approbante, clamavit exterminandos esse e republica Christiana tres illas orbis terrarum pestes et quisquilia, Pontificiam Ecclesiam, nobilitatem et jurisprudentiam. Esse siquidem alienissimum a pura religione, ut in republica ista dignitatum gradus, et personarum ordines atque discrimina ponantur, cum Deus cunctos homines, uno rege dempto, pares esse voluerit; haec illi persuasione ebrii, non minus tota Gallia nobilium procurum, ducum, principum insignia, quam Catholica Ecclesiæ sacramenta sanctorumque et Christi Servatoris imagines et memorias ubique destruebant».

163. *Varia et irritu concordia tentamina cum Hugonottis.* — Subdit cardinalis legatus datis litteris ad Carolum Borromæum: Parisiis religionem Catholicam in dies constabili, promulgato edito Huguenottis urbe pulsos adeo ut regia civitas ab hac peste omnino vindicata futura sit; at in aliis provinciis magnos esse belli civilis fragores: plura oppida urbesque invadit ab Huguenottis rabie effera-tissimis, tolteque immanitatis exempla ab iis edi in Ecclesiis, in imagines, in sepulchra, ut talia nunquam scripta vel auditæ fuerint, quæ calamitates maxime deploranda id famen boni parere, ut plures tanta

<sup>1</sup> Laurentius in replica Christiana l. II. c. 26. in Oppido Houdan. — Guil. Rossæus p. 336. — <sup>2</sup> Chrysost. in lib. contra Gentiles. — <sup>3</sup> Belletor. l. VI. c. 96. Guil. Rossæus p. 791.

atrocitate commoti Huguenottam sectam exercentur. Iloc meminisse alias a Pio Pontifice dictum, regnum Galliae ob admissam novam hæresim gravissima passurum.

Lapsis aliquot diebus significavit Carolo cardinali Borromeo Ferrariensi legatus, principem Condæum, licet verbis ostenderit, nullo se majore desiderio affici, quam ut regiis mandatis pareat, tamen, ut demonstravit rex Navarrae, liberum non esse, nec posse agere quam quæ etiam capitibus rerum Huguenotorum, qui Aurelia versantur, grata sint, atque adeo reginam pacem alia ratione tentare, ut Condæus secum Castilioneos, ipsa vero Catholicos proceres ad colloquium adducant.

Inter hac, cum Parisiis maxima inquisitio fieret ad pellendos urbe Huguenottos, allatae sunt ad senatum schedulae quibus sollicitabantur, ut ordinem suum repurgarent, in quo vi-ginti et amplius ea labi contaminati designabantur, prebendumque ab ipsis incorrupte fidei exemplum. Latum est senatus-consultum<sup>1</sup>, quo edictum Francisci I Meloduni editum instauratum est, ut magistratus regii tenerent articulos fidei tum propositos, qui modo vocantur in controversiam, ac secundum sensum Romanæ Ecclesiæ declarantur. Vocati fuere suspecti, ac moniti, ut si in eo ordine perstare vellent, sacramento se ad illud edictum servandum obstringerent, ac ita universi senatores sacramentum nuncuparent. Eodem pariter sacramento solemní adacti omnes causarum patroni, procreatores atque justitiæ administrí, absentes vero nisi idem sacramentum nuncuparint, suis munieribus multandi. In proxima vero Dominicā senatus omnis solemní supplicationi, quæ instructo magnifice agmine religioso ducta est, interfuit, atque in Ecclesia S. Medardi, quæ præterita Hymene ab Huguenottis impie prophanata fuerat, collocatum sanctissimum Eucharistie sacramentum summa religioi cultus pompa, ut injurya, qua lunc conculeatum fuerat ab impiis, eo pietatis officio expiaretur; quæ omnia Hippolytus cardinalis legatus in litteris xiv Junii consignatis narrat, atque rem gravissimi esse momenti, cum Parisi peste ita repurgentur, idque exemplum aliarum provinciarum senatus sequi possint. Addidit vero Catalaunum a Tavani recuperatum, ac simul ab eo castra ad Matisonem mota, atque ita Huguenottos toto Burgundiæ ducatu brevi depulsum iri.

164. Porro memoratum<sup>2</sup> colloquium Condei cum regina, iterum abruptum xv Junii significavit legatus cardinali Borromeo, quod dicere Condæus reginæ, maxime promotam tractationem societatis cum Protestantibus Confessionis Augustanae, seque ad eam ministros adacturum: nec latebat legatum, Condæum op-

natum, si Huguenotti se Confessioni Augustanae adjunxissent, majorem ad se multitudinem pelletores, quam suscepso Calvinismo, verum si jam fieret religionis permutatio, famas potius detracturos, quam eam aucturos, ostensurosque non religionis causa id agi, vel in eorum secta nullam veritatem aut spem aeternæ salutis inesse.

Scriptis aliis xxvi Junii significat, proceres Catholicos in castris bellum strenue urgere, nec tolerare velle ministros, vel conciones haereticas, vel sacramenta ritu haeretico conferri, exercitumque eximie instructum esse, sed ad pendenda stipendia exinanito ærario, cum Huguenotti regia vestigialia ad se avertant, Pontificiam liberalitatem implorare.

Porro iterum propositas a Condæo concordia pactiones, Aurelianensis episcopi, et Albæspina, qui a secretis erat interpretum, a regina et rege Navarrae missorum opera, in primis, ut edictum Januarii instauretur, ut dissolutis exercitibus principes proceresque domum petant, rex Navarra refinat exercitum, occupatae urbes arcesque restituantur, Ecclesiastici suas Ecclesias et bona recuperent, atque arma utriusque parti auferantur. Ad quæ proceres Catholici respondere, nunquam se reginæ ac regi consulturos, ut duas religiones permetterent; permisisconcionibus haereticis et sacramentis ab iis administratis continuos tumultus concitaturn iri, ac si id ipsis concederetur, se quoque conjunctissimum fœdus Catholicorum confecturos, quod quanto damno verteretur Huguenottis, eos non latere.

Tentatis novis iterum colloquiis hæ pactiones a regina et rege Navarrae, ac sanctiore regio consilio consignatae ostensæ sunt Aurelianensis; edictum Januarii observatum iri omnino per singula capita, nec cuiquam religionis causa, sive quoad bona, sive quoad corpora molestiam exhibitum iri, tamen animadversum iri in interfectores Motæ-Gondrini: proceres Catholicos, Guisium, Monmorantium ac S. Andreanum ultro discessuros ex aula, si Aurelianenses federati abjicunt arma, et urbes occupatae restituantur, ut edicta confecta conficiendaque mandentur operi, rex Navarrae, cum regis personam referat, tot tantisque copias contractas habeat atque expeditas quantas velit; quas pactiones si respuant Aurelianenses, omnia colloquia ahumpenda, culpauque omnem in eos refundendam regina asseruit, seque in Catholicorum principum castra translaturam, cum antea iis se non erederet, ut inter adversas partes Catholicas et Huguenottas interpretem ageret.

165. Post varios anfractus negotiorum<sup>1</sup> demum Aurelianenses regis potentia se impares rati, hanc concordia rationem iniere, ut prin-

<sup>1</sup> Ibid. p. 104. — <sup>2</sup> Ibid. p. 107.

<sup>1</sup> Pag. 414.

ceps Condæus procerum Huguenottorum nomine libellum supplicem regi ac reginæ offeret, quibus peteretur, ut rex illos libera frui conscientia sineret, nec eorum fortunas, aut personas vexaret, pollicitique sunt, mox atque Guisius, dux Monmorantius senior, magister equitum, atque S. Andreæ castrorum praefectus ex castris discesserint, regia omnia imperia se excepturos, rogaruntque Condæum principem, ut pro iis vadem obsidemque apud reginam regemque Navarræ se constitueret, nulla jam mentione edita retinendorum armorum, nec venie pro seditionis petendæ, nec Edicti Januarii instaurandi, omnibus arbitrio reginæ ac regis Navarræ permisisse, ut pro sua potestate omnia gerant. Quæ cum regina, rex Navarræ, ac Guisius, magister equitum, castrorum praefectus S. Andreanus, cum Albaspinæ qui a secretis erat, perpendisset, sanxere eas pactiones admittendas, atque ita conventum, ut princeps Condæus ad reginam se conferret, tresque memorati proceres castris atque aula se subducebant, dataque regiæ litteræ Aurelianensibus, et aliis, qui urbes arces occuparunt, ut sine mora domum sparsim se submoventerent, nec plures ultra viginti simul incederent. Ita conceptæ egregia spes Huguenottorum exercitum dissipatum iri, castris regiis integris manentibus, occupatas arces receptioni iri, Ecclesiæ eruptas restitutum iri, ac brevi dierum fluxu viribus Huguenottorum dissociatis, edictum optimum pro re Catholicæ instauranda promulgandum, atque in opus, stante regio exercitu sub imperio regis Navarre, provocandum, maxime divulso a sociis Condæo principe, et in regis potestate constituto; ac si proceres Huguenotti pacta servare detrectarint, proceres Catholicos reddituros in castra, ac in eos leges exercituros, et occupatas arces in regis potestatem redacturos. Regina spe concordiae lætissima Baugentium ad castra Catholicorum se contulit, ac Triumviri dignitati, regis et auctoritati, religionis cause, et suo honori fecisse satis opinati ad explenda, que ipsi consuluerant, se compararunt, maxime cum nossent regem Navarræ<sup>1</sup> a rege Catholicæ regno Sardiniae recentissime donatum Catholicæ religionis tuendæ studio ardere. Subdit legatus reginam, cum hujus pacis seriem regi significasset, rogasse, ut ipse legatus regem sociaret, et pactionibus confirmandis assisteret. « Ex Nemo Viceunarium **xxvi Junii MDLXII** ».

166. Non defuit Hyppolytus cardinalis muneri suo, reginamque hortatus est<sup>2</sup>, ut religionis causam cæteris omnibus anterferet: quæ respondit, eam altissime regio cordi inlxam herere. Cæterum universus ille concordiae apparatus perfidia Huguenottorum dissolutus est. Tres principes Catholicæ Guisius, Monmorantius

senior et Santandreanus statu die pararunt discessionem e castris<sup>1</sup>, ut Castellodonum octo leucis dissitum se reciperent, inde tamen non discessuri donec Aurelianenses conventa explesserint, landatique sunt a regina, quod generose pro regia dignitate, et regni statu, pacisque redintegratione non jussi, non rogati, sed sponte suo cessissent jure, pro divino honore, et religionis dignitate, et regni commodis, regioque obsequio cum Aurelianenses nullam concordia rationem voluissent admittere, nisi illi abiissent. Regem non minus ob voluntariam eam discessionem, quam ob alia maxima officia ab ipsis praestita devinctum<sup>2</sup>, rogari tamen ipsis ne ita longius abscederent, ut pro rerum necessitate promptius revocari possent, ipsosque demonstrasse publica commoda privatis abs se anteferriri. A discessuris etiam petierat rex Navarræ, an grata et accepta ipsis foret sponsio, qua se illis devinxerat arctissimo federe, pro tuendo divino honore, fide Catholica asserenda, propugnanda Romana Ecclesia, regis dignitate, libertateque regni vindicandis, ac illi responderunt, gratissimam eam sponsonem sibi accidisse, ac de honore sibi in ea re collato a rege Navarra maxime obstrictos teneri. Itaque codem die, scilicet **xxvii Junii**, discessisse castris scribit legatus cardinali Borromæo. At non eamdem parendi celeritatem fuisse in Condæo principe, non eadem hora, ut conventum erat, nec codem ipso die accessisse ad reginam, sed die **xxviii Junii** Baugentium, ubi regia castra conserderant accessisse; vigesima vero nona die Junii Castilionæ, Rupifulcaldium, et alios proceres Huguenotæ factionis venisse ad designatum locum, cui Tolosum nomen est, ut pacta ad exitum perduerent atque regia imperia de abjiciendis armis exciperent, qui pactionum leges mutatas volentes, postulavere a regina<sup>3</sup>, ut conciones hæreticas atque sacramentorum administrationem ritu hæretico illis permitteret, nec alia ratione pacari eorum conscientias posse; quæ cum regina præcise denegaret nec ab ea sententia dimoveri posset, preces eo convertere, ut data tuli et liberi commeatus syngrapha ac aliis necessariis muniti instructoque exercitu suo et regno exire possent, et qui redire vellent, suis fortunis fruerentur, donec rex pubertatem attigisset, ac tunc, si rex permiserit ut sno ritu vivant, reddituros in Galliam, si vero permittere nolit, ut prædia sua possint divedere, ut perpetuo exteris regiones incolant, seque ad id permoveri jactabant, ut tumultuum occasione abscedantur; occupatas urbes ac regii aerarii interceptas opes restitutum iri. Haec vero facta et adverso animo dicebantur, ut reginæ crearent invidiam quasi ipsa regno ejectos vellet, abru[m]pendæque pacis occasio-

<sup>1</sup> Pag. 115. — <sup>2</sup> Pag. 127.

<sup>1</sup> Pag. 131. — <sup>2</sup> Pag. 132. — <sup>3</sup> Pag. 133.

nem aucuparentur, non enim, ut conventum fuerat, principem Condæum fidejussorem atque obsidem relinquere apud reginam voluerunt, objecta calumnia, fuisse agitata consilia de eo sequenti nocte trucidando vel mancipando vinculis, quantumvis regina illum secum reducere percuperet, regiamque fidem ac regium honorem de illo ipsorum manibus salvo et incolumi restituendo obligaret. Cæterum multis<sup>1</sup> visum non id ipsos opinatos, sed pertinuisse, ne Condæus reductus a regina et rege Navarre persuaderi se sineret, ut damnata eorum societate Catholicis se conjungeret, quem factionis suæ ducem præoptabant. At regina illos du hortata ut domi manuerent, nec regno exirent, tandem consensit, ut pro tumultibus pacandis e regno discederent.

Admouuit mox reginam Navarre rex, nulla ratione credendum ipsos regno velle discedere, nec eorum armatum agmen ab ulla provincia admissum iri; maximeque indoluit, principem Condæum obsidem reductum non fuisse mox atque ipsa Talsium pervenisset: mox adversus hostiles fraudes revocavit in castra Guisium, Monmorantium, ac Santandream, atque Helveticorum et Germanorum auxiliares copias accersivit; patuit vero malus procerum Huguenottorum animus, cum Baugentium, ut erant polliciti, noluiscent accedere, totque locis disposuerint insidias, ut Condæum, etiam si cum regina redire voluisset, secum vi abducturi fuissent; ille vero datae fidei servandæ admonitus fictis blandissimis verbis reginæ preces elusisse, se e regno exire constituisse asserentes, ne tumultuum causæ illi posthac adscribantur, atque ita a Gaspare Colinio Aureliam revocatus, cum inani illa specie offici fidem exsolvisse putaret.

167. Damnata posthac ab Huguenottis<sup>2</sup> proceribus omnis concordia mentionem, addit legatus, cum prætexerent illum fucum contumacia sue, reginam nimirum moleste illos e regno depellere voluisse, suaque importuna petita interpretari rigida fuisse reginæ imperia, cum in eo colloquio nullum aliud imperium iis datum esset, quam ut vi supplicis libelli a Condæo principe eorum nomine porrecti arma deponerent, atque minutis agminibus omnes domos suas repeterent; at eos forte nunquam credidisse<sup>3</sup> Guisium, Monmorantium ac Santandream honoris sui ita futuros prodigos, ut regii obsequii gratia e castris essent discressi, deceptosque sua opinione discindendae concordia alios colores conquisisisse, ac jam perdendi regni et cædium patrandarum respectum omnem sibi abscidisse, obligatam reginæ fidem violasse, quæ se ab iis læsam reputet, ac modo perspicue agnoscat, eorum consilia alio

quam ad religionem vel conscientiam spectare. Rehus Deo ac proceribus Catholicis commendatis Melodunum reversa est, ac declaravit eos veros fidosque regis clientes, qui arma pro illius dignitate gerant, se vero gravi errore lapsam, que Condæum obsidem non retinererit, ipsosque conventa religiosius servasse qui Castelloduni expectarint, ut Aurelianensis exercitus dissolvetur, quam ipsa, quæ principem Condæum retinere dehucisset, seque ex omnibus iis pacis colloquis in tantummodo reluisse, quod Deo conscientieque sue fecisset satis, demonstrassetque universis, quanto subditorum filii regis servandorum, atque ab exitio imminentium, quod Deus avertat, vindicandorum studio arserit.

Reversis porro in castra regia Guisio, Monmorantio et Santandream, summa laetitia non modo in reginæ vultu, verum in toto exercitu emicuit, adeo ut Catholicæ a morte ad vitam excitati viderentur quasi non duces, sed eorum conservatores ac parentes rediissent.

168. *Bellum instruitur contra hæreticos; urbes ab ipsis captæ plerunque recuperantur; rex Navarre vulneratus pie et Catholicæ moritur.* — Secunda Julii Condæus princeps Huguenottum exercitum eduxit<sup>4</sup>, ut regium Catholicum adoraretur, cumque tormentis et equitatu esset inferior, potius nocte quam die impetum facere moliebatur; rex tamen Navarre cum auxiliares Germanos et Helvetios expectaret, contrahere pugnam noluit, sed Blæsas, ut commatus illis intercluderet, obsedit, monuitque cardinalem Borromæum legatum, Catholicos victoris potituros si stipendia militi non defuerint, subsidiaque nummaria a Pontifice efflagitari. Deletos<sup>5</sup> exente Junio Arausicanos hæreticos, loca ab iis in comitatu Avenionensi capita recuperata, Parpaliamque perduellum signiferum caput, scripsit litteris Melodunij Julii consignatis. Certiore etiam fecit ex eodem loco viii Julii Pontificem, perfidia hæreticorum pacem sublatam; majore quam antea bello Galliæ regnum ardere. In aliis vero ad cardinalem Borromæum, eodem die viii Julii, viginti quinque millia nummorum in militares sumptus personata, atque a rege clientelam Avenionensis Comitatus et Sabaudiae, si ab hæreticis infestetur, arreptum iri; nec rigide singulas leges a Pontifice dictas exigendas, cum omnes in religionis Catholicæ defensæ capita continueantur, cæterum Blæsas receptas<sup>6</sup>, atque ex parte direptas, quantumvis victores principes Catholicæ servare victos niterentur, tamen ob rabida partium odia in nonnullos sævitum; mille equites instructos e Belgio venire subsidio, alios mille in Germania comparari, peditumque quatuor millia, præter Hispanos atque Italos, casque copias a rege

<sup>1</sup> Pag. 134. — <sup>2</sup> Pag. 133. — <sup>3</sup> Pag. 136.

<sup>4</sup> Pag. 137. — <sup>5</sup> Hag. 140. — <sup>6</sup> Pag. 148.

Catholico parere jussas, non tantum reginæ, sed etiam imperiis a rege Navarræ, Guisio, Monmorantio et Santandreano conjunctim datis, interea Condæi exercitum dilabentibus pluribus nobilibus Huguenottis minni, seque Aurelianum subduxisse; fucatis mendaciis vocari ab iis regnam in odium, eamque publico programme eorum perfidiam in luce collocare, ac rediturs domum fortunas tutas, ac libertatem conscientiæ sine concionibus hæreticis sacramentorumque administratione permettere: tum et hostes insolentes, jactareque sibi auxiliares exercitus ex Anglia Germaniaque submitti, ad eos vero avertendos mitti oratorem in Germaniam, ut Protestantes a perduellibus juvandis deterreat, rogarique regem Catholicum, ut oratoris opera regna Angliae denuntiet, se gravissima injuria violatum existimatrum, si auxilia Huguenottis perduellibus submiserit. Andelotum in Germaniam ad contrahendas copias ab hæreticis profectum, Subizam Lugdunum profectum ad eam urbem in perduellione confirmandam, Turonum urbem et alia oppida finitima a Catholicis recuperata, missas etiam copias ad Cœnomanum, Biturigas Pictaviumque recipienda, Duracii regulum Burdigalæ conjurationem conflasse ad eam intercipiendam, sed Catholicorum civium virtute disjectum, coactumque re infecta abscedere: Vasconiam sine dubio atrocius quam antea vexatum iri, cum regina Navarra in eam provinciam se contulerit, quam fertur, pollicitam perduellibus Aurelianensibus quatuor millia peditum suo sumptu conducta sustentaturam. Condæum conqueri, reginam denegasse sibi beneficium editi Januarii, quo concesso, omnes tumultus extincti fuissent, cunque illi insinuatum fuisset, non potuisse illud permittere, ne a se abalienaret tot Catholicos proceres, qui pro ipsa corripuerant arma, nec si concessisset observari potuisse, subjecisse, concessiōnem solam tunc optasse, deque observatione parum curasse: extera auxilia ab eo expectari, ac licet pestis serperet Aureliae, malorum tamen patientia in hæresi magis obdurescere, jactareque se pro Dei causa et gloria arma tractare, nonnullosque ex Germanis stipendiariis, quos Roccadulphus duxit, atque ex Sabaudis subornasse, Germanosque monitos, Aurelianenses non pro Evangelio, ut gloriantur purgare, sed pro perduellione, longeque a Confessione Augustana abhorre: Metenses, qui jam diu infecti erant hæresi, adjunctos ab iis, qui Parisiis pulsi in eam urbem se receperant, regium jugum excussisse, correptisque armis imagines et altaria Ecclesiarum diffregisse, ac maxima religionis Catholicæ offensione impietatis exempla edidisse, redegitse eam urbem in snam potestatem, pestemque latins in dies grassari, ac de industria in pluribus locis seditiones ad vires regias distractiendas concitari, solaque

necessitate inhiberi duces Catholicos, ne omnia agenda conficiantur, ita ducem Aumaliam Rothomagi oppugnatione ob virium inopiam abscessisse, edictum vero regium promulgandum, quo denuntietur eos, qui ex Aurelianensem castris non discesserint, perduellionis dannanos bonisque proscribendos, visum tamen postea a senatu Parisensi edendum, atque in eo excipiendum principem Condæum quasi libertate non potiatur. « Ex Nemore Vicenarum xv Julii MDLXII ».

169. Interjectis quatuor diebus certiorem fecit legatus cardinalem Borromæum de obdenda Aurelia, quamvis munitissima. Sumpta consilia Santandreanum mittendum ad recuperandum Lugdunum, cui Pedemontanæ copiæ duce Bordilione, et Germanicæ, et Hispanæ conjungendæ sint. Montispenserii ducem, non minus ardentis tuendæ religionis studio, quam regio sanguine clarum in Aquitaniam legari, concepta spe bonos ejus provincie residuos adhæsuros, atque in Huguenottos alacrius, quam duce Buria qui nō iūm iis indulgebatur, con surrecturos. Vires ampliores duci Aumalæ, ut Normaniæ res componat subministratum iri. Cardinalem Borbonum in Piccardiam amandari, ut eam provinciam in officio contineat, pariterque cardinalem Armeniacum Tolosam proficisci jussum, ut amplissimam eam urbem in regio obsequio et pio asserende religionis ardore foveat: ad Metenses vero ad obsequium regium revocandos prævolare jussum Monlucii reguli fratrem cum copiis pedestribus, in urbem quidem admissum regiam tueri auctoritatem, non tamen liberum omnino imperium exercere, et Cœnomanum receptum, atque Huguenottorum e captis locis diffugientium, tendentiumque Pictavium multitudinem cæsam a comite Villarso, ejusque urbis brevi recuperanda spem affulgere; at a cardinale Granella significatum in Germania magnas equestres pedestresque copias contrahi præsidio Huguenottorum accessuras: provincie cujusque senatum, majorem, quam par sit, sibi arrogare auctoritatem, quæ a rege pubere temperanda sit, cum quæ sunt juris regii, non senatorii, invadant. Senatum Parisiensem optimo quidem consilio ductum dedisse populis imperia, ut correptis armis Huguenottos invaderent, quæ a proceribus Catholicis non laudantur, cum grave periculum ea res trahat, ne privatas inimicitias fuso tuendi contra sacrilegos honoris ulciscantur, cum ipse rex<sup>1</sup>, dum talia permittit, id semper addat, ut populi in ea re pareant ducibus a regina majestate ad id præfectis etc. « Ex nemore Vicenarum xix Julii MDLXII ».

XXVIII Julii legatus certiorem reddidit cardinalem Borromæum, reginam Angliæ, quæ

antea blandis verborum officiis pollicita erat, se pacem cum rege Galliae religiose culturam, jam duodecim millia peditum latura Huguenottis subsidium instruere, regnique calamitates vehementer auctum iri, nam si Catholicii ad comprimendos Huguenottos adeo ante desudarunt, quanto magis externorum adventu bellum ingravescet. Ad quae pericula avertenda regina Catharina missa oratore reginam Elisabetham demulcere studebat, ut pacem promissam servet, urgeat vero regem Catholicum, ut promissa auxilia maturet, atque a Pontifice subsidia nummaria promissa efflagitetur. At proceres<sup>1</sup> Catholicos expeditionem ad Pictavium expugnandum vi meditari, ni prius voluntaria deditio in arbitrium regium dictioenque venerit. Biturigum pariter expugnationem moliri, ut Aurelia auxiliorum spe nudetur: Helveticas Germanasque copias egregie instructas auxilio regio venisse, regem in castra adductum iri, ut suo comitatu ea magis confirmet perduellesque terreat, ne in eum gerant arma, seque regio lateri adhæsorum, ac Pontificem erga illud regnum studium paternum optimis officiis expliciturum. Mitti oratores, qui auxilia a duce Florentia et a Venetiis in militum stipendia expetant. Tantam esse ararri inopiam, ut omnis suppellex argentea regis, ac reginae, et legati, procerumque Catholicorum ad cedendos nummos conflata ac percussa sit. Duracium prope Burdegalam quinque millia Huguenotorum trahentem, quorum pars maxima a Joanna regina Navarrae Aurelianensis submittebatur, a Moulucio fuisse profligatum, circiter octingentis vel milie cassis; reginam Catharinam ab Angliae regina sollicitari, ut ad pacem Huguenottos admittat, operamque suam in ea re deferre, ejusque preces non respui, ne magis exasperetur, non tamen ferendam videri, ut interpretetur atque arbitram dissidiorum inter regem Galliae ejusque subditos perduelles se constituant. etc. « Ex Nemore Vicenarum xxviii Julii MDLXII ».

Vindicatus est Burgundiae ducatus ab hereticorum impietate et grassationibus, Tavanii praefecti virtute, qui flagrantissimo pietatis studio religionem in ea provincia asseruit, cui subjectis litteris<sup>2</sup> actae a Pontifice gratiae:

« Dilecto filio nobili viro de Tavanes, praefecto regio ducatus Burgundiae.

« In maxima sollicitudine, diurnisque et nocturnis curis, quibus afficimur ex istius regni, præstissimi Ecclesie membris, gravissimis calamitatibus et nefariis hereticorum conatibus, non parum consolatur et recreat nos cum aliorum multorum nobilium virorum Catholicæ religionis defensorum, et regi suo fide-

lium præstans constansque devotio, tum eximia pietas et insignis fides nobilitatis tua; multorum enim litteris ceriores facti sumus, egregiam isthac abs te operam navari adversus regni istius et Christianæ simul religionis hostes, quo nomine magnam et a nobis et a bonis omnibus laudem mereris; uno enīm eodemque tempore, et de rege tuo optime mereris, dum tam nobilem regi parlem defendis et tueris, et de orthodoxa fide et sanctis Dei Ecclesiis, et sacerdotibus, dum hereticis tam fortiter obsistis veneno snarum pestiferarum heresum provinciam istam corrumpere, Ecclesiæ et monasteria diripere, et sacerdotes spoliare atque exterminare conantibus. Facis quod Catholicum et piutum virum, quod regi suo fidum ac devolum decet: habebis pro pietate et meritis istis Deum ipsum semper propitum, a quo maximam scilicet pitorum laborum tuorum mercedem accipies. Sed sperare et confidere debes nec a rege quidem tam fideli et bene de se merito ministro debitum esse suo tempore honorem et præmium defuturum. Ejus nunc teneram atatem seditionis homines et heretici contemnunt, sed Christianissimis Francorum regibus supernum semper auxilium adfuit, sicut multis exemplis gravissimis aliis illius regni temporibus perspectum est. Adolescat, Deo favente, rex, et dignis premiis atque honoribus eos, quorum fidem et devotionem experlus fuerit, remunerabitur. Nos quidem, qui paterno ipsum regem amore complexi sumus, nec minus de salute regni ejus, quam de nostris et sancta Romanæ Ecclesiæ rebus laboramus, ob tua ista officia et merita non parum tibi obstrictos esse sentimus. IV Augusti MDLXII, anno III ».

170. Expulit dux egregius<sup>1</sup> Ponsenacum Montiscono, et Monbrunum Cabillone, quas urbes heretici intercepserant, et castra ad Lugdunum, ut diximus, a proditionibus occupalum deficit; jamque de potiunda urbe multis civibus ad se pertractis spem certam conceperat, cum veniente Nemorensi regulo, invidia furiis exagitatus, ne capite urbis gloria æmulo adscriberetur, improbe e castris discessit, remque Catholicam sua ope destitutum affixit: ita Lugduni recipiendi occasio tunc amissa. Valentia tamen, Romanum, et alia oppida a Nemorensi regulo opera Adresii Calviniani, qui ad regias partes redit, in regis polestatem redacta fuerunt. Kal. Septembri<sup>2</sup> dum ad obsidenda Aureliam bellicus instruirat apparatus, Castilio amiralius ac alii proceres perduellionis socii a senatu Parisiensi judicario decreto proscripti sunt; non tamen ad Aureliam, sed ad Biturigum urbem versa est belli moles sub finem Augusti, qua paulo post deditione recepta, inde ad Rothomagum, omissa Aurelia, mota casira, ne

<sup>1</sup> Pag. 160. — <sup>2</sup> Pius IV, tom. II, brev. sign. num. 2897. Ep. CCLXXXVI.

Angli, quos Calviniani Gallici nominis proditores exciverant, atque in portus Gratiae Dieppae maritimorum aliquot urbium possessionem flagitio induxerant, provinciae etiam metropoli potirentur, tamque valida impressione Rothomagi urbs ab Antonio rege Navarrae est oppugnata, ut Calviniani inde migrare, aut se dedere compulsi sint; at dum in fossa per tormenta bellica rem urget Navarrus, ac negligentius sibi prospicit, glande plumbea in sinistro humero transfixus est quo saucius iactu, cum urbem expugnatam in lecto composito instar quadrigae victor intrasset, per triumphum, ut lepide scribit Dondinus<sup>1</sup>, prolusus funeri: quo pariter fructus tot laborum, possessa simul et sperata regna sublata sunt, maximo quidem Catholicorum partium incommodo. Urbem ubi intravit, Augustinus Marloratus Calvinianus minister ac nonnulli perduellionis signiferi supplicium capite luerunt, Mongomerius vero magnas Catholicorum facturus strages fuga evasit. Exasperato vero regis Navarrae vulnere, ex eo plus rex XV kal. Octob. trigesimo quinto a vulnere die, dum ad Fanum-Mauri adverso Sequanæ flumine navigat, Andelii quadragesimo secundo ætatis anno expiravit; «cum paulo ante», inquit Belearius, «Romano ritu Eucharistiam receperisset».

171. *Regis Navarrae mors maximam cladem afferit Francia et Navarræ; cardinalis Borbonius tutor regni designatur.* — Consecute illius mortem maxime in Gallia et Navarra clades fuerunt, quæ nunquam satis a piis hominibus comploratae Pontifici Maximo gravem intulerunt mortorem, quem datis ad reginam Galliarum subjectis litteris<sup>2</sup> exprompsit:

«Charissimæ in Christo filiæ nostræ Cathérineæ Francorum reginæ Christianissimæ vidua.

«Obitus clare memorie Antonii regis Navarrae animum nostrum dolore non parvo conturbavit, nam et sincera eum charitate dileximus, et incommodo charissimi in Christo filii nostri regis Christianissimi nati tui dolimus, quod consanguineum regem et tutorem tali tempore amiserit, cum auctoritate maxime predictum, tum de se et regno ipso optime merentem; dilecto autem filio nostro Carolo Borbonio fratre ejus continuo, sicut decuit, in ipsis locum tutore, sicut accepimus, assumpto, gratias eginus omnipotenti Deo, quod damnum, quod illius morte factum est, hujus successione sartum fuit; etenim præter sumnam hominis ejus nobilitatem et dignitatem, ea illum pietate, tide, probitate predictum novimus, ut Christianissimo cum regi, non fidem solum tutoris et diligentiam, sed patris etiam chari-

tatem ac sollicitudinem praestitum esse, certum habeamus; quod cum ita factum esse summopere gavisi sumus, charissimi filii nostri causa in quo maximam curarum nostrarum partem fixam habemus, declarare hac de re lætitiam animi nostri majestati tuæ, pro paterno erga te et natum tuum regem amore, voluimus, omnipotentem Deum foto ex corde precantes, ut qui regnum istud respicere coepit, secundiores in dies res vobis accedere, et gaudia nostra augere, ipsumque regem, quem majorum suorum pietati ac virtuti responsurum esse confidimus, gratia et protectione sua tueri et custodire dignetur. VII Decembris MDLX, anno III».

172. Tanti regis gloriam obscurare nititur deterrima calumnia Jacobus Augustus Thuanus<sup>1</sup> Calvinianorum mendacis quod medico Calviniano moriturus dixerit, se, si convalesceret, Confessionem Augustanam palam amplexurum, in eaque victurum ac moriturum, cum tamen a religioso viro Ord. Prædicatorum, atque a cardinali de Borbonio fratre ad piam mortem fuerit comparatus.

Diluuntur insuper calumniae hereticorum aspersæ ejusdem regis Navarrae pietati insignibus Hippolyti cardinalis Ferrarensis legati testimonis in litteris datis ad Carolum Borromæum cardinalem in Martii MDLXII; refert enim, cum in sanctiore consilio ageretur de episcopis, senatoribus regiisque administris ad profitandam fidem Catholicam nuncupato rite sacramento adigendis, id laudatum fuisse tanquam admodum utile, ac regem Navarrae adiecisse, si in Gallia sacra fidei censura exercita fuissest accurate, ut in aliquibus aliis locis exercetur, nunquam Huguenottam hæresim ad tantum incrementum provehendam fuisse: at cardinalem Castilionæum opposuisse illi, qui consuluerat sacra Inquisitionis tribunalia constitui in Gallia, charam non futuram salutem istius regni: tum vero Navarrae regem subiratum acerbioribus et aculeatis verbis subjecisse, longe sibi quam illi istius regni salutem dignitatempore que chariorem ob locum, quem in eo teneret, ac tum cardinalem Castilionæum obmutuisse, regem vero ardentibus verbis contemptuque plenis eumdem repuguisse. Ex quibus perspicue efflorescit regem Navarrae animo sincero fidem Catholicam defendisse, pro qua vitam fudit: Castilionæum vero cardinalem nequissimi apostatae Judæe fuisse socium: de quo etiam scripsit idem legatus, illum maximo Catholicorum offendiculo ad castra hæreticum se contulisse.

Testatur insuper aliis litteris<sup>2</sup> eo die regem Navarrae Parisiis maxima procerum Catholicos-

<sup>1</sup> Id. I. xxx. nom. 2. Gul. Dond. I. 1. de rebus in Gallia gestis ab Alex. Farnesio. Eod. num. 2. — <sup>2</sup> Pius IV. lo. II. brev. sign. 2897. Ep. CCCVIII.

<sup>1</sup> Joe. Aug. Thuan. I. xxxiii. Lit. car. Ferr. ad Carol. Borrom. Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 30. — <sup>2</sup> Est. ib. p. 41.

rum multitudine circumfusum, se ad Ecclesiam, ut sacro interesset, contulisse, atque omnium Catholicorum animos gaudio complexisse, quod palam ac publice Catholicum se profiteretur, rebellante Condæo fratre se Catholicis pro asserenda religione orthodoxa conjunxit. Cumque regina Navarra e regia Gallica discussura esset, hortataque esset Henricum filium Navarre principem<sup>1</sup>, ne Missæ sacrificio interesset, coquæ esset progressa, ut ni materni jussis obtemparet, se ipsum filii loco non habituram, ac regni haereditate ejecturam minaretur, regem Navarræ eundem principem penes se reliquisse, atque doctrina Catholicæ imbuendum tradidisse, in ea sententia defixum, ut una cum rege Galliæ in fide Catholicæ educeretur. Testatur pariter in aliis<sup>2</sup> ad eundem Carolum Borromaeum datis, secunda Junii hujus anni, Navarra regem una cum regina Catharina Meldis die Festo Corporis Domini solemnem supplicationem, quæ instructo agmine religioso celebrata est ritu Catholicæ, sua præsentia cohonestasse, ringentibus haereticis, quibus ea civitas jam diu infecta est, ac summa laetitia perfusis Catholicis. Datis etiam tertia Junii litteris<sup>3</sup> cardinali Borromæo significavit, Navarra regem flagrantissimo ardore studio religionis Catholicæ, ac si Condæus et processus Ituguenotti pactiones concordiaæ admiserint, ab eo religionem deleta haeresi in regno Galliæ redintegratum iri. In litteris<sup>4</sup> etiam ad Pium IV datis regem Navarrai, nec conciones, nec Sacra menta haereticorum tolerari velle, atque ad mortem pro causa religionis oppetendam paratum; itemque in aliis<sup>5</sup> ad Carolum Borromeum exaratis, aiebat illum bellicos labores abscesso omni sanguinis fratneri respectu pro divino cultu, regis obsequio, suoque honore, pio ardore suscepisse. Die etiam xxvii Junii<sup>6</sup> fœdus initum pro tuendo divino honore, asserenda fide Catholicæ, propugnandaque Romana Ecclesia, regisque Caroli dignitate vindicanda, cum Guisio, Monmorantio et Santandrenæo instauratum.

Deridetur is rex a Jacobo Augusto Thuano<sup>7</sup>, quod ceterorum malorum Sardinia spe illudi se ab Hispanis siverit, quæ ludibria ex haereticorum in eum furentium satyris hausit, et inique repetivit. Constat<sup>8</sup> autem illusum non fuisse regem Navarrai, sed revera Pontificiarum precum vi apud Catholicum regem, de quo Hippolyti cardinalis legati extant plures litteræ, post multas tractationes arcanae Sardinia regno donatum, donec aliud regnum æquæ amplitudinis et parium opum recepisset, tantumque usum portuum ejus insulae sibi necessitatis tempore reservasse Hispanos, donatum vero ac

<sup>1</sup> Ib. p. 47. — <sup>2</sup> Ib. p. 88. — <sup>3</sup> Ib. p. 92. — <sup>4</sup> Ib. p. 99. — <sup>5</sup> Ib. p. 105. — <sup>6</sup> Ib. p. 132. — <sup>7</sup> Jac. Aug. Thuano. — <sup>8</sup> Ms. card. Spada sig. num. 31. p. 113.

potitum regno, non compensationis gratia, sed ut illi ob eximia de re Catholicæ merita graciearetur, concepta certa spe ab eo Galliæ regum a peste haereticorum vindicationem iri<sup>1</sup>, ingentique laetitia regem Navarrae ex felici nuntio fuisse perfusum, quæ omnia cardinalis legatus Carolo Borromæo nepoti Pontificio xxvi Junii MDLXII significavit. At si morte inopina intercepimus regno Sardinia caruit, terrenum regnum cum cœlesti defense fidei causa extinctus commutavit. Eo extincto, cum mox tutela Gallorum regis Carolo cardinali Borbonio delata fuisse, quam princeps Condæus inique exambiebat, Pontifex illum ad id munus strenue administrandum his litteris<sup>2</sup> hortatus est :

« Dilecto filio Carolo Tit. S. Chrysogoni presbytero cardinali de Borbonio vocato.

173. « Magnum admnodum hujus jacturæ solutum habemus, quod tu, qui tam nobile S.R.E. membrum es, in locum fratris tui tutor ejusdem Christianissimi regis, sicut accepimus, successisti : etenim præclarum tuum in fidem Catholicam et hanc sanctam Sedem zelum perspectum habemus et plane cognitum, teque non modo tutoris fidem, sed etiam parentis sollicitudinem et charitatem eidem regi præstitorum esse scimus; tua denique auctoritate, tuisque prudentissimis consiliis res istius regni, et sanctæ in eo religionis commodiore in dies loco futuras esse, Deo adjuvante confidimus. En occasionem præclaram habes, dilecte fili, præstantis animi et singularis virtutis, atque probitatis tuae declarande, et cum de fide ac religione, tum etiam de regno isto omnium nobilissimo atque amplissimo optime summa tua cum laude gloriaque merendi, etc. X Decembribus MDLXII, anno III ».

Ex morte regis Navarrae Lotharingus cardinalis<sup>3</sup> gravissimum dolorem hausit. Porro legati cardinales ad eum solandum convenere, ac de relicti ejus filii Henrici circiter octennis educatione significarunt, gravissime ipsos angit, quod a matre haeretica et magistro conformandorum morum Hugonotta haeresi imbueretur; rogarnunque quo remedio Pontifex huic malo providere posset, quibus a Lotharingo responsum est, pertractandam rem cum Catharina regina Gallie, apud quam is princeps versatur, et cum Carolo Borbonio cardinali ejusdem patruo, ut religionis Catholicæ ritibus piisque moribus informetur.

174. *Guisius præclaram de Hugonottis victoriā reportat prope oppidum Druidum.* — Extincto, ut diximus, Navarra rege<sup>4</sup> bellum majore armorum fragore ardoreque aninorum gestum est, Calvinianorumque odium et saevitia

<sup>1</sup> Pag. 116. — <sup>2</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. CCCXI. —

<sup>3</sup> Lit. card. leg. ad card. Borrom. Ext. in card. Barb. sig. num. 1344. abid. Ep. DCXCI. VII Decemb. ibid. num. 3. — <sup>4</sup> Belcar. I. XXX. num. 2.

in Catholicos tanta fuit, ut Gallicorum morum suavitatem indueta haeresi in tigridum naturam mutasse viderentur.

Hinc Condæus Baptis tam Supinum Parisiensem senatorem, ac Joannem Trecensem abbatem Gastinensem, regios oratores in Hispaniam proficiscentes, in via interceptos IV nonas Novembbris Aureliae strangulari jussit, concessi sibi a rege vita beneficii immemor; hinc apud Fanum-Angeli Jarnacum, qui in Ecclesiæ gremium exuto Calvinismo se receperat, personati trucidarunt, qua injuria cuius frater Rupella praefectus exasperatus commode, licet Calvinianus, urbem in regia fide continuit contra Rupifocaldi insidias, nec multo post Monpensierius eam urbem firmavit præsidio, aque imperavit, ut nulla alia ibi religio preter Catholicam coleretur, cum antea tertia civium pars ad Calvinismum defecisset. At Rupifocaldi Rupella propulsatus in pontem Santonicum signa reflexit, quod kal. Octobris cepit impressione hostili, dein se convertit ad Fanum Angelii, paulo ante receptum a Catholicis, Richelieu virtute repulsa, cum Duracii copias a Monlucio fusas intellexisset, relieta Sanctonum provincia Aureliam se contulit, adeo ut Calviniani tota provincia aufugerint, ac Nogarens, qui Talleburgum obsederat, primariam Santonum urbem, nemine resistente ingressus, Calvinianos male muletavat. In Pictoribus etiam Calviniani fusi a Catholicis centies mille argenti pondo, quod ex Ecclesiis di reptione redegerant, amiserunt. Pictavium vero a Santandream Marescalli, quod Calviniani post Vassianum tumultum occuparant, et sacras ædes expilarant, recepto Grandimontano, recuperatum est, cum inductis in arem militibus Calvinianos tanto terrore complevisset, ut noctu relicta urbe profugerint, qua pacata provincia, Lutetiam mox revertit, ut Germanorum Protestantium exercitui in Condæi et Calvinianorum auxilium venienti se opponeret.

Elicuerat Condæus<sup>1</sup> hunc auxiliare exercitum a Lutheranis insigni fraude, cum misso oratore Jacobo Spifamio, olim episcopo Niverensi, atque infami apostata fidei ac regni Galli proditore, finxisset se Caroli regis et Catharinae reginae jussu arma cepisse ad eos et Guisii ducis potestate<sup>2</sup> ac servitute vindicando, quo argumento nefarius ille impostor consutam mendaciis orationem apud Germanos principes Francofurti habuit<sup>3</sup>, atque inter alia effutivit, articulum de cena Domini leviores esse, quam multi existimarent, sed quorundam ambitione<sup>4</sup> et moribus in immensum exaggerari, constare enim utramque partem, idem religionis fundatum, ac Sacramenti cœnæ fructum, finem

et effectus eosdem constituere: tanta fuit perditissimi hominis impietas atque impudentia. Pari impudentia hæc addidit: « Extant litteræ ipsius reginae manu scriptæ, quæ de principis Condæi erga regem et ipsam meritis testimonia ferant, quibusque se ei et liberos commendat, polliceturque regem officiorum ejus memorem fore: aliis litteris jubet, ne prius arma deponat, quam ab adversariis posita videat. Præcepit enim amralio Subize, aliisque regii ordinis equitibus, ut una cum Condæo regem juvarent, quo facilius Guisanam conjurationem opprimere posset ». Detortæ nimur erant in alienum sensum ea litteræ<sup>5</sup>, quas regina ad Condæum et alios conjuratos mulcendos, dum de pace agebatur, scriperat. Itas vero imposturas Condæo plurimum profuisse ad auxiliarem exercitum proliicendum et Germania, narrat Belcarius, quem VI idus Octobris ad Bacaram in Germania ab Andeloto recensitum ait, ac VI idus Novembbris Calvinianum exercitum Aurelia egressum se illi coniunxisse. Vertere illi primos impetus in Pluvierum, quo deditio ne accepto, dimisere milites ea lege, ne unquam ferrent arma in Calvinianos, at sacerdotes omnes trucidarunt. IV kal. Decem. Condæus ad vicos Lutetiae vicinos castra defixit, dein XVII kal. Januarii Giscardonem oppidum vi cepit, ac pro eo, quo in Christum furebat odio, omnes Christi ministros contrucidavit, cum non paucos e suis amisisset. At regius exercitus XV kal. Januarii Druidum urbem perveniens, sine strepitu tubarum ac tympanorum fluvium trajecit duobus equitum millibus, pedum octodecim constans, atque castra hostilibus castris contulit. Superior erat equitatu Condæus, ut qui sex millia equitum haberet, ac peditali inferior. Commissa pugna, fusi Monmorantiani equites a Calvinianis, fugatiq[ue] falsum Calvinianæ victoriæ nuntium Parisii intulerunt, ac Monmorantius ipse a Castilione nepote ingratissimo captus sauciatusque Aureliam alducitur. At Guisanus cum cætero equitatu in hostes ad spolia properantes invectus, eos delevit: Germanos mille quingentos in ditionem recepit, inde in Condæum irruit, qui vulnerato equo, dum alium concendere nititur, a Danvilla captus est, cæteri Germani Gallique in fugi hostili impetu irruentes se congecerunt. Dum victoriam persequitur Sanctandream, Marescallus paucioribus stipatus capit, cumque deduceatur, Castilionis amralii jussu perfide in caput ictus, quam perfidiam Calvinianorum atque immanitatem Jacobus Augustus Thuanus<sup>6</sup> longioris orationis ambagibus extenuare nititur. Non ita dux Guisius<sup>7</sup> in Condæum se gessit, quem omnibus humanitatis officiis complexus est, licet Anglis Germanisque in auxilium accersitis conjurasset

<sup>1</sup> Belcar. I. xxix. num. 5. — <sup>2</sup> Ext. ib. num. 54 et seqq. — <sup>3</sup> Ib. num. 56. — <sup>4</sup> Ib. num. 59.

<sup>5</sup> Belcar. I. xxx. num. 4. — <sup>6</sup> Jac. Aug. Thuan. — <sup>7</sup> Num. 9.

in regem, regios oratores strangulasset, tot sacerdotes contrucidasset, tyrannidemque tot captis urbibus, Galliaque cædibus et incendiis foedata affectasset. Hisce Gallia tumultibus auditis Tridentini Patres solemnni ritu preces Deo fundendas decrevere, ut victoriæ de impiis conferret; cum autem juxta Prophetam *Præparationem cordis eorum audivit auris tua*, eodem die xxviii Decembris, qui solemnne supplicatione addictus fuerat, relatae victoriae fama Patres ad solvendas Deo grates incitavit, ut narrat Astulphus Servantius<sup>1</sup> in Actis Concilii Tridentini:

173. « XXVIII Decembris, die Innocentium, sacrum solemnne et supplicatio pro Catholicis Galliæ ut confundantur Hugonoti: accrima enim inter eos bella aucta circa intellectum sacrae Scripturae, Hugonotti duce Sathana coortis in arma, et non modo insurgentibus in Ecclesiæ, verum etiam specie reformanda Ecclesiæ in regem suum conjurantibus, tantaque rerum oborta perturbatio est, ut filius in patrem, in fratrem frater stringant arma, seque capitali odio insectentur, et veluti canes trucident. Propterea xxviii Decembris die, SS. Innocentium sacro, solemnne sacrum ab episcopo Niverensi celebratum, ac supplicatio instructa legatorum, præsum, sacerdotumque religioso agmine peracta, ut Deus victoriæ Catholicis de Hugonotti largiatur. »

« Hisce precibus vix Deo porrectis, nuntius accessit a duce Sabaudiae missus, qui litteris regiis xxii Decembris exaratis certior factus est ducem Guisium et Comitem stabilem conseruisse exercitum cum Hugonottis, quibus cum imperio praeerant princeps Condæus frater regis Navarre, et Gallici Maris præfectus, cæsosque Hugonottos ad quindecim millia, et captum Condæum; e Catholicis vero captos ab hostibus Comitem stabilem, et Praefectum Castrorum, cui et Andreea nomen est, partamque multo piorum cruento victoriæ, quo nuntio permoti legati laudes et grates Deo, decantato solemnni ritu hymno *Te Deum laudamus*, peregerunt. »

De his mense Januario<sup>2</sup> certior factus est cardinalis Borromeus a legatis cardinalibus, decretam celebratamque solemnne supplicationem Tridenti instructo agmine religioso, precesque habitas pro Gallia ab haereticorum tyrannde vindicanda, eodemque die post meridiem nuntium de parta victoria et capto principe Condæo advenisse, et mox actas solemnni ritu in principe templo Numini gratias.

De profligatis cruenta illa pugna Hugonotti extant Prosperi Sanctacrucii Chisamensis tune, episcopi in aula Gallica Apostolici internuntiū litteræ<sup>3</sup>, qui postea inter Romanæ Ecclesiæ cardinales, et generis nobilitate, et prudentia con-

spicuus illuxit, iv Januarii anni molxiii exaratae, quibus etiam addidit Anglos Germanosque haereticos iis laturos auxilia; ac ix Januarii significavit Gasparem Colinium conjurationem ad Henricum duecum Audegavensem, sororemque illius Ambasie intercipiendo rapiendosque conflasse, sed eam feliciter discussam.

His consentiunt, quæ a Palæotto<sup>4</sup> adnotata fuere, qui addit pro Catholicis in eo cruento prælio occisis sacrum solemnne peractum fuisse, atque ab episcopo Metensi peroratum:

« Cum publica supplicatio omnium legatorum et prælatorum a cathedrali Ecclesia ad ædem divi Petri ad felicem rerum Gallie successum impetrandum eo die habita esset, quia in honorem SS. Innocentium, et B. Simonis, cuius corpus in eadem Ecclesia Sancti-Petri, solemnis erat, ecce eadem die peracta jam supplicatione nuntius ex Gallia inexpectatus et felix refert, commissum fuisse prælium inter Catholicos et Hugonottos, in quo princeps eorum de Conde captus fuisset, et eorum exercitus partim fusi, partim trucidatis. Tum omnibus incredibili latitia effusis legali statim cum prælatis ad Cathedram pergunt, ibique hymnum *Te Deum laudamus*, etc. ab omniibus gratias agentibus summa cum jubilatione psallitur, inde solemnne sacrum cardinalis Lotharingus pro felici victoria, postridie alterum episcopum Meldensis pro Gallis defunctis celebrarunt; oravit vero episcopus Metensis graviter et luculentiter ». Erat is Franciscus Belcarius<sup>5</sup> Peguilio doctrina et pietate clarissimus, Gallicæ historiæ auctor, cuius oratio IV idus Januarii anno proximo habita extat, ex qua præcipuum partem historicis Monumentis florentem delibamus.

176. « Quanta non ita pridem Gallia nostra floruerit, vel belli gloria, vel rerum copia, vel in omni litterarum genere præstantia, omnes meministis: quantis autem nunc populationibus vexala, quanta desolatione vastata, quam multis cladiibus foedata sit, plerique (mea quidem sententia) cognoscitis. Totis sane quatuordecim superioribus annis, quibus bella nobis cum finitimis continua fuerunt, non tot ex nostris, quot postremis hisce mensibus septem amissimus. Ac parum abfuit quin hisce diebus uno momento rebus copiisque attritis pii omnes, vel de solo vertendo cogitarent, vel perpetuo exilio sibi consulendum putarent, quot ut facilius intelligatur, rem ipsam paulo altius repetita narratione explicabo.

« Pace cum præstantissimo principe planceque Catholicico Philippo Hispaniarum rege, atque etiam affinitate inita, cum sibi bene consultum nostri homines existimarent, ecce inopinata regis Henrici morte versa statim rerum

<sup>1</sup> Astulph. Serv. in Actis Conc. Trid. p. 404. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. card. Pii sig. num. 201, p. 156. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3217. Ep. xi et xiv.

<sup>4</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Pal. And. Rot. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 123, p. 275. — <sup>5</sup> Brixia excusa an. 1563. Ext. etiam post hist. Belcar.

tota facies : mutati animi novas belli rationes querere cœperunt, qui pacem modo tanta contentione postularant, tantaque alacritate suscepserant. Ii mutuis primum dissidiis clam se lacercessere, seditioni vero occulta consilia inire, conventus nocturnos facere, mox palam erumpentes aperta conspiratione Franciscum regem hujus nominis II atque ejus domesticos, presertim qui illi a consiliis erant, invadere tentarunt. Conatu irrito, et Francisci morte sopiti tumultus aliquantulum conqueverunt, dum illi, que ad factionem suam promovendam pertinebant, modis omnibus adornarent, et impensis cogitationibus causam religionis pretertextentes majore etiam quam antea jam animo agitarnent.

« Vere primo nuper detecta consilia, regem Carolum impnberem dolo excipere conati, ubi nihil profecerunt, suos ad arma vocare, civitates occupare, Catholicos antevertere, omnia quæ ad comparandum bellum opportuna erant procurare, Anglos etiam, antiquos Gallici nominis hostes, sollicitare, in Germania equitatum peditatumque conscribere cœperunt. Cum de pace interim ageretur, dissimilare, differre, nunc assentiri, nunc novas causas præixerere, omnes æquas, imo vero et nostris valde iniquas pacis conditiones rejicere, totam denique Aestatem magnis ubique miscendis cædibus traducere, donec viribus in unum collectis, de rerum summa uno prælio decernerere decreverunt.

« At vero Antonius Borbonius rex Navarræ, neconon Franciscus Lotharingus Guisæ dux, unaque equitum magister Annas Monmorantius quanquam causa meliore freti, quod antiquæ religionis ac reipublicæ partes tuendas suscepserant, haud tamen in his, quæ ad tantum, tam grave, ac domesticum bellum pertinebant comparandis atque procurandis segnes, urbes, quæ in hostium potestate erant, alias deditione, alias vi irrumptives recipere, quæ in tide permanserant, confirmare atque auxiliis juvare, diversis regni regionibus diversas peditem cohortes equitatumque turmas, ut quæque magis laborabant, collocare; ipsi cum delecto exercitu, quotanti belli ratio vocabat adesse, cum Rothomago expugnato Germanus exercitus duce Andeloto adventare, et ut sese cum Aurelianis conjungerent festinare munierat.

« Igitur Guisianus atque Monmorantius (nam in ea expugnatione Navarræ rex plumbeo globulo ictus res nostras mirandum in modum intempestiva morte turbaverat) cum illis, quas tum haud magnas habebant, copiis, Lutetiam proficiscuntur, quod ea sit regni totius metropolis, et velut quoddam ararium, atque egregiam in hoc bello operam navarat, quam simul ac regionem finitimam hostes primum invasuros haud frustra sibi persuadebant; dispersas praeterea toto regno copias, quanta maxima

fieri potuit celeritate cogere, præsertim vero Hispanos veteranos ac Vascones quoque pedites, qui in Aquitania magnum utriusque sua virtutis specimen nuper ediderant, equitatum etiam undique accersere properant, ut justo exercitu, si res ita postularet, dimicarent, et causam Dei arbitrio, qui arecanis judiciis, quibus vult, victorias destinare solet, permetterent: nee tamen ullam interim, quo res tota non bello committatur, sed æqua pace componatur, occasionem amittunt. Videbant enim (utrovis inclinaret Victoria) nonnisi magna totius regni clade sibi confidendum.

« Ille vero illos regina regis mater, rara probitate singularique prudentia fœmina, sedulo impellebat, quæ hosce tumultus inmultumque graves causas longe ante previdens, et ab initio componere summo studio laborarat; ac quod religionis causa prætexeretur, Pissiacum eo nomine totius Galliae episcopos convocabans curaverat. Cum ne sic quidem obstinatos utriusque factionis animos placare potuisse, omnia nihilominus tentabat, omnem, ut alium, lapidem movebat, inter medias etiam acies plerumque non muliebri, sed plene virili animo versabatur, ut utrosque invicem conciliaret et publica quieti provideret, nec unquam destitit, huc illuc mittendo, colloquendo, monendo, ut antique religionis, patriæ, communis salutis, regis denique impuberis ratione haberent, nec quidquam antequam ille adolesceret, sibi innovandum putarent, donec Aurelianis Lutetia castra moventibus et in Normanniam festinavibus, conclamata omnia ac deplorata prorsus esse prospexit. Tum publicam salutem, regisque filii teneram ætatem Deo Optimo Maximo commendans, Guisano ac Monmorantio rerum summam permisit, et ne quid respublica detrimenti caperet, ut viderent, impetravit. Nullas cum pacis æquas conditions Aurelianii recipiunt, illi quod reliquum fuit providerunt, et extrema omnia tentare decreverunt. O admiranda Dei iudicia, quam homini imperscrutabilia! quam nostros excellunt sua sublimitate sensus! Aurelianii, quidquid nostri monerent, quidquid proponerent, quanquam etiam multum de suo jure decederent, haudquaquam tamen flectuntur, sed solita pervicacia inexorabiles perseverant. Diceres cor Pharaonis obfirmatum, recordes, et sua contumacia jamjam mergendos Ægyptios cerneris. Non Dei timor, non patriæ pietas, non cognatus exercitus adamantina aut plusquam ferrea pectora commoverunt.

« Considerant utraque acies non longe a Draydibus, antiquo Draydum, ut fama est, in Carnutum finibus oppido, Aurelianii Uram propinquumque fluvium, qui paucis tum locis vado traxi poterat, superare properabant, ut liber adiutor in Normanniam patret, et Anglis juneli, quos in Normanniam accersiverunt,

inceram belli aleam communis periculo tentarent. Sed nostri horum consiliorum haud ignari noctu sine tumultu fluvium trajiciunt, ac postridie (qui dies XIV kal. Januarii fuit) dum sub ortum solis castrametantur, ecce Aurelianis instructa acie adventare nuntiantur. Nostri igitur (quod in planissimis campis constiterant) primo agmine, cui Guisanus, ac secundo, cui Monmorantius praeerat, non multum a se distantibus, et aequato gradu ingredientibus obviam illis procedunt. Illi primum agmen declinantes, in secundum totis viribus convertuntur, infestis advolant signis, primusque Germanus eques in nostros obliquus impetum facit, nec minore animorum alacritate nostri, quamvis hostes in latus accipientes, bombardarumque usu, quæ in fronte collocata erant frustrati, et religionis, et patriæ, et antiquæ virtutis memoris invadentes exciplunt. Fit via vi, et regni amplissimi totis in lethum viribus itur.

« O quantas duæ illæ conjunctæ acies potuerunt compacare victorias? quantos Christiani nominis facere progressus, lateque Galliam propagare ditionem! Sane vel totam impii Turca tyrannidem evertere, captiva illa nostræ religionis primordia, (Hierosolymam dico, atque omnem eam regionem, quam sanctam appellant) recipere, amissum denique nostra inertia ac seditiōnibus Orientis imperium recuperare potuerunt. Sed Deo alter visum, qui utrasque concurrere permisit, iustrandæque hoc tam horrendo piaculo Gallæ nostræ eosdem destinavit.

« Primo igitur conflictu superiores Aurelianii nostros de statione propellunt, cædunt multos et vicissim cæduntur; tandem, laxata paulatim acie, equitum magistrum Annam Monmorantium equo perfozzo humi prostratum, vivum tamen intercipiunt: Aumalium quoque ducem Guisani fratrem tertio agmine laborantibus nostris subvenientem equo deturbant, ipsumque adeo agmen retrocedere compellunt, et jam victoriam animo devorantes juveniliter exultare cœperant, peditesque Helvetios acerime resistentes perturbatis ter ordinibus eodemque momento renovatis, summa vi penetrabant, cum superveniens Guisanus toto equitatu, et Gallico peditatu, atque auxiliaribus Hispanis in medias hostium acies, seu horrendum quoddam ac rapidum fulmen irrumpt. Hic vero, et prælium instauratur atrocius, et major ubique editur strages, atque omnia equitum peditumque robora committuntur. Una cum duce res commutatur, vincuntur victores ac passim trucidantur: Ludovicus quoque Borbonius princeps Condæus vulgo dictus, cui hostium exercitus sacramento se obstrinxerat, vulneratus capitur. Nostri etiam, qui primo prælio cesserant, Guisanis juncti communibus viribus in Aurelianos feruntur: illi undique

circumventi strage procumbunt, ac prope universi, præsertim pedites interrecione cæduntur. Excessere mature prælio circiter octingenti Germani, mixtique aliquot Galli equites Anna Monmorantio captivo abducto.

« Te vero, Guisane dux invictissime, absensem coram celeberrima ista tot amplissimorum Patrum frequentia compellabo: tuum enim illi nomen summa animorum alacritate audient, et memoriae consecrabitur semper. Tu unus hoc nostro sæculo (ut egregia adolescentie tua rudimenta præteream, quibus non solum acris ducis, sed boni etiam militis officium sèpius implevisti) tu, inquam, Romanum cum exercitu profectus, integrum atque illibatam Summi Pontificis auctoritatem conservasti, tu redditu tuo non cunctando, sed properando, acerrimeque confligendo Caletum nobis restituisti: tu Theonisvillam oppugnasti: tu primus religionis causam Francisco II in Galliis rerum potiente suscepisti: tu semper propugnasti: tu bellum religionis ergo cum aliis quidem inchoasti, sed solus confecisti. Atque hunc egregiae tuae pietatis fructum, illustrem istam de impiis hostibus insignemque victoriam tibi uni Deus optimus reservavit. Vive ergo tibi et reipublicæ Christianæ, princeps invictissime, Deoque ac hominibus pariter gratissime, et aeternum tua ista pietate, et pietate digna felicitate fruere, ac sempernatum coram gravissimo hoc Patrum concessu gloriae monumentum suscipe. Te autem solum intucor, non genus illustre, non ingentia proavorum facinora, non Hierosolymitanos Siciliæque reges, unde originem ducis, accerscas; laudentur hæc in illis, qui ex suo quod laudetur non habent.

177. « Lugemus (pergit) acerbam nostrorum hominum cladem, vicimus enim, sed non incruenta Victoria: paucos illos quidem, sed egregios hoc prælio amisimus. Cecidit in primis Jacobus Brossianus alæ equestris ductor, et regiæ illius societatis (quam vulgo D. Michaelis appellant) eques, homo sicut proiectæ jam ætatis, ita et antiquæ virtutis, et cui rei militaris scientia paucos nostra aetate comparare possemus. Hujus cum multis in bellis periculum fecerat, tum recens copiis regiis in Scotia præfector magnam, quam de illo jam conceperant, opinionem vehementer auxerat. Nec longe ab illo Annibas ac Giurius cataphractorum quoque equitum prefecti, et ejusdem equites societas. His accessit Mombro spectatae indolis adolescens, Annae Monmorantio patri forma simillimus, et paternæ jam virtutis certus emulator, qui sane me admonet, ut te quoque constantissime, ac tot et tantis honoribus perfunde senex, te, inquam, Anna Monmorantii, hoc loco appellem, quem ut extrema senectute captivum, filiique charissimi suavitate privatum doleo, sic tuorum, hoc est, soro-

ris liberorum opera, ne dicam scelere, in hasce indignor incidisse calamitates. Quid enim illi potuerunt, quod tu non praestiteris? Pupilos educasti; adolescentes primum Francisco regi, mox Henrico insinuasti, atque inter ejus familiares adscriptiisti: Castilioni mariis, Andeloto peditum prefecturam impetrasti; majorem etiam natu, vixdum puberem cardinalitia dignitate ornandum procuraveras, et tot sacerdotios auctum in summo apud suos gradu collocaras, ad quos ingratus honorumque fastigia, opulentas insuper ac nobiles, quas inierunt, affinitates, nisi tua cogitatione et indulgentia freti, vix aspicere nedum aspirare, poterant. Haecce tantæ erga illos benevolentia præmia referes?

« Hoc vero venerandam istam solare senectutem, quod patriam tuis semper consiliis auxisti, religionem acerrime propugnasti, et pro ultraque conservanda vertentem ætatem animi vigore superans, ac juvenili quadam ardore rem manu fortiter gerens te veluti maetandum obtulisti, omniaque et summi imperatoris, et egregii militis officia implevisti. Captus est quoque, nec ita multo post crudeliter ac præter omne bellum jus cæsus, et animi vir maximus, et baronarum semper partium Mareschallus a Sancto-Andraea, qui sicut Henrico regi fuerat acceptissimus, ita et in ejus liberis ab impiorum hostiis humanitate conservandis diligentissimus, et in propaganda religione, patriaque tuenda bellator fortissimus ad extremum usque spiritum perseveravit. Ea scilicet istorum est religio, is Dei timor, ea suorum, id est, Christianorum charitas, quam nonnulli etiam ipsorum concionatores, tanta est scriptorum impudentia atque improbitas, vel libris editis commendare solent, ut quotquot egredios, aut aliquo titulo illustres viros intercepint, universos plusquam barbara feritate contrucidarint».

178. Confirmat hanc Calvinianorum perfidiam et immanitatem Guillelmus Rossæus<sup>1</sup> in suis declamationibus:

« Mareschallus (inquit) Sanctandreaanus inter principes Gallicani regni debellatores numeratus, et a scriptoribus externis plurimum propter insignes victorias commendatus, quemadmodum est in bello Dreusio interfectus? num in ipso prælio ardore pugnans? nequam: sed postquam fide data et accepta se capiendum præbusset, quo modo, si egissent cum Condæo Catholici, nunquam is alteram rebellionem contra regem excitassel». Et mox<sup>2</sup>:

« Terridas regii in Navarra exercitus dux primarius, Saucolumbus, Basillon, alijque per multi partim equites ordinis, partim clarissimi militum prefecti, cum post certas compositio-

nis leges se Mongommerio dedissent, contra leges et fidem datam obtruncati sunt, et ignominiosissime per compita raptati.

« Castellopræaus praefectus S. Michaelis in ora Pictaviensi capto cœnobio ah Hugonottis, postquam de redemptione cum illis transegisset, cæsus est cum aliis quadringentis, ad quorum devoranda cadavera in monasterii claustris acervatim jacentia porci et canes immissti sunt, cœnobiumque a fundamentis dirutum, quod unicum erat illius oræ antiquitus contra Hispanorum et Anglorum maritimæ incursionses propugnaculum. Nec dissimili perfidia cum aliis præsidiariis in cœnobio S. Florentii prope Saumurum in ripa Ligeris actum est, quod cum Admirallii frater Andelotius aliquot diebus opugnasset, et illi honestis conditionibus se derenderent, Dandolirius Hugonottus Hugonottica fide eos excipiens fortissimum praefectum Hugum cum ducentis milibibus in frusta condidit».

179. Subdit Belcarius: « Multa enim insignia, et dictu horrenda crudelitatis exempla insana hæc factio edidit, quæ tam a Christiana humanitate aliena sunt, quam Turicam superant immanitatem, ut tantum in hominibus, qui Christiano nomine gloriantur, recordiam fuisse omnis posteritas, vel admiratura sit, vel non creditura. At tu Deum illis ultorem tibi propitiū spera: neque enim illorum perfidiae, neque tuæ pietatis oblivisci unquam potest. Quid Borduini, Santeranum, Bellanum alas equestris Guisanæ signiferum fortissimos juvenes, ac ceteros ejusdem animi, alacritatis, virtutis eminenter? ut nos etiam florem Gallice nobilitatis (quoniam non multi caesi fuerunt) hoc prælio amissum dicere jure possimus. Ilos tali virtute, constantia, pietate nobis eruptos merito lugere debemus, illis parentare, Deum propitium deprecari, illorum memoriam sempiternis consecrare monumentis.

« Cæterum, ut impios penas dedisse non ægre ferimus, ita pios victoriæ retulisse latamus, id enim, et divinæ, et humanae justitiae ratio exigere videtur: qui vero lugere istos patriæ parcidias possumus? Patriam impii spoliarunt, tot tantisque suorum patrarunt cædes, tot pagos, tot insignia palatia incenderunt, tot sanctissima tempora demoliti sunt, urbes etiam nonnullas hostibus prodiderunt, peregrinos immiserunt exercitus, sed nec sacris templis nec majorum sepulchrîs pepercérunt. Tandem scelerum suorum furii agitati, se in apertam mortem, quadam desperatione concrecerunt, et nisi Guisanus illius ducis incredibilis ac pæna divina virtus impiorum furori opportune se opposuisset, universi profecto perieramus, et de Gallia nostra prorsus actum erat, etc. ».

Pluribus interjectis de causis auctæ adeo et grassantis haereseos hæc addit Belcarius: « Si

<sup>1</sup> Guil. Rossæus. — <sup>2</sup> Guil. Rossæus p. 888. Pig. l. vii. c. 28.

hujus quod nos pro nostra mediocritate recitavimus bellum memorabilis, et multorum, quae nostra tempestate gesta sunt, causas penitus intropisciemus: si vere confiteri velimus, causas nimurum ipsas magna ex parte in nos regremus. Cum nos dico, totum ordinem Ecclesiasticum intelligo: quae enim a religionis adversariis causa primum sue dissectionis objecta est, nisi quod nos pastores suis officiis deesse, suos greges verbo Dei nunquam pascere, proventus Ecclesiasticos dilapidare, totum vero ordinem malo impurae vita exemplo, simplificem plebem a vera pietate divellere, piis autem et cordatis hominibus etiam scrupulum movere jactarunt? Huc illorum omnes conciones, hoc privata colloquia tendebant. His illi argumentis imperita plebi, ut ad se primum desiceret persuaserunt, et seditionibus, bellisque intestinis, que mox experti sumus, semente sparserunt; radicem itaque succidamus, pristinam Ecclesiæ instauremus integritatem ».

180. *Rex Gallia Carolum IX præcipit, ut Avenionensis ditio ab Hugonottis defendatur.* — Inhiabant ineunte hoc eodem anno hæretici finitiimi ditioni Avenionensi invadendæ summo astu et contentione, Pontificiam vero rem tuendam suscepit Carolus IX Gallorum rex, ac Delphinatus Provinciæque praefectis dedit imperia ut Avenionensibus, Comitatusque Venusini magistris ad reprimendam hæreticorum audaciam, populosque ditionis Ecclesiasticæ in fide et officio continentos auxilia ferrent, de quo gratias illi egit Pius<sup>1</sup>: « Ex eo singularem quamdam animi lætitiam cepimus, agnoscentes majestatis tuae devotionem erga sanctam banc Sedem. Fecisti quod a tua pietate expectabamus, quodque majorum tuorum Christianissimorum regum fuit semper proprium, ut S. R. E. res non minore, quam suas ipsorum cura et studio tuendas sibi, et defendendas putarent, quo nomine maximas tibi gratias et agimus et habemus. Tui sane ministri benigne admodum auxilium summa nobis polliciti sunt facilitate, ut apparuerit quam diligenter ad eos scriperis. Memores perpetuo erimus tui istius officii, etc. Die vii Febr. m.dlxix ». Consignatae sunt eodem die aliae<sup>2</sup> ad Provinciae prefectum, et Mottam Gondrinum legatum in Delphinatu, ut promissa auxilia contra hæreticorum insidias submittant. Explicere Avenionenses singularem in tuenda fide adversus hæreticorum insidias constantiam, quam etiam piis ad Pontificem litteris expressere, quibus hac a Pio responsa sunt: « Ex litteris vestris die vigesima prima Januarii datis libenter admodum recognovimus vestræ devotionis sinceritatem, et ideo constantiam, quæ cum omnibus temporibus magna laude

digna esset, tum in his tam luctuosis et turbulentis, satis digne laudari non posse videatur, etc. xvii Februarii ». Tum alis litteris ipsos est adhortatus, ut urbem illam adversus hæreticos strenue tuerentur. Inconcessa Avenio in Pontificio obsequio contra hæreticorum miliones ob magistratum in extinguendis primis hæresecos scintillis diligentiam, cum tamen Gallia, ob disparem curam maximo incendio conflagrari, disseminanda hæresecos et colloquiorum de fidei controversiis habendorum indulta impune licentia.

181. *Dux Sabaudia hæreticorum fallaciis illusus.* — In Pedemontio cum Quirasium, et alia loca, ac præcipue Salutiarum Marchionatus, Hugonottica adeo hæresi infecta fuissent ut a nobilibus sacerdotes pluribus in locis per summam ignominiam ejerentur, dux Sabaudia<sup>3</sup> proposito in hæreticos edicto, ni octidui flexu ad Ecclesiam revertantur, proscriptos atque eliminatos decreverat, verum a suis senatoribus persuasum, ut cœptis absisteret, damnati a fidei censoribus vineulis laxari jussi sunt.

Quo etiam tempore<sup>4</sup> restituta a Gallorum rege duci Sabaudia fuere Cherium, Villanova atque Asta; quo minus vero alia loca, ac maxime Serræ restituerentur, Condæus princeps intercessit. Qui non modo tyrannidem conflato civili bello affectavit, sed etiam ad dissolvendum Concilium Tridentinum auctoritate sua abusus, oratorem misit ad jungendum fodus cum Protestantibus ad conventum Francfordensem, ac inter alia questus est Pontificem pollicitum esse novam Concilii inductionem Philiberto Toparchæ de Bourdesieres regio oratori postea cardinali, ac non prosecutionem Tridentini Concilii. At misere ministrorum Hugonottorum susurris fallaciis illusus erat is princeps, quem etiam adversus Galliæ regem auxilia a Protestantibus postulasse scripsit<sup>5</sup> Carolus vicecomes Carolo Borromeo, ejusque postulata ipsis grata accidisse, utque causam prætexerent, spopondisse de Condæo regi conciliando se acturos.

182. *Maria Scotiæ regina religionem Catholicam erigere curat.* — In Scotia Anglico bello et Gallorum discessu Catholica res vehementer afflita ac prostrata fuerat, quam Maria regina superioris anni Estate in regnum reversa erigere conata est, atque Scotos in Romanae Ecclesiae conjunctione continere; nec ullis difficultatibus aut terroribus a vera pietatis studio abduci se passa est, quam Pontifex in vera religionis cultu et avita laude hoc ineunte anno subjectis litteris<sup>6</sup> confirmavit, utque oratorem, ac præsules Scotos ad Tridentinum Synodum mitteret

<sup>1</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. 2897. Ep. ccxvi. — <sup>2</sup> Ib. Ep. ccxv. post eam. Ep. Ib. Ep. ccxx.

<sup>3</sup> Car. Vicecom. in lit. ad card. Borr. p. 42. — <sup>4</sup> Car. Vicecom. in lit. ad card. Borr. Ms. card. Jo. Bap. Spade p. 148. — <sup>5</sup> Car. Vicecom. in lit. ad card. Borr. Ext. in Ms. Jo. Bap. Spade p. 123.

— <sup>6</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. num. 2897. Ep. CLXXVIII.

hortatus est, ad quam etiam jam ante Nicolaum Gaudanum Societatis Jesu sacerdotem promovendæ divine gloriæ ardore flagrantem internum miserat.

« Charissima in Christo filia nostræ Mariae Scotiæ reginæ illustri.

« PIUS PAPA IV.

« Charissima in Christo filia nostra, salutem et Apostolicam benedictionem. Elsi nuper cum litteris et mandatis nostris, istuc visitandi tui causa misimus dilectum filium Nicolaum Gaudanum, presbyterum nobis probatissimum Ordinis Societatis Jesu, tamen impulsi recentibus et optatissimis de te nuntiis, iterandum per litteras idem officium esse duximus. Fuit enim ad nos allatum, te simul atque in regnum redieris, continuo dare operam cepisse, ut collapsam istic religionem et fidem Catholicam erigeres, populosque tibi subjectos in Ecclesiae Catholicæ unitale et sanctæ hujus Sedis obedientia contineres. Quod pius studium et religiosa sollicitudo tua laudari satis digne nequam potest. Praclare ostendis memorem esse te paterni maternique generis, optime intelligis, qua in re regnorum stabilitas incolumentasque consistat; nempe in ejus timore et culto, per quem reges regnant, et cuius in manu est regna dare atque transferre. Gratulamur tibi merito, charissima filia, de tanto Dei munere. Quis singulare hoc divina benignitatis donum esse dubitet? Cum tibi gratulamur, tum Deo quoque gratias agimus, quod in maximis curis et animi nostri angoribus, quibus ex tam perturbato Ecclesie statu afficiuntur, non parvam levationem nobis afferit eximia ista pietas tua. Noli defatigari in tam pio et salutari opere: enire quam maxime potes, ut regnum tuum ab haeresibus perpurges. Nullae te difficultates, nulla impedimenta deterrent. Divinum tibi auxilium adesse capitur, id tibi in dies magis affuturum esse confide; Dei enim causa est quam agis. Si is sperantes in se nunquam deserit, quanto minus pro sancta fide et religione sua laborantes destituet? Quis splendidior triumphus esse potest, quam perpetuo humani generis hosti, Ecclesiae Catholicæ vexatori, haeresum et schismatum auctori ire constanter obviavit, et Dei causam adversus eum fuerit atque defendere, et quas ille per ministros suos disseminavit haereses extirpare ac tollere? Si is porro, qui vel unum quicquam errantem in viam salutis reduxerit, tantum a Domino mercedem accepturus est, quæ tibi tandem in celo parata premia esse censes, quæ tot populorum saluti studio et diligentia tua consulit? Consuevit autem Domini immensa et inexhausta benignitas pia servorum suorum facta non solum in altera vita, sed in hoc etiam sæculo largissime remunerari,

et præmia remunerationis æternæ harum etiam temporalium rerum prosperitatibus cumulare. Sed cum reliqua facta tua laudamus, tum consilium tuum vehementer probamus, quod sicut accepimus, constitisti regni tui episcopos una cum oratore tuo ad Concilium mittere, qui si nondum profecti sunt, eos, ut primo quoque tempore mittas, hortarum serenitatem tuam et rogamus. Jam enim Tridentum tanta episcoporum multitudo convenit, totque alii in itinere sunt propediem illuc dante Deo perventuri, ut jam maturum sit sanctas illas et salutares actiones, quarum causa Concilium congregatum est, ad Dei laudem et gloriam sine mora aggredi. Reliquum est, ut serenitas tua de nostra erga se voluntate tantum pollicetur, quantum ab benignissimo patre pia expectare debet filia. Amavimus autem te semper et laudi tuae favimus, sed cognitis iis, quæ post redditum tuum in regnum tam laudabiliter egisti, tantum ad pristinam erga te benevolentiam nostram accessit, tantopere studium nostrum erga res tuas crevit, ut ad hec nihil posthac accedere posse videatur. Omnipotens et misericors Deus, charissima in Christo filia, qui tibi istam tuam piam mentem donavit, eam conservare et augere dignetur, et post temporale ac terrenum regnum diu ac feliciter administratum te ad æterni et cœlestis regni gloriam et beatitudinem fruendum pervenire concedat. Dat. Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xi Januar. MDLXII, Pontificatus nostri anno iii.

t83. Utebatur Pius sacerdotum Societatis Jesu opera, quos ad subeundos pro Christo labores impigros, atque in discutiendis doctrinæ luce haereticorum tenebris, revincendaque perfidia constantes noverat, atque ad eamdem reginam Scotiæ Everardum Mercurianum ejusdem Societatis, in Belgio pietatis fama et eruditione spectatissimum, ut pro restituenda apud Scotos religione operam suam reginæ commendaret, proticisci jussit, eidemque Mariæ reginæ de sedatis seditiosorum turbis gratulatus est<sup>1</sup>:

« Charissime in Christo filie nostræ Mariae Scotiæ reginæ illustri.

« Mandavimus dilecto filio Everardo Mercuriano sacre theologie magistro ejusdem Societatis in Flandria preposito provinciali, quem propter gravissima testimonia de vita ac morum ejus honestate, religione atque doctrina aptum huic officio duximus, ut isti luc se conferal, et te tanquam praecipuam filiam nostram nostro nomine visitet, tibique gratuletur, quod in regnum tuum reversa piis consiliis, divina favente et aspirante gratia, in tranquilliores statum, sicut summa cum lætitia accepimus, ipsum regnum redegeris, religionem ibi Catholicam sicuti pietate tua ac majorum tuorum di-

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. CLXXXIV.

gnum fuit, confirmare ac stabilire aggressa, tam sanctum et populis tuis salutare, ac tibi ipsi gloriosum opus ad exitum adducere non desistas ». Et infra : « Omnipotens Deus Serenitatem tuam ab omnibus adversis tueri, et gratia ac protectione tua perpetuo custodire dignetur, in Junii MDCXII ».

Extant eodem argumento ad eundem Everardum Mercurianum litterae<sup>1</sup>, quibus etiam illum Pontifex ad propagandam pietatem amplissimis privilegiis instruxit.

184. *Crus miraculosa in India Orientali degitur*. — Duum in Occidente Calviniani impie-tatem suam propagarent, ac bellum immane Crucis Christi indicerent, quam ubique exvertebant, omniisque sacrilegii genere dehonestabant, mentientes impudentissime, idolatriæ genus esse ultimis saeculis inventæ, divina providentia in extremo Oriente insigni prodigo Crucem Christi nobilitavit, atque ex velutissimis monumentis ipsorum Gymnosophistarum Indorum testimonio comprobatum est, Crucis usum cultumque ab Apostolis inductum, atque apud Indos ab ipso Apostolo Thoma discipulis commendatum, de quibus Cochimensis episcopus Henricum cardinalem, Sebastiani regis Lusitanæ patrum, certiore fecit, ut narrat Osorius<sup>2</sup> subjectis verbis :

« Anno a Christo nato MDLXII, pontifex Cochimensis misit ad Henricum cardinalem testimonium publicis litteris consignatum, quod historiam commemoratione dignam confinebat. In ea civitate, quam diximus appellari Melioparem et nunc postquam Lusitanis frequentari coepit, Sancti-Thomæ civitas appellatur, erat in colle sacellum aedificatum, eo quod affirmarent incole, in eo loco Thomam fuisse a religionis hostibus interfectum. Erat autem hoc solemniter institutum, ut eo sacello octo diebus ante diem Natalem Christi res divina fieret, et omnes Christiani eo convenirent: fuerat quoque ante quatuordecim annos in illo colle inventa crux in lapide incisa, in cuius fastigio imago columbae insudebat, basis vero erat in specie quadam herbarum, que diffundi latissime videbantur, collocata, et tam fastigium quam basis et brachia in liliorum formam desinebant, arcus canis ex eodem lapide factus undique muniebat, in arcu erant incise litteræ, quas nemo legere poterat. Totum hoc opus integrum, quod erat satis magnum, fuit super altare ejusdem sacelli multorum operis statutum, in Cruce eminebant nota sanguinis insignes. Accidit autem die, quo Christiani conveniebant, ut in eo Fano salutationem ab Angelo factam sanctissimæ Virgini octo dies, antequam dies Christi natalis adveniret, celebrarent, cum sacerdos, qui rem divinam facie-

bat, Evangelium inchoaret, ut Crux in nigro colore verteretur, et liquor ex illa incredibili copia dimanaret, deinde color cœruleus pro nigro subiret, in locis autem ubi nota sanguinis extabunt, rosei coloris splendor eluxit; sequentibus deinde annis eodem idem semper eveniebat, nec enim alio die (quod magnam admirationem commovebat) id in nulla Cruce cernebatur. Fuit tamen aliquo tempore ejus rei, quæ admirabilis omnibus videbatur, intermissione anno autem MDLX, cum Christiani in eundem locum, cum eadem pompa et celebritate convenirent, eo die, quo crux, dum sacrificium fieret, stillare solebat, et sacerdos Evangelium inchoaret (id enim etiam admirandum videbatur, quod nunquam prius quam Evangelium legi cepisset, ea crucis mutatio fieret) crux repente nigra maculis, splendidis tamen inficeretur, donec tantum aliis atque aliis subeuntibus tota nigresceret, ita vero splendebat atque si fuisset oleo delubita, tum instar roris guttae defluere cœperunt, quæ paulatim grandiores effectæ totam cruncem humore largissimo compleverunt. Pergebat sacerdos cum multis lachrymis et crebro singuln Sacrificium, deinde ascendit in Altare, et linteis, quibus in rebus sacris de more procurandis uti solebat, crucem extersit, linta maculis sanguineis tincta repente sunt. Civitatis praefectus et reliqua multitudo qua convenerat, manus in cœlum tendere, Christi numen implorare, flagitorum veniam postulare, et ad studium ardentius religionis excitarī: Crux autem postquam multo liquore fluxit clarissim splendore coepit, et color sanguineus evidentius eluxit. Hoc signum commovit, et præfectum urbis, et primarium sacerdotem, ut diligenter inquireret ecquis esset, qui litteras illas interpretari posset: ait incolae in Narsinga regno esse Brachmanam inter omnes Brachmanas litteris et eruditio præstantem, qui varias linguis tenebat: hominem continuo accersunt et interrogant, an illas litteras nosset. Respondet litteras esse priscas, quibus antiqui sapientes utebantur, negligientia vero hominum factum esse, ut earum cognitio interiret, quin etiam linguam, qua erant descriptæ, a paucis admodum teneri; admonent Brachmanam, ut in altare ascendat, restituti ille, et nefarium facinus esse dixit altare, in quo res divina fieret, humanis pedibus conculcari: invitatus tamen subiit et litteras perlegit quarum vim eam esse dixit, ut una nota decimi, et quindecimi, et viginti litterarum officio fungeretur, sententia vero litterarum in summa, haec erat: Thomam virum divinum fuisse a Dei Filio, cuius erat discipulus, in eas oras Sagami regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas erudiret, ibique templum extruxisse et res admirabiles effecisse, atque tandem, cum genibus flexis ad cruncem illam affixus orationem ad Deum funderet, a quondam Brachmana fuisse hasta trans-

<sup>1</sup> Pius IV, Io. II, brev. sign. 2897. Ep. CCLXXXIII. Sacchia, in Annal. Soc. Jesu. — <sup>2</sup> Osor. I. III.

fixum, crucem vero ejusdem viri sanctissimo cruce tintet ad memoriam virtutis illius semperitam relictam fuisse. Hæc erat sententia, quæ litteris continebatur; fecit autem majorem fidem alius ejusdem sectæ vir aliunde accersitus, grandis admodum natu et sapientiae opinione præstans, qui litteras in eamdem sententiam interpretatus est. Hujus autem crucis exemplum in eodem ligne, ex quo templum edificatum perhibent, insculptum, cum litteris publicis multorum virorum testimonio consignatis retineo, cuius fides tantis tunc argumentis explorata fuit, ut nemo possit de tam claris atque testatis viri divini miraculis ambigere. Hæc quidem inscrenda putavi<sup>1</sup>, ut rectius percipi possit, quam clara sint apud Indos Christianos Thomæ viri divini monumenta ».

185. *Ordo S. Stephani in Etruria confirmatur.* — Hoc anno confirmatus est a Pio equester Ordo S. Stephani a Cosmo Etrurie duce institutus<sup>2</sup>, pro inhibendis maritimis Turcarum et Afrorum excursionibus, defendendoque Christiano nomine, utque Medicæ nominis gloria augeretur, Pontifex militaris hujus Ordinis principem Cosmum ipsum constituit, cui in eo etiam munere Etrurie duces futuros succedere jussit. Porro præclaræ hujus militiae gesta, que subinde, sub eodem Cosmo, ac cæteris serenissimis magnis Etrurie ducibus pro Italia defensione contra infideles patrata fuere, Sextus V<sup>3</sup> ac Paulus V<sup>4</sup> Pontifices Maximi suis Diplomatibus testata voluerunt, dum amplioribus privilegiis militiam istam de fide Catholica optime in dies magis merentem locupletarunt, que lector in Romano Bullario, simulque in libro Statutorum illius Ordinis edita poterit videre.

186. *Decimas imponit Pius in favorem Philippi Hispani pro bello contra Turcas.* — Cum validissima classe opus esset ad comprimendos Turcas præteritis insolecentes victoriis, Pontifex indictas clero decimas in Philippi regis Hispaniarum regnis commorantि auxit ad alia quadringenta viginti millia aureorum quinquennii fluxu solvenda, ut sexaginta triremes Ecclesiastice conficerentur, quæ aliis quadraginta regiis conjuncte centum longarum navium classem conflarent, de quo subjectum Diploma<sup>5</sup> editum :

« Ad futuram rei memoriam, etc.

« Certiores effecti classem ipsius Philippi regis, quam octoginta triremium esse nobis per errorem suggestum fuerat, minime longo etiam intervallo ad numerum prædictum ascendere, et nunquam ascendisse, quinimum propter maximas ab iisdem infidelibus successive nobis illatas clades maxime imminentiam fuisse et esse, difficillimumque ac pæne impossibile ipsi

regi fore hoc tempore ejus admodum propter superiora bella exhausto aerario tantam classem parare et instruere, properea considerantes pro re Christiana servanda, et continuis injuriis, quæ a dictis infidelibus nobis inferuntur propulsandis majori presidio opus fore, classem Ecclesiasticam quinquaginta triremium ad alias decem triremes, et subsidium trecentorum milium ducatorum auri largorum hujusmodi ad alia sexaginta millia ducatorum similium pro aliis decem triremibus armandis et instruendis, ita ut in totum numerum sexaginta triremium ultra classem ordinariam per dictum Philippum regem teneri solitæ explerent, jam auxerimus et ampliaverimus, copientes, ut tam plium, et salutare, ac necessarium opus votivum tandem sortiatur effectum, et ad omnia et singula, quæ illius executionem impedit aut retardare, vel difficiliorem reddere, quoquo modo possent, nostra consideratione respicientes, re iterum cum eisdem fratribus nostris S. R. E. cardinalibus in consistorio nostro secreto, ut moris est, communicata et mature discussa, et cum dilecto filio comite Brocardo Persico, milite Hierosolymitano, oratore speciali super hujusmodi et aliis arduis negotiis a dicto Philippo rege ad nos destinato, diutius pertractata, inter cætera animadvertisimus, adhuc aliquod dubium super interpretationem ordinariae classis per dictum Philippum regem teneri solitæ ori posse tempore procedente, idcirco super hoc et nonnullis aliis infra dicendis, quantum in nobis est, providere omnemque desuper hæsitandi materiam submovere volentes, securius et utilius aestimavimus qualitatem et quantitatem dictæ ordinariae classis præsentibus nostris taxare et specificare. Quapropter de eorumdem fratribus consilio et unanimi consensu, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus decernimus et declaramus, ordinariam classem per eundem regem tenendam, quadraginta saltem triremium strenue et valide instructarum, et nullatenus minoris numeri esse et censeri debere, ipsiusque regem quadraginta ad minus triremes hujusmodi pro ordinaria sua classe ejus propriis impensis jugiter omnino habere, et tenere adstrictum et obligatum fore et esse, ita quod computatis sexaginta classis Ecclesiasticae triremibus, numerus centum fortissimarum triremium omnino compleatuerit et præstol sit; hortantes nihilominus eundem Catholicum regem, et enixe rogantes, quod ejus majestatem et sine hortatu nostro pro sua egregia pietate, et in rem publicam Christianam eximia voluntate facturam confidimus, ut ultra dictas quadraginta triremes instructas paratasque habere velit, prout in dies juxta vires suas præstare posse cognoverit. Praeterea cum experientia ipsa, quæ rerum omnium est optimè magistra, docente, compertum sit simulque a compluribus gravibus fide-

<sup>1</sup> Matteus hist. Indic. — <sup>2</sup> Pius IV. Ms. archi. Vat. sig. n. 1956, p. 64. Bull. in Pio Const. 60. — <sup>3</sup> Sixt. V. Bull. 75. — <sup>4</sup> Paul. V. Bull. 36. — <sup>5</sup> Pius IV. regest. sig. num. 1956. p. 259.

que dignis viris rerum maritimarum peritis, atque ab his, maxime etiam principibus et aliis, qui triremes instructas habereque solent, certa nobis fides facta fuerit propter sumptuum in singulis rebus excrescentiam sex millia ducatorum in singulas triremes congrue alendas et manuteneendas singulis annis nullo pacto his temporibus satis esse posse, quinimo ad id plene praestandum et faciendum aptum vel octo millia ducatorum necessaria esse, et propterea considerantes summam annuam trecentorum et sexaginta millium ducatorum bujusmodi ad ipsas sexaginta triremes, sicut temporis et rei necessitas mirum in modum efflagitare videtur, valide et perfecte sustentandas, et rebus omnibus necessariis optimè parandas, et instruendas nequaquam sufficere, et nihilominus easdem personas Ecclesiasticas pro nostro in eas paterno affectu minori, quo possumus, onere gravare cupientes, trecenta et sexaginta millia ad alia solum sexaginta millia ducatorum similium ita ut in totum sint quadraginta viginti millia ducatorum auctoritate et tenore predictis augere et ampliare contra mentem et intentionem nostram necessario cogimur, prout vigore praesentium augemus et ampliamus, etc.

« Decernentes nihilominus, et declarantes classem sexaginta triremium hujusmodi, cum insigniis arbitrio ipsius regis imponendis, educandam ipsi regi contra infideles haereticos, vel schismaticos, et ad regnum suorum defensionem, et non in alias usus servire debere, ipsum tamen serenissimum regem classem eamdem omnibus rebus instructam quotiescumque illam a nobis et successoribus nostris, tam ad nostrum et Sedis Apostolicae, ac terrarum et locorum ipsi Sedi subjectorum subsidium et defensionem contra quoscumque, quam ad expeditionem contra eosdem haereticos vel schismaticos faciendam requiri contigerit, libere absque aliquo stipendio et solutione mittere, et quandiu opus fuerit, manutenere omnino teneri et obligatum esse ». Infra : « Ipsum autem charissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Catholicum, praeципuum fidei nostrae propugnaculum enixe rogamus, et per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi toto cordis affectu obtestarum, ut postquam munerus nostri paribus, et piis majestatis suae votis, quantum cum Deo potuimus, satisfacere studui-  
mus, nostras de ejus summa virtute conceptae spei, sicuti omnino confidimus, præclare respondens, tan pio et glorioso operi sese totis viribus, et ad Dei laudem et gloriam, ipsiusque Catholicæ fidei exaltationem, barbarorum repressionem et contritionem, ac haereticorum conversionem, classem ipsam universam centrum fortissimarum triremium, quanto celerius fieri potuerit, juxta præmissa omni studio et diligentia parare, et instruere velit, ut nos opta-

tos exinde fructus diebus nostris videre possimus, ipseque Philippus rex nostram et Sedis Apostolicae benedictionem et gratiam, cum singulari nominis sui laude uberioris promoveri valeat, et postmodum in cœlis æternam retributionem consequi mereatur, etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominiæ MDLXI, VI nonas Martii, Pontificatus nostri anno III ».

In sigillo : *Si mei nou fuerint dominati,  
tunc immaculatus ero.*

#### EGO PIUS CATHOLICE ECCLESIE EPISCOPUS.

« Ego R. card. de Carpo, episcopus Portuensis.  
 " † .....  
 " † .....  
 " Ego Fridericus card. Cæsius, episcopus Prænestinus.  
 " Ego Jo. card. Moronus, episc. Sabinen.  
 " Ego Christophorus cardinalis Madruccius, episcopus Albanen.  
 " Ego Otho Trucheses de Waldburg cardinalis Augustan.  
 " Ego B. de la Cueva cardinalis S. Crucis.  
 " Ego R. Card. Sancli-Angeli, major pænitentiarius.  
 " Ego Tib. card. Crispus.  
 " Ego Ful. card. Perusin.  
 " Ego Jo. Mi. card. Saracenus.  
 " Ego Jo. card. S. Vitalis.  
 " Ego Ja. card. Putens.  
 " Ego Jo. Bap. Cicada card. S. Clem.  
 " Ego B. card. Tranen.  
 " Ego Scipio card. Piscarum.  
 " Ego Jo. card. Reomanus.  
 " Ego Jo. Antonius card. Capisucchus.  
 " Ego F. M. card. Alexandrin.  
 " Ego Clemens Monilianus cardin. Aræcæli.  
 " Ego I. card. Sabellus.  
 " Ego Jo. Antonius Serbellonus cardinalis Sancti-Georgii.  
 " Ego B. card. Salviatus.  
 " Ego Ph. card. a Bordeifera.  
 " Ego P. F. card. Ferrerius.  
 " Ego M. Anton. card. Amulius.  
 " Ego Hieronym. card. Corrigiensis.  
 " Ego B. cardinalis Navagerius.  
 " Ego Jo. Franc. card. de Gambara.  
 " Ego Al. cardin. Farnesius, vicecancellarius.  
 " Ego G. As. Sfor. card. Camerarius.  
 " Ego N. card. de Sermoneta.  
 " Ego Julius card. Urbinaten.  
 " Ego Alf. card. Neapol.  
 " Ego Vitellotius card. Vitellius.  
 " Ego Carolus cardinalis Borromæus.  
 " Ego Franciscus card. de Gonzaga.

« Ego Innicius Davalus cardin. Aragonius.  
« Ego Alf. cardinalis Gesualdus ».

Comparata etiam fuit classis a Venetis ad Barbarorum maritimas grassationes coerendas, quibus propterea clerorum subsidia duarum decumarum conferre jussum referunt Acta Consistorialia<sup>1</sup> xvii Julii conscripta. Coniunctis porro mutuo foedere Pontifice Philippo rege, Venetis atque Hetruria duee, florentissimam Turcarum classem, qua Italiam invasura erat, deletam fuisse visuri sumus.

187. *Maximilianus II Romanorum rex eligitur.* — Indictio Francordiae conventu in xxv Octobris delectus est post graves Palatini contentiones Maximilianus II Romanorum rex<sup>2</sup>, ac xxx Novembbris solemnī ritu corona redimitus<sup>3</sup>, acteque in Concilio Tridentino Deo gratia inuenire Decembri operante sacris archiepiscopo Pragensi. Suaserat Carolus Vicecomes Carolo Borromeo cardinali, ut cum Cesare ageret ad Protestantes fleetendos, ut Concilii Tridentini decretis parerent, sed omnem industriam elusit haeretica pertinacia, quæ etiam adversus Concilium varias columnias impie evomere ausa est, atque in ipso convento Francordiensis Protestantes princeps post multa adversus Concilium contumeliose effusa moliti sunt, ut Ferdinandum ad illud abrumpendum impellant. Non defuit vero divina providentia tuendo Catholici nominis splendori<sup>4</sup>, ac Ferdinandi Caesaris amplitudinem provexit, ut laret Lutheranorum errores in Concilio desigerint anathematismo, Maximiliani tamen regis Bohemie electioni consenserint, cuius famam ad se allatam scripsere legati ut Decembribus ad cardinalem Borromeum<sup>5</sup> commendaruntque novi regis Romanorum constantiam<sup>6</sup>, qua aliquorum Septenvirum absoma postulata refregerat. Creatum illum regem non sine magnis electorum contentionibus et controversiis refert Natalis Comes<sup>7</sup>, addiditque sanctitas fuisse inter Ferdinandum imperatorem ac Solymannum Turcam octennes inducias, quo pacatiora essent illius regni exordia.

Delibutum sacro balsamo Francordiae solemnī ritu Maximilianum, soluta veteri lege, ut is ritus Aquisgrani peragatur, ex Ms. Vaticano<sup>8</sup> constat, in quo referunt illam sacramento fidei a Moguntino archiepiscopo Pontifici obser-

<sup>1</sup> Acta Consist. Ms. card. Spade sig. num. 134. — <sup>2</sup> Jo. Bapt. Adrian. I. xvii. Ex lit. in Ms. card. Jo. Bapt. Spade p. 87. — <sup>3</sup> Card. Vicecom. p. 127. — <sup>4</sup> Ext. in Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 1314. — <sup>5</sup> Ib. Ep. 204. — <sup>6</sup> Natal. Comes I. xiv. — <sup>7</sup> Ms. arcu. Val. sig. num. 3216. p. 117.

trictum fuisse inter regiæ consecrationis mysticas cæmeronias his verbis :

« Interrogatur rex Romanorum electus per archiepiscopum Moguntinum illum consecrantem :

« Vis sanctam fidem Catholicis viris traditam tenere, et operibus justis servare ?

« Vis sanctis Ecclesiæ Ecclesiarumque ministris fidelis esse defensor ?

« Vis sanctissimo in Christo Patri et domino, domino Romano Pontifici et Sanctæ Romanae Ecclesiæ subjectionem debitam, et fidem reverenter exhibere ?

### Responsio.

« Volo, et in quantum, divino fultus fuero adjutorio, et precibus fidelium Christianorum adjutus, valuero, omnia præmissa fideliter adimplebo. Sie me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia ».

188. *Multæ reformationes a Pio IV constitutæ.* — Hoc anno kal. Januarii Pontifex<sup>1</sup> almæ Urbis disciplinam, ac justitie administrandæ formam puriorē restituit, atque judicium et forenum officialium stipendia definit; ne lites etiam in prætorio, cui Rota nomen est, protraherentur constitutionem tulit, quibus adidunt Acta Consistorialia :

« Die Luna iv Maii MDLXIX, factum fuit verbum per sanctissimum dominum nostrum super reformatione curiæ, et fecit Bultam super reformatione sacrae Penitentiarie, et eadem Sanctitas sua dixit, se etiam reformasse notarios Cameræ.

Item : « S. D. N. volens animarum periculis Christi fidelium quorūcumque obviare, ac pariter libertati et indemnitatì Ecclesiarum, monasteriorum, et beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet consulere, inhibuit reverendissimis DD. cardinalibus, ne ipsi de cætero alias Ecclesias cathedrales, vel monasteria aut beneficia in hujusmodi confidentiam, seu custodiam pro aliis recipiant, et præcepit eis, ut si quis eorum tales Ecclesias, aut monasteria in hujusmodi confidentiam, seu custodiam haberet, teneretur illa sub pena excommunicationis infra duos menses proximos realiter et cum effectu in manibus Sanctitatis sue dimittere, vel ei notificare. Alioquin eadem Sanctitas sua dictis duobus mensibus elapsis illa

<sup>1</sup> Pius IV. Ms. arch. Vat. sign. num. 1596. p. 1. ib. p. 17. Act. Conc. Ms. card. Spade sig. num. 134. p. 359.

(1) Unus eodemque anno Maximilianus rex Romanorum, et rex itidem Bohemia renuntiatur. Dies qua regis Romanorum insignia recipit ab annalista accurate definitur. Ipsa enim S. Andrea Apostoli solemnè die Francfurti a tribus archiepiscopis electoribus regis diaconate redimitus est. Mos quidem obtulerat ut Romanorum reges Aquisgranii coronarentur; sed eum pestis urbem illam affligeret, visum est Francfurtum substituere. Bohemicum vero coronam accepit die xx Septembribus ab Antonio Maglioto archiepiscopo Pragensi in principe templo urbis illius; quæ omnia ex fide Gassari in Annalibus Augustensisibus constat.

omnia eo ipso vacare, et de illis disponere velle decrevit.

« V Junii MDLXII<sup>1</sup>, fuit factum verbum a Sanctissimo domino nostro super rebus Concilii et super residentia episcoporum in suis Ecclesiis, et fuit dictum, quod decretum residentiae mitteretur per manus reverendissimis dominis.

« IX Octobris MDLXII, Sanctissimus dominus nosler fecit legere reformationem conclavis noviter editam per Sanctitatem suam, et cum fuisset omnium consensu approbata, dixit, ut mitteretur per manus, ut posset deinde in Bullam redigi et publicari ».

Promulgata est ea Constitutio VII idus Octobris<sup>2</sup>, atque corrupcioe in observatione sancitionum de conclavi exorta sublatie sunt.

Referunt preterea memorata Consistorialia Acti Maximilianum II, Ferdinandi imperatoris filium, regem Bohemia, creatum fuisse regem Romanorum, ac Pontificem in senatu habitu xv Decembri MDLXII, cardinales de ea re certiores fecisse, rem vero gestam in Francordiensibus comitiis memorant scriptores. Tradunt etiam Acta, Pium explicuisse clementiam in Marcum Antonium Columnam, qui a Paulo Quarto gravissimis actis judicariis ac censuris defixus fuerat :

« Romæ die Veneris xvii Julii MDLXII, fuit Consistorium<sup>3</sup>, in quo fuit de voto omnium cardinalium restitutus plenissime a Sanctitate sua illustrissimus dominus Marcus Antonius Columna, et ad omnia, status, honores et alia reintegratus, et in eum repositus statum, in quo erat ante privationem factum per Paulum IV, et de omnibus post privationem ab ipso commissis absolutus, licet venerit cum exercitu tanquam hostis contra Sedem Apostolicam, quia justo dolore motus, quia omnibus bonis injuste privatus fuerat, et quoniam fuit pro recuperandis bonis suis, et cum non haberet quo confugeret. Accedunt boni mores illius, que omnia cum remissione et gratia reddiderunt dignum, et in gratiam baronum, ut fideliore fiant posthac. Quæ omnia sanctissimus dominus noster amplissime est prosecutus summa cum omnium cardinalium approbatione, laude et applausu, et post vota data ad restitutionem, venit idem Marcus Antonius, et publice janua aperta fuit absolutus, ac genibus flexis juravit in manibus Sanctitatis suæ fidelitatem sanctæ Sedi Apostolice ».

189. *Thermas Diocletiani in Ecclesiam conversas Pius IV tradit Carthusianis. — Praeclara-*

rissimis aliis Pii IV gestis addimus Thermas Diocletiani imperatoris sievissimi olim Ecclesia persecutoris multo sudore ac sanguine martyrum ad gentilium voluptatem extrectas, a Pio in Ecclesiam conversas, accilis et Sessoriana Basilica, quam tum incolebant, religiosissimis Carthusiæ alumnis, qui locum illum tot martyrum sudoribus irriguum, celesti, quod profertur, vite genero ac jugi divinarum laudum celebratione excolerent; cum peculiari Dei beneficio cardinali Baronius<sup>1</sup> factum puteat, ut qua Diocletiani fuerint Therme, quod ille sanctorum martyrum labore fuerunt extrectas, potissima pars earum in usum Ecclesie, memoriisque Dei genitricis Mariae et angelorum fuerit commutata. Hoc itaque anno datis ad generalem Carthusiæ priorem litteris<sup>2</sup> de propensa sui erga ordinem voluntate ac proposito hæc scribit Pontifex :

“ Dilecto priori generali monasterii Carthusie diecesis Gratianopolitanae,

“ Jam ex litteris, quas ad te superiori anno scrispissime meminimus, cognovisti nos in honorem beatæ Marie Virginis et Angelorum omnium statuisse non sine inspiratione divina, ut credendum est, aedicari in urbe, nostris et Sedis Apostolica sumptibus, Ecclesiam in Therme Diocletiani vocatis, et Thermas ipsas, quas impius ille tyrannus et sævissimus Ecclesiae hostis plurimo Christianorum sudore et sanguine ad gentilium voluptatem et commodum extruxerat, ad omnipotentis Dei cultum et Christi fidelium devotionem convertere. Ex iisdem litteris quoque intelligere potuisti, quantum Ordini Carthusensi honorem habuerimus, quippe qui cum nullus in Urbe esset religiosorum conventus, qui non in maximi muneric et singularis beneficii loco, locum illum tam amœnum et salubre a nobis accepturus fuerit, tuo tamen Ordini potissimum illum concesserimus, qua in re non solum fratribus tuis honos a nobis habitus, sed eorum valetudini etiam valde consultum fuit, quippe cum monasterium ipsorum, quod Ecclesie sanctæ Crucis in Hierusalem adjunctum est, loco insalubri admodum situm sit, ubi quotannis æstate præsertim plerique eorum morbis gravibus implicari, et aliqui etiam mori consueverunt. Ac nos quidem ut quod pie instituimus, Deo favente, ad effectum perducamus, Ecclesiam, sicut fratribus tuis polliciti sumus, aedicare per purgato et consecrato jam loco illo cœpimus multis structoribus conductis, et cæteris rebus ad hoc opus necessariis non parvo sumptu comparatis, etc. x Martii MDLXII<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 354. — <sup>2</sup> Pii IV. an. 3. Ms. Val. sign. num. 1956. p. 418. Annl. tom. II in Pio IV. Const. 63. Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. — <sup>3</sup> Act. Cons. sig. num. 134. p. 357.

1 Tom. II. an. 298. — <sup>2</sup> Pius IV. to. brev. sig. 2897. Ep. CCXIV.

## PII IV ANNUS 4. — CHRISTI 1563.

*4. Solemnes gratiarum actiones pro parte de Hugonottis victoria.* — Adveniente anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Indictione sexta, a Patribus Tridentinis solemniter gratiae Numini de profligatis extremo superiori anno in Gallia Hugonotti actae fuerunt. Itaque « Decima Januarii », inquit Astolphus Servantius<sup>1</sup>, « die Dominicano cardinalis e Lotharingia sacrum de Spiritu Sancto celebravit, pro referendis Deo de parte victoria contra Hugonottos gratiis. Stetit in Gallia ejus Victoria beneficio res Catholica, ac nisi conserta pugna atque Hugonotti debellati fuissent, concordiae leges ab insolentissimis haereticis opprobrio plenae subeundie fuissent. Pontifex etiam Romæ solemnii dicta supplicatione publicas Deo gratias egit, ut Joannes Franciseus Firmanus<sup>2</sup> sacerdotum rituum Magister in suo Diario tradit his verbis :

« Die, inquit, Dominica, tertia Januarii, reverendissimus cardinalis de Araceli celebravit Missam de Spiritu-Sancto in Ecclesia S. Spiritus, praesentibus cardinalibus, pro agenda gratiis Deo de Victoria, quam Christianissimus rex Francie habuerat contra infideles, dictos vulgariter, *li Ugonotti*, et dicta die omnes religiones et clerici dictie Urbis iverunt processionaliter ad Basilicam S. Petri ».

*2. Pontificis gratulatoria littera tum ad ducem Monspenserianum, tum ad senatum Tolosanum.* — Hortatus etiam est Pius IV Galliae proceres Catholicos, ut parta Victoria ad defendam penitusque excindendani Hugonottam haeresim interentur, quo argumento extant xiiii Januarii ad ducem Montispenserii date litterae<sup>3</sup>. quibus de propugnata re Catholica gratulatus est :

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1334. Ms. card. Pii sig. n. 201. Astolph. Servant. in Act. Trid. Cone. Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 1109. — <sup>2</sup> Ms. card. Pii sig. num. 201. p. 4. Jo. Fr. Firman. Dhar. to. xi. — <sup>3</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. 2897. Ep. CCCXV.

« Dilecto filio nobili viro duci de Montpensier.

« Dilecti filii nostri Georgius titul. S. Nicolai in Carcere presbyter cardinalis de Armeniaco, et dominus de Monluc in litteris, quas ab eis proxime accepimus, Nobilitatis tua perhonoris faciunt mentionem, magnopere laudantes eximum pietatis tuae studium, ac præstantia merita erga fidem et religionem Catholicam : quod talium virorum tam præclarum de teste testimonium, cum jucundissimum nobis fuerit, et ei opinioni, quam te semper habuimus, plane consentaneum, præterire noluimus, quin his litteris tibi significaremus animi lætitiam singularem, quam pro paterno erga te amore nostro perceperimus, in primis ex istis piis officiis tuis, pro quibus paratam tibi esse, confide, dilecte fili, copiosam mercedem ab eo, qui diligentes se diligit et se honorantes dignis tollit honoribus, enjus supernum auxilium modo summa cum lætitia charissimo in Christo filio nostro regi adeo aperte affuisse cognovimus, ut si rex ea Victoria, quam Dei munere adeptus est, recte usus fuerit, ac reliquis bonis prudentibus et piis viris hortantibus et manentibus, speramus propediem pristinum suum in isto regno Dei cultum, et debitam regi obedientiam restitutum iri, quod ut ita fiat nobilitatem tuam minime dubitamus pro data sibi a Deo prudentia ac pietate, quantum monendo et hortando facere potuerit, enixurum. Die xiii Januarii MDLXII anno iv ».

Scriptis eodem die litteris<sup>1</sup> Pontifex pietatem senatus Tolosani commendavit, qui præterito edictu discrimine ad asserendam religiōnem Catholicam studia converterat :

« Dilectis filiis præsidibus, et consiliariis regiis Parlamenti Tholosani, etc.

<sup>1</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. 2897. Ep. CCCXVI.

« Multorum litteris, imprimisque ex testimonio dilecti filii nostri Georgii tit. S. Nicolai in Cæcere presbyteri cardinalis, de Armeniaco votati, cognitum habemus eximium vestrum studium erga fidem et religionem Catholicam, curamque et vigilantiam, quæ a vobis adhibetur in ea isthic tuenda et conservanda, quo nomine gratias illi agimus a quo bona cuncta procedunt, qui tam pium animum vobis dedit, quique vos excitavit et impulit, ut cum hæreticæ pravitatis pestis in istis partibus latius in dies manaret, ad eam reprimendam, eo quo deinceps studio et diligentia incumberetis. Laudamus vos majorem in modum, quod, ut filii benedictionis æterni Patris et Dei nostri cultum honoremque diligitis, ejusque sanctam et orthodoxam religionem et fidem in ista nobili civitate atque provincia, incolumem conservare studetis. Facitis quod bonos et pios Ecclesiæ filios, quod fideles et prudentes Christianissimi regis ministros decet; id autem eo alacriore animo facete debetis, quo manifestius Deus ipse causam suam defendantibus adesse et opem ferre perspicitur. De dilecto filio Bellaguardiæ domino gavisi sumus luculento testimonio, quod ei dedistis in vestris litteris, quod illi etiam ab aliis apud nos imperitum fuit, etc. Die xiii Januarii MDLXIII, anno iv ».

3. *Septima sessio iterum prorogatur: de auctoritate papæ magna orta controversia.* — Cum Tridenti nondum discussa penitus essent omnia, quæ super residentia ferebantur, dubia, iterum sessionem differre coacti sunt Patres, et die xv Januarii Ihercules cardinalis Mantuanus in hunc modum sanctam Synodus est allocutus:

« Prorogatio sexta sessionis vi Tridentinæ sub Pio IV, ad iv Februarii MDLXIII.

« VI mensis Januarii MDLXIII habita fuit Congregatio Generalis<sup>1</sup> in qua illustrissimus D. Hercules cardin. Mantuanus primus praesidens et legatus, recitata oratione Spiritus sancti, allocutus est Patres in hanc sententiam: Tam multa audiverunt dominationes vestrae his diebus, et tam diu, ut si ego vellem etiam nunc multa dicere, obtundere aures vestras, quare omissio multiloquio dicam quæ dicenda occurunt, quæ duo sunt. Primum, ut dominationes vestrae juxta consuetudinem S. Synodi eligant Patres aliquos ad reformandum decretum de residentia juxta censuras in eo factas. Secundo, ut statuatur dies certus pro futura sessione: nobisque videtur, ut ad quartam mensis futuri statui debeat, pudeat enim nos, a xvii Septembris usque ad hanc diem nullam habitam fuisse sessionem. Dicant igitur Patres, quid sentiunt, sed separalim, et primo super deputatione facienda.

« Dictis sententiis, omnes remiserunt ele-

ctionem et nominationem deputandorum in illustrissimos DD. legatos, qui dixerunt se crastina die nominatuos: deinde rogatis sententiis super die sessionis, omnes probaverunt diem propositum ab illustrissimo D. præsidente, et ita conclusum et decretum fuit, ut sessio ipsa die quarla futuri mensis Februarii celebretur.

« Distinguere etiam Patres multorum mensium flexu gravissimæ controversiæ de episcoporum institutione, ac Pontificis auctoritate declaranda<sup>2</sup>, atque adversus eam præses Ferrerius, qui Gallorum regis oratori adjunctus erat, contendit in Congregatione apud Gallos invalusse opinionem ex decretis Concilii Constantiensis, Concilium esse superiorius Pontifice, nec toleraturos, ut in decretis quidquam insereretur: cui Mantuanus cardinalis legatus graviter subjecit, velle se tueri veritatem, scilicet papam Concilio esse superiorem, nec unquam id in controversiam adductum iri, cum prius legati mortem essent oppediti, quam id permisssi. Addidit cardinalis Seripandus, casum præsentem diversum modo ac discrepantem esse ab eo qui Constantiæ fuit, quia tunc schismate discissa erat Ecclesia, et plures Pontificatum gerebant, nec absolute Constantiense Concilium declarare voluisse Concilium, nullo vigente schismate, esse superiorius Pontifice, sed spectare ad Concilium declarare quisnam esset Pontifex, ac schisma tollere, ambiguosque Pontifices illi subjici, idque decretum latum pro casu urgente tunc temporis; jam vero Pontificem verum esse, atque indubitatum, nec ab ullo, qui sibi Pontificatum arroget, controversiam moveri, ut vero Galli illi adversarii nolunt verbum decreto inseri, quod officiat ipsorum opinioni, ita velle legatos inseri decreto ea verba, quæ supremæ auctoritatis Pontificiæ veritatem illustrent.

4. « Cæterum Galli illi<sup>3</sup>, qui Basileensem schismaticorum, de quibus suis locis actum est, opinionem exsuxere, parum acule in ea controversia videbant, qui nesciebant distinguere inter hominem pictum, et vivum ac spirantem: inter id quod consecratum non ambigitur, et id quod consecratum ambigitur: atque inter Pontificem dubium et controversum, et non controversum, ut perspicua sit fallacia, si ab uno ad aliud prædicta transferantur. Eo vero progressam aliquorum Gallorum theologorum temeritatem, refert Gabriel Palæottus, ut etiam de Concilio Florentino male obloqui non perhoruerint, quorum inscrita in Annaib[us] perspicue confutata est. Porro Galli prudentia magis exaggerata, quam præses Ferrerius, qui apud aliquos hæreseos suspicione laborabat, de Pontificia auctoritate rectius sentiebant, atque inter eos cardinalis

<sup>1</sup> Angelus Massarel. Sac. Con. in actis Congr. ante sess. vii. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 181.

<sup>2</sup> Card. leg. lit. ad card. Borr. xxiv Januarii. Extant in Ms. Fr. card. sig. num. 1344. et in Ms. card. Pii sig. num. 201. — <sup>3</sup> Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 124. p. 258.

Lotharingus dixit<sup>1</sup> videri necessarium his temporibus acerbis turbidisque contra Sedem Apostolicam, ut tam in doctrina quam in canonibus stabiliretur auctoritas Pontificia, ac deinde ageretur de auctoritate episcoporum quorum potestas ex Pontificia oriatur, viderique optimum Pontificiam auctoritatem fortiori modo constitutere, quam in Concilio Florentino constituta sit, propterea quod a quadraginta annis atrocissime ab haereticis oppugnata sit, necon a Gallis theologis, sed longe diversa ratione, qui se in Sorbonica schola ad tuenda decreta Basileensis sacramento abstingant. De his omnibus cardinalis Borromaeus certior est factus a cardinalibus legatis Tridentinis.

3. « Retulere etiam cardinales legati, ex formula decreti de Gallorum consensu et concordia cum iis inita concepti, atque in sessione ad iv Februarii indicta promulgandi, Pontificiam auctoritatem, magis quam in Florentino Concilio constabiliri, quae auctoritas longe atrocius a quadraginta annis quam unquam antea oppugnata fuit. Præterea maximi referre, ut Galli, qui de tuendo Concilio Basileensi in Sorbonica Academia fidem obstringere soliti sunt, cum doctorali gradu insigniuntur, recipient canonom in Florentino Concilio sancitum, quod divine potentiae opus videtur, ac ni illa admittatur concordia, ut nitide professus est cardinalis Lotharingus, Concilium non promotum iri, maximoque offendiculo sessionem nunquam peragendam, ac in populis pervulgandum, Catholicos in statuenda Pontificis auctoritate et primatu non consentire, inde etiam protestationes edendas ad liberius Concilium, ut aperte fari non verentur; dissolvi etiam exinde Concilium posse, et discordiarum graviorum semina pululatura.

Monuere etiam cardinalem Borromaeum, Gallos, Cæsareosque, et Hispanos inter se conjunctos, quod ex eo pateat, quod Hispani in controversia de residentia in Gallorum sententiam concesserint, Gallosque oratores mandata regia accepisse, ut cum Cæsareis consentiant, etc. Tridenti xv Januarii mœlxim ».

6. Cum vero aliquæ Gallorum petitiones implicite essent cum controversia, an Pontificia auctoritas suprema in Concilium porrigitur, eam litem concordiae alendæ studio defugientem legati sensere in litteris ad Borromaeum card. ix Januarii datis, ac xvi Januarii aliis litteris significarunt agi de concordia inter præsules, ut sessio adeo expectita celebretur, corumque dissidia magnum offendiculum populo Christiano attulisse, cum adversus haereticos multua voluntatum concessionem conjunctissimi esse debuissent, ac si dirimendum sit Concilium, pro-

videndum esse, ut Pontificis imperio dirimatur.

7. Ilis consentiunt, quæ a Gabriele Palæotto<sup>2</sup> referuntur, traditurque ab eo subjecti canonis formulam compositam, non tamen ob motas controversias promulgatam:

#### CANON VIII.

« Si quis dixerit beatum Petrum ex Christi institutione primum inter Apostolos, ejusque vicarium in terris non fuisse, aut in Ecclesia non oportere esse unum Pontificem Petri successorem, et cum eo regiminis auctoritate parem, et in Romana Sede legitimos ejus successores ad hæc usque tempora jus primatus in Ecclesia non habuisse, omnium Christianorum patrem, pastorem ac doctorem non extitisse, plenamque potestatem pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo in beato Petro eisdem traditam non fuisse; anathema sit.

« Hinc Seripandus incipit, magnam spem offerri concordiae et trarquillitatis, si occasionem agnoscant, certum autem periculum longarum dissensionum, si eam amittant. Inde in quo statu res sint proseguitur, et quid sibi cum Lotharingo convenerit. Prælati nonnulli primum respondent vereri ne deinde occasio disputandi de auctoritate Sanctissimi nostri aliquibus prebeatur, quod omnino fugiendum est. Legati omnes replicant, imo se ita cum Lotharingio convenisse, ne ullum hac de re verbum fiat, affirmasseque paratos illos esse non verbis tantum auctoritatem Sanctitatis suæ tueri, sed pro ea etiam sanguinem, si opus sit, effundere. Adidunt alii: Hæc quæ in doctrina et viii canone adjecta sunt, nec magni admodum facienda, cum ad primatum Petri spectent, qui satis perse, et auctoritate Concilii Florentini roboratus est. Legati replicant, verba hæc nuper adjecta multo ampliora esse, et quod cum post Concilium Florentinum tot haereses contra primatum sint exortæ, opportunum maxime erat illas elevare. Et præterea, cum hic bona pars prælatorum Galliæ intersit, qui Basileense Concilium adversus Florentinum semper extollant, atque Concilium Summo Pontifici solent præponere, hinc nunc opinionem illam maxime labefactandam, et occasionem tam præclaram nullatenus amittendam. Instabant adhuc alii S. D. N. qui est in possessione per tot sæcula sui primatus, non esse nostris disputationibus agitandum, et hæc omnino effugienda. Verum replicatum fuit hæc nunc disputanda, atque maxime æquum videri, ut cum de dignitate episcoporum sit dicendum, Sedi etiam Apostolicæ suus honor tribuatur.

<sup>1</sup> Card. leg. lit. ad card. Ilorr. xiv Januar. Ext. in Ms. card. Pii sign. num. 201. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. card. Pii sign. num. 201. Ibid. p. 329. Ext. in Ms. card. Pii sign. num. 201. p. 139.

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 255.

« His sublatis de vii can. triplicique ejus formula, plerique ei assentiebantur. Alii potius verebantur ne Hispani et Galli eos rejicerent. Sed adhuc, et ex nostris nonnulli varia eis, et adeo scrupulose objiciebant, ut Seripandus magna vehementia nonnulla replicaverit, inquiens, omnia munda mundis esse, et Spiritum sanctum hanc prærogativam noluisse, quin ejus verba possent prave detorqueri, cum haeretici etiam sacram Scripturam proscindant; non ita igitur strictim et anguste hæc indaganda. Idem et alii legati præsertim, quod ex fine doctrinae apparebat canones, tanquam doctrina appendices ad eam prorsus referri, ideoque secundum illius sensum accipiendos. Legati deinde per auditorem hæc perferri ad Lotharingum juberent ». Et infra :

8. « Galli oratores<sup>1</sup> maxime commoventur, quasi dedita opera inserantur illa verba *Universalem Ecclesiam*, ul papa supra Concilium esse ostendatur, quod se nunquam laturos aiunt, miranturque legatos hæc verba excilasse. Legati per auditorem illis renuntiant a se ista non proficisci, sed cardinalem Lotharingum, qui in conciliandi Patrum animis operam suam interponebat, has ad eos difficultates a quibusdam Patribus inventas attulisse, quibus ipsi responsum breviter dari curant, omniaque cum illis aperte communicanda duxerunt, non ut quidquam his verbis moliantur. Oratores respondent, se habere in mandatis a rege, ut nullo pacto hanc fieri injuriam Gallicanæ Ecclesiæ patiantur, quæ non admittit papam esse supra Concilium. Cæterum in reliquis omnibus se auctoritati supremæ papæ, ut quivis alias, tribuere. Auditores nonnulla ex tempore replicavit de summa Romani Pontificis in omnes potestate, sed quoniam longius spatium ea res requirebat, addidit, multos patres et peritissimos affirmare, ea verba nullum præjudicium afferre eorum opinioni, quoniam intelligi possunt de universali Ecclesia distributive, quatenus ad singulares Ecclesias refertur, non autem collective, prout in Synodo reperitur, hac enim ratione dixerat ei Lotharingus se convicisse prelatos suos Gallos, ut iis verbis assentirentur. Verum oratores in eo acriter persistere, ut omnino tollantur ea verba, alioquin vereri se lapidibus obruendos, si in Galliam hac opinione recepta revertantur.

« Paulo post legati Senogallensem et auditorem rursus ad Lotharingum mittunt, ut eo auctore Galli a pristino consilio avertantur. Is repetit, oratoribus constitutum, nulla prorsus ratione pati, ut dicatur papa rector universalis Ecclesiæ, alioquin paratos esse palam protestari, cum se nominatum mandatum non solum

a rege, sed etiam a centum viginti prælati Gallicis habere dicant, ne verbis hujusmodi, quæ receptæ in Galliis opinioni et schola Sorbonicæ de auctoritate Concilii supra papam refraganter, ullatenus assentiantur : se autem numquam existimasse, illis adeo explicite hoc auctoritate regia injunctum fuisse. Ait præterea repugnare eos quoque, ne dicatur episcopos vocatos a papa in partem sollicitudinis, nisi res prius a theologis disputetur, hac tamen de re eos ad protestationem non descensuros, sed disputationem tantummodo aperte non petiuros.

9. « Hæc ubi ad Patrum multorum, et præcipue Lusitanorum aures perferuntur, qui se Pontificiæ auctoritatis studiosissimos in Synodo semper ostenderunt, eligit statim eorum orator duos, quos secum regio nomine deduxerat sacrarum litterarum ac juris Pontificiæ doctrina insignes viros Didacum de Payva, et doctorem Cornelium, qui coram oratore Gallo Lansaco cum eorum theologis Gallicis congregantur, ac Summum Pontificem<sup>2</sup> rectorem universalis Ecclesie jure appellandum, disputando tueantur. Id ipsi egregie aggressi, cum multorum aliorum concursu facto, accensisque utrinque contentiosissime studiis, in vanos clamores exiret disputatio, solito congressu eadem postea litteris mandarunt, quæ omnibus Patribus innotauerunt. Extant de his litteræ<sup>3</sup> Caroli Vicecomitis ad Borromæum cardinalem, cui et aliis litteris addidit Lotharingum cardinalem opposuisse, nunquam Gallos consensuros, ut verba *Universalem Ecclesiam* in doctrinae serie insererentur. Illi nempe erant Galli falsa interpretatione decreti Concilii Constantiensis, in quo de Pontifice ambiguo actum erat, quem subesse Concilio exploratum est : obtrudebant etiam conciliabulum Basileense, quod post translationem a schismatisiticis perfidis habitum fuerat, eaque verba, quibus Pontificia auctoritas in universalem Ecclesiam illustrabatur, pro bono pacis et concordiae tollenda contendenterunt : noteabant enim præjudicium afferri opinioni illi, qua Concilii auctoritatem Pontificiæ anteponunt. Scripsit etiam fassum esse Parisiensem episcopum<sup>4</sup>, Pontificem universalis Ecclesiæ moderatorem ac rectorem, cui Ebroicensis subiecit, intelligere Sorbonicos doctores disjunctive, non collective; at eo prudenter præses Ferrerius in Congregatione habita xi Februarii, post lectas regias litteras<sup>5</sup>, quæ xviii Januarii scriptæ fuerant, de Pontifice hæc verba protulit : *In Universalem Ecclesiam plenam habens potestatem.*

« Retulit decima nona Februarii cardinali Borromæo idem Vicecomes<sup>6</sup> profleri omnes Pontificis auctoritatem prolendi supra Eccle-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. Gabr. Palæot. Ms. card. Barb. sign. num. 24. p. 257.

<sup>2</sup> Ext. in Ms. Vallic. p. 164. — <sup>3</sup> Car. Vicecom. in lit. ad card. Borrom. — <sup>4</sup> Ib. p. 345. — <sup>5</sup> Ib. p. 472. — <sup>6</sup> Ms. card. Jo. Bapt. Spadæ p. 177.

siam universalem, at Gallos contendere Ecclesiam congregatam auctoritate in ipsum Pontificem pollere: addidit in aliis litteris<sup>1</sup> xxv Februarii datis multas de ea re Congregationes habitas, ac doctorem Cornelium illustrasse Pontificis auctoritatem multis argumentis, atque ostendisse, antiqua Concilia stetisse auctoritali Pontificis, inter quæ Concilium Chalcedonense secutum esse auctoritatem papæ Leonis, eumque nuncpasse OEcumenicum, sive pastorem Ecclesie universalis. Cum autem theologi Galli affectarent Ecclesie potestatem amplificare, Pontificiamque immuniure, nec assentirentur in decreto verba *Universalem Ecclesiam* inseri, Lotharingus cardinalis in Congregatione dixit, nolle Gallorum regem, nolle Cæsarem Pontificiam auctoritatem oppugnari, sed disciplinam Ecclesiam gravissime constitui, ut a Vicecomite n Martii Barromæo cardinali relatum est. Conquestus vero est Pontifex apud Ferdinandum Cæsarem Gallos non assensisse, ut verba *Universalem Ecclesiam* in decreto ponerentur, ac multorum Conciliorum auctoritates ordine digestas rem confirmandas recensuit, quas a Cæsare cardinali Lotharingo propositas, et a cardinale ostensas Gallis theologis, ut expendant an vero sensui consequant, ac quinque Congregationes modo ea de causa habitas, retulit Vicecomes in litteris medio Martio ad Carolum Borromæum cardinalem datis. Addidit etiam episcopum Quinqueclesiensem ex mandato Cæsaris perorasse in verba Concilii Pontificiam asserentis potestatem, ac multas in scriptis sententias pro Pontificis et Conciliorum auctoritate ostendisse, illique Granatensem subiecisse, de his non agendum cum Hispanis, qui Concilium Florentinum sanctissime colant, sed cum Gallis iis, qui illud non admittunt.

10. « Percusso sane horrenda cœcitate constat eos, qui Florentinum Concilium non admittunt, [in quo Pontifex cum tot Latinis et Gracis præsulibus, ac præsente Graecorum imperatore interfuit, conjunctionemque veterem cum Gracis, cum Armeniis, cum Jacobitis, cum Æthiopibus redintegravit], atque Basileensem Conciliabulum amplectentur, quod ab uno tantum pseudocardinali, et ex episcopis circiter decem ad discindendam nefario schismate Ecclesiam conflabatur, ut suis locis illustratum est. Quam vero male ii Galli doctores meriti sint de regibus Galliæ, patet ex funestis eorum operibus, nam cum Alphonsus rex Aragonum odio Eugenii IV qui Gallicas partes tuebatur in Neapolitano regno, seditionem in Basileensi Concilio concitat, Turoneensis archiepiscopus Gallici nominis proditor factioni adversus Eugenium adhaesit, ex qua discordia Galli Neapolitanus regno depulsi sunt. Deinde Basileensis

conciliabuli decretorum tuendorum specie incitatus est a perfidis nonnullis, verissimis Gallicæ gloriæ hostibus, Ludovicus XII adversus Julium II eaque de causa Galli Insubriæ et Liguriæ principatibus, regno Navarræ exciderunt; ex quibus constat eos de Gallico nomine pessime meritos, qui Basileense conciliabulum fecerunt, cum illud etiam Carolum VII et Ludovicum XI insectatos, suis locis demonstratum sit. Porro Sorbonica Academia vetus Pontificium auctoritatem ardentissime tutata est usque ad schismatis aduersus Urbanum VI, in quo schismatis, ut se expediret ab anathematismis anti-papæ Petri et Luna Pontificiam auctoritatem oppugnarunt, ut ex Juvenale Ursino constat: quorum argumenta aduersus ambiguum, non vero aduersus non ambiguum Pontificem valuebunt, ut alias ostensum est. Quod si Verdunensis episcopus<sup>2</sup> interrogatus cur a Gallis Florentinum Concilium pro OEcumenico non habetur, respondit, Quod in eo tantum Itali præsules cum Orientalibus antea schismatis interfuerint, ex hoc sane responso patet, multo minus habendum pro OEcumenico Basileense conciliabulum, cui post translationem multo pauciores interfuerint, ac falsissime jactatum ab iis universalem repræsentatam Ecclesiam atque impie et imperie in nonnullis editionibus inter alia Concilia OEcumenica ea Acta inserta fuisse ac circumferri, quibus indocti illuduntur ».

11. At Gallis theologis opinionem suam pertinacius propugnantibus, legatos cardinales ad eos in concordiam redigendos studia converrisse, narrat Gabriel Palæottus<sup>2</sup>: « Legati autem, cum hæc quotidie increbescere magisque impliari animadvertunt, accersunt patriarcham Hierosolymitanum, Hydruntinum, Rossanensem, Tarentinum, Reginensem, Lanicensem, Mutinensem, Albiganensem, Senogallensem, Vestanum, Neocastrensem, Parmensem, Vintimiliensem, auditorem, advocationem, promotorum, narratoque statu rerum mandant eis, ut quod opportunius duxerint, accurate cogitant, ad eosque referant. Interim litteræ<sup>3</sup> ex Urbe nuntiarunt, ut si aliter res sedari nequeat, loco verborum illorum *Universalem Ecclesiam* dictator *Universas Ecclesias*, aut *Christifideles*, aut *Ecclesiam*: ceterum verba etiam aliquot alia mutarunt, ne desumpta ex Concilio Florentino videantur; etenim si ex forma verborum illius Concilii hic canon componeretur, prout ante factum erat, tunc absurdum videbatur hæc sola verba *Universalem Ecclesiam* inverttere. Figitur evitandi hujus incommodi causa placebat, ut sensus idem aliis tamen verbis retineretur;

<sup>1</sup> Ib. p. 177. Ib. p. 187 et 175. Ib. p. 191. Ib. p. 207.

<sup>2</sup> Ib. p. 262. — <sup>2</sup> Gabr. Palæot. in Actis Ms. Conc. Trid. Ext. in Ms. Fraue. card. Barb. sig. num. 24. p. 258. — <sup>3</sup> Act. Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 258.

reliqua prudentiae legatorum committebantur».

Verum Galli adhuc in eo vehementer persistebant, ut nihil bac de re prius statueretur, quam disputatio publice proponeretur, aliquoquin graviter se laeos iri ostendebant, cumque eis objiceretur, jam id in Concilio Florentino definitum, ipsi non verebantur Concilium id schismaticum appellare. Obsecratos hac crassissima ignorantia ex illius Concilii historia a nobis suo loco demonstratum est. Et cum replicaretur imo in Concilio Lateranensi sub Leone X omnes status Galliarum approbasse Concilium Florentinum, dicebant ipsi Universitatem Parisiensem semper restitisse. (Quasi vero Concilia illa OEcumenica desinant esse OEcumenica ac fiant irrita, nisi Academia Parisiensis iis assenserit, ac non potius Academia Parisiensis rea schismatis tunc fuerit, si resistere ausa sit, vel Galliarum presules Academiae illi sint obnoxii) ideoque non praevente disputatione haec nequam ab ipsis recipienda. Quocirca ut haec majori adhuc maturitate indigere viderentur, respondent legatis prelati illi, quibus consultandi munus datum fuerat, commodius videri ut Sessio in ulteriore diem protrahatur, interimque sedandis lis controversiis opera omnis adhibeatur, ac tantisper deabus Ordinum ac sacramento Matrimonii, si placebit, agatur. Quod quidem, tum legatis, tum Lotharingo, ac Madrutio mire probatum fuit, praeferimus, quod cum Lotharingus vere omnia conatus fuisse diceretur, ut Gallos flecteret, quamvis oratoribus ipsis, et episcopis, et theologis minoribus Gallicis refragantibus nihil effecisset, spes tamen nostros non deserebat, illos ab eodem Lotharingo commodius mitigari posse; sed et ille, cum nova quotidie discordiarum semina spargerentur, suspicatus, ne eo nomine ab aliquibus apud Sanctissimum in culpam vocaretur, litteris suis<sup>1</sup> ad eundem rei totius progressum prosequebatur, rogans etiam illius Sanctitatem, ut verba illa de *Universali Ecclesia* omitti prætermitteret, quibus Gallica natio vehementer perturbatur, nec afflictionem addi afflito, benigne patiatur. Opinatus est quoque Cæsarei sigilli præfectus expungenda et decreto verba *Universalem Ecclesiam*, ne lis de potestate Pontificis suprema in Concilium agitaretur.

12. *Querela cardinalis Lotharingi de creatione cardinalium, pendente Concilio.* — XVIII Januarii habita est Congregatio, in qua cardinalis Lotharingus questus est, multa Romæ fieri contra Conciliorum decreta, atque etiam adversus Tridentini auctoritatem, cum Pontifex duos cardinales jure suo renuntiasset, hanc enim fuisse querelarum causam illustrat Gabriel Palaetus<sup>2</sup>:

<sup>1</sup> Carol. Vicecom. in lit. ad card. Borr. Ext. in Ms. card. Joan. Bapt. Spada p. 200. — <sup>2</sup> Ms. Fr. card. Barb. Auctore Gabr. Pal. p. 308. Astulph. Servant. in Actis card. leg. card. Pii Gabr. Palæ.

« Litteræ ex Urbe satis improviso nuntiant duos cardinales die festo Epiphaniæ a papa creatos fuisse Fridericum Gonzagam nepotem Mantuani, et D. Hernandum filium ducis Florentiæ. Haec res valde omnium animos perturbavit, nam pendente Concilio, in quo de ordinanda Ecclesia quotidie tanta severitate agitur, nemo existimasset, nulla necessitate urgente, duos cardinales, quorum alter ætate annorum octodecim, alter undecim esset, eligi debere. Qui papam tuebantur, aiebant eum non solum exemplo Pauli III et Julii III voluisse pendente Concilio cardinales promovere<sup>1</sup>, ne Pontificia potestas Concilio subjecta videretur, verum etiam, ut ducem Florentinum in ore sublevaret, cui nuper filii duo, alterque ex iis cardinalis, et simul uxor ejus ducissa obiissent. Hac occasione, et Gonzagam additum in gratiam cardinalis Mantuani, qui cum veteribus calumniis circumventus abdicandi se ab hoc legationis munere interdum sibi facultatem dari postularet, voluisse nunc papam, etsi nonnulli alias de eo suspicari visus fuerat, nunc tum re certius comperta, hac dignitate, dudum ab eo nepoti suo expedita, illius animum adversus inanes voculas vulgaresque rumores munire ».

Addit Astulphus Servantius<sup>2</sup> a decima octava Januarii, usque ad ultimum diem nullam fuisse coactam Congregationem ob gravissima presulium dissidia, quorum pars contentebat agendum de jurisdictione episcoporum, disceptandumque de Pontificis auctoritate, at partem aliam longe ampliorem accerrime adversatam quod iniustum diceret, revocare in dubium auctoritatem vicarii Christi, adeo certam firmamque, atque a tot Conciliis et sanctis Patribus comprobata, nullaque ratione assensisse, ut de ea lis moveretur.

13. *De residentia oritur quæstio.* — Oborlam etiam dicit aliam gravem controversiam inter deputatos presules, quibus præerant Lotharingus et Madrutius cardinales, de reformando residentiæ decreto, flagitante eorum parte, ut declararetur, quo jure ad residendum obstricti essent episcopi, an divino, an positivo a Pontifice sancto, eaque de causa Granatensem atque Hydruntinum acerbis inter se verbis certasse; quæ vero ea fuerint, retulere cardinales legati<sup>3</sup> cardinali Borromæo, dixisse in Congregatione Granatensem, eum qui diceret non esse præcepti divini, ut episcopi pascant gregem et munera episcopalia exerceant, hæresim asserere: cum vero Hydruntinum his verbis innueret, addidisse, quempiam dicere posse hæresim, non tamen hæreticum esse.

to. II. initio ex Bibl. card. Pii. Act. Cons. vi Jan. Ms. car. Spada sig. num. 134.

<sup>1</sup> Gabr. Pal. in Act. Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. et Ms. card. Pii tom. II. — <sup>2</sup> Act. Tric. per Astulph. Servant. xviii Febr. — <sup>3</sup> Card. leg. Ep. ccxxxiv. xxiv Jan. MELXII.

Plura eo argumento docte et pie disceptata fuere, ex quibus haec a Gabriele Palæotto delibanda videntur :

« Quinqueclesiensis dixit : Triplex est residenzia. Prima superstitionis, ut quidam scrupulosi aiunt, ita ut nec majori charitate urgente, nec ex causa obedientiae, aut necessitate Ecclesiastica velint abesse, ut etiam Segobiensis et cardinalis Lotharingiae adverterunt, dico igitur hanc esse juris superstitionis. Secunda est hypocritica, ubi quis residet, ut gregem tantum tondeat, mulgeat et omnia expileat, et ista est juris diabolici. Tertia nascitur ex re ipsa, quod est vere et fideliter pascere, et exclusi legitimis causis, ut exemplo, prædicationibus, Sacramentis erudit populum, et hanc, si dicrem non esse ex jure divino, viderer mihi parum fidelis esse; atque hoc vocabulum residenzia licet non reperiatur in sacris Litteris, res tamen ipsa satis inventitur, prout Purgatorium, Confessio auricularis, Trinitas, Consubstantialis, Missa, et similia. Sicut igitur de auriculari Confessione in eodem modo Concilio cautum est, esse de jure divino ex necessaria consequentia, non video, cur non idem et in residenzia sit dicendum, nam et praxis Ecclesiæ, ad quam semper configendum est, id docet, quæ recens consecratis episcopis præcipit, *Vade, et prædicta populo.* Igitur nisi legitimate impeditus sit, utique jure divino tenetur.

« Secunda propositio, an hodie expediat declarari, dubium facit primo, quia tot annis mille quingentis sexagintis duobus nihil unquam tale statutum. Secundo, quia aditus aperitur bæreticis ad oppugnanda decreta Ecclesiæ. Tertio quia diminuit jus papæ, ne possit dispensare super residenzia; hanc rationem episcopus, qui concionatus est, ne declararetur residenzia juris divini afferens, haec addidit : Quid crebrius nobis hereticci objiciunt, quam Pontificis nostri Maximi sanctiones, tanquam humanas non aestimandas, divinas vero voces solum amplectendas? Parumne est, ut hæ hereticorum in Ecclesia Catholica calumniæ Concilii OEcumenici auctoritate videantur comprobari etc? Quarto non tenetur Concilium declarare omnes veritates, sed tantum, quæ controversæ sunt inter hereticos. Quinto quia jus divinum æque in omnibus est retinendum, sed variae sunt Ecclesiæ, in quibus non possunt pastores permanere ob injurias secularium, et quia necessarii sunt episcopi in consiliis principum pro utilitate Ecclesiæ et alias ob multas causas.

« Verum et in contrarium, quod imo expediat illud. Primo, quia est necessaria reformatio maxime hoc tempore, et in hac re. Secundo, quia in deploratissimis rebus configunt medici ad extrema remedia, sic hoc tempore ad jus divinum recurendum, cum alia non possint. Tertio, quia principes ita cessabunt ab

injuriis, cun videant jure divino hoc statutum. Quarto quia non potest id amplius omitti absque maximo scandalio, et populi expectant, an simus justi judices in causa nostra, etc ».

Addidere etiam nonnulli inductam fuisse nimiam licentiam<sup>1</sup>, ut praesules in regum et principum aula versentur, ut ambitioni aut voluptati sue lenocinentur, eamque ut multorum malorum causam excindendam.

« Haec tenus, inquietabant, qui anlas Pontificum et regum ambitionis aut voluptatis causa sunt secuti, id forte sibi licere existimabant, quod inde non expellebantur, nec errare, quod non plectebantur. Ita factum est, ut dum quisque sibi quod alteri licere putat, omnes pariter de via decesserint, quodque exemplo faciebant, id jure etiam se facere arbitrarentur, nunc cælesti hac lege promulgata, omnes errorum tenebrae disjiciuntur, nullusque collundendi, connivendi, titubandive angulus relinquitur, nam si homicidas, si fures, si raptiores magistratus de medio tollunt, quod divina lex, cuius ministri sunt, in eos jubeat animadvertisi, nec principibus quidem licebit sustinere, ut vagi circumforaneique episcopi sibi ante oculos versentur, sed eos statim ad supremum Ecclesiæ antistitem deferent, quandoquidem hoc juri divino intelligent repugnare. In aliis legibus dubitare quisquis potest, ne aut calliditate aliquando eludantur, aut desuetudine tollantur, aut temporis injury aboleantur. At divinum jus quacumque fraude perverti, aut temporis cursu imminui, aut exquisitis ullis artibus non poterit violari ». Institisse Hispanos praesules acerrime, ut residenzia juris divini promulgaretur, referunt cardinalium legatorum litteræ<sup>2</sup> prima Februarii ad Carolum Borromæum cardinalem datæ.

14. *Philiberti Sabaudiae ducis recipitur orator, cui respondet sancta Synodus.* — Ultima Januarii Marcus Antonius Bobba Augustæ Praetorianæ episcopus, orator Emanuelis Philiberti ducis Sabaudiae, in generali Congregatione exceptus est, atque ab eo subjectæ litteræ<sup>3</sup> ducales exhibite fuerunt :

« Sacrosanctæ OEcumenicæ Synodo Tridenti in Spiritu sancto congregatae.

« Illustrissimi et reverendissimi Patres. In tanta rerum omnium perturbatione, in qua totus Christianus orbis periclitatur, illud nobis, ut certissimum, ita unicum remedium, quod ab istius sacrosancti Concilii diu desiderata definitio dependet, reliictum esse videtur. Reliquæ enim omnes, quæ huic morbo adhibentur, medelæ, vulnus potius exacerbare quam obducere dignoscuntur. Quare et Pontifici summo,

<sup>1</sup> Ex Conc. de residenzia. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. card. Pii sig. n. 201.

<sup>3</sup> Astulph. Sorb. in Diar. Conc. Trid. Ms. Franc. car. Bar. sig. num. 1109. p. 107. Ext. in Act. vii. Sess. Ms. arch. Val. sig. num. 3252. p. 195.

qui hoc tam salubre medicamentum adhiberi voluerit, et vobis omnibus, qui vestra opera, diligentia, virtute in hanc rem prorsus incumbere, et pro religione tot labores sustinere non recusat, maxime sunt agendæ gratiæ; Christianis vero omnibus summopere gaudendum, quod religione suo pristino candori prorsus restituta, et omnibus erroribus dispulsis viam quam sequantur, veritatis, minime sint ignoraturi. Mihi quidem nulla res gratior, nec desiderabilior obvenire poterat, tum totius reipublice Christianæ causa, tum etiam populorum meorum, ut quos a bellorum anfractibus divino munere liberatos mea magna laetitia conspicio, eos etiam animarum pace fluentes majore cum laetitia intelligam. Quod si serius ad vos oratorem et procuratorem meum, qui mos omnibus Catholicis principibus est antiquus, destinavi, id facile mihi a vobis condonatum iri existimo, si varia, atque eadem gravia negotia, quæ me hactenus totum occupaverunt, considerare non deditabimini. Nunc, cum primum licuit, reverendum episcopum Augustensem istuc mitten-dumi curavi, qui et oratoris et procuratoris mei munere apud istam sacrosanctam Synodus fungatur: ab eo intellegitis, et quanto in periculo constituti simus, et quo teneamur desiderio conventum hunc vestrum unanimi consensu ad totius orbis Christiani quietem, et ad Catholicæ religionis augmentum perfici, qua denique afficiamur voluntate, vestra decreta vestrasque definitions, quantum in nobis fuerit, omnibus favoribus prosequi, et adjuvare, ut quod a vobis Spiritu sancto cooperante determinatum fuerit, id a nobis pro virili nostro sincere executioni demandetur. Valete. Taurini kalendis Januarii MDCCLXIII.

« Illustrissimarum et reverendissimarum vestrarum dominationum obsequentissimus filius dux Sabaudiae.

« EMANUEL PHILIBERT ».

13. Lecta deinde est formula mandati ab eodem duce eidem Marco Antonio Bobba episcopo Augustensi oratori dati Ripolis prima Januarii ejusdem anni, qua perfecta memoratus episcopus insigni oratione, quam apud Labbè invenies, ducis Sabaudiae constantissimam in defendenda religione pietatem, studiumque flagrantissimum, neconon quantis periculis cinctus esset ab hostibus fidei, exposuit, cui nomine Synodi hoc responsum redditum est :

« Responsum sanctæ Synodi in admissione oratoris illustrissimi domini ducis Sabaudiae.

« Reverendissime domine, ac illustris orator. Multa sunt et quidem graves rationes, quæ sanctæ hujus OEcumenicæ Synodi animum et voluntatem excitare debent ad ea omni diligentia persequenda, et juvante Domino perficienda, quæ summa bonorum omnium approbatione

instituit; hoc enim Christianæ reipublicæ afflita sane et misera conditio postulat, fidelis populus non solum expectat, sed etiam flagitat, charitas suadet, et Sanctissimi domini nostri Pii IV Pontificis Maximi summa auctoritas suo jure expetere videtur. Verumtamen spes illa, quæ in dies major bene gerendæ rei ostenditur, ita ejus studium commovit, ut sua sponte satis incitata nullius cohortatione indigeat; nam ut omittamus, ejus benignitate, in cujus manu corda sunt regum, factum est, ut præter omnium opinionem pax inter Christianos principes constitueretur, sine qua aut Generale Concilium cogi, aut de eo convocando ne cogitari quidem ullo modo poterat; cum sancta Synodus animo repetit, quæ deinde consecuta sunt, in maximam spem adducitur fore, ut Deus sanctæ Ecclesiæ calamitates miseratus laborum suorum exitum afferat, quem omnes optant. Ac primum quidem illud mirum videri debet tantum brevi temporis spatio ex remotis et disjunctissimis locis Patrum concursum factum esse, deinde poste aquam de gravissimis rebus agi cæplum est, quamvis in deliberando nonnullæ interdum et variæ disputationes orirentur, quod alia ratione veritas satis elucere non posset, tamen in decernendo summa inter omnes et vere Christiana consensio nunquam defuit. Præterea in quo omnia fere esse posita videntur, tanta Catholicorum principum alacritas, tam propensa in orthodoxam fidem omnium voluntas, tanta animorum conspiratio, tot honestissimis legationibus declarata est, ut hoc veluti certissimum constituendæ Ecclesiæ pignus a Deo immortali sacrosancta Synodus habeat. At vero inter cæleros maximi nominis principes, cuius se vel dignitate ornari, vel pietate et opibus plurimum juvari posse sibi persuadet, quanti facere debeat Emanuelis Philiberti optimi et fortissimi Sabaudiae ducis clarissimum nomen atque auctoritatem, multo notius est, quam ut pluribus verbis demonstrari oporteat. Ut autem multa paucis comprehendantur, satis illud argumento esse poterit, quod dux vester nobilissimi generis splendorem, ditionis amplitudinem, summam bellicæ artis et cæterarum virtutum gloriam ita cum veræ pietatis et religiosis studio conjunxit, ut simul regnandi et Catholicæ fidei defendendæ initium fecerit. Itaque, reverendissime domine, vel quod ejus principis personam geris, in quo sancta Synodus multum præsidii positum esse jure optimo existimat, vel quod te iis virtutibus ornatum esse intelligit, quæ tam gravi personæ et causæ maxime convenient, et summa laetitia venientem exceptit, et ea modo loquentem, quæ a prudenti viro et pietatis studiosissimo expectanda erant, libenter audivit, atque in posterum omnia benevolentia et humanitatis officia, quæ nunc tibi prolixe pollicetur, re ipsa multo libentius præ-

tabit : mandatum vero inum, prout juris est, benigno animo admittit ».

16. *Legati Commendonum cum instructione ad imperatorem mittunt.* — Ineunte Februario, Ferdinandus Cæsar acto Germanie conventu, in quo Maximilianum filium successorem sibi in imperio designaverat, ut ex propinquo Tridentinis actionibus Patribusque adesset, OEnipontem accesserat, oppidum ditionis sua haud ferme plus centum millibus passibus a Tridento distans. Ad eum conveniendum ex omnibus maxime idonens visus est Jo. Franciscus Commendonus, quem legati Venetiis evocatum hisce instructum mandatis, quæ postea Romam transmissa fuere, proficisci extemplo jubent.

Prefari in primis jussus est amantissima officiorum verba, ac dein exponere validissime imperatoria majestati<sup>1</sup>, ut si velit Concilium optimum progressum finemque sortiri, quem quidem ipsam expetere tanquam primogenitum et advocatum Ecclesiæ, hanc ambigendum, ea quæ spectant ad auctoritatem Pontificis prætermittat, cum Pontifex sui muneric haud ignarus, nil eorum quæ gerenda sunt pratermissus unquam sit, quod et jam magna ex parte provocavit in opus, ac in dies plura perficere meditatur. Verum si quando visum esset prudenti judicio imperatoria majestatis, ut aliqua ex iis, quæ Pontificis auctoritatem spectant, emanationi subjicerentur, suaderet Commendonus imperatori, ut ipsem cum Pontifice, remota alterius opera, hæc transigeret, neque ad Tridentinum Concilium, ubi ejusmodi agitare, neque utile neque conveniens, illa deferret. Non defuturum Pontificem suo muneri, si cum illo agat, cuius optimam mentem jam sibi cæterisque satis superque exploratam sciebant. Legatos ipsos, ubi eorum opera Cæsar in hac re uti velit, paratissimos sese exhibere, quibus perspectissimum jam erat Pontificem, tum suape prudentia, tum religionis studio nihil eorum, qua perageret consaneum fuerit, praetermissurum. Commendonus igitur ad Cæsarem veniens ab omni illum cogitatione, si qua injecta illi fuerat, novandi aliquid, aut foendi alterius cujusquam consilia, quibus arbitria Patrum labefactari, aut scindi consensus voluntasque eorum posset, abduxit, et si quid incommodæ opinionis animo ejus inculcatum a suis hæserat, feliciter evulsi. Quod quanto progressus Concilii commodo acciderit, illud documento est, quod cum Cæsar in articulis agitandis, iis se implicare vellet, quæ ad imperatorem non spectabant, cardinalis Seripandus<sup>2</sup> censuerit a Pontifice edendum Diploma, quo corruptelas omnes ac vitia excendi velle testaretur, allato Pauli III exemplo, qui Carolum Quintum non-

nulla adversus Sedis Apostolicæ auctoritatem in conventu Ordinum imperii anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto coacto decernenter gravissimo Diplomate corripuit.

17. *Septima sessionis prorogatio.* — Interea Tridenti, cum rerum discutiendarum moles excreceret, nec discrepantes inter se multorum sententiæ in unam coire valuissent, solemmem Patrum concessum prorogare iterum visum est. Die itaque tertia Februarii cardinalis Mantuanus, coacta generali Congregatione, hoc qui sequitur modo<sup>3</sup> disseruit :

*Prorogatio septima Sessionis vii Tridentinæ sub Pio IV Pont. Max. ad xxii Aprilis MDLXIII.*

« Verba illustrissimi cardinalis Mantuanii.

« Pervenimus ad diem Sessionis, sed non pervenimus ad concordiam, quæ sessionem antecedere debeat. Nam cum magnus ille peccatorum nostrorum cumulus sublatus non esset, qui inter misericordiarum Patrem et nos intercedit, illius ad nos misericordia descendere non potuit, qua contentio, quæ effusa est super principes Ecclesiæ, disperderetur. Quare coacti fuiimus cogitare de proroganda Sessione, idque faciendum erat vel ad breve tempus, vel ad longum; si ad breve, considerabamus nos incurrire posse in voculas et reprehensionem hominum iniqua loquentium, quasi nihil aliud agere sciremus quam differre Sessiones; si ad longum, timebamus ne dominationibus vestris grave videretur, cum tamdiu cessando hic detineantur. Elegimus itaque tempus, quod nobis visum est non supervacaneum, sed esse medium inter multum et parvum, breve et longum, in quo omnia, quæ mox subjiciam, tractarentur: illud vero fuit ab hac die ad feriam post octavam Resurrectionis Domini, quæ erit xxii Aprilis. Interea eupremus ut tractarentur hæc: Primum ut colligerentur abusus, qui irrepserunt in sacramentum Ordinis, et a Patribus mitterentur ad secretarium, ut proponi possint, deinde ut theologi disputarent de his articulis, qui pertinent ad sacramentum Matrimonii, ut a nobis praestaretur quod a nobis promulgatum fuit in superiori Sessione, ut simile de Sacramento Ordinis et Matrimonii simul decerneretur. Quod si Dei benignitas nos interea ex alto ita respiceret, ut omnia quæ dixi acta et transacta essent, Patresque inter se convenientissim, tempus quod sumptum esset contrahere possemus, et Sessionem maturius habere. Hoc temporis spatium nimis laxum alicui videri non potest, qui sciat quot dies ponant theologi in disputationibus suis, et quot Patres in dicendis sententiis. Deli-

<sup>1</sup> Angel. Mass. Seer. Cone. in Actis Congreg. ante sess. vii. sub Pio IV. Ms. car. Val. sig. num. 3212. et ex eo Astulph. Servan. in Act. Cone. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. 1109. p. 108. Act. Cone. Trid. per Astulph. Servan.

<sup>2</sup> Exl. in Ms. card. Spada sig. num. 131. Exlr. ex Ital. — <sup>3</sup> Ms. card. Jo. Bapt. Spada p. 175.

berent igitur dominationes vestræ, ut si tempus probabitur, dari possint die crastina articuli theologi, qui die Luna dicere incipient. Servabitur vero hic ordo. Mane dicent theologi, et a prandio Patres proponent abusus de Sacramento Ordinis; ita ut ne punctum quidem temporis frustra conteratur ».

Rogatae dein Patrum sententiae, an condicta dies pro celebranda Sessione grata haberetur; a maiore parte fuit admissa.

18. Extrahendi autem Concilii inter alias illa sœpe inerat causa<sup>1</sup>, quod episcopi ad alia, quam ad proposita responderent, nec interrumpi possent, ne exosa protestatione libertatem dicendi sibi adimi quererentur, cum putarent episcopi, ut card. Lotharingus dixit, se in regno suo modo versari, sœpe namque effrenata superbia libertas appetit apparere ac via virtutum specie inchoant, sed aspera contrarietate perturbant. Cumque appetitæ ostensionis vis ad effrenationem locutionis impellit, quasi sub studio consulendi libido erumpit apprendi.

Lotharingus quoque cardinalis expostulabat, quod graves in Romana curia corruptela inoleserent, ac Romæ sacerdotia traderentur curialibus, qui non carent Ecclesiæ, sed eam curam inopibus atque imperitis sacerdotibus committant; unde plurima Ecclesiarum excidia. Ille tolerar ultra non posse. Duos jam fratres se pro Ecclesia Catholica pugnantes amisisse. Commotum Lotharingi animum Carolus Vintimiliensis episcopus Ienire orsus, plures jam respondit corruptelas a Pontifice sublatas; ad reliquias etiam succindendas comparatum inesse animo; ceterum ne gravaretur recolere, quod olim Turrecremata in Concilio Basileensi dixerat, *Tollendum esse abusum, non usum, si ulterius promota non fuerit Ecclesiastica disciplina instauratio, non id pie mentis defectui, sed quod agendorum ordo ita exigeret, adscribendum erat.*

19. *Articuli de Sacramento Matrimonii a theologis minoris ordinis discutiuntur.* — Feria V, iv Februarii MDLXIII, propositi sunt articuli de Sacramento Matrimonii, ut a theologis minoris ordinis excuterentur.

« I. Matrimonium non esse Sacramentum a Deo institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inveclum, nec habere promissionem gratiae.

II. Parentes posse irritare matrimonia clandesta, nec esse vere matrimonia, quæ sic contrahuntur, expedire que ut in Ecclesia hujusmodi in futurum irriterentur.

## 2 Classis Theologorum.

« III. Licere post repudiatalem uxorem causa

fornicationis iterum contrahere vivente priore uxore, erroremque esse extra illam causam fornicationis divortium facere.

« IV. Licere Christianis habere plures uxores, prohibitionsque conjugiorum certis anni temporibus superstitionem esse tyranicam ab ethnicorum superstitione profectam.

## 3 Classis Theologorum.

« V. Matrimonium non postponendum, sed anteferendum castitati, ac Deum dare conjugibus majorem gratiam quam alii.

« VI. Licile contrahere posse matrimonium sacerdotes Occidentales, non obstante voto vel lege Ecclesiastica, et oppositum nihil aliud esse, quam dannare matrimonia, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se habere donum castitatis.

## 4 Classis.

« VII. Gradus consanguinitatis et affinitatis descriptos Levit. cap. 18 præcipue servari debere, non plures, neque pauciores.

« VIII. Solam impotentiam coeundi, et ignorantiam contractus dirimere matrimonium, causasque matrimonii spectare ad principes sæculares.

20. « Nona Februarii, feria tertia, exuti cæpti sunt ii articuli a theologis, atque Alphonsus Salmeron Hispanus primæ classis theologus, idemque Societatis Jesu, a Summo Pontifice missus, circa primum articulum ita peroravit :

« Præmisit aliud esse cærimoniam sensibilem in Sacramento Ordinis, aliud potestatem, que conferunt, ita in Sacramento Matrimonii quod est conjunctio maris et foeminae inter legitimas personas, qua non est conjunctio corporis sed animorum, alias inter Joseph et beatam Virginem non fuisset legitimum matrimonium, unde dicitur una caro, et unus homo, et una persona fictione juris positivi, non ratione conjunctionis carnis, sed animorum, qui debent perpetuo simul permanere; per consensum enim traditur potestas alterius in alterum, quod est contractus matrimonii, qui contractus ita habetur ad copulam, ut causa ad effectum.

« Item considerandum, quod matrimonium dicitur Sacramentum, cum sit apud omnes gentes: est autem Sacramentum ex ratione, qua conveniunt signa sensibilia a Deo ordinata ad conferendam gratiam. Primus igitur articulus haeticus est, nam matrimonium Sacramentum est, benedixit enim Deus Adam et Evæ, quod lamen non dilucide probat, cum benedixerit etiam Deus pisces et cuncta animalia, id est, ut multiplicarentur, et quod legitur etiam de verbis Angeli ad Tobiam, quæ loca non probant,

<sup>1</sup> Lili. leg. card. Trid. ad card. Borr. sig. num. 1344. Ep. CCL. Ms. Jo. Bapt. car. Spa. p. 233. Ast. Serv. in Act. Conc. Trid. p. 108.

cum alias esset Sacramentum veteris legis, non autem novae; neque facit, quod Paulus diecit: *Mulier, quæ permanserit in fide, salvabitur per filiorum generationem, eum alia mulieres si permanserint in fide, salvabuntur.* Neque quod idem Paulus ad Thessalonenses cap. 5. *Ut unusquisque sciat vas suum possidere in sanctificationem, neque id habetur ex eo honorabile coniunctum, thorax immaculatus, quia contraponitur a Paulo matrimonium fornicationi, et alias in lege naturæ matrimonium fuisset Sacramentum.*

« Probatur autem matrimonium esse Saeramentum ad Ephes. cap. 5. *Diligite uxores vestras. Sacramentum hoc magnum est.* Item Paulus exhortatur dilectionem conjugis tribus modis, nam per pronomen ILOC Paulus matrimonium intelligit, licet aliqui, ut Methodius discipulus Augustini, male intelligentem de Sacramento Eucharistiae, qui sensus ab Ecclesia ignoratur. Aliqui dicunt intelligi de iis, quæ ibi sequuntur, ut sit mysterium magnum, ut Lutherus intelligit, qui intellectus reprobans, cum rei non conveniat. Sancti vero Patres de Sacramento matrimonii intellexerunt, ut Ambrosius 3, ad Ephes. et Theophilactus in eodem loco. Aug. lib. 1 cap. 21, de Nupt. et concupisc. Innoc. III in Epist. ad epie. Atrebalen. et Concil. Florent. Item est ita intelligendum, cum matrimonium sit via ad intelligendam conjunctionem Christi cum Ecclesia, est enim magnum Sacramentum, ut vir relinquat patrem et matrem propter suam uxorem, nam in Novo Testamento matrimonium est quid divinum, quod non erat in veteri.

« Responditque ad argumenta, quæ contra adducuntur. Verba Moysi: *Propter hoc relinquet, etc.* Verba illa significare matrimonia omnia in genere. In Novo autem Testamento matrimonium est Sacramentum, quia significat unionem Christi cum Ecclesia, et hac ratione gratiam confert.

« Et cum dicunt Paulum dixisse mysterium, etc. Respondeo idem significare apud Latinos, quod Sacramentum. Et cum dicant matrimonium esse quid publicum, ego respondeo omnia Sacraenta esse publica et visibilia, sed continere secreta mysteria, quæ non apparent. Neque repugnat, quod aliqui Patres alter locum illum intellexerint, eum unus locus Scriptura plures possit habere sensus, ut facit de verbis illis: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

« Quod ad Traditiones: Concil. Carthagin. 4, cap. 12, Constan. sess. 15. Flor. et hoc Trident. Item Leo. Ep. 76. ad Rustic. Innoc. I. Ep. 9. Innocent. III. ad Episc. Atreb. Lucius III. cap. 9. ad abolendam de haeret. Martin. V. in Bull. Cone. Constantien. Tertull. lib. 2. ad uxorem. Augustin. lib. 1 d. Nuptiis et Concupisc. et lib. adv. haereses, haeresi 90. in lib. Altere. Synag. Bernard.

serm. 60 et in Vit. Malachiae episc. Hibern. Responditque ad argumenta contraria.

« Primum cum dicunt matrimonium non habere materiam et formam, respondit id esse falsum; est enim ratione generica Sacramentum, licet specie differat ab aliis: convenient autem in una ratione univoca, Thomas enim inquit materiam esse dationem dexteræ et annuli, et formam verba, vel si nulus interveniat loco verborum.

« Cum dicunt non adesse ministrum; respondit quoad sacramentalia esse sacerdotem, quoad essentialia ipsosmet inter se consentientes.

« Idem cum dicunt quod alias non esset matrimonium, quod contrahitur per procuratorem. Respondeo quod etiam in eo est vera ratio Sacramenti, nam licet ordinarie contrahatur per consentientes, in casu tamen fit per procuratorem.

« Item, quod dicitur intervenit pecunia<sup>1</sup>, ergo non est Saeramentum. Pecunia non datur Sacramento, sed pro sustinendis oneribus matrimonii, ut cum venditur calix consecratus, vel sacerdos locat operam suam. Et quod Dionysius non meminerit hujus Sacramenti in Ecclesiastica Hierarchia, respondeo, Dionysium intendere ibi lexere Hierarchiam Ecclesiasticam, ad quam non spectat hoc Sacramentum.

« Quoad articulum secundum de clandestino matrimonio, Lutherus ea matrimonia non rata esse asserit, clandestina autem dicuntur, quæ sunt absque testibus, ut Alex. papa. Item quæ privantur solemnitatibus Ecclesiae, ut Evaristus cap. aliter 30 q. 1. Item quæ sunt absque publicis proclamationibus, ut habetur in c. Cum inhib. de cland. desp. An autem sint legitima? Respondeo, si respiciamus leges quæ matrimonium praescribunt, sunt illegitima, quia contra eas contrahuntur. Si autem respicieamus essentialia matrimonii, ea rata et firma sunt, ut Gen. 2. *Propter hoc relinquet, etc.* ubi non relinquuntur, nisi consensus, etc. et Tobias contraxit, inscio parente. Nicol. I. cap. Sufficiat, 27. quæst. 2. Chrysost. super Matth. Isidor. in cap. Tuæ Fraternitati de sponsal., in quibus requiritur tantum consensus. Alex. c. Licet de sponsa duo, ac etiam Innoc. 3. et Alex. cap. Quod nobis, Eucharist. in cap. Aliter in fin. Ambros. Ep. ad Sisinium et lib. 1. de Virginibus, et ab Ecclesia Romana uti rata et firma recipiuntur.

« Preterea est ibi materia et forma, neque accidentia essentialiam rei variant, neque omissione accidentium Sacraenta minus constituantur, et licet leges aliquando sic contrahentes puniant, non tamen matrimonia invalidant, sed debent contrahi ab iis, qui pervenerunt ad annos pubertatis, qui licet filii familias sint,

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv.

liberi tamen sunt, neque a parentibus cogi possunt; nisi qualenus ratione compelluntur, nam consensus parentum nullus est, nisi consensus filiorum accedit, ut Hormisd. decret. Epist. declaratur, de qua in cap. Nullus 30, quæst. 5. Et sicut servus contrahere potest, repugnante domino cap. i, de conjug. ser., multo magis filii, cum major sit potestas dominorum in servos, quam parentum in filios. Responditque ad argumenta adversariorum, ubi Scripturae testimoniis probatur, parentes dedisse uxores filiis, ut Isaac Jacob. Item respondeo Rebecchæ etiam consensum requisitum fuisse, Visire, etc. et tunc expedivisse, ut uxores alienigenæ non caperentur. Ecclesia autem potest hujusmodi matrimonia irritare, ut invalida, sicut invalidare potest alios contractus et prohibere, gradus dilatare et restringere, quia materiam inhababilem reddit. An aulem expediad id fieri, proposuit scandala, quæ ex irritatione et quæ ex invaliditate oriuntur, eaque attendenda sunt, quæ majora sunt, multaque ex ultraque parte retulit, sed judicium reliquit arbitrio Syndici.

21. In proximis Congregationibus alii theologi disseruere, utque spectantia ad hoc argumentum conjungamus, licet ordine temporis posterioria fuerint :

Decima-septima Februarii Congregatio habita est, in qua Petrus Sotus Ordinis Sancti Dominici Hispanus hæc verba<sup>1</sup> fecit :

« Ad tertium articulum, si licet dimissa uxore per fornicationem aliam ducere vivente priore uxore, respondeo hæreticum esse, licet quæstio hæc dubia aliquantulum in Ecclesia fuerit, unde Aug. cap. 8, de fide et operibus dicit, in ea aliquem posse venialiter falli, Origenes super Matthæum refert plures episcopos permisimus alterius conjugium.

« Nunc autem hæc quæstio in Ecclesia explicata est, ut nullo modo liceat alteram uxorem ducere, quod auctoritatibus sacrae Scripturæ comprobatum est. Paul. ad Rom. 7, ait *Mulier, vivente viro, alligata est, si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege*. Vivente igitur viro, non licet aliam ducere, ut I Cor. 7. *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est; cui vult nubat*. Non igitur unquam licet, vivente altero conjuge, alii nubere. Quæ verba clara esse Augustinus ad Pallentium docet, nam probatur Marc. 10. *Quicumque dimiserit uxorem, et aliam duxerit, mæchatur, neque intelligendum dimissionem nisi causa fornicationis, cum Matth. 19 cap. juxta Marcum et Lucam intelligendus sit*.

« Probatur idem a Paulo eod. 7 cap. I Cor. cum inquit; *Non ego præcipio, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quod si discesserit,*

*remanere immuptam*, quod Paulus intelligit etiam quod causa fornicationis discesserit, presupponit enim cum causa discessisse, scilicet ob fornicationem, cum alias id non licet uxori ad libitum sine causa discedere, quod etiam Paulus dixerat: *Nolite fraudare ad invicem*, Et *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir*; presupponit igitur mulierem cum causa discedere, quod non licet, nisi ob fornicationem; ergo cum dicit, quod si discesserit, intelligit, ob fornicationem; dimissa uxore, non habet aliam ducere priore vivente: et cum Math. 19 Christus dixit: *Excepta causa fornicationis, loquebatur Phariseis, qui usi erant libello repudi, non sic autem locutus est cum Apostolis, ut referunt Marcus et Lucas. Praeterea cum matrimonium sit Sacramentum, et vinculum supernaturale, non ex natura, neque de libero arbitrio pendens, sed indissolubile, nulla ex causa dissolvi potest. Quod enim Deus conjunxit, homo non separat*. Sacraenta enim obligationes quedam sunt, Dei gratia et sigillo regio obsignatae, quod nulli hominum dissolvere licet, ut Aug. lib. 19, cap. 10 contra Faustum declarat, qua ratione Baptismus non reiteratur. Matrimonium igitur sigillo Dei obligatum nulla hominum auctoritate, nullaque causa dissolvi potest, ut refert Aug. lib. 19, cap. 10, de Bapt. et Conjugio, cum ait: « *Hujus Sacraenti res est, ut conjuges inseparabiliter vivant* », et lib. 2, cap. 5, de adulterinis conjugibus, cum dicit: « *Excommunicatum autem perseverantem in ea excommunicatione non amittere Baptismum, sic nec conjuges per fornicationem amittere vinculum matrimonii* », ut idem Hieron. in 19. Math. et in Epiphilio Fabiolæ: et B. Thomas super his verbis *Excepta causa fornicationis*, dicit, ea verba referenda ad primam clausulam, ut excipiat a priori sententia, non a secunda, ut scilicet liceat dimittere uxorem ob fornicationem, sed non aliam ducere. Idem dicit Concilium Milevitani cap. 16, quod ab Innoc. III. Ep. 37 confirmatur. Etiam Innoc. III de divortio in pluribus capitibus, et id tota Ecclesia post Aug. tenet et sentit.

« Respondit ad hoc quod Cajetanus contra hanc veritatem dicit, negaremus decreta Pontificum, quod nullo modo fieri debuisset, nam Romanorum Pontificum definitiones rejici non possunt, cum præsentim accedit universalis Ecclesiæ assensus, ut in casu nostro.

« Quod igitur de polygamia aiunt, et hæreticum est, et contra consensum Ecclesiæ, decreta Pontificum, et verba Christi, *Eruunt duo in carne una*, non autem plures, etc. ».

22. Hispani theologi queruntur quod sibi anteponantur in ordine dicendi Sorbonici doctores. — Dum de his dissertarent theologi<sup>1</sup>, absurd-

<sup>1</sup> Astolph. Serv. p. 114.

<sup>1</sup> Leg. car. in lit. ad car. Borr. Ep. ccxlviii. lb. Ep. cccxxix.

dum quid contigit, ut theologi Hispani graves iras conciperent, quod post Pontificios theologos datus esset locus Sorbonicis, septimaque Februarii inique interminati sint ministri regni, regem Hispaniae eam injuriam etiam armis ulturum, ac a Sede Apostolica defecturum, vel eam in Hispaniam translaturum, quibus responsu est: indigna haec esse Catholici regis dignitate ac pietate, qui ne quidem a Pontifice discesserit, qui bellum cum eo gesserat. De quibus cardinales legati ad Borromaeum card. scripsere; cui etiam antea significarant, regem Catholicum scripsisse, nolle se de puncto honoris pugnas inire, ubi de bono universali agitur; verumtamen Luna comitem proedriam ante Gallorum regis oratorem affectare, ex quo honoris et dignioris sedis ambitu adeo crevit contentio, ut in maximum dissolvendi Concilii eventusque Christianae reipublice discrimen veniret, ut suo loco dicetur.

23. *Litteræ Galli regis, oratoris ejus allocutio et Synodi responsio.* — Celebrata est undecima Februarii Congregatio Generalis, in qua litteræ Caroli IX regis Galliarum ad Concilium perlectæ sunt, quibus Tridentinos Patres certiores reddebat, qualiter cruento prælio fracti essent hæretici, qui religionis nomine religionem everterant, sollicitabantque Patres, ut disciplinam Christianam instaurandam curarent, quæ littéra<sup>1</sup> a Carolo Lotharingo cardinale Patribus exhibet subjectis verbis concepta fuere:

« Carolus Dei gratia Francorum rex.

« Sanctissimis et in Deo reverendissimis Patribus, apud Tridentum celebrandæ Sanctæ Synodi gratia congregatis, salutem.

« Non dubitamus, sanctissimi Patres, quin nobis charissimus nosterque amantissimus consobrinus cardinalis a Lotharingia vos ejus nuntii participes fecerit, quem nos ad eum nuper scripsimus de felici et divinitus nobis collata victoria adversus conatus nostrorum hominum, qui falsa religionis pretextu ex ipsa sacrarum rerum prophanatione alienissimos se et in sacros Ecclesiæ ministros crudelibus exemplis, nihil se aliud conari aut quærere declararunt, quam ut Catholicæ nostræ religionis et Christianæ pietatis statum omnem everterent, et armorum vi atque injuria reliquos omnes populos nostros in errorem suum inducerent, quorum audaciæ, sicut omnes norunt, tanto nos animi ardore obstitimus et obstamus quotidie, ut nulla nos aut rerum difficultas, aut periculorum discrimen ab hoc instituto avertere aut remorari potuerit, quo sceleratis eorum consiliis ac inceptis, vel ipsam vitam nostram opponemus, cum non ignoremus in hoc toto negotio præcipue de Omnipotenti Dei honore agi, quo nihil

nobilis potest in hac vita esse charius, quam pro eo, et Catholicæ ejus Ecclesiæ statu et salute decertare, cuius ut primogenitus, et majorum nostrorum hæreditari titulo, protectorque præcipiens toti orbi Christiano agnosci haberique studiose percipio et exopto. Cum igitur certum nobis persuadeamus vos in hoc, tam felici, tamque salutari instituti nostri successu, Optimo Maximo exercituum ac victoriarum Deo gratias ex animo esse acturos, fructumque hujus beneficij ad vos præ ceteris facile intelligamus proventurum, lubenter vobiscum hoc gaudium pariter gaudente constituimus, planeque ac palam testificari hanc tam insignem tamque admirabilem victoriam nos uni Christo summo regum regi, ac bonorum omnium victori referre acceptam. Unde cum nos omni studio totaque mente laudamus, et immortali gratiarum actione prosequimur, majestatem ejus obsecrantes, ut in perficiendo quod feliciter ipsis gratia inchoatum est negotium, tanta virtutis sua praesentia adesse atque assistere dignetur, ut ad laudem ejus et Ecclesiæ pacem pro nostro desiderio cuncta sedata et tranquilla, et in antiquum studium splendoremque restituta propediem possimus intueri.

« Ceterum cum probe noverimus, sanctissimi Patres, optima et saluberrima corum malorum, quæ nos hodie hic affligunt, et pœnæ omnibus Christiani nominis provinciis impendere videntur, remedia a sanctissimis Catholicæ Ecclesiæ pastorum comitiis, pluribusque Synodis quondam petita esse atque habita, cum illi reverendissimi Patres pio injuncti sibi muneric officio de universalis Ecclesiæ salute solliciti, tam mature quam vigilanter obviam irent, et accurate enascentibus erroribus adeo eis resistere perseverarent, ut nunquam nisi extinctis illis et e medio sublati sibi parcendum esse arbitrarentur; oramus vos, sanctissimi Patres, et in Dei atque unici Filii ejus Jesu Christi nomine obsecramus, ut pro ea expectatione, quam de pietate ac paterno in se animo vestro omnes conceperunt, tam sanctam, tamque seriam rerum, quæ cum bellorum injuria, tum temporum iniquitate in populum Dei vitiæ corruptæque sunt, emendationem ac reformationem instituere atque inire velitis, ut qui ex animi levitate temere se ab Ecclesia separarunt, ex ea quam instauratam probe ac perfectly restitutam ipsis spectandam exhibebitis Catholicæ Ecclesiæ antiquam faciem, puritate atque integritate, in salutis viam facillime reducantur, atque nos, quidquid opum ac virium nobis est divina gratia munere concessum, ad Christianæ religionis tuendam dignitatem cupide impendimus, et nonobscum non pauci præstantes viri, et militia nostræ duces et præfecti nobis charissimi in eadem ista causa sibi ipsis non pepercerount, ac vitam et sanguinem suum in hoc recenti prælio

<sup>1</sup> Ms. arch. Vol. sig. num. 3192, p. 219. Ms. Fr. car. Barb. sig. num. 1109, p. 165. Per Astulph. Sér. scriptorem Ep. Telesio. Secret., in Ms. card. Pii lern. 22. in fin.

Domino Deo conserarunt, sic vos pro vestri muneri ratione eo animi candore et conscientia sinceritate in hoc ipsum, cuius gratia convenistis, ita incumbatis, ut ex sanctissimo labore vestro, verum sincerumque Dei cultum, tanquam praecepum opere vestra fructum passim renasci atque instaurari videamus, atque adeo eam in Ecclesia morum emendationem ac disciplinam vigere, que non modo placandis regni nostri procellis, sed etiam conciliandæ, et in eadem religione per omnes Christianæ Ecclesiae populos constituendæ paci sufficere possit. Datum in civitate Carnutensi die XVIII Jan. MDLXII (nimur ab incarnato Verbo).

« CAROLUS BAURDIN ».

Corruptum fuisse illius Victoriae fructum nimia in perduellos hæreticos indulgentia, affectataque cum iis pace, qui ex pacis beneficio graviora bella paratrici erant, dicetur inferius :

24. Subdunt vero Acta<sup>1</sup> : « Quibus litteris lectis dominus Raynaldus Ferrerius secundus orator habuit orationem infrascriptam :

« Quoniam ex litteris regis Christianissimi, quæ nunc recitata sunt, et orationibus non ita pridem habitis, tum eloquentissimi principis cardinalis a Lotharingia, tum eruditissimi viri episcopi Metensis, intellectis Galliarum vastitatem, et regis Christianissimi aliquot egregias victorias, nolo esse vobis, Patres sanctissimi, in illis rursus recensendis vel eo maxime molestus. Quod si vobis calamitates nostras, quales sunt, exponerem, nemo certe vestrum est, qui rem non potius factam quam factam existimaret. De postrema autem Victoria, tametsi magna et gloria quam Deus sua immensa providentia de manu victoris hostis eripuit, quid ego plura dicam, cum adhuc in mediis Galliæ visceribus vivat, et grassetur vietus inimicus? » Paulo post : « Non desunt regi Christianissimo copiæ, et propriæ, et auxiliares, illarumque imperator prudens et magnanimus princeps Guisæ dux; nihil non molitur Christianissima et prudentissima regina, piissima regis mater, quod vel ad reconciliandos vel propulsandos hostes pertinet ». Et infra : « Non eadem est hodie atlas, non mens omnibus Christianis hominibus atque erat ante quinquaginta annos; laboramus fere Catholicæ omnes eodem morbo ». Et post multa :

« Scrutatur, mihi credite, sapientissimi Patres, bona pars Christianorum hominum sacras Scripturas, relictis aliarum disciplinarum libris. Hoc ipsum perspiciens rex Christianissimus curavit diligenter ne quid mandatis nostris contineretur, quod ad illam petram non proxime accederet, quodque a Catholicis omnibus vehementer non expeteretur, et ab adversariis nullo jure repudiari aut repelliri posset. Ea autem illustrissimis dominis legatis dedimus,

ii propediem, uti polliciti sunt, vobis, Patres sanctissimi, examinanda et judicanda proponent, ad vos potissimum enim mittuntur, vestrumque de illis judicium expectat rex Christianissimus et tota Gallia ». Et infra : « Rudebunt adversarii, et dicent, Patres quidem Tridentinos scire, sed facere nolle; optimas quidem leges statuisse, eas tamen ne digito quidem attigisse, posteris tantum et successoribus observandas reliquise ». Et mox : « Qui autem nos impietatis insimulatique se olfacere dicunt in postulatis nostris nonnulla, que eum adversariorum libris faciunt, nos quidem illos responsione indignos existimamus ». Et multis interjectis :

« Quid profuerunt decreta Tridentina post duodecim annos? Quot interea omnium hominum ordines, quot provinciae, quot regna, quot nationes ab Ecclesia Romana defecerunt? Non est, Patres sanctissimi, haec Galliarum causa tantum. Valeant Galli cum suis tumultibus, res suas sibi habeant: vos Itali, vos Hispani Patres, appello: periculum ex aliis facite vobis, quod ex usu fiat, cuius magis intersit hanc veram et seriam disciplinam Ecclesiasticae emendationem fieri, cum Romani episcopi, Pontificis Maximi, summi Christi vicarii, Petri successoris in Ecclesia Dei summam potestatem habeatis, etc. »

25. Suspectus<sup>2</sup> erat hic orator de heretica lue, ut patuit ex gravissimis argumentis: liberiora tamen ejus verba studio asserendæ pacis in æquiore partem accepta fuere. Habitam ab eo orationem<sup>1</sup> specioso pietatis studio, sed aculeatam, nec intra limites modestiae Ferrerium se continuisse, scripsit Borromœo cardinali Carolus Vicecomes. His addit Angelus Massarellus<sup>2</sup> episcopus Telesinus :

« Oratione absoluta, oratoribusque locum Congregationis exequuntibus, fuerunt a me secretario lecta verba, que concepta fuerunt pro responsu eis dando, interrogative sunt Patres, an placeret?

« Tum illustriss. D. card. a Lotharingia: Quoniam, inquit, ortus nostri partem parentes, partem amici, partem patria vindicat, non possum non addere aliqua iis que domini oratores dixerunt, præsertim cum mea familia adeo conjuncta sit cum regia, ut communis sit omnium fortuna. Memini me, Tertio Regum legisse, post mortem Salomonis ad Roboam regnum devenisse, cum populi, si remittere voluisset aliquid de jugo gravissimo quod ab ejus patre eis impositum fuerat, promittebant se perpetuo obedientiarios. Accepit ille tertium diem ad deliberandum, sui consulti senes responderunt, concedendas esse petitiones populi: consulti vero postea juvenes, denegandas judicaverunt; ex

<sup>1</sup> Arch. Vat. sig. num. 3195. p. 85 et 92.

<sup>2</sup> Ext. in Ms. Vall. p. 361, et in Ms. card. Barb. — <sup>2</sup> Angel. Mass. in Actis Ms. Ms. arch. Vat. sig. num. 3192. p. 219.

quo multæ calamitatem in populo illo ortæ sunt. Quare, Patres, remittite et vos aliquid de jure vestro, ut non solum regnum nostrum, sed cunctæ gentes vobis obedient: et cum jam tri-duo immorati estis, jam tempus est ut concedantur nostra postulata. Primus enim dies fuit, cum oratores primo de hac re vobiscum locuti sunt. Secundus, cum ego idem dixi. Tertius ho-diernus. Tempus est igitur, ut aliquid a vobis præstetur. Non dico, obedite regi Christianissimo nostro; absit hoc, ipse enim rogat vos atque obsecrat: sed lenite justum ejus dolorem, et aliqua via in meliorem spem revocemus tur-batos quorundam animos. Non verba modo petimus, facta opus est. Quare responsum pla-cket; sed jam facta cupimus atque expectamus. Promissis dives quilibet esse potest. Multi prin-cipes et respublicæ, presertim Philippus rex Catholicus et Sanctissimus dominus noster Pius IV suppetias nobis tolerant: sed præci-puum auxilium a vobis rex et regnum nostrum expectat». Modeste illum perorasse pro disciplina Ecclesiæ constituta scripsit Borromæo cardinali Carolus Vicecomes. Laudavit consilium Lotharingi cardinalis Madruius, cui maxima pars presulium assensit. Addit vero patriarcha Aquileiensis: « Magnam causam habet Synodus Iætandi ob victoram Christianissimo regi præstitam, cum illud regnum e fauibus adver-sariorum creptum sit, et quæ petunt domini oratores, justissima sunt, et placet responsum, rogalque ut exequatur quod petunt».

26. Plures Hispani præsules dixerunt, placere regia postulata, modo ab eo promissa completantur, episcopus Britonensis adjecit, sanctam Synodum non esse constitutam in mora, donec petita regia proponentur per legatos: denique universi consenserunt, ut vita morumque disciplina decretis Synodalibus sanciretur.

Subdit Angelus Massarellus<sup>1</sup> Telesinus episcopus: « Approbato igitur responso, revocatis que in Congregationem oratoribus fuit a me Secretario dictum responsum alta voce recitatum, cuius tenor hic :

« Illustrissimi oratores. Quantam Iætitiam sacra Synodus cœperit ex ea victoria quam proxime Christianissimus rex vester Dei præ-sidio munitus ab hostibus reportavit, singularis pietatis significacione ab ea declaratum est; tanguam enim commune Catholicæ religionis periculum propulsatum est, et ita communibus omnium votis gratulationes habendas, et gratias Deo immortales agendas esse judicavit; at vero optima et egregia Christianissimæ ejus majestatis voluntas, quæ ex omnibus partibus in his litteris, quæ modo lectæ sunt, et in vestra oratione se ostendit, adeo S. Synodi Iætitiam et vo-

Iuntatem auxit, ut nihil illi jucundius, nihil gratius accidere potuerit, nam cum innumeræ calamitatem Catholicam Ecclesiam paene oppresserint, quis non inenarrabiliter lætetur cum di-vino consilio factum esse consideret, ut potentissimi regis puerilis ætas ita ad veram pietatem conformaretur, ut in eo laudis genere nihil a se unquam majoribus suis clarissimis regibus concessum esse præ se ferat. Atque hoc quidem Dei optimi maximæ beneficium, quo amplius existimandum est, eo ardenter studio precari, atque optare S. Synodus cogitur, ut afflictæ Christianæ reipublicæ, tanto et tam præclaro bono frui nunquam non liceat. Deinde vero summae spei regem hortatur, et per Dei misericordiam obsecrat, ut quod hactenus fecit, ejus nominis memor, quod majorum suorum fide et religione partum, ipse hæreditarium accepit, omnia sua studia et cogitationes ad Dei gloriam amplificandam convertat, sanctam Sedem Apostolicam defensam atque omnibus ornamenti auctam velit, veterem fidem conservet, illorum consiliis benignas aures præbeat, qui regni firmitatem et robur non in fortitudine equi aut viri, sed in Dei potentia et virtute collocatam esse existimant. Contra vero cum fortasse non sint defuturi, qui omnia utilitate metienda esse contendant, ac tranquillitatem et pacem, quæ non est pax, suadeant, ne patiatur optimam illam mentem, et Christiano rege dignam, quam sibi Dominus dedit, pestilentiis velut incantantium et veneficorum vocibus infici ac depravari. Sed hæc quidem optimus rex tum Dei ope adiutus, tum propter excellentis ejusdam naturæ bonitatem sponte sua impulsus, tum reginæ matris, et nobilissimorum procerum sanctissimis monitis incitatus cumulatim perficiet. Interim vero cum ille omnia pietatis officia Catholicæ Ecclesiæ benigne pollicetur et fortiter præstet, sacrosancta Synodus in eam curam toto animo incumbet, ut cum ea, quæ ad universæ Ecclesiæ emendationem pertinent, definiantur, tum vero de iis agatur, quæ privatum Gallicarum Ecclesiarum commodis et rationi maxime convenire arbitrabitur, neque unquam committet, ut ipsius diligentia et industria jure in eo requiri posse videatur, quod sui munerus esse, eujusque rei causa S. D. N. Pii IV auctoritate se in hunc sanctum et legimum cœtum convocatam esse obliisci non potest».

27. *Examen quorundam abusuum circa sacramentum Ordinis aliquot Patribus committitur.* — Dilatum ad aliud tempus hujusmodi responsum hic nobis connectendum visum fuit, ne eadem importune repeteremus. Post superiores vero litteras regias in Patrum consensu prolatas inquint Acta conscripta<sup>2</sup> ab Angelo Massarello :

<sup>1</sup> Ext. ejus lit. sup. p. 364. Angel. Mass. ubi sup. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3192. p. 219. Ms. Fr. card. Barb. sig. 1109. p. 112. Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv.

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3192. p. 219.

« Deinde illustrissimus primus praesidens dixit, eligendos esse aliquot Patres pro colligendis abusibus circa sacramentum Ordinis, ut exequamur quod a nobis nuper promisum fuit: intereaque, dum redibit illustrissimus D. card. a Lotharingia, poterunt præparari, ut deinde sanctæ Synodo proponantur. Hoc erit principium reformationis, quam domini oratores regis expetere dixerunt, poteruntque hoc eodem tempore theologi prosequi cœptam examinationem, dicereque mane et a prandio, ut eo citius examinatio ipsa expediatur; hoc enim modo, etsi nunc simus in diebus carnis privii, non tamen secundum carnem ambulabimus ».

28. *Postulata Gallorum ad Concilium referuntur.* — Tradit idem Gabriel Palæottus oratores Gallos vehementer ursisse, ut eorum postulata ad Synodus referrentur. Quenam vero ea fuerint, jam antea a nobis fuere recensita, de quibus cardinales legati ad Borromæum cardinalem scripserant<sup>1</sup>, dixisse cardinalis Lotharingum, se pro ea auctoritate, qua præ regiis oratoribus atque administris Gallis poltebat, duriora capita detraxisse ex iis postulatis, ut de Annatis atque aliis ad religionem non spectantibus; quæ vero postulata erant proposita, a toto senatu sanctiore regio fuisse confecta, propterea vero a Gallis oratoribus urgeri preces, quod Galli non retardari Concilium, sed sineri accelerari velint. Dum vero legati de iis referre ad Synodus cunctarentur, institere, ut quando nollent legati ea proponere, sibi proponere licet: quibus responsum est nolle pati legatos, ut observata in Conciliis vetus forma mutetur, quæ tenet, ut præsides Concilii proponant, atque adeo ipsos legatos proposituros omnia, quæ, vel a Gallorū regis, vel aliorum principum oratoribus, vel a quovis præsule exponebentur, modo honesta essent ac rationi consentina; quibus subintulere oratores, se a Carolo rege Galliæ mandata habere, ut postulata omnino proponerentur, quare vel ea proponerent legati ipsi, vel proponi sinerent. Ad hæc legati extraxere de industria responsum, ut illud a Pontifice exciperint, rogatusque est cardinalis Lotharingus, ut oratorum animos demulceret, donec episcopus Viterbiensis e Pontificia aula rediisset. Monuit vero ex arcano ejusdem episcopi Viterbiensis opera cardinalis Lotharingus Pontificem<sup>2</sup>, ne unquam aures daret consiliois Caesaris vel regis Gallorum circa intermissionem suspensionem Concilii; illa namque admissa, in singulis regnis et provinciis concilia nationalia coactum iri, lacerandamque graviori schismate Ecclesiam, Concilium vero Tridentinum cum maxima laude Pontificie

sanetitatis levique sumptu absolví posse. Protestantes vero vehementer contendisse ab imperatore, ut Concilium dissolvendum curaret, certus rumor increbuit.

29. Suggesta opportune fuisse hæc monita a cardinale Lotharingo, atque ab eodem sinistras suspiciones de Gallis menti Pontificiæ offusas, discussas fuisse ac deteras, scribit Gabriel Palæottus, extantque Pontificis ad cardinalem Lotharingum litteræ<sup>1</sup> exaratae, quibus se illi ob præclarissima merita vehementer obstructum professus, Galliæ regno se nunquam opera et auxilio defuisse, nec defuturum adjunxit. Insuper cardinalem est hortatus ut se ad Cæsarem conferret, illumque de Pontificia erga reformationem mente, privato omni abrupto respectu, faiceret certionem.

« Dilecto filio Carolo de Lotharingia tit. S. Apollinaris presbytero cardinali, etc.

« Dilectissime fili, salutem, etc. Ex litteris tuis die xxviii Januarii et i Februarii datis, et simul ex his quæ secretarius tuus nobis exposuit, intelleximus id quod jam ante perspectum habebamus, egregiam fidem tuam, studium, devotionem erga nos et hanc sanctam Sedem, qua de re habemus tibi gratias, ut debemus, relaturi cumulatissime, quandocumque nobis dabitus occasio tibi morem gerendi, aut quacumque in re tibi ac tuis omnibus gratum et commodum faciendi: nam quod ad ea que tibi indulsimus ac præstitalimus attinet, nihil est præ iis quæ cogitamus et cupimus, tua et tuorum omnium causa facere. Pete, fili, si quid tibi ac tuis opus est, quod possimus, non frustra petes, et nobis supra modum jucundum erit talem ac tantum virum omnibus gratis, honoribus et favoribus nostris prosequi et cumulare. Quod ad regnum Galliæ attinet, nos, et dedimus ipsi auxilium, et dabimus modo, ne ipsi sibi desint, et eam religionis rationem habeant, quam habere debent. De his et aliis planius ex episcopo Viterbiensi cognosces, quem ad te propediem remitteremus.

« Profectio tua ad serenissimum imperatorem nobis valde probatur; nobis erit gratum, si de rebus Concilii, etiam nomine nostro, cum sua majestate agas, ut tandem debitum finem sortiatur, pollicerique poteris majestati sue, omnes bonas reformationes, spreto omni commodo, emolumento, seu, quod aiunt, interesse nostro, et cætera quæcumque a bono Pontifice, bono Christiano expectanda et optanda sunt. Vale, et te Dominus felicem et incolumem conservet. Datum Romæ die xii Februarii ».

30. *De congressu Cæsaris et Pontificis agitur.* — Sollicitatus est hoc tempore Ferdinandus imperator, ut descendenter in Italiam, congres sunque Bononiae haberet cum Pontifice, ex-

<sup>1</sup> Leg. cardinales in lib. ad card. Borr. litem Ep. ccxlv. ad car. Bor. — <sup>2</sup> Ms. card. Spadæ sig. num. 31. p. 344.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Vat. sig. num. 3297. p. 66.

pressæque sunt subjectæ causæ in Pontificiis litteris<sup>1</sup> ad eumdem cardinalem Lotharingum:

« Multa sunt, quæ Cæsarem ad conveniendum hoc tempore Summum Pontificem in civitate Bononiae mouere debent. I, ut sacra corona caput suum decorari obtineat. II, ut res sacri Concilii insimul componant. III, ut quæ pro religione Christiana sibi regnisque suis petenda sunt, consequi facilius queat. IV, ut ipsius Concilii decreta, utriusque auctoritate libentius ab omnibus recipiantur. V, ut suos in Italia feudatarios, qui nobilissimi sunt duces, præsens agnoscat, et quæ jura ab illis debentur, recipiat. VI, ut cum Pontifice de omnibus ad rem Christianam pacandam convenire facilius possit. Ultimo, ut quæ, et sibi et regi Romanorum maximo sunt, tam in sacri imperii, quam reliquis ipsorum regnis munimenta et ornamenta recipere valeat. »

31. Jam pridem Pontifici consultum fuerat, ut Bononiam veniret, ut major inde ultro citroque mittendi nuntios commoditas subasset<sup>2</sup>, ac si quando opus foret Tridento Bononiam Concilium transferre, opportunior ac brevior paterer aditus; verum, nec Ferdinando translationis consilium arriserat, nec suis rebus Germania exceedere tam alieno tempore tutum videbatur, cum et domestici intus ab hereticis incussi terrores, et imminentes Hungarico regno foris a Turcis pugna intra sui imperii fines contineri suaderent. Hoc dumtaxat Pontifici significavit, se ad Tridentinum Concilium accessurum, si Pontifex quoque ad illud se conferret, ut sublati tot cunctationum impedimentis, progressus Concilii promoveretur, ut narrat Gabriel Paleottus<sup>3</sup>: « Rediit, inquit, interea episcopus Quinquecclesiensis a Cæsare, narrans male Synodum ab illius aula audire, quod nihil præclari ab eo agatur, disputationibus omnia turbentur, et quisque affectibus propriis magis quam publico commido studeat. Aiebat majestatem suam litteris ad Sanctissimum dominum nostrum hanc Patrum cunctationem mire damnare, eique resarcendæ id consilii proposuisse, ut simul Tridenti congregiantur, atque in rem praesentem veniant: id si Sanctitati sue placuerit, eum quoque quam primum hic adfuturum: sed et litteris hue perlatis significabatur omnem Synodi expectationem prorsus concidisse, postquam nihil non plenum contentionibus, iudigationibus atque prorogationibus hinc quotidianè ad eos deferebatur ».

32. *Ferdinandi querimonix de lento gressu Concilii et responsio legatorum.* — Tradidit idem Quinquecclesiensis episcopus Cæsarearum litterarum ad Pontificem scriptarum exemplum, tum etiam alias ad ipsos legatos Apostolicos,

quibus graviter querebatur de interrupto Concilii progressu, et abortis contentioneibus, cui Apostolici legali responsum<sup>4</sup> istud subintulere:

« Ferdinandi Bohemiae et Hungariae regi in imperatore electo.

« Reddedit nobis dominus Quinquecclesiensis litteras majestatis vestræ, simul et earum exemplum, quas ad Sanctissimum nostrum dedit, atque eadem illa suo sermone prosecutus est, quæ suis in litteris a nobis majestas vestra postulavit. Nos vero, qui nihil magis cupimus, quam in omnibus desiderio majestatis vestræ satisfacere, nostrumque studium et observatiā illi probare, acceptis ea, qua par est, reverentia, et perfectis majestatis vestræ litteris, legimus diligenter earum quoque exemplum, quas ad S. D. N. dedit; ex quibus cognovimus, quam ardenti zelo cupiat affecta reipublicæ Christianæ pro eo, ut supremum Ecclesiæ advalutum et protectorem facere decet, succurri. Qui zelus illius et pietas singularis, etsi pridem nobis satis perspecta sunt, tamen ex earum quoque litterarum exemplo pergratum nobis fuit, magis etiam ea cognovisse. Facit re vera majestas vestra, quod a Christiano Catholico et orthodoxo imperatore et primogenito Ecclesiæ filio factum oportet. Habet etiam justissimam causam dolendi, quod in eum statum adducte sint res hujus sacri Concilii, magnum ut scandalum et offenditionem universo orbi Christiano prebitam esse videamus.

« Sed quidquid est illud scandali et offendiculi non aliunde natum est, quam ex eo, quod ii ad quos minime pertinebat hic proponendi, quibus de rebus tractari vellent, sibi potestatem arrogabant. Quod si legatorum auctoritas valuerit, nec eorum sibi munus ex Patribus nonnulli arrogassent, longe nunc alias esset Concilii status, nec in eas hominum voculas incidisset, nec ea fuissent scandala et offendicula secuta: quin etiam, aut fuisset jam ad optatum exitum sacram Concilium hoc perduto, aut saltem ex majori parte absolutum. Ea etiam, quæ vel majestas vestra, vel cæteri principes de reformatione proponi cupiebant, jam omnia fere proposila et pertractata fuissent. Sed ubi debitus ordo non servatur, ibi talia necesse est evenire, qualia proximis superioribus mensibus non sine magno dolore nostro evenierunt; neque enim concedimus majestati vestræ, maiorem ut ipsa cruciatum ex contentionibus istis et dissidiis acceperit, quam quanto nos affecti sumus, qui propterea sumus a S. D. N. in hoc loco constituti, ut, quoad ejus fieri a nobis queat, ita res prosequi curemus, ne minime necessariae lites et contentiones aliquando excidentur: quod quidem pro fide atque officio nostro diligenter a nobis fuit curatum.

<sup>1</sup> To. x. de Cone. Ms. arch. Vat. sign. num. 3197. p. 266. —

<sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sign. 3218. p. 54. — <sup>3</sup> Act. Conc. Trid. script. a Gabr. Paleol. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 327.

<sup>4</sup> Ex. in Ms. Vat. sign. num. 3218. Ep. xciii.

« Itaque quoties de dogmatibus fuit actum, de quibus inter Catholicos, et eos qui segregaverunt seipso, controvertitur, quandoquidem ipsi ad hoc sacrum Concilium venire detrectaverunt, fecimus nihilominus, ut quidquid ad examinandas controversias illas pertineret, diligenter excutieretur, omnia adversariorum argumenta fideliter producta refellerentur, et dogmatum veritas rebus bene discussis explicaretur.

« Ubi vero vel de reformatione tractabatur, vel de his de quibus nulla esset cum his qui discesserunt a nobis, controversia, visum est nobis supervacaneum, ut aliquae disputationes fierent, sed ut præstarentur potius, quam vel disputationes fierent, vel declararentur ea, quæ ex officio præstari oportebat.

« Ut igitur ab his, quæ dederunt initium contentiones, rem ordiamur, propositum fuit a nobis, ut suas de eo sententias patres dicerent, quibus rebus provideri posset, ut in Ecclesiis suis episcopi residerent. Nihil minus cogitabamus, quam ut quo jure ad residentiam episcopi sive pastores animarum tenerentur, disputari vellemus; verum interea, cum Patrum sententiæ rogarentur, visum est uni ex illis, ut disputatione quo jure residendum esset, nam si persuasum esset pastoribus residentiam esse juris divini, facilius adductos iri ut residerent; cuius sententiam non pauci secuti sunt. Inde contentiones natæ.

« Ut autem vestra majestas, quæ fuerit aequitas et facilitas hac in re nostra cognoscat, quamvis nihil tale fuit a nobis propositum, quia tandem id a multis peti videbamus, obtemperandum illis esse duximus. Et quoniam disputatione sine magno scandalo fieri non poterat, visum est satis, ut absque disputatione residentiam esse juris divini declararetur.

« In ea deliberatione dum versaremur, admoniti sumus majorem partem Patrum declarationem hanc, aut aperte renuisse, aut saltem non petivisse, neque licere nobis juxta minoris partis sententiam decretum scribere. Itaque referendum ad Patres duximus, vellent declarari necne, residentiam esse juris divini. Illic Patrum sententiæ divisæ fuerunt; nam alii declarari, alii non pauci nihil ea de re statui cupiebant, nisi prius S. D. N. esset relatum. Cum igitur viderneremus esse multo plures, qui non declarari vellent, vel ad S. D. N. prius referri cuperent, faciendum putavimus, ut ad S. D. N. referremus; cuius Sanctitati visum est, residentiam deberi potius præstari quam vel disputatione vel declarari. Res ita peperit aliquandiu, quod existimabatur quosdam esse magis obfirmatos in sua sententia, quam ut facile de ea deduci possent.

« Interea ventum est ad tractationem de Ordine. Fuerunt a nobis themata proposita, de qui-

bus inter nos, et eos qui discesserunt a nobis, ambiguitur; de quibus autem, qui segregarunt semetipsos, nullas movent controversias, eas potius silentio tegendas esse duximus, quam ut de rebus non controversis inaniter disceptare vellemus. Verum hic iterum non satisfiebat quibusdam, nullius rei magis quam contentio cupidis; at postulabant a nobis ut hoc quoque disceptandum proponeremus, num jure divino sint episcopi instituti, et eodem jure sint presbyteris superiores? Quibus nos respondimus, quandoquidem ipsi etiam adversarii nostri concedunt episcopos esse jure divino institutos, nec ulla nobis ea de re cum illis est disceptatio, contentos eos esse debere, si superiores presbyteris episcopi esse dicerentur, etiamsi quo jure vel instituti vel superiores essent taceretur: si tamen possent ostendere, quod qui discesserunt a nobis negarent episcopos divino jure institutos, amplius nos super ea re deliberaturos. Collegerunt illi loca aliquot ex Luthero, et aliis qui segregaverunt se, descripta: verum in quibus nihil aliud præter convitia quædam et maledicta continebatur; nam etiam in Confessione Augustana manifeste declarant, qui sunt illius confessionis, quæ potestas divino jure competit episcopis, et quod illis oves divino jure parere teneantur. Visum est nihilominus cuidam et Patribus, ut diceret se suo jure proponere, declarandum quo jure sint episcopi instituti, et presbyteris superiores: cujus alii sententiam non ita pauci sequebantur; quamvis multo plures diversum sentiebant. Nos nihilominus, quamvis pauciores essent, qui tanto studio divinum istud jus urgerent, concedendum tamen duximus, ut idem essent in Congregatione publica proposituri. Quin et illud a nobis observatur, quandcumque tractatur deabusibus, ut admoneantur omnes Patres, ut quod cuique in mentem venerit, scriptum offerat ad eam rem deputatis in publica Congregatione proponendum et excutiendum: qua tamen in re fatemur delectum a deputatis adhiberi, neque statim ineptias eujusque in medium proferri. Quamobrem nihil habent Patres, quod querantur, cum semper illis proponere coram legatis, vel simul omnibus in uno loco congregatis, vel seorsum singulis licet, et habeatur eorum ratio, quæ cum judicio ab illis proposita fuerunt.

« Quod autem ad oratores attinet, eorum cæteris major etiam a nobis habetur ratio, et is semper mos observatur priusquam Patribus proponantur ea, de quibus sententiæ rogantur, quod uno, vel altero die ante, vestrae majestatis, cæterorumque regum, et principum oratoribus exhibentur, ut illi prius expendant, ac si quid in formulis his mutandum illis aut corrigidendum videtur, de eo legatos admonent: qui non raro admonili mulant et corrigunt, si quid recte ab

illis animadversum esse cognoscant, atque ita demum Patribus proponunt. Et hoc sibi certe persuadeat majestas vestra, nisi contentio hæc de jure divino, quam neque consiliarii vestræ majestatis in libello suo probare visi sunt, nobis impedimento fuisset, quod multo maximam libelli majestatis vestræ partem, imo fere totum Patribus Concilii proposuisse; itidem ea quæ Christianissimi regis nomine nobis oblata sunt; ac si minus extrema Concilio manus imposita fuisset, non procul ea tamen jam abasset.

« Hoc etiam scire cupimus majestatem vestram, præterquam quod hic naturæ ipsius ordo postulat, ut propositiones sicut ejus nomine, qui principem in aliqua Congregatione locum tenet, sicut etiam in imperii majestatis vestræ, et aliorum regnorum comitiis fieri consuevit, decreto hujus sacri Concilii, quo die primum fuit aperatum, potestatem hanc proponendi legatis esse concessam, quidquid enim facimus, ex decreto Concilii facimus, cui nemo contradixit præler unum, aut alterum, per quos factum est hactenus, ut ordine turbato progredi nobis in hoc sacro Concilio, et ad constitutum diem sessionem habere non licuit. Hæc nos ideo majestati vestræ paulo fusius exponenda duximus, ut cognoscere posset, quod si res tardius progrederiantur, non id nostra culpa fieri, sed eorum potius, qui volunt de rebus a nobis non propensis disputare, nec ullam fere moveri questio nem patiuntur, in qua non statim divini juris mentionem fieri vetin.

« Agitur nunc de cœlibatu; hunc quoque plerique theologi divini juris contendunt, nec desunt, qui prohibitionem in gradibus consanguinitatis ad ultimum usque gradum divini juris esse censem. Habetjam eorum, quæ gesta sunt quod ad istas contentiones attinet, quibus merito majestas vestra offenditur a nobis, rationem, quam satis iri probatam majestati vestræ confidimus. Si quid vero vestræ majestati renuntiatur, quasi parum liberum sit Concilium, hoc sibi persuadeat, tam esse liberum, ut si celebraretur in media Saxoniam, liberius non posset». Interjectis nonnullis, quæ desunt: « Et cum de episcoporum jurisdictione ageretur, sic illam a Christo sibi concessam nonnulli affirmabant, ut vicarium illius non agnoscere fere viderentur. Audivimus voces illas: « Christus » instituit, ergo Petrus non instituit: a Deo votati sumus in partem sollicitudinis, non a » Pontifice»; « nec id ab uno. Si quis Patrum esset admonitus, ut de rebus propositis loqueretur, neque digredieretur ad ea, quæ nihil ad rem facerent, clamabatur statim violari Concilii libertatem, itaque res in magnas contentiones erupit. Etsi autem fuere multo plures, qui negarunt juris divini faciendam esse mentionem ullam, vel cum de institutione, vel cum de su-

perioritate episcoporum ageretur; nos tamen ut satisfaceremus his, qui tam sunt istius juris divini studiosi, et has duas voculas sibi mordicus esse tuendas existimat non recusavimus, quin scriberetur in canone episcopos, vel divino jure, vel a Christo esse institutos, modo declaretur qui episcopi, hoc est, eos episcopos, qui vocantur in partem sollicitudinis a Pontifice Romano, esse de jure divino vel a Christo institutos.

« Et quoniam tantopere de sua dignitate auctoritateque episcopi laborabant, ad officium nostrum pertinere judicavimus, ut providemus, quo Summi quoque Pontificis, qui Pater est patrum, auctoritas et dignitas salva permaneret; cum præsertim non beri (quod aiunt) et nudius tertius, sed ante mille fere et trecentos annos scriptum sit, salutem Ecclesiæ a Summi Sacerdotis dignitate pendere, cui si non exors quædam et omnibus eminens datur potestas, tot in Ecclesiæ efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Ita factum est, ut adderentur quædam de Summo Pontifice, ut pastor et rector universalis Ecclesiæ esse diceretur. Illic iterum novæ difficultates exortæ sunt, quod hæc verba sibi nonnulli minime ferenda esse putarent. Sic factum est, ut nobis ulterius progredi non licet: atque hoc modo contentio de jure divino, quominus ad constitutum, ac toties prorogatum diem habere Sessionem licet, impedimento nobis fuit: quæ quidem exorta nunquam fuisset, si nonnulli Patres ad ea, quæ per legatos proposita sunt, respondere potius, quam ipsi proponere voluissent. Sed vere scriptum est ab illo, quod pax est ordinis tranquillitas: ubi vero non servatur ordo, pax et tranquillitas retineri non potest: quo majore studio petimus a majestate vestra, ne sibi persuadere patiatur ab his, qui cupiunt hunc ordinem perturbatum, et Babilonem hic quædam ædificari volunt, in qua confusio quædam sit linguarum, unicuique legatorum Apostolicorum officio fungi, sibique proponendi partes arrogare liceat. Quod si provisum per majestatem vestram fuerit, habebimus per Dei gratiam celeriorem et feliciorem sacri Concilii hujus exitum opinionem multorum; si vero (quod absit!) unicuique licuerit arbitratru suo proponere, nullus erit unquam istius Concilii finis, nam si volet Hispanus proponere, volet itidem Gallus, volet Italus, volet Germanus, et si qui sunt alii: et non videmus cur non huic potius, quam illi, aut alii id facere liceat. Quo magis autem rem intelligat majestas vestra, non semel a nobis Patribus dictum est, si quid proponi vellent, coram legatis id facerent: qui, si judicarent expedire, quæ per Concilium determinanda sunt, aliquorum extra Concilium ne recurrratur, nam putamus hanc illius esse mentem, ut velit nos, qui legali sumus et ministri Sanctissimi domini nostri, si qua causa difficilior

existat, de qua parum etiam inter ipsos Patres conveniat, ad Sanctam Sedem Apostolicam de ea referre, cum semper hoc in Ecclesia Dei fuerit observatum, idque ex ipsis, sicut traditum accepimus, Christi institutione. Fit hoc a vestra quoque majestatis et aliorum regum et principum oratoribus proculdubio, si qua res nova emergat, ut sui quoque regis, aut imperatoris de ea sententiam exquirat. Tantam habent etiam hi, qui segregaverunt scipios ab Ecclesia Dei, suis ducibus et antesignanis reverentiam, ut quoties ministri conveniunt de doctrina religionis tractaturi, non fere quidquam statuant, nisi prius eorum consilium exquirant. Hoc Vitembergæ ante paucos annos, hoc Augustæ, cum primum Confessio, quæ dicitur Augustana, scriberetur, hoc ante sesquiannum in Galliis, cum de componentis religionis dissidiis deliberaturi convenientissent, facilitatum esse scimus. Neque tamen simile quid actum est, nobis praesidentibus in hoc sacro Concilio, præcipue quoties de causa fidei agebatur. Ubi vero Pontificis ipsius auctoritas et dignitas in dubium vocari videbatur, fecisse nos confitemur, ut non prius aliquid ea de re statui vellemus, quam ad Sanctam Sedem Apostolicam retulissemus, et ejus sententiam cognovissemus. Quia in re non modo nihil a nobis peccatum esse confidimus, verum etiam, si quid secus actum fuisse, contra fidem et officium nostrum fecisse nos existimari potuisset. Fuit hoc aliquando, quod legali sententiam Pontificis in OEcumenico Concilio de controversia fidei, quæ tum tractabatur, proponebant, cui statim omnes episcopi subscribebant: sic in Concilio Chalcedonensi quod unum fuit ex his quatuor, quæ velut quatuor Evangelia recipit Gregorius Pontifex, lecta fuit Leonis Pontificis Epistola, cui statim acclamatum est: Omnes ita credemus: Papa Leo sic credit. Papa Leo interpretatus est. Anathema ei, qui parlit, qui dividit. Hæc fides Leonis archiepiscopi. Petrus per Leonem ita locutus est. Omnes ita credimus; sicut Leo, ita credimus. Item factum est in sexta Constantiopolitana Synodo, cum Agathonis Epistola legeretur, cui statim subscripserunt omnes, et fuit haec vox Patrum audita de illa Epistola, « Charta et atramentum » videbatur, et per Agathonem Petrus loquebatur. Illic olim fuit mos in Conciliis observatus; nec in multis annos proferebantur Concilia, sed audit a sententia Romani Pontificis, quam sequebantur omnes, intra paucos dies absolvebantur. Quod si nunc ideem fieret, quis non vociferaretur violari Concilii libertatem, quod audit a Pontificis sententia fas non esset ab ea discedere? Cæterum, qui tum rerum potiebantur pii et orthodoxi imperatores, in quorum locum et pietatem successit majestas vestra, non solum nihil detrahi Conciliorum libertati, si Romani Pontificis sententia omnes statim

subscripsissent, interpretabantur, verum etiam editio sanxerunt, ut cuncti populi sibi subjecti, quam Damasus, quam Agatho, quamque cæteri Pontifices Romani religionem tenerent, eam sequerentur. Nunc in Concilio nihil a Pontifice prescribitur, sed adversariorum tantum opiniones per legatos proponuntur, de quibus per theologos diligens fit inquisitio, neque quidquam indiscutibilem relinquitur: deinde Patres libere suas dicunt sententias, ex quibus quod Spiritu sancto visum est, id tandem decernitur. Hæc nos brevibus hac quoque de re informandi causa majestati vestre perscribenda duximus. Quod autem, vel ad dissolutionem vel ad suspensionem Concilii attinet; ne tenui quidem auditione ea de re quidquam accepimus, nec animum inducere possumus, ut credamus, tale quid Sanctissimum dominum nostrum unquam cogitasse, cum præsertim Sanctitatis ejus litteras habeamus, quibus se in diversa esse sententia declarat; a vestra quoque majestate petimus, ne facile credat si quid ad illam tale perfertur. De nobis vero sibi persuadeat, quod nihil magis cupimus, quam in omnibus voluntati majestatis vestrae morem gerere, quam nihil tale postularam a nobis esse, certo persuasum habemus, quod non salva fide et religione facere nobis licet: itaque dabitur a nobis opera, ut quæ postulat majestas vestra, simul, ut quæ de Sacramento Ordinis et de residentia tractari cœpta sunt, fuerint absoluta, per nos proponantur, nec quidquam eorum a nobis prætermittatur, quæ ad officium nostrum pertinere videbuntur. Hanc autem fiduciam in Dei misericordia collocatam habemus, quod nobis eam gratiam impartial, ut munus, quo licet indigni fungimur, sic geramus, ut omnium factorum nostrorum in primis Deo, deinde Sanctissimo domino nostro, tum etiam vestrae majestati atque universo orbi justam rationem reddere possumus».

33. *Inter imperatorem et Pontificem litteræ utrinque missæ circa ordinem Concilii.* — Ex his refelluntur susurri impiorum commurmurantium Concilium Tridentinum contentionibus confusum fuisse, de quibus enim controversum sit, illustre et conspicuum est ex superioribus. Dum vero ille inepte Iudicis Christi et eius in terris vicario illudere voluit, quasi ad eum dirigendi Concilii munus non spectaret, cui gerendo dabat tanto ardore operam Pius, ut etiam Tridentum pro regendo Concilio esset petiturus, nisi referenda inferius gravissimæ causæ ab ea mente illum dimovissent.

34. *De retardato vero Concilii progressu præsulunque dissidiis imperator ad eum graves has litteras<sup>1</sup> transmisit:*

« Beatissime in Christo pater, et Domine

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. LXXXVI.

domine reverendissime, post humilem commendationem filialis observantiae nostrae, continuum incrementum.

« Cum proxime prateritis diebus, divina benignitate feliciter confectis gravissimis illis negotiis, quæ partim cum electoribus et principibus sacri Romani imperii, partim vero in provinciis nostris Austraciis ad Rhenum sitis tractanda habuimus, in hunc nostrum conventum Tirolensem pervenissemus, quo nos non modo res nostra private vocarunt, verum etiam propinquitas loci, in quo hoc tempore sacram generale Concilium celebratur, invitavit, ut pro ea cura, qua nobis ut imperatori Romanorum, et supremo Ecclesiæ advocate et protectori incumbit, salutem et utilitatem ipsius promovendi, de ejus statu exacte edocti, et quacunque in re opus foret, favore, patrocinio et auxilio nostro presto essemus, magno profecto cum animi nostri dolore intelleximus, res sacræ illius Synodi non eo modo et ordine procedere, quo nos una cum omnibus piis vellemus, et afflictus reipublicæ Christianæ, et præsertim oppressæ et deficientis in dies magis ac magis Catholicæ nostras religionis status exposeret; ita ut verendum sit, nisi propere salubria adhibeantur remedia, is futurus sit Concilii exitus, qui et universo Christiano orbi scandalum et offenditatem præbeat, et iis, qui ab obedientia sanctitatis vestra et Sanctæ Sedis Apostolica recesserunt, ridendi materiam, et illas, quas amplexi sunt, alienas et discrepantes ab orthodoxa fide nostra opinione majore studio defendendi incitamentum exhibeat.

« Ut enim multa alia faceamus, certe valde inconveniens videtur rem in eum locum jam esse deductam, quod jam aliquot mensium spatio nulla fuerit celebrata Sessio, et (quod gravius est) cum nos, et alii Christiani orbis reges et principes Catholicæ, gaudentes antiqua Catholicorum unitate et concordia, sperabamus et Dei beneficio aliquando futurum, ut Catholicæ religionis nostræ, adversariis inter se opinionibus et hæresibus distinctis, et invicem altercantibus et pugnantibus, orthodoxa fides nostra refloreat, sicut certe manifestum est eorum discordias ad restaurandam religionem Catholicam plurimum afferre momenti, proh dolor! ipsi quoque Patres et doctores in Concilio existentes ad contentiones et dissidia cum maxima jactura, et dictorum adversariorum jubilatione proumperere incipiunt. Quæ quidem incommoda, sicuti Sanctitatem Vestram nequaquam latere arbitramur, ita quoque persuasum habemus Sanctitatem estram, cuius est eximia pietas, et optima in rem Christianam voluntas, ut communem parentem, lubent eas vias ac rationes initiram, per quam exorte difficultates explicari, et negotia illa ad gloriam ac laudem divini nominis, et ad beneficium universæ Christianitatis

dirigi queant, ut tandem, superatis præsentium dissidiorum et motuum procellis, oplatum quietis portum attingamus.

« Circumferuntur quidam rumores, et sermones quorundam non admundum commodi neque nobis grati, videlicet Sanctitatem Vestram cogitare de dissolutione vel saltem de suspensione ipsius Concilii: quibus tamen rumoribus nescimus quatenus sit tribuenda fides, et existimamus Sanctitatem Vestram, si quid ejusmodi habet in animo, hoc potissimum perplexo et intricato rerum statu, qui videtur esse in Concilio, ad id fuisse inductam. Nos vero (ut Sanctitatem Vestram pro ejus æquanimitate, et paterna in nos voluntate, mutuoque nostro in Sanctitatem Vestram filiali studio, quod sentimus, ingenue patefaciamus) longe secus judicamus; etenim nostro iudicio præstaret nunquam ceptum fuisse Concilium, quam imperfectum relinqui et suspendi, nedum præter nostram, aliorumque regum et principum Catholicorum expectationem et consensum prorsus abrumpi atque dissolvi, in qua sententia confirmamur non levibus, ut nobis videtur, rationibus. Timendum namque foret ne ex ista dissolutione, aut suspensione, ultra scandalum, quo totus offendenter orbis Christianus, ac præter Sanctitatem Vestram et totius Ordinis Ecclesiastici contemptum et vilipendium, ac præjudicium quod et huic et futuris OEcumenicis Conciliis inferretur, alia quoque irreparabilia mala mox consequerentur; major videlicet a Catholicæ religione defectio et jactura, interitusque illarum etiam exiguarum reliquiarum populi Catholicæ, qua adhuc supersunt cum in sacri Romani imperii ditionibus et regnis et dominis nostris hæreditariis, tum et in aliis regnis atque provinciis; squidem frustrata ea, quam in hoc Concilio posuerant, fiducia, ipsæ quoque seductoribus aures facilius essent præbitura.

« Neque defuturos crediderimus etiam ex Catholicis, qui interpretarentur ejusmodi dissolutionem vel suspensionem fieri studio impediendæ reformationis, quam a tot annis expetimus et requirimus, tamque necessariam judicamus, ut sine ea frustra esse videatur meliorem Ecclesiæ statum sperare. Ad hæc Sanctitas vestra procul dubio recordatur, haud ita pridem mentionem esse factam instituendorum Conciliorum nationalium. Ea vero, quia Sanctitas vestra semper judicavit, sine summo discrimine, et miseranda animorum distractione celebrari non posse, omnibus modis illa sibi impedienda esse duxit, neque commodiorem aut efficacitatem rationem evitandi periculi invenit, quam generalis et OEcumenici Concilii celebrationem. Itaque nunc Sanctitatem vestram sapienter expendendum et considerandum relinquimus, an non plerique Christianæ reipublicæ nationes dissoluto aut suspenso generali et OEcumenico

Concilio, arrepturae essent occasionem refri-  
candi et renovandi factam a quibusdam antehac  
mentionem nationalium Synodorum, ntcumque  
adhuc sopitam, adeoque ad rem ipsam omni ul-  
teriori cunctatione remota deuentur, quod illa-  
rum institutum si omnino decreverint executioni  
committere, in eum eventum nos non videmus,  
quæ tandem hujusmodi conatibus sese oppo-  
nendi, aut eosdem remorandi facultas sit super-  
futura. Quocirca existimamus unum esse reme-  
dium, quo tot ac tam insignes difficultates atque  
incommoda præcaventur, si Sanctitas Vestra  
non patietur Concilium hoc generale dissolvi,  
neque suspendi, sed operam datura est, ut id  
per vias debitas et competentes ad felicem et op-  
tatum exitum perducatur: quod et ipsum non  
aliter fiet, nisi fiat serio tamdiu expedita refor-  
matio, ipsique Concilio salva et integra sit anti-  
qua et solita sua libertas, ita ut quemadmodum  
informati sumus a piis et eruditis viris, in pris-  
cis plerisque Conciliis, et praesertim iis, quæ  
pro precipuis habentur et sancta vocantur, ob-  
servatum fuisse, liecat nunc quoque non solum  
Sanctitatis vestras legatis, verum etiam Patribus,  
ac insuper nostris et aliorum regum et principi-  
um oratoribus proponere, quæ quisque uni-  
versaliter ad conservandam et restaurandam re-  
ligionem Catholicam, ac obedientiam Sanctitati  
vestra et Sancte Sedi Apostolice debitam perti-  
nere, vel particulariter cujusque regni aut pro-  
vince necessitatem et utilitatem postulare cog-  
noverit, Patribus vero libere, et sine metu, aut  
respectu dicere et decernere, quæ cuiilibet Spiritu  
sanctus et conscientia suggesterit, servato  
utrinque bono ordine, per quem facile evitabitur,  
si quæ timetur, in hac parte confusio; ita ut  
non opus sit de iis rebus, quæ per Concilium  
sunt determinandæ, aliorum extra Concilium  
recurrere. Et plane confidimus Sanctitatem vestram  
nunquam eo consilia sua conversaram, aut  
permisuram, ut hoc tempore exulceratissimo,  
ac turbato rerum statu, in celebratione  
Concilii contra exempla majorum novi quid-  
quam introducatur, quo libertas ipsius Concilii  
quodammodo impediti seu violari videatur; sed  
eam sarlam tectamque conservaturam, ac simul  
etiam apud legatos et Patres Concilii curaturam,  
ut negotium reformationis, considerata inevitabi-  
lity ejus necessitate, omni quo poterit studio  
promoveatur: quo nomine Sanctitatem vestram  
impensissemus oramus et obsecramus.

« Neque vero Sanctitas Vestra hoc loco sus-  
picari velit (quod magnis a Sanctitate Vestra  
precibus petimus) nos id agere, ut Sanctitati  
Vestræ legem prescribamus, aut eam, quomodo  
officio suo pastorali fungi debeat, instruamus,  
cujus sapientiam, pietatem et in regenda Eccle-  
sia felicitatem magni facimus; aut etiam ut eam  
superioritatem et dignitatem vel auctoritatem,  
quæ eidem Sanctitati Vestræ jure ac merito

competit, labefactemus, vel in dubium voce-  
mus, cuius tuendæ et conservandæ haetenus  
semper fuimus erimusque posthac quoquo tem-  
pore studiosissimi, non recusaturi eam ob cau-  
sam ullos unquam labores, curas ac molestias,  
adeoque fortunarum et salutis discrimen, si ne-  
cessitas postulet, subire; sed poste aquam varia  
ad nos de presenti statu Concilii allata essent,  
quibus homines tam a Sanctitate Vestra et Sede  
Apostolica, quam a Concilio magis magisque  
alienari viderentur, et quæ gravioribus incom-  
modis ansam facilem præbere possent, existi-  
maximus nostras partes esse tanquam primoge-  
niti et obedientissimi Ecclesia filii, ejusdemque  
advocati, ut Sanctitatem Vestram de iisdem cer-  
tiorem redderemus, et ut ipsa prudentia sua  
divino invocato auxilio ab Ecclesia tanta mala  
propulsaret, officiose rogaremus et cohortarem-  
us: id quod Sanctitatem Vestram speramus  
pro animi sui moderatione, et paterno in nos  
amore, benigno et æquo animo laturam, et his,  
quæ commemorata sunt, incommodis aptum et  
conveniens remedium adhibituras esse, qua in  
re pollicemur nos Sanctitati Vestra filiali nostro  
auxilio affuturos, omniaque ea præstituros esse,  
quæ ad nos pro ratione munera nostri Cæsarei  
pertinere dignosecentur.

« Et quoniam testantur historiæ presentiam  
Summorum Pontificum et imperatorum in Con-  
ciliis Ecclesiæ, et Christianæ reipublicæ maxi-  
mam sœpe attulisse utilitatem, nos ut hanc  
quoque operam Christiano orbi in hac summa  
necessitate præstemus, volente Deo, ipsimet lu-  
bentissimo animo, et sepositis omnibus aliis  
gravissimis nostris difficultatibus, ad Concilium  
veniemus, et progressum ejus præsentia nostra,  
quoad ejus unquam fieri poterit, promovere  
studebimus; Sanctitatem tamen Vestram hoc  
loco iterum atque iterum rogamus, ut et ipsa  
id laboris suscipere, et afflictæ Ecclesie sua in  
Concilio præsentia tanquam fidelis pastor et pius  
pater benigne consulere non gravetur. Ita nam-  
que sperandum erit exortas difficultates parvo  
negotio explicari et extingui, et quæ absente  
Sanctitati Vestra incommoditates in posterum  
facillime cum ingenti Concilii perturbatione et  
impedimento, necnon Sanctitatis Vestræ insigni  
molestia excitari poterunt, præcaveri et reprimi  
posse, ita ut tandem divina benignitate omnia  
suo debito ac legitimo ordine ad optatum et lae-  
tum finem perveniant, atque ad laudem et glo-  
riam Dei deum Ecclesiæ pristina pax, unitas  
et concordia restituantur; ad quem scopum  
dum laxat omnia nostra consilia omnesque co-  
gitationes et actiones nostræ respiciunt, nec du-  
bitamus Sanctitatem Vestram ad eundem una  
nobiscum finem tendere, a qua ad hæc nostra  
officiosa et puro corde et Christiano zelo pro-  
fecta scripta primo quoque tempore benignum  
et paternum responsum expectabimus: quam

Deus misericors Ecclesiae suæ, quam diutissime salvam et incolumem conservet. Dat. in oppido nostro OEniponti etc. »

35. His acceptis Pontifex litteris, ad singula, quæ Cæsar proposuerat, prudenter respondens, hanc ad eumdem Epistolam<sup>1</sup> transmisit :

« PIUS PAPA IV.

« Ferdinandi imperatori Romanorum electo.

« I. Charissime in Christo fili, salutem et Apostolicam benedictionem. A nobili viro oratore tuo acceperimus litteras majestatis tuæ accurate admodum scriptas de rebus ad sacrum Concilium pertinentibus, quibus diligenter perlectis, tuam in eis erga nos pietatem et perpetuam devotionem erga Sedem Apostolicam, in rempublicam vero Christianam præclararam admodum et Christianissimo imperatore dignam voluntatem recognovimus; et ut sæpe alias fecimus, Deo misericordiarum Patri gratias egimus, qui talem Ecclesiae suæ advocationem, protectorem, et nobis piorum consiliorum nostrorum adjutorem concesserit, qualiter tam turbulentia et misera ipsius Ecclesiae tempora flagitabant, quæ profecto non requirebant principem minore pietate, religione et sapientia præditum; ordine autem respondebimus ipsis litteris tuis.

« II. Moleste admodum te ferre significas tam tardum esse Concilii progressum. Id tua optime voluntatis indicio est, qui remedium tantopere afflictis Ecclesiae rebus necessarium tam diu differri doles. Nos quoque vehementer optaremus ipsum Concilium non diutius tractum, nec tot dilationes et moras interpositas fuisse, sed ea interpositæ fuerunt oratoribus tuis et tua, et aliorum principum causa ita postulantibus et enixe rogantibus.

« III. Majestatem vero tnam offensam esse altercationibus et contentionibus, quæ nonnquam inter prælatos extiterant, minime mirati sumus, deceret enim cuncta ab illis agi atque tractari summa animorum æquitate atque concordia. Itaque fatemur non parum nos ea quoque re offensos fuisse, qui cuperemus servari in Concilio debitum ordinem, summam moderationem adhiberi, omnesque uno animo summaque concordia Dei honori et Concilii dignitati existimationique servire, ac diligenter caveri, ne qua daretur adversariis ansa apud imperitam multitudinem sacræ Synodo obtrectandi.

« IV. Illud autem maximam admirationem movit, et animum nostrum non mediocriter perculit, quod majestas tua circumferri rumores quosdam scribit nimis nobis indignos, nempe quod id agamus et moliamur, ut Concilium dissolvatur, aut saltem suspendatur. Absit a nobis, charissime fili, ut quidquam hujusmodi cogitemus. Nos vero id agimus, id studemus, id eni-

timur, ut ipsum Concilium annis ab hinc octo et viginti inchoatum, prosequamur, et divina opitulante gratia, nulla prorogatione, aut suspensione amplius facta, quæ sine summa omnium offensione, et ut majestas tua sapientissime scribit, sine magnis Ecclesiae damnis fieri non posset, et Catholicorum omnium animos prorsus frangeret, tandem finem illi debitum imponamus. Huc omnes curas nostras et cogitationes intendimus, hoc optamus, hoc conamur, cuius rei testem Deum ipsum habemus. Non adeo pastoralis officii nostri oblii sumus, non tam immemores salutis nostræ, nec existimationem quidem nostram ac famam adeo negligimus, ut quidquam ejusmodi in mentem nobis venerit.

« V. Illud fatemur, non defuisse maximos principes, qui nos ad dissolvendum Concilium hortarentur: sed id persuaderi nobis minime passi sumus, nec vere unquam patiemur. Quamobrem majestas tua que non temere his rumoribus fidem habendam putavit, sincerum nostrum animum place sibi cognitum esse ostendit, eatne ut hujusmodi de nobis sermonibus posthac aures suas penitus occludat, hortatur. Nos enim sicut pro nostri pastoralis officii munere, summo Concilium studio ac diligentia congregandum curavimus, ita divinæ gratiæ auxilio, ac regum et principum Catholicorum, tауaque in primis ope freti statuimus et deliberavimus id prosequi, atque ita prosequi, ut quod ad nos attinet, Concilium ipsum plane sit liberum, ac nulli prælatorum facultas eripiatur, quin de rebus, quæ propositæ fuerint, dicat sine ullo respectu quid sentiat, siveque conscientie plene satisfaciat. Sed majestas tua pro sua sapientia intelligit, ubi tam multi congregati sint, maxime adhibendum etservandum esse ordinem: quo sublato, futurum sit ut maxima inter eos existat perturbatio, nec satis commode ullius rei exitus expediri possit. Proinde Concilium ipsum, hoc sapienter attendens, justissima de causa decrevit, uno tantum, aut altero ex tanta prælatorum frequentia dissentiente, ut ad Apostolicam Sedis legatos, qui vice nostra Concilio præsident, spectaret jus referendi de rebus, quæ agenda et decernenda essent. Quia tamen eos potestate hortati sumus ita uti, ut omnibus de rebus, de quibus constiterit operæ præsumtum esse referri, referant; eaque in re admoneri se libere patientur, studeantque non prælatorum solum, sed etiam oratorum, qui a principibus missi fuerint, tuorumque in primis desideriis et postulatis satisfacere. Quod si illi facere recusarent de rebus gravioribus, præsertim ad reformationis negotiis pertinentibus, justam tunc prælatos et oratores causam querendi habituros esse intelligimus, et aquam fore, ut opportunum remedium adhiberetur: qua in re nos omnem spem nostram et auxilium

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3218. F. p. lxxxvii.

pollicemur, quanquam sciamus quantæ turbæ, contentiones et discordiæ excitatae fuerint, cum prælati ipsi, legatis Apostolicae Sedis invitatis, proposuerunt quæstiones et articulos, de quibus nunc controversia est, et quanto pere ea res impedit erit progressum Concilii, atque etiam impedit, dum super articulus Catholicis Catholici ipsi inter se certant, qui debebant cum hæreticis decertare: ex quo non mediocre scandalum ortum fuit, et data hæreticis occasio deridendi nos, dum vident nostros inter se dividi ac dissentire, sicut majestas tua prudentissime in fine voluminis suarum petitionum admonuit.

« Quod vero ad tollendos abusus, et ea, quæ correctione indigeant, corrigenda, majestas tua hortatur; digno pietate sua officio fungitur, idque nobis gratum est. Auditum autem tibi esse credimus, quid jam egerimus, qua cura, qua diligentia ea, quæ in hac curia correctione egeri visa sunt, quibusvis nostris nostrorumque commodis contemptis, correxerimus. Ex quo quivis intelligere potest, serio nos et ex animo cupere cætera emendari, cum ipsius correctionis initium a nobis et a curia nostra fecerimus, sicut ex litterarum multarum exemplis, quas edidimus, et ad perpetuam memoriam imprimi ac divulgari jussimus, majestas tua intelligere poterit.

36. « Invitat nos majestas tua, et hortatur in extremis litteris suis, ut Tridentum eamus, quo se quoque paratam fore ostendit accedere: sperat enim, si ita factum sit, facilius et commodius finem optatum Concilio imponi posse. De hoc majestati tuæ respondemus nullum nos unquam laboreni recusaturos esse divini obsequii et communis Ecclesiæ utilitatis causa: itaque paratos nos fore interesse Concilio, cum tamen res in eo statu esse cognoverimus, ut præsentia nostra aliquid perfici posse sperandum sit; sed quæ nobis veniunt in mentem de hac re nobiscum cogitantibus, majestati tuæ exponentemus. Primum si hinc discedendum sit, cogitamus Tridentum parvum oppidum esse, nec sine magno incommodo tantum prælatorum numerum ibi manere. Quid si nos eo cum ipso cardinalium collegio, ac reliquo comitatu nostro eamus, quo pacto sufficere urbs tam exigua poterit ad nos, et cardinales, et tot alios hospitii excipiendos? Quid cum majestas tua eodem cum imperatorio suo comitatu venerit, qui poterit ea urbs præter prælatos, quibus ipsis vix domicilium præbet, curias nostras excipere? Illud preterea cogitamus, si ad Concilium eamus, non defuturos, qui illum adventum nostrum in malam partem accipient, interpretantes scilicet, ea mente nos illuc venisse, ut suam Concilio libertatem eriperemus. Sed prætermittamus incommodum nostrum, singamus eam urbem satis amplam esse ad excipiendas curias nostras, contemnamus etiam sermones malevolorum, quos

contempturi essemus. Consideremus equid tuto illuc convenire possimus. At ea urbs in medio hæreticorum sita est. Hinc Grysones finitos habet, inde Helvetios hæreticos, ex alia parte Protestantes. Quis præstabat nobis, ut tuto ibi cum curia nostra esse possimus? De tua quidem fide non dubitamus, ne simus nostri dissimiles. Sed hoc erit periculum commune, timendum erit ne vis afferatur utrique nostrum, et ne vis major afferatur, quam cui majestas tua possit resistere. An non meminimus, quid gloriæ memorie Carolo imperatori fratri tuo evenerit? Quanto in periculo Concilium ibi sæpius fuerit? Huc accedit, quod Æstate proxima pro certo habetur, venturam esse classem Turcarum maximam, eamque una cum pyratis et prædonibus omnibus infestum hoc mare esse habituram. In tanti periculi metu nobis cum curia ex Urbe descendebus, haud dubie tota Urbs tumultu impblebit; si vero acciderit, ut classis hostium hac prætervehatur, ut alias accidisse meminimus, cunctus hic populus, qui meliore ex parte est ex hominibus peregrinis, trepidabit, et Urbem ipsam præ metu deseret. Sed tamen adeo cupimus et desideramus inservire Deo, et religione, et simul majestati tuæ morem gerere, ut diligentius de re cogitare velimus. Si tamen majestati tuæ placet Bononiam venire quo antea in animo habuimus nos conferre, multaque jam ad iter necessaria parari jusseramus, quando ægritudo postea nos impeditivit, ex qua nondum plane convaluiimus, majestas tua in ea urbe imperiale coronam acciperet, sicut ibidem eam accepit olim gloriæ memorie Carolus imperator frater tuus, ibique, et tuto, et commode omnes esse possemus. Credimus etiam, quod prælati Concilii, utroque nostrum hortante, eodem venire minime gravarentur, maxime propter hospitiorum commodum, et urbis illius securitatem. Essent autem illic omnia in manu majestatis tuæ, cuius ea in urbe majorem potestalem nos vellemus esse, quam nostram. Ita uno tempore, et ea quæ ad dignitatem atque honorem majestatis tuæ pertinent, perficeremus, et optatum Concilii progressum ac finem assequeremur, sublati abusibus omnibus, et reformatione facta magna ex parte majestatis tuæ arbitrio, quam scimus nihil desideraturam esse nec postulaturam, nisi quod rectum et æquum esset, et majestas tua, cuius nos honorem ac dignitatem magni facimus propter insignem ejus devotionem erga Sedem Apostolicam, et egregiam erga nos voluntatem, publicis privatisque rebus ex sententia confectis discederet. Exposuimus majestati tuæ has cogitationes et considerationes nostras, eam autem hortamus et rogamus, ut de hac re secum diligenter cogitare velit, quemadmodum et ipsi quoque cogitabimus. Veniet autem ad te venerabilis frater noster Joannes episcopus Præ-

stipus cardinalis Moronus appellatus, quem legatum nostrum de latere ad Concilium, et ad majestatem tuam missuri sumus, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum, etc. Die xviii Martii m<sup>l</sup>lxiii, anno iv ».

37. Dederat ad Pontificem Ferdinandus imperator alias arcanas literas, quibus reconditiones animi sensus de provebendo feliciori Concilii progressu, restituenda emendatione, atque expolitorum morum norma patefecerat, atque hac Epistola<sup>1</sup> significaverat.

« Beatissime in Christo pater, Domine reverendissime, post humilem conimendationem filialis nostræ observantiaæ continuum incrementum.

« Etsi Sanctitatem vestram a multis annis, dum adhuc in minoribus ageret, summo semper amore prosecuti fuimus, et postquam divina providentia ad sanctam istam Cathedram Petri evecta est, tanquam amantissimum patrem singulari observantia coluimus, atque etiam nunc colimus, ab eaque vicissim tam insignia paterni amoris officia accepimus, ut merito illius dignitatem et auctoritatem nobis quoque loco et tempore pro viribus tuendam ac defendendam esse intelligamus, atque ad id propensissimum animum habeamus, quemadmodum sane hoc nobis tanquam supremo advocate et protectori Ecclesiæ pro ratione Cæsarei nostri muneric incumbere agnoscamus, ideoque nihil acerbius, aut a mente nostra magis alienum posset nobis accidere, quam scribere, dicere, aut facere aliquid, quo piæ Sanctitatis vestræ aures et benignus animus vel levissime offendi possent, tamen viceversa existimamus ad integratem nostram, et ad officium optimi et obedientis filii Ecclesiæ maximopere spectare, si quid occurrat, quod vel Sanctitati vestræ, vel Ecclesia Christi, cuius ipsa Sanctitas vestra in terris vicarium gerit, officere queat, nisi mox emendetur, ut de eo Sanctitatem vestram tanquam patrem optime meritum, et nobis confidentissimum, remotis, quod aīunt, arbitris sincere et reverenter admoneamus, ipsamque veritatem, etiam soleat odium parere, nequaquam dissimulemus; ad quam rem animum addit nobis non solum Cæsarei officii nostri debitum, secundum quod tenetur sedulo procurare, quæ ad gloriam Dei, quæ ad Ecclesiæ unitatem et tranquillitatem, quæ denique ad universæ Christianæ reipublicæ salutem et incolumitatem spectant, ac impendentia mala et incommoda ab eo pro viribus propulsare, verum etiam mirifica Sanctitatis vestræ pietas, benignitas, mansuetudo, et immensa multisque beneficiis erga nos comprehensa voluntas ea nobis plane pollicetur, quæcumque in his nostris secretioribus et officiosis-

simis litteris bono zelo sumus, vel admonituri ultra illa, quæ in aliis nostris continetur, vel alias latius explicatur et declaratur, Sanctitatem vestram non modo non laturam graviter, aut moleste, sed potius palerno et benigno animo accepturam esse, præsertim cum non aliquorum, quam ad laudem divini nominis, ad quietem Ecclesiæ, ac beneficium reipublicæ Christianæ, et maxime ad conservationem auctoritatis Sanctitatis vestræ, et Sanctæ Sedi Apostolicæ debitæ, perpetuamque ejusdem sanctitatis vestræ laudem tendant ac denique etiam nepotibus et propinquis Sanctitatis vestræ olim usui et præsidio fore videantur, quo nomine Sanctitatem vestram summo studio etiam atque etiam rogamus.

« II. Priusquam autem aggrediarum rem ipsam, non absurdum fortassis erit paucis præfari de conditione, qua Sanctitas vestra supremum Ecclesiæ in terris caput, qua nos ipsi, quibus divinitus datum est (licet præter omne nostrum meritum) alterum esse supremum et sæculare ac in orbe Christiano caput, qua cæteri reges ac principes, qua denique homines nati sumus, scilicet, ut moriamur, cujus conditionis memoria expedit in animis mortalium nunquam extingui, præcipue senum qui morti sunt vicini; quia possunt quidem juvenes citè mori, sed secundum naturæ cursum senes destituti sunt ea spe vitam in multos annos extrahendi, quæ foveat juvenes, licet ulcumque et ipsi illa frequissime frustrentur. Quocirca eo magis cogitanda sunt Sanctitati vestræ et nobis (sumus enim coætanei ferme) illa, quæ ad consequendum beatum hujus transitoriae vitæ finem, id est, eternam felicitatem et gloriam pertinent, ut dum tempus est, operemur bonum, et talentum nobis creditum ita administremus, ut possimus postea Deo altissimo muneric nobis commissi rationem reddere, atque a divina ejus benignitate promissam bonorum operum nostrorum mercedem recipere, juxta quam vilescit et putet omnis, quantumvis maxima hujus sæculi gloria. Ubi sane considerandum est quod peccantes pastores et rectores populi non modo sibi ipsis accersunt malum, sed multa millia animalium in salutis periculum conjiciunt, pro quibus postea ipsi in judicio Dei respondere coguntur. Quod tamen non in eum finem Sanctitas vestra a nobis dictum existimet, quod nos Sanctitatem vestram, filius patrem, ovis pastorem, quomodo vitam suam instituere debeat, velim usus erudire: neque enim dubitamus Sanctitatem vestram, hæc et alia indesinenter secum animo volvere.

« III. Quæ cum ita se habeant, et nunc flagitante extrema collapsæ religionis nostræ Catholicæ et Ecclesiæ necessitate, celebretur Tridenti sacrum OEcumenicum Concilium a Sanctitate vestra convocatum, a quo totus orbis Christianus, miserandum in modum laceratus et conscius, expectat remedium salutare et

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. 3218. Ep. LXXXVII.

aptum sanandis, quibus se invicem confecit vulneribus, existimamus profecto nunc summam rerum in eo versari, ut populus Christianus expectatione sua non frustretur, adeoque Concilium opera et auctoritate Sanctitatis vestrae legitima et debita via progrediatur, denique per eamdem ad optatum et felicem exitum perducat.

« IV. Porro huic convocationi et Congregationi Generali Concilii occasionem et causam dedere, ut novit Sanctitas vestra, plurimae atque pestilentissimae hæreses, quæ hoc postremo sæculo propter peccata nostra exortæ, tam late se diffuderunt, ut nullam ferme orbis partem intactam reliquerint, atque adeo plerasque reipublica Christianæ nationes et regna occupaverint. Item abusus et depravati mores, quibus hoc tempore clerus juxta ac populus laboravit, ac hæreses ipsæ foventur, accenduntur et augmentur : qui sane in utroque ordine Ecclesiastico pariter et sæculari usque adeo invaluerunt, ut nisi mature prospiciatur in præsenti Concilio, verendum sit ne longe graviora et irreparabilia incommoda aliquando consequantur.

« V. Itaque cum non videatur ejusmodi malis commodi possesse adhiberi remedium, quam si canonica instituatur reformatio, et Concilium debita et legitima via libere progrediatur, non dubitavimus Sanctitati vestrae, qua in aliis litteris nostris ob respectum, quem merito habemus Sanctitatis vestrae, vel leviter attigimus, vel silentio pretermisimus, quod illas ad multorum hominum manus perverturas esse sciamus, summa fiducia, saltem in præsentibus latius explicare, ita ut de iis, quæ Catholici et omnes boni cupiunt emendari, vel alioquin a Sanctitate vestra præstari, vel etiam quæ ab ipso Concilio expectantur, informata eo melius pro pastorali suo officio laboranti Ecclesiæ subveniat.

« VI. Publica et maxima nunc est querela de reformationis retardatione : neque sane absque causa, videtur enim esse usque adeo necessaria, ut sine ea non liceat meliorem in Ecclesia statum sperare, quæ si instituenda erit, prout posthaberi, seu procrastinari, sine graviore religionis detrimento, et totius Christiani orbis gemitu ac majore exasperatione non potest, in primis videtur res a capite et fonte incipienda esse ; nam ubi caput est bene dispositum, reliqua etiam membra melius habent, et e fonte puro puri manant rivuli.

« VII. Nec taxamus hic personam Sanctitatis Vestrae, in qua neque pietatem, neque religionem, neque sanctimoniam vitæ, nec quidquam eorum desideramus, quæ in sancto et incorrupto Pastore requiri possunt ; quia ea, quæ dicturi sumus de Summo Pontifice, cum divina providentia Sanctitas vestra Pontificatum teneat, et magna sua cum laude gubernet, ad Sanctitatis

vestrae personam nihil pertinet, sed hoc agimus atque optamus, ut S. V. hoc optimum pietatis opus secum ferat in conspectum Altissimi, quando ipsi ex hac vita ad cœlestia regna migrandum erit, et in terris quoque nomen suum in omnem posteritatem hac laude conservatum relinquat, quod scilicet S. V. hoc novissimo sæculo id præsteritur, ut in futurum ipsius diligentia habeamus vere sanctos Pontifices, cardinales, episcopos, presbyteros, et animarum rectores, qui verbo et exemplo populum sibi commissum ad eadem studia pietatis revocent, ut denique omnes serviamus Deo in justitia et veritate.

« VIII. Ad quod requiritur in primis, ut talis instituatur modus eligendi Pontificem, per quem iis, qui ad tantam dignitatem et functionem apti non sunt, posthac omnis ad eam aspirandi via præcludatur.

« Hoc pridem, ut diximus, præstiterat Pontifex egregia illa edita constitutione, quæ incipit, *In eligendis*, quæ integra habetur in Romano Bullario, et in cærimoniali electionis Romani Pontificis ». Addit insuper imperator de cardinalium ceterorumque antistitum exquisita electione, ut hoc firmiter posito fundamento nobilis in Ecclesia Dei virtutum structura consurgeret, haec habens :

« IX. Deinde necessarium est, quod eligentes, id est, reverendissimi cardinales tales sint, ut velint ac possint eligere Pontificem, cui Ecclesia Christi recte tuto possit committi : nam (quod pace Sanctitatis vestrae et reverendissimorum cardinalium dictum sit) hoc tempore gravissimæ audiuntur querelæ, quod nonnumquam creaturæ cardinales partim per atatem omni adhuc judicio destituti, partim vero illitterati et indocti, qui ut nihil possunt in iis, quæ ad regendam Ecclesiam spectant, consulere, sic in eligendo Pontifice privatas passiones sequuntur, ac bonorum ei doctorum pia suffragia impediunt, unde postea necesse est multa in Ecclesia sequi incommoda.

« X. Non multo minor profecto sollicitudo præstanta est, ut sint etiam archiepiscopi et episcopi digni atque idonei, qui gregem Domini cum puritate et sanitate doctrinæ, tum etiam honestæ et probatae vitæ exemplo pascant : qui cum creaturæ partim per electionem capitulorum, partim vero per provisionem et collationem Sanctitatis vestrae, ac summorum Pontificum pro tempore existentium, et pro parte, denique per nostrum, et aliorum regum et principum juspatronum habentium nominationem et præsentationem, non absire futurum adverte, quod sicuti diversis modis ac viis ad istiusmodi Ecclesiasticas functiones et dignitates pervenient, sic etiam plurimum inter se differunt. Nam is, qui ad munus episcopale per ipsammet Sanctitatem vestram, aut per nos, vel alios

reges ac principes promoventur, sacerdotum numero sunt digniores, magisque idonei illis, qui jure electionis ad eum gradum elevantur. Si namque talis ratio et modus institutus est eligendi et creandi archiepiscopos et episcopos, per quem dignioribus dumtaxat, et magis idoneis patet ad ejusmodi dignitates et munera aditus, Deo dante, brevi futurum est, ut habeamus doctum, pium et numerosum clerus, ac doctos prædicatores, qui populum in lege Domini erudiant; cessabit tunc pluralitas beneficiorum, et alii multi abusus e medio tollentur, ac denique hæreses sensim extirpabuntur et eradicatorum. Quod si quis error, aut abusus irrepsisset in nominationibus et presentationibus prælatorum et parochorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum, per nos, aut alios reges ac principes seculares factis, sicuti antehac accidisse, et deinceps similiter accidere posse, nequaquam volumus negare, in eo etiam Sanctitas vestra poterit adhibere commoda remedia, ut tales abusus in istiusmodi nominationibus et presentationibus tollantur et corrigantur; quemadmodum profecto nos pro parte nostra non cogitamus defendere tales errores seu abusus, sed eosdem emendari, et tolli patientur obsequenter, parituri iis, quæ nobis Sanctitas vestra et sacrum Concilium imposuerit, prout nos jamdudum facturos recepimus, etc.

« XI. Breviter sufficient dicta de iis, quæ Sanctitati vestræ circa reformationem concilis, et curam aliorum ordinum Ecclesiastico rum hoc afflito religionis statu agenda videntur; nunc transeamus ad statum Concilii. Ubi sane gravissima nunc disputatur questio cum magna contentione de residentia episcoporum, utrum sit juris divini, necne; in qua, cum verendum sit, ne multi dicant, quod Sanctitati vestræ maxime placere putaverint, pro ea, qua ad scribendas has litteras inducti sumus, fiducia, illud quoque silentio præterire non possumus, quod cum in praesenti Concilio reperiantur tres classes episcoporum, una eorum qui aspirant ad cardinalatum, altera pauperum qui desiderant Sanctitatis vestre liberalitate et munificientia locupletari, tertia illorum qui per se habent luculentis episcopatus et prouentus, unde se commode possunt sustinere, nec gale rum ambiant, nos nihil diffidere, quin hie posterior ordo in hac disputatione votum et sententiam libere dicat, sed de reliquis duobus valde dubitamus, ne residentiam ipsorum episcoporum privati commodi causa oppugnant, non attento, quod sive ea sit divini juris, sive non, tameu hoc rerum et temporum statu non modo sit utilissimum, verum etiam maxime necessarium, quod episcopi in suis Ecclesiis resideant, suumque officium faciant. Quocirca Sanctitatem vestram rogamus per Deum immortalem, ut huic determinationi, si in conscientia sua

cognoverite am esse Dei voluntati consentaneam, non repugnet, ne quis possit Sanctitati vestre objicere, quod Christus dixit ad hypocritas: *Vos transgredimini Dei mandata propter traditiones vestras*; et quod Sanctitas vestre conetur mandatum Dei mutare in traditionem humana; quinimo curet, tanquam supremus pastor, ut quisque episcopus suam Ecclesiam summa fide, cura atque sollicitudine præsens gubernet, modusque statuatur dispensationibus, que hoc casu solita fuerint concedi: nam utecumque non inficias imus Sanctitati vestra facultatem esse liberam dispensandi, tamen Sanctitas vestra pro sua pietate nolit uti hac sua facultate et auctoritate in hoc negotio residentia, quandoquidem inde plus detrimenti quam commodi ad Ecclesias illas mercenariornm rapinis expositas redire dignoscitur.

« XII. Præterea illud quoque pro filiali nostra in eamdem Sanctitatem vestram observantia nequaquam celandum esse duximus, cum magno fieri scandalo, quod pleraque negotia, quæ sunt determinanda per Patres in Concilio, ad Sanctitatis vestra determinationem Romanam transmitti dicuntur, ita quod Patribus non sit libera decernendi facultas, quemadmodum reverendissimi legati Sanctitatis vestræ, neque nostris, neque aliorum regum et principum oratoribus liberum esse volunt Concilio ea quæ sunt necessaria proponere. Quia in re tollitur et diminuitur libertas Concilii, et infringitur salve conductus, qui eam libertatem ipsis quoque sectarii non abstulit. Ideoque nobis et reliquis regibus atque principibus, qui hujusmodi libertatem et facultatem in antiquis etiam Conciliis habuimus, non parum inferunt præjudicium, et nisi ea relinquantur Concilio integra et illæsa, multa consequentur inconvenientia; nam plurimi id in deteriore partem rapient, et suspicabuntur, quod Sanctitas vestra reformidet, et suspectam habeat Concilij sententiam, dum non velit fieri a Patribus decreta, nisi ea prius Sanctitas vestra de consilio suorum cardinalium discusserit et approbaverit: sectarii vero, qui aliqui nihil omittunt, quod non sit in sacra Scriptura expressum, et pleraque Conciliorum decreta rejiciunt, haud dubie cavillabuntur, quod ipsis de hoc et aliis Conciliis sentiendum sit, quandoquidem hoc ne summo quidem Pontifici satisfaciat.

« XIII. Ultra hoc videtur hic modus procedendi, quod scilicet negotia Concilii per Sanctitatem vestram Romæ quoque cum reverendissimis cardinalibus consultantur et tractantur, propemodum schismatis cuiusdam speciem præ se ferre, quasi essent duo Concilia, quorum unum Romæ, alterum Tridenti celebretur.

« XIV. Similiter existimatur valde esse inconveniens negotia Concilii, quod debet representare Ecclesiam Universalem, submitti exa-

mini reverendissimorum cardinalium quorumdam Romæ existentium, qui non sine probabili causa suspecti habentur in negotio, tam reformati conclave, quam statuenda residentiae episcopalis, et libertatis sacro Concilio relinquende, siquidem in articulis valde adversari videntur.

« XV. Itaque existimamus Sanctitati vestrae, et tutius, et laudabilius fore, quod de prememoratis omnibus articulis et difficultibus explicandis, ut puta, de reformatione Conclave, de electione cardinalium ac prelatorum, et residentia episcoporum, potius exquirat et sequatur consilium et sententiam ducentorum aut tot Patrum Concilii, quam quindecim vel plurimum cardinalium, dum Concilium apertum est, et versatur in opere: quid enim obstat? aut quomodo potest labefactari auctoritas Sanctitatis vestrae, si de Bullis, quas voluerit publicare super reformatione conclave, prius sententiam et consilium Concilii exquisierit? Cogitet, quæsumus, Sanctitas vestra, an non certius ac satius sit aliquid statuere et decernere sacro approbante Concilio, quam approbante collegio cardinalium: nam quod decernitur cum Concilio, firmum est ac durable, quoniam Concilium habet promissam gratiam Spiritus sancti; quod vero extra Concilium cum consilio cardinalium statuitur, experientia docet non esse ita stabile et firmum, quin multoties per subsequentes Pontifices levissima de causa rescindatur ac irritum reddatur. Quapropter non permittat Sanctitas vestra libertatem Concilii violari, quia alias, ut nos judicamus, periculum subset, ne simul etiam aliorum præteriorum Conciliorum auctoritas elevaretur.

« XVI. Neque vero Sanctitati vestrae verendum ceusemus, ne quidquam decadat auctoritati et superioritati, quæ competit et debetur Sanctitati vestra, per id quod proponunt interdum in Concilio, quæ necessitas postulat, nostri et aliorum regum ac principum oratores. Dicant et decernant libere Patres. Nos certo animum inducere non possumus, ut hoc Sanctitatis vestrae auctoritati præjudicare credamus. Multo minus Sanctitas vestra suspicari debet, quod nos consulto occasionem aut prætextum aliquem quæramus dignitatem et auctoritatem Sanctitatis vestrae, quam plurimi facimus, oppugnandi, vel in dubium et controversiam revocandi. Hoc profecto a proposito, mente et voluntate nostra alienissimum est: neque etiam arbitramur ullum esse regem, principem, aut privatum quoque hominem Catholicum, qui non una nobiscum sentiat, credit et profiteatur, Sanctitatem vestram post Christum Salvatorem nostrum caput esse Ecclesiæ in terris.

« XVII. Non improbamus præterea, quod Sanctitas vestra omni studio et conatu sustineat, tueatur et conservet suam et successorum suo-

rum Summorum Pontificum auctoritatem et dignitatem ipsis spectantem, tam ex mandato Dei et sacra Scriptura, quam per sacros canones, neconon plura approbata superiorum temporum Concilia, quia id justum et æquum est, et pro pastorali suo officio Sanctitas vestra secus facere non potest; attamen opera pretium est, quod Sanctitas vestra eam conservandæ auctoritatis sue Apostolicæ rationem incait, qua testatum redditur, Sanctitatem vestram non aliud quærere, quam bonorum divine majestatis, et augmentum fidei atque Ecclesiæ, necnon populi Christiani ædificationem, ne quisquam recte etiure possit objicere, Sanctitatem vestram non Christi, sed suam gloriam captare, aut postposita utilitate et necessitate Ecclesiæ, sibi et successoribus suis novo exemplo aliquid vendicare, quod ad Summos Pontifices nullo jure pertineat, neque probari posset, vel sacris Litteris, vel sanctorum Patrum monumentis, vel sacrorum canonum et Conciliorum decretis ad ipsos pertinere. Et quoniam tradita Sanctitati vestrae a Deo Omnipotente potestas et auctoritas facile subsistet contra quosvis adversariorum impetus, si Sanctitas vestra ea recte utatur, magnopere profecto expediet Sanctitati vestrae et Ecclesiæ, diligenter prospicere, ne ulli tam insig- ni potestate et auctoritate, ad destructionem potius quam ædificationem Ecclesiæ, et ad labefactandam vim et auctoritatem sacrorum canonum et Conciliorum contra præscriptum Dei abuti videantur: id quod a Sanctitate vestra non expectamus, sed plane confidimus ipsam in exercitio sue potestatis et pastoratis sui muneric id semper habituram præ oculis, ut sua vigilantia, cura et opera Christo multa millia animarum lucrifaciat. Ita quidem Sanctitas vestra habitura est nos acerrimum auctoritatis et potestatis sue Apostolicæ defensorem, qui tanquam supremum in orbe Christiano caput seculare, dextrumque Sanctitatis vestrae brachium, nunquam patiemur Sanctitati vestrae consilium et auxilium nostrum in iis, quæ nostro imperiali officio incumbunt, pro tenuitate ingenii nostri, et pro virili nostra parte, ullo loco et tempore deesse: quandoquidem nos hoc pacto ad defendendam et manutendam auctoritatem et potestatem Apostolicam Sanctitati vestrae, et ejus successoribus, ipsique Sancta Sedi Apostolicæ teneri lubenter agnoscimus et ingenuo profitemur.

« XVIII. Quod si omnino hic scrupulus auctoritatis et potestatis sue in Concilio retinendæ Sanctitatem vestram tantopere urit, Sanctitas vestra eum facile tollet, si ipsam Concilio praesens adsit et præsit, nam per præsentiam Sanctitatis vestrae præcidetur magna ex parte omnis ansa et materia de auctoritate et superioritate ejus disceptandi.

« XIX. Et quoniam hoc loco incidimus in

mentionem præsentia Sanctitatis vestrae in Concilio, teneri non possumus, quin Sanctitatem vestram rursus, qua decet modestia et filiali reverentia, et enixe rogemus et obtestemur, ut quemadmodum vices Christi gerit, qui propter salutem nostram e Cœlis in terram, et ad inferos descendit, et pro nobis homo nasci, pati et mori voluit, sic etiam exemplum ejus sequatur, nec sibi grave esse patiatur ex Urbe Tridentum usque proficiisci, ac ibi in medio tot archiepiscoporum, episcoporum et prælatorum Ecclesie ad convocationem Sanctitatis vestrae in Spiritu sancto congregatorum, ac de his quæ ad conservandam et restaurandam religionem spectant disputantim, tanquam pius pater et supremus in terris pastor versari, rebusque tractandis adesse et præesse, ac Deo et Ecclesiæ operam quam debet præstare, ac saluti tot milium animarum, quas Christus Jesus suo pretiosissimo sanguine redemit, clementer consulere; præsertim cum Sanctitas vestra sine graviore suo incommodo eo venire, ac secure, et absque omni periculo ibidem commorari, ac si opus sit, citra molestiam aut discripsum personæ et curiae sue in locum tutum inde se recipere valeat: quandoquidem Sanctitatem vestram nos præsentes affuturi, eamque una cum Patribus Concilii contra omnem vim ac injuriam, si quæ ingrueret, Deo propitio, facile defensuri, nec Sanctitatem vestram ullo modo derelicturi simus, etiamque nobis gravissima quæque salutis pericula adeunda forent, in quam tamen difficultatem speramus rem nunquam deductum iri.

« XX. Quocirca Sanctitatem vestram nunc iterum atque iterum officiosissime rogamus et obsecramus per viscera Domini nostri Iesu Christi, ut pro salute Ecclesiæ, qua Sanctitatis vestra curæ ita demandata est, ut ea nihil debeat habere charius, cum pro salute ipsius, quando opus sit, vitam quoque profundere tenetur, ut horum omnium quæ per nos commemorantur sunt, dignetur benignam rationem ducere, et afflictas reipublicæ Christianæ omnibus modis subvenire, omnemque operam dare, ut sublati et emendatis iis, quæ correctionem in Ecclesia requirunt, tandem in optatum tranquillitatem et unitatis portum perveniamus. Ita namque Sanctitas vestra maximam apud Denim et homines gratiam inibit, ac suis propinquis, tam in Ecclesiastico quam in sæculari ordine constitutis firmissimum præsidium contra omnes obrectatorum et aemulorum insultus et fraudes constituet, atque nos ipsos Sanctitati vestrae deditissimos magis devinciet. Atque hic rursus Sanctitatem vestram obnixe rogamus, ne hanc nostram integrinam admonitionem, in sinistram partem interpretari velit, sed potius æqua et benigna mente admittere dignetur.

« XXI. Hæc vero omnia non diffitemur talia

esse, quæ debuissemus ipsimet soli cum Sanctitate vestra contulisse. Sed quoniam incertum adhuc est, quando cum Sanctitate vestra convenire poterimus, hujus autem rei magnitudo et extrema reipublicæ necessitas omnem videntur excludere dilationem, eo quod subsit periculum, ne interim aliquid secus ac nos obsequenter monemus, cum detimento reipublicæ Christianæ discernatur et statuatur, voluimus ea Sanctitati vestrae, omni mora postposita, reverenter significare per præsentes litteras nostras manu illius nostri ministri scriptas, cuius opera antehac in conscribendis exemplis quarundam secretiorum litterarum nostrarum ad Sanctitatem vestram datarum usi fuimus, idque cum propter dictionem ipsam, tum propter characterem, ut Sanetitas vestra eo facilis et clarus rem omnem intelligat. Erunt autem omnia hic apud nos occultissima, quemadmodum etiam apud Sanctitatem vestram, cui soli scribimus, secreta haberi cupimus, ut quoniam scimus ipsam ea esse in Deum pietate, ac in rem Christianam studio et paterna voluntate, necnon doctrina, prudentia, industria, ac rerum usi præditam, ut in his ipsam per se, nemine alio monente, facile sit perspectura quid his perturbatissimis temporibus pro commodo Ecclesiæ et Christianæ reipublicæ factu opus sit, non gravetur Sanctitas vestra sola litteras hasce legere, et rem omnem excellentissimo suo judicio examinare, discutere et perpendere, priusquam de ea cum quoquo alio contulerit. Postea vero si omnino duxerit hujusmodi negotium cum uno atque altero ex iis, de quorum sive et integritate ipsa magis confidit, communicandum, id Sanctitatis vestrae arbitrio permittimus; sperantes Sanctitatem vestram nobis ad hæc nostra officiosissima scripta alicuius intimi et fidelissimi ministri manu, quamprimum ex animi nostri sententia benigne ac paterne responsuram esse, quod quidem responsum avidissime expectabimus: ac interim Deum Optimum Maximum precabimur, ut Sanctitatem vestram quam diutissime salvam et incolumem pro beneficio et commodo sue Ecclesiæ conservare dignetur. Datum in oppido nostro OEniponti etc.

« Beatissime pater, Sanctitatem vestram quam obnixe et reverenter iterum atque iterum peto, ut ex causis desuper allegatis, quæ supra continentur, in bonam partem accipiat, et non gravetur personaliter ad Concilium venire, et omnino spero, quod per suam præsentiam multa inconvenientia cessabunt, et ad bonum et optatum statum omnia redigentur: et ut supra continetur, promitto Sanctitati vestra in verbo imperatoris, regis ac boni Christiani, quod Sanctitas vestra tuto venire, manere atque recedere poterit, etc. » Hæc modo delibasse sufficiat.

38. Acceptis imperatoris litteris, Pontifex ingenuam animi benevolentiam ratam proba-

tamque habens, arcanas alias litteras<sup>1</sup> eidem repedit, quibus gestorum omnium rationem dabat, optimique patris ac magistri partes ex-plendo ex ordine cuncta docebat.

« Imperatori.

« Charissime in Christo fili noster, salutem. Respondimus litteris majestatis tuae super rebus ad sacrum Concilium pertinentibus : nunc respondebimus illis, quas ipsa secretiores esse voluit, de rebus ad reformationem spectantibus uberiori et apertius scriptas, in quibus summopere amavimus pietatem ejus erga nos singularem, et optimam voluntatem erga Ecclesiam et rempublicam Christianam. Accurate autem perpendiculariter omnia quae quidem non minus pie quam sapienter visa nobis sunt scripta fuisse. Itaque non modo accepimus ea in optimam partem, sed gratias maximas et habemus et agimus majestati tuae, quod tam diligenter, tam sincere, tam pie de multis nos admonuit, quae ad commissum nobis officium pertinent. Certe gratior haec adhortatio nobis fuit, quam aliorum principum silentium : perspeximus enim charam illi esse existimationem nostram, charam animae nostrae salutem, Dei vero gloriam, et Christiani populi utilitatem longe charissimam. Itaque gratias iterum agimus majestati tuae pro officio tam pio : latetnam autem, quod sensus tui sensibus nostris congruunt, et cum votis vota consentiunt.

« Ac primum, quod admonet majestas tua de conditione humana, nos scimus et videmus quam haec vita sit fluxa, quam caduca ; itaque quotidie meminimus nos esse morituros, et actionem nostrarum rationem Deo reddituros ; quae cogitatio nos admonet, ut quoniam imperfectum nostrum agnoscamus, hunc tanquam extremum actum quam rectissime confidere curemus, ut cum Domino placuerit nos vocare ad se, cum spe divina ipsius misericordiae ad ejus tribunal accedere possimus ; nec vero ultum gratius opus, nec quod magis valiturum sit ad impetrandam ab eo peccatorum nostrorum veniam offerri a nobis posse divine ejus Majestati scimus, quam reformationis effectum Christiano populo tantopere necessarium ac salutarem.

« Itaque cum ad tollendas extirpandasque haereses, quae tam longe lateque manarunt, tum ipsius reformationis causa Concilium Generale indictum a nobis, et summo nostro studio ac diligentia congregatum fuit, cui liberum judicium relinquimus de iis, quae correctione indigere visa fuerint, corrigendis ; ipsius autem Concilii progressus quod lentior sit, non nostra id culpa accedit, sed tribuendum est multis et variis dilationibus, quae interpositae fuerunt, postulantibus oratoribus tuis, tuaque et aliorum causa id enixe rogantibus. Accesserunt

etiam aliæ more atque impedimenta, quibus factum est, ut Concilium tractum sit diutius spe atque expectatione multorum, et contra etiam nostram voluntatem et commodum.

« Sed quod ad reformationem attinet. Desiderat primum majestas tua, ut ineat uero nobis aliqua ratio, per quam successorum nostrorum electio canonice semper fiat, sine ulla simoniae pravitatis labe ac suspicione. Etenim pro sua sapientia intelligit, si caput sanum sit, membra quoque sese melius habitura : nos autem idem quod Majestas tua cupientes atque spectantes, huic rei diligenter provideri curavimus ; quantum enim extet complures Constitutiones super hac re in Conciliis, et a praedecessoribus etiam nostris editæ, quibus nihil potest esse melius, apertius, diligentius, tamen ad tollendos abusus edidimus nos quoque Bullam, cujus exemplum ad te mittimus, per quam satis huic rei a nobis provisum fuisse speramus, nec gravaremur eam ad Concilium mittere ab illo approbandam, nisi vereremur, ne ipsa Bulla excitatura esset dissensiones, contentiones atque discordias, aliis aliud in ea desideraturis ; atque ita id, quod optima mente, consilioque et deliberatione matura a nobis actum est, impediatur.

« Quod vero ad cardinales attinet ; nos, si quos in eum ordinem cooptatur essemus, ejusmodi personas eligere studeamus, quales majestas tua cuperet semper eligi, nempe, quae et virtutæ ac morum honestate commendarentur, et cum doctrina, tum usu rerum, atque prudentia ad participandas Sedis Apostolicæ curas essent idoneæ, sed de creandis novis cardinalibus nihil cogitamus. De hac re autem, ne longiores simus, venerabilis frater noster Joannes episcopus Prænestinus cardinalis Moronus, qui noster et Apostolicæ Sedis legatus ad Concilium ibit, et ad te quoque perveniet, commodius majestatem tuam edocebit.

« De archiepiscopis et episcopis præclare majestas tua intelligit, quantopere expediret, tales eos esse, ut commissas sibi oves et verbo et exemplo pascere possent : sed huic rei jam provisum fuit sacri Concilii decreto, quod servabitur. Dabimus enim operam, ut et nos idoneas personas Ecclesiis præficiamus, et ut in eorum vitam ac mores, qui confirmandi fuerint, diligenter prius inquiratur, et eorum electio, an legitima et canonica fuerit, exploretur ; de quibus rebus haberet quidem processus solent, sed ut posthac ejusmodi processus severius habeantur, et ut quae emendanda fuerint, corrigitur, curabimus.

« De episcoporum residentia nos, ut sacra Synodus statueret, optavimus, in animo habentes quidquid ipsa de hac re statuisset, id nos approbare, et ad effectum diligenter perducere : sed agitata ea res non sine magnis contentioni-

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. post Ep. LXXXVII.

bus fuit, neendum tamen definita est, dum alii alteri sentiunt. Nos autem in animo habemus, sive juris eam humani esse decretum fuerit, sive divini, onnes omnino compellere ad residendum in Ecclesiis suis, ne illis quidem cardinalibus exceptis, quibus Ecclesiarum administratio commissa est. Videamus enim eam utique esse necessariam, et eo magis hoc tempore, quo haereticae pravitatis peste per omnes fere Christiani nominis provincias pervagante, Dominicæ oves pastorum snorum præsentiam et excubias desiderant atque efflagitant: quare hac quoque in re pio majestatis tuae desiderio, Deo juvante, satisfiet.

« Venimus nunc ad id Epistole tuae caput, in quo Tua Majestas agit de libertate sua Concilio conservanda. Nos Concilium ipsum liberum semper esse voluimus, neque operam dedimus unquam, ut referretur ad nos de illis rebus, de quibus Concilium ipsum statuere ac decernere debet. Accidit tamen aliquando, ut legati Concilii de gravioribus aliquibus rebus nos consulendos putaverint: quibus nos quin consilium nostrum impertiremus, præterire non potuimus, nec debuimus; non tamen ob eam causam libertatem Concilii immuinuimus. Nec vero novum neque alienum a dignitate Concilii videri deberet, si ipsum etiam Concilium Apostolicam Sedem, Ecclesiæ caput et veritatis magistrorum consulendum putaret, nec duo esse Concilia posset videri, si Concilium cum capite suo conjunctum sit. Nec illud quidem improbari potest, quod nos de rebus hujusmodi gravioribus, cum delectis aliquot cardinalibus spectatae religionis ac fidei communicemus, eorumque sententias exquiramus, præsertim cum nunquam præjudicare velimus Concilii libertati, nec impedire quominus id quod sibi visum fuerit, exequatur, decernat et statuat.

« Sed quod majestas tua tutius et commodius fore censem, si de illis quæ ad reformatiōnem pertinent, velut de reformatione conclavis, consilio potius utamur Concilii Generalis, quam paucorum cardinalium, et quæ de hujusmodi rebus statuenda duxerimus, ipso approbante Concilio statuamus, controversia ipsa de residentia prælatorum satis nos admonuit, commodius esse et expeditius in hujusmodi rebus, quæ ad Sedem et curiam nostram proprie pertinent, non expectare consensum tante multitudinis, cum ipsi mature, quod opus est facto, efficere possimus. De Bulla quidem conclavis, quam multas, et quam varias putat majestas tua futuras fuisse prælatorum tot qui in Concilio sunt sententias, propter varia hominum studia ac voluntates? Nos vero satis hoc scimus, Bullam nostram nonnullos minime approbaturos fuisse. Eam tamen jam editam, si Synodus auctoritate sua approbandam duxerit, gaudemus satis factum desiderio Majestatis tuae.

« Atque hoc loco, quod majestas tua non improbat, ut nostram et successorum nostrorum dignitatem auctoritatemque tueamur, more suo pie admodum loquitur: sed quod hortatur, ut ita auctoritatem nostram tueri et conservare studeamus, ut appareat nihil aliud nobis esse propositum, quam honorem et gloriam Dei, quam incrementum fidei, atque Ecclesiae, et Christiani populi utilitatem, nos nihil aliud curamus, neque querimus, quam hæc ipsa quæ majestas tua commemorat: non enim querimus, quæ nostra sunt, sed quæ Jesu Christi, cui in hoc officio deservimus.

« Ilujus autem auctoritatis ac potestatis nostræ, quod le acerrimum defensorem fore polliceris, agimus majestati tuae maximas gratias, et hanc de tua singulari pietate fiduciam habemus, vicissim nos quoque majestati tuae pollicentes omni hac auctoritate nobis a Domino concessa paratos fore semper uti ad defendandam et augendam imperatoriam dignitatem tuam, neque ullo ei loco defuturos.

« Quod majestas tua nos hortatur, ut Tridentum nos conferamus, quo se quoque venturum esse pollicetur, nostramque amborum præsentium utilem fore censem ad finem oplatum Concilio imponendum; nos, nt in alteris litteris nostris scripsimus, non recusamus hunc laborem, atque adeo paratissimi essemus ire in remotissimas orbis terrarum partes, dummodo præsenta nostra ad divinæ Majestatis honorem fructum esset aliquem Christiano populo allatura: sed, ut omittamus quam infirma adhuc valetudine simus, ut taceamus quam exigua urbs Tridentum sit ad comitatus uiriisque nostrum excipiendo, majestas tua considerare secum valet, eequid tuto in eam urbem convenituros nos putet, que omni fere ex parte ab haereticis populis, Grysonibus, Helvetiis et Protestantibus cingitur. Recordetur quid olim acciderit gloriose memoriae Carolo imperatori fratri tuo, quanto in periculo saepius Concilium fuerit, ipso fratre tuo imperatore victore ac prope præsente. Tua quidem fide nihil gravius nec exploratius esse nobis potest, sed verendum est, ne ea vis afferretur, cui ne tua quidem majestas possit obsistere. Si tamen majestati tuae placaret Bononiam se conferre, quo nos quoque fortasse jam profecti essemus, nisi nos ægritudo nostra impeditisset, quanquam videamus, quantum detrimenti discessus noster huic urbi invicturus esset, tamen eo nos quoque conferremus. Ibi coronam imperii majestas tua accipere posset, sicut fecit olim gloriose memoriae Carolus frater tuus, et ut speramus, utroque nostrum hortante, ne prælati quidem Concilii eo venire gravarentur, et Concilio finis optatus imponi posset, etc. Dat. Rome, etc. xviii Martii MDLXII, anno iv ».

39. *Anxius Pontifex de quorundam, præ-*

*sertim Gallorum, erga se mentis affectu.* — Ita Cesareis postulatis factum est satis a Pontifice. Oborte vero fuerant in Concilio contentiones importuna aliquorum temeritate, qui sanciendae disciplinæ Ecclesiasticae specie, Pontificiam auctoritatem infringere, atque ordinem Concilii, invaso proponendi jure, pervertere moliti erant, cumque nonnulli Hispani et Galli præsules præfractiores se ostendissent, de iis conquestus Pontifex apud Cæsarem episcopi Pharenseis opera eum hortatus est, ut Sedis Apostolicae dignitatem in Concilio asserendam susciperet, ad quea Ferdinandio Cæsare nona die Martii ita responsum est<sup>1</sup>:

« Sacra Cæsarea majestas dominus noster clementissimus benigne intellexit ea, quæ R. D. episcopus Pharenseis S. D. N. ad majestatem suam nuntius proximis diebus a majestate sua Cæsarea ejusdem S. D. N. nomine postulavit, nempe, ex quo sint plures in Concilio prælati Hispani et Galli, quibus in dubium vocetur debita Sanctitatí suæ potestas atque auctoritas regendi et pascendi universalem Ecclesiam, ut tanquam advocatus, et defensor, et procurator auctoritatis et iurium Apostolicae Sedis, partes suas ita interponere velit, ut impetus illorum omnium propulseatur, Sanctæque Sedi, quod suum fuit semper et est, integre conservetur; ea de re non solum datis ad majestatis suæ Cæsarea oratores litteris, sed Galliarum quoque et Hispaniarum episcopis admonitis.

40. « Ad hec sacra Cæsarea majestas benigne respondet, majestati suæ Cæsareæ, quæ in istiusmodi disputationibus theologicis non est ita, ut ipsi theologi, versata, hactenus nullum in hac re dubium occurrisse: siquidem in suis-met litteris hoc ipsum prædicatum Sanctissimo domino nostro hucusque semper tribut, et Sanctitatem ejus sanctæ Romane ac universalis Ecclesiæ Summum Pontificem appellare numquam dubitavit. Neque profecto S. D. N. ambigere debet, quin majestas ejus Cæsarea memor Cæsarei officii sui, lubenter omni loco et tempore pro viribus tuebitur, defendet ac manutenebit auctoritatem et potestatem Sanctitati suæ debitam et competentem, sicut decet Sanctitatis suæ et sanctæ Sedis Apostolicae advocatum, defensorem et protectorem, prout etiam oratoribus et commissariis suis in Concilio existentibus jam mandatum dedit, ut hac de re nomine ac loco majestatis suæ Cæsareæ, cum prælati Hispanis et Gallis agant, eosque ab omnibus non necessariis disputationibus dehortentur. Verumtamen majestas sua Cæsarea pro sua in Sanctitatem ejus filiali observantia et integerrimo studio facere non potest, quin Sanctitatem ejus reverenter et officiose admoneat, si Sanctitas ejus auctoritatem et potestatem

suam extenderet conaretur, et per eam labefacere et diminuere intenderet auctoritatem sacri OEcumenici Concilii, aut vellet hac occasione tacite illud omnes confiteri, quod a multis palam negatur, haud dubie Sanctitati ejus difficillimam et gravissimam disputationem et controversiam subcundam fore, quam longe præstaret hoc turbato rerum et temporum statu evitare. Itaque majestas sua Cæsarea Sanctissimum dominum nostrum impensissime rogar, ut quemadmodum Sanctitas ejus majestati suæ Cæsareæ auctoritatem et potestatem suam commendat, quæ alias majestati suæ Cæsareæ curæ et cordi est, et posthac semper crit, sic etiam vicissim Sanctitas ejus auctoritatem sacro OEcumenico Concilio debitam et competentem commendatam habere dignetur, nec eamdem ulla in parte diminutam aut labefactatam velit: id quod Majestas sua Cæsarea sibi de summa Sanctitatis suæ pietate, integritate, ac in rem Christianam studio plane pollicetur. Quod reliquum est majestas Cæsarea R. D. nuntio omnem favorem, ac benevolentia Cæsareæ studium benigne deferit ».

« Decretum per sacram Cæsaream majestatem die ix mensis Martii anno Domini MDLXIII ».

41. Percrebuerat jam apud multos, quod Pontifex, ut exortas in Concilio contentiones sedaret, ad longum aliud tempus illud esset suspensus, quod tamen, cum alienum a Pontificio mente Carolus cardinalis Borromæus legatis Apostolis significasset<sup>1</sup>, vehementer gavisí miris laudibus Pontificiam mentem extulerunt, quod probe conspicerent, magna inde offendicula atque irreparabilia incommoda Ecclesia Catholice emersura. Placuit etiam legatis, quod Pius protectionem Bononiensem, quam destinaverat, nonnisi summa Ecclesiæ utilitate exigente, ad opus perducere meditaretur.

42. Suspectos fuisse Gallos Pontifici<sup>2</sup>, ac propterea Bononiensem protectionem meditatum, ne longius abasset a Concilio, imminentia que pericula discuteret, refert Gabriel Palæotus; verum Gallos optimam erga Pontificem gessisse voluntatem, eamque amantissimis officiorum verbis ostendisse, verbaque operibus ornasse visuri sumus :

« Cum post Gallorum (inquit) adventum magna hic apud nonnullos, sed major etiam Romæ suspicio exorta esset, ne quid hæc natio, cum qua prælati alii multi se conjunxisse dicebantur, adversus Sedem Apostolicam moliretur, idcirco Sanctissimus dominus noster, ut proprius Concilio sisteret, ac oborientibus periculis

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Barb. sign. num. 1344. Ep. ccxi. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Aud. Rot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 174.

occurseret, Camillo Palæotto uni ex quadriginta viris Bononiensibus apud eum tunc oratori, et frati auditoris significantium magistratibus Bononiensibus injunxisset, statuisse se Bononiam quamprimum transferre, jamque de annonam ac ceteris rebus quas ad excipiendam ea in civitate Pontificiam curiam usui forent, late cum eo disserruisset, propterea legati episcopum Vintimiliensem cardinalis Borromæi consanguineum, et papæ perquam gratum ad Urbem mittendum decernunt, qui Sanctitati sue rerum summam, Patrumque studia, et legatorum consilium, copiosa ab auditore actorum omnium instructione accepta, diligenter referat. Cum eo, atqueam discederet, Lotharingius vehementer egit, ut Summum Ponificem omni, si quam adversus Gallos contraxisset, suspicione liberet, cum se et eos omnes ad publicam utilitatem, Sanctæque Sedis incolumitatem adeo concurrisse profiteantur, ut Sanctitati sua ac ceteris omnibus, ubi opus sit, testatum plane sint relietur, nihil ab iis cogitari quod non hinc vere pertineat. Sed et orator Lansaccus addidit, nabit se quidem de pia Sanctitatis suæ mente dubitare, optare tamen ut a nonnullis, quibus nimium fidit, pravi ingenii viris, et qui privatis tantum commodis student, caveat diligenter, vereri enim ne malis istorum artibus dolosoque consilio res Ecclesiae deterius in dies cedant. Oportere, ut Sanctitas sua statuat aliquid animo his temporibus de suo jure remittendum esse, ut reliqua sarta tectaque retineantur, alioquin et suis et Gallie rebus male consultum iri. His verbis voluisse eum tacite cardinalem Sancti-Clementis significare dictum fuit, quem hoc nomine Galli et Hispani suspectum maxime habebant, quod suis in Urbe suasionibus pristinam impediret Ecclesiae disciplinam revocari. Eum tamen ferebant alii hoc adversus se odium conflasse, quod omnem in Urbe daret operam, ne quid de antiqua Sedis Apostolice in res Ecclesiasticas auctoritate ac libertate recentibus episcoporum decretis detraheretur ».

At Pontifex cum ita suam auctoritatem assertam velle, ut tamen disciplinam Christianam instauratam maxime percuperet, omnia, quæ ad eam spectarent, necnon Gallorum postulata ad Concilium, ut de his statueret, remisit, ut narrat memoratus Palæottus<sup>1</sup>: « Cum eodem tempore episcopus Viterbiensis ex Urbe reversus sumnum Sanctissimi domini nostri degeneres mores emendandi, neglectamque disciplinam revocandi studium exposuisset, quod Patrum fidei et religioni statuendum refinquebat, de postulatis etiam Gallorum omnia, tum ad legatorum, tum ad Patrum arbitrium rejicisset, idcirco legati ingeminant industriam, corrobor-

rant spe patientiam, omnemque lapidem volunt, ut dignum aliquid tandem ex consessu exeat. Cum Lotharingo, ad quem Sanctissimus dominus noster humanissimas dedit litteras, officiose de Gallorum petitionibus agunt, atque ex illis quid proponi, quid recipi, quid mutari, quid recusari possit ex variis in eas adnotatiibus peritorum aliquot consilio consultant ».

Porrexerant etiam oratores Cæsarei libellum postulatorum, quæ a postulatis Gallorum non dissentiebant. Hec tamen Concilio a legalis proposita non fuerant<sup>2</sup>, cum aliqua Cæsareo apice indigna continerent, ac jam in calicis petitione plures episcopi offendiculum passi essent. Absurdum quoque erat quod ad ea quæ spectarent ad Pontificis auctoritatem, capit regeretur a membris legesve acciperet. Ageret de his potius Cæsarea majestas cum Pontifice, a quo honesta cuncta relaturus esset, ut ex decretis disciplinæ ab eo restitutæ conspicuum erat. Æquum bonique accepit Cæsar libelli sui articulos non fuisse propositos, quod non ipse eos teneret, sed a populis sibi subjectis fuerant expediti. Quod vero legati non sinerent a regis oratoribus sua postulata proponi Concilio<sup>3</sup>, obiecit cardinalis Lotharingus jure Cæsarem et Catholicum regem queri, Concilium non futurum liberum, ac frustra a Cæsare et regibus mitti oratores, cum nec definitivo nec consultivo suffragio polleant; cui Seripandus cardinalis<sup>4</sup> respondit: Non propterea tolli libertatem si legati proponant, supremique Ecclesiæ capitatis auctoritas ilitibata servetur, quo abjecto ordine, summa oriatur perturbatio ingensque confusio. In eam quoque cardinalis Lotharingus descenderat sententiam, ut censeret calicis usum permittendum, quo Germania et Gallia in Catholica religione continerentur, additque a Pontifice non obtinendum, quod ab ea concessione cardinales abhorrent, a Concilio tamen obtineri posse. Verum aliter alii sensere, nec haereticos ab inolta pertinacia hujusmodi concessionem reducendos, quin magis obsfîrmados asserebant. Propterea missus est a legatis Nicolaus Ormanettus ad ducem Bavariae, ut eum a communione calicis permittenda averteret, de cuius in fide Catholica constantia, cum recens ac nobile testimonium Pontifici Ormanettus detulisset, Pius egregiam ducis pietatem his litteris<sup>5</sup> commendatam confirmavit:

« Dilecto filio nobili viro Alberto duci Bavariae.

« Dilekte fili, nobilis vir, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum ex litteris nobilitatis tuae, tum ex diligenti et uberrima relatione dilecti filii Ormanetti, recognovimus illam insi-

<sup>1</sup> Ibid. p. 327.

<sup>2</sup> Card. leg. in lit. ad card. Borr. datis 1 Mart. MDLXIII. — <sup>3</sup> Gab. Palat. p. 316. — <sup>4</sup> Ms. Val. p. 173. — <sup>5</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3216. p. 77.

gne in a singular pietate et devotionem, illud constantissimum fideli Catholice studium, quod omnibus in litteris et factis tuis omni tempore declarasti, et a majoribus tuis acceptum tibi perpetuo tuendum et conservandum esse statuisti. Itaque tanta laetitia affecti sumus, quanta amantissimum patrem ex charissimi filii tanta pietate et gloria affici necesse est; cum summam tibi laudem, dilectissime fili, tribuius, quod paterna monita nostra animo tam pio, sicuti quidem te facturum minime dubitabamus, acceperis, tum agimus Omnipotenti Deo maximas gratias, quod assiduas et ingentes curas, ac sollicitudines nostras, per te talem filium non parum levat. Divinam autem ejus majestatem toto corde precamur, ut gratia et protectione sua te una cum omnibus tuis perpetuo tueatur atque custodiat, beneficiaque erga te sua non conservet modo, sed in dies angeat atque multiplicet. Datum Romæ apud S. Marcum die viii Julii MDCXIV, anno iv.

43. *Pius respondet postulatis Germanorum.* — Cum vero card. Lotharingus<sup>1</sup> imperatorem Oeniponti adiisset, sciscitus est imperator ab abbe Claravallensi, et Sanctesio theologo, quid sentirent de concessione calicis, qui cum handquaquam concedendum respondissent, conversus imperator ad Maximilianum filium Romanorum regem haec verba in Lutheranos, qui calicis controversiam moverant, detorsit: « Quadragesima annis proximus fui generatione huic, et dixi semper, hi errant corde ». Quemadmodum autem laicus calicis usus denegatus, ita pariter denegatum sacerdotibus conjugium, adeo ut licet Gallorum rex et regina Catharina litteris suis a Concilio flagitarint, ut cardinali Borbonio sacris sacerdotalibus initiato, ad quem Gallici regni jura devolvenda erant, potestas datur ducendæ nxoris, a qua liberos pro regni salute susciperet, impetrare non potuerint.

44. Nunc, quae Pontifex Germanis responderit<sup>2</sup>, videamus :

« Ad ea, quae consiliarii electorum et principum imperii reformanda censuerunt in Summo Pontificatu et Sede Apostolica.

« Respondet Sua Sanctitas, nihil sibi magis cordi esse, quam ut universa Christi Ecclesia, extinctis heresis et erroribus universis, in orthodoxæ fidei sinceritate et unitate Domino serviat, et quæ ab Apostolica illa antiquaque Sanctorum Patrum institutione dellexerunt, ad pristinam normam reformatur. Qua in re ut omnes orthodosos coadjutores sibi fieri exoptat, ita et se et sua privata omnia commoda illi uni posthabituram : sed ex his articulis sibi videri, paucis admodum hoc deploratissimo Ecclesiæ statu ipsius salutem cure esse, iuxta sub occasione

haronum, quæ nuper exortæ sunt perturbationum, omnes que sua sunt querere, non que Jesu Christi : omnes conari se ultra suum modum effere ; omnes appetere indebita, omnes contendere esse summos.

Quare cum nihil sit Ecclesie Christi magis adversum, nihil ejus unitati magis contrarium, oratos cupit omnes, ut communis potius totius Ecclesie utilitati, quam propriæ studeant. Deinde suam Sanctitatem desiderare in consiliariis illis electorum et principum majorem aliquando modestiam. Quis enim, vel parum Christianus, ferat (nt reliqua præterea) ipsum titulum ? ita enim statim incipiunt : Quæ consiliarii electorum et principum imperii censuerunt reformatra in Summo Pontifice et Sede Apostolica, perinde ac si in ipsis nihil esset, quod reformationem desideraret : atque utinam suo satisfacrent officio ! Utinam per Germaniam Ecclesie principes, quos facile intelligit hujus esse autores tragedie, sua vita plusquam seculari non magis scandalizarent Christi Ecclesiam, quam universa, quæ censuerunt ipsi reformatra in Summo Pontifice : non quod ægre ferat sua Sanctitas, imo non gratissimum habeat se admoneri, vel a quo cumque, si quo suo facto scandalizet Christi Ecclesiam ; neque enim se hominem esse ignorat, neque sanctorem Petro, quem et ipsum Christus graviter labi passus est, sed in illorum admonitione desideraret Christianam modestiam : nam si quis et reliqua universa percurrat, qualiter velut in Cœlo empyreō positi super ipsum Petrum et universam Ecclesiam sibi usurpauit auctoritate illi consiliarii, quæ sibi visa sunt, statuant, desistunt, approbent, irritent, etiam si quæ hujus Sedis auctoritatē adversus ea tentata fuerint, vix risu temperabit. Tertio priusquam petitis corum particularim respondeat, hanc ab illis legem exigit, quæ ipsi contra omnem legem suæ Sanctitatis et hinc Sedi præscribunt, hoc est, ut sicut volunt sibi integrum servari auctoritatem dignitatemque suam, ita hujus Sedis auctoritatē, quam ab initio ex Christi auctoritate et Apostolorum institutione super universam Ecclesiam obtinuit, nihil derogent, sed juxta beatissimi Leonis præceptum, sic ut sciunt se quibusdam præpositos, ita non moleste ferant aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quæ ipsi a subditis exigunt, etiam superiori dependant. Jam ad articulos ipsos descendendo.

« Ad primum, in quo petunt, ut in prophanicis causis nemo unquam, in Ecclesiasticis vero non nisi in tertia instantia ad Urhem pertrahi valeat, respondet hujus Sedis indubitate juris esse et fuisse a principio, ab ipsis Apostolorum temporibus, ut universæ Ecclesiæ majores causæ ex toto terrarum orbe ad hujus Sedis referrentur judicium, ejusque auctoritate terminarentur : itaque ante annos mille ducentos in illo

<sup>1</sup> V. ecomes post p. 188. Ib. p. 179. — <sup>2</sup> Tom. xv. de Concilio Ms. arch. Val. sig. 3202. p. 109.

flore juventutis Christianæ evocatos ex medio Oriente etiam primarum sedium episcopos ad hujus Sedis judicium personaliter comparuisse, et totum semper orbem in talium causarum decisione suspensum fuisse ab hujus Sedis iudicio; fuisse præterea liberum unicuique, qui in quaenamque causa ab ordinario suo episcopo aut metropolitano se prægravari putaret, hujus Sedis appellare judicium, eique appellationi semper ab omnibus fuisse reverentissime delatum: ita in hac re nihil nunc noviler usurpatum, si precedentium temporum repetere velint memoriam, sed quæ a tempore immemorabili etiam in Germania ita observata fuere certo inventuros; ex qua observatione sola, cum jam dico jus natum esset, etiam ubi alias nullum fuisset, inique illos facere, qui sibi jus servari volunt integrum, et Apostolicæ Sedis juri, auctoritati, ac privilegio nuntur detrahere. Quod vero videri volunt in eo nimis gravari Germaniam, ita suæ Sanctitati videri non esse Germaniam, quæ hac de re queratur, sed Ecclesiasticorum consiliarios, cancellarios et officiales, qui ex ampliata episcoporum jurisdictionesum essent facti negotium, tamen suam Sanctitatem ubi hoc Christi Ecclesia, ejusque tranquillitat, meliorique gubernationi necessarium, aut magnopere utile sibi demonstratum erit, non gravate de suo jure concessuram quamplurima, et hoc daturam Germanorum votis, ut minoris momenti Ecclesiæ causæ nonnisi in tertia instantia ad hanc curiam devolvi possint, hoc tamen ante omnia proviso, ut illic bona expeditaque justitia administretur, prescripto etiam ordinariis et delegatis judicibus termino, intra quem causam expedire teneantur, quo elapsio, si causa expedita non erit, et altera partium id voluerit, jam devoluta causa censeatur absque ullo cuiusquam impedimento aut contradictione, cum hoc negari non possit in Romana curia absque ullius personæ respectu optimam expeditissimamque justitiam administrari, que coram ordinariis presertim in Germania multum clandieat, aut finem nullum invenit. Ut vero nulli licet prætermisso ordinario coram delegatis ab Apostolica Sede judicibus in ipsa Germania suas causas peragere, cum nulla hoc Germaniae exposcat utilitas, et hujus Sedis auctoritatil deroget plurimum, non putat sua Sanctitas concedi debere, nam et in magnum esset Germanorum, qui causas et negotia habent, præjudicium, si adempta ipsis erit libertas coram aliquo praefato viro docto et integræ, et a quo sperant se expeditam et bonam justitiam consequi, causas suas prosequendi. Quod si querantur Ordinarii suam per hoc jurisdictionem minui, cogitare debebunt non a decem, aut viginti, aut triginta annis introductum, sed a tempore, de cuius initio non est memoria, ita observatum, ut liceret unicuique nou solum

coram delegatis judicibus in Germania suas causas peragere, sed etiam ad Romanam curiam suos adversarios libere evocare. Itaque queri eos non posse sibi ab Apostolica Sede non concedi, quod nullo ipsis jure debetur, et quod Germanorum, qui causas et negotia habent, libertati est adversarius, et hujus Sedis auctoritati derogativum. Ubi tamen in ea beneficia se quisnam intrusit, quæ jure indubitate ad solius Apostolicae Sedis dispositionem spectare dignoscuntur, liberum vult manere ab eadem Sede provis etiam in prima instantia huic evocandi suos adversarios, ne spe impunitatis ad injustitiam prioniores reddantur, quos nulla jam continet religio. Quod ad causas vero profanas, dicit Sua Sanctitas se contentam, ut coram suis judicibus agitentur: esse tamen quasdam personas, quarum secundum leges et canones Ecclesia patrocinium gerere debeat, earum causas, ut Ecclesiasticarum, coram ordinariis aut delegatis in Germania judicibus agi posse vult, si illæ Ecclesiasticum judicem expert, idque modo et forme prescriptis, et in tercia instantia, si illis placebit, ad Romanam curiam deferri posse: sed ubi aut nimis differetur, aut ipsis negaretur, justitia Sedis, cui jus totius Ecclesiæ et Christianorum omnium, et presertim personarum talium cura commenda est, non posse illis non adesse, ut justitiam consequantur.

« Ad secundum et tertium articulum de jure patronatus, cui derogari queruntur, respondet sua Sanctitas, se existimare juri patronatus laicorum hand temere se derogari solere, nisi forte in beneficiis apud eamdem Sedem vacantibus, quæ ab antiquo, etiam de jure communii, semper fuerunt solius Romanii Pontificis dispositioni reservata: quod cum non frequenter accidat, sed raro admodum, non habere patronos justam causam, quod inde querantur; presertim si cogitent nihil sibi auctoritatis in Ecclesiasticis rebus posse competere, nisi quod hujus Sedis auctoritate ipsis indulsum est. Tamen etiam in hoc de suo jure concedere parata est sua Sanctitas, si magnopere hinc moretur Ecclesia reformatio, aut si quæ utilitas hinc speratur preventura Ecclesia. Ecclesiasticis vero patronis, quod agre ferant alternis cum ipsis mensibus concurrere Pontificem, nulla prorsus causa est, cum et ipsi, et ei quorum causa jus patronatus ipsis competit, jure subjectio sint huic Sedi et Romano Pontifici; quæ subjectio, ut diligenter obseruat et ab eis recognoscatur, universalis Ecclesiæ salutis in primis expedit, quam ut in ejus concordia unitate que consistere certum est præcipue, ita eam nisi unius supra potestate et auctoritate, quæ ab omnibus religiosissime observatur, confineri conservarique non posse. Itaque si sua Sanctitas pro bono pacis et concordiae Christianæ

na Ecclesiæ multa de suo jure cedere contenta est, merito suo jure contenti esse debent Ecclesiastici patroni, nec quidquam ambire aut appetere, quod auctoritat hujus Sedis per quam conservatur Ecclesiastice hierarchie vigor et unitas, esset contrarium.

« Ad quartum articulum, in quo cuperent prælaturas, dignitates et officia in Cathedralibus Ecclesiis in utroque mense electivas fieri, darique facultatem capitulis eligendi personas idoneas et eruditas, a quibus tamen dignitates de jure patronatus, tam Ecclesiasticorum, quam laicorum exceptas volunt, ut qui patronos utriusque generis in nullo mense in suorum beneficiorum collatione præpediri exigunt, respondet sua Sanctitas cuperet se et optare, ut pro publico totius Ecclesiae bono ejusque utilitate, omnes contenti sint de jure suo aliquid cedere, seu patroni, seu ordinarii, præsertim cum ipsa, penes quam dignoscitur supremum jus rerum Ecclesiasticarum omnium, parata sit non pauca, sed plurima cedere eorum, quæ indubitatissimo jure sibi dignoscuntur competere. Itaque non solum in cathedralibus, sed etiam collegiatis Ecclesiis dignitates, quæ præesse habent capitulis, et ob id personalem requiruot obedientiam, quæ in Germania decanatus, ut plurimum nominantur, contenta est in omnibus mensibus electivas esse a capitulis, utque tales dignitates obtinentes in capitulis suis personaliter præsidere teneantur et cogantur. Alioqui nisi pro Ecclesiæ utilitate et negotiis se absentaverint ultra certos menses, eo ipso dignitatibus privati existant, possintque capitula ad aliorum electionem procedere, sed ut sua Sanctitas pro bono universalis Ecclesiae hæc contenta est de suo jure concedere, ita parifmiter fieri vult, tam ab ordinariis quam a patronis, seu secularibus, seu Ecclesiasticis omnibus, quod ad tales dignitates attinet, ita ut nullo prouersus prætextu electionis libertas quoad tales impediatur. Sunt et alia quædam dignitates, tam in cathedralibus, quam in collegiatis Ecclesiis, quæ talem residentiam non requirunt nec capitulis intercesse prohibentur, quales sunt fere per Germaniam præpositurae, aliaeque dignitates, et officia, quæ per substitutos exerceri possunt. Quoad hæc vult sua Sanctitas antiqua concordata observari inviolabiliter, nam ita exigit universalis Ecclesiæ utilitas, ut se possit præbere liberalerem erga viros doctos, eosque, qui de hac Sede et universalis Ecclesia sunt bene meriti.

« Quoad quintum de Parochialibus Ecclesiis hæc satis intelligit Sua Sanctitas, ita præcipue Ecclesiæ Christi utilitatem requirere, ut in eis committendis viris doctis et idoneis summa diligentia adhibeatur. Cum fere parochianorum vita et religio a suis pastoribus dependeat, et plus ex hoc scandali patientur infirmi, si una

ejusmodi Ecclesia male collocetur, quam inde redificantur, si viginti alia sacerdotia cum districtissimo judicio conferantur. Et quamvis id sibi præcipue cordi et sit et semper fuerit, tamen in tanta potentium multitudine et importunitate sibi plerunque subripi : itaque per salutem Ecclesiæ oratos cupit, tam saeculaires quam Ecclesiasticos omnes, ut in hoc uno tam necessario pro universalis Ecclesiæ reformatione omnes secum pio studio concurrant et adjuvent, ut intelligatur illos non sua, sed que Iesu Christi sunt quæsivisse, secumque modum excogitent, per quem eadem Ecclesia, in quibuscumque mensibus vacantes districtissimo judicio viris doctis et idoneis conferantur, nam ut illarum collationem, etiam in sex mensibus Suæ Sanctitati reservatis ordinarii locorum concederet, neutquam futurum putat ex re et utilitate universalis Ecclesiæ, atque satis informata existit, ab illis non magnum respectum virtutis et doctrinae nec utilitatis Ecclesiæ in beneficiorum collatione haberí, sed conferri ab eis, vel cognatis, vel ministris, aut his, quibus favent eorum secretarii aut consiliarii. Imo cupit et vult sua Sanctitas, ut sicut ipsa suum jus collationis carum in sibi reservatis mensibus parata est condonare, et concedere utilitati totius Ecclesiae, ita et ipsi in suis mensibus faciant æqua lege statuta ac ordinata de omnibus. Quo autem modo de illis utilissime ordinatisimeque possit constitui, diligentiores forte cogitationem tractatumque requireret, ad quem cuperet sua Sanctitas adhiberi doctorum viorum per singulas Germaniæ universitates consilium eorumque sententiam ad suum referri iudicium, ut collectis omnibus, quod utilissimum inventum fuerit, eligatur.

« Ad sextum articulum, in quo, et ab annatarum solutione se liberari, et electionum episcopalium confirmations non ab hac Sede, sed in Germania ab archiepiscopis aut primate petierique postulant, ut pleraque, quæ nimis immodestæ ac insolenter, ino apertam rebellionem spirantia, in eo scripta sunt, præterea, respondet sua Sanctitas, et primo de confirmatione electionum episcopalium ne ab hujus Sedis auctoritate petantur, mirari se dicit, qua fronte audeant petere, aut enim hacin re omnis antiqui ritus Ecclesiastici ignaros esse, aut nimis improbam esse eorum petitionem oportet; nam quam non nuper, neque ab aliquot annorum centenarius introductum, sed ab initio ita in Catholica Ecclesia observatum fuerit, ut ex toto terrarum orbe, etiam a distantissimis Ecclesiis confirmations electionum episcopalium hinc peterentur, quæ nec rebus, aut firmatatem ullam oblinebant, antequam hujus Sedis auctoritate essent confirmatae, de quo si dubitaret, parata est rationem illis reddere clarissimam, et interim ex beatissimi illius Leonis lon-

ge ante mille annos ad Anastasium Thessalonicensem episcopum suum et Apostolicae Sedis in partibus Orientis vicarium de Attico veteris Epiri archiepisc. scripta Epistola clarissime intelligere poterunt, qua tandem fronde Germanica Ecclesia, que hujus Sedis velut germen est, ejus manu plantata, nunc demum sibi grave putabit, quod illæ tam longe in extremo Oriente posita Ecclesia sibi grave non putaverunt, non aliunde petendas esse electorum episcoporum suorum confirmationes, quam unde octingentis annis petite sunt. Proinde admonitos rogatosque cupit illos, ut Ecclesiasticae hierarchia unitatistudeant, quam hujus Sedis in ea principali auctoritate certum est contineri, utque ab hujusmodi studiis, quæ dissensiones ac schismate pariunt, omnemque Ecclesiam dignitatem et auctoritatem evertunt, abstineant, quæ quantumpere displiceant Deo, horribilis illa novaque divina ultio adversus Chore, Dathan et Abiron, complicesque satis clare demonstrat, nam ut dissensiones, schismataque omni humanae societati certum afferunt exitium, ita maxime Ecclesiae Christianæ, quæ quanto diffunditur latius, tanto arcius unitatis quodam vinculo debet contineri, ne scipsem in sese tumultuata eventat ac prosternat.

« De annatarum vero solutione, in quibus gravari se queruntur, respondet sua Sanctitas, quod si non solius propriæ, sed communis Ecclesiae utilitatis respectum haberent, merito non deberet ipsis tam grave videri. Debet enim Romanus Pontifex totius Ecclesiae pondus ferre, debet universam ejus tueri dignitatem, si enim hic infirmatur, ut Prophetæ verbis utamur, ad cuius conflugetis auxilium? At destituta rerum externarum subsidio et adminiculo, hoc præservit deploratissimo tempore, languida contemptaque erit ejus auctoritas, quare ut in veteri illo tabernaculo, quod nostra figuram gessit Ecclesia, ex Dei institutione a levitis et sacerdotibus dabatur summo Sacerdoti primitiæ ex decimis omnibus, hoc est, decimas decimorum omnium, ita plane aequissimum justissimumque est, etiam in nostra lege Summos Pontifices Ecclesiasticarum rerum portionem ab inferioris gradus episcopis sacerdotibus accipere, quo possit tueri omnium dignitatem, et universalis Ecclesia onera supportare, que qui non requirere arbitratur impensam maximam, humanarum omnium rerum ignarus est. In horum itaque locum si introductum est, ut a confirmatis per Apostolicam Sedem epis copis præstetur pecunaria aliqua contributio, ut annata, hoc est, medii unius anni fructus, qui tamen numquam ad integrum valorem æstimantur ab aliis quam quibz Apostolica Sede accipiunt Ecclesiasticos redditus, cuiilibet, qui ad proprium commodum non nimis respicil, constare posse confidit id esse, et

naturali, et divino juri maxime consentaneum.

« Quod vero dicunt annatas ea intentione a Germanis Ecclesiis longo tempore persolutas, ut ex eis subsidium ferrent Romano Pontifici laboranti adversus Turcas pro Christianis, putat sua Sanctitas, nec se, nec prædecessores suos illis defuisse, sed potius per Germania dissensiones ac discordias hosti proditos, imo in tam notoria hujus Sedis calamitate, paupertate ac necessitatibus, plus fortasse pecuniarii subsidiij se misisse laborantibus adversus Turcas Hungarorum regibus, quam ex universis Germania annatis accepérunt. Sed non sola illa debuit esse persolutionis eorum intentio, sed ut Ecclesia universalis supportare posset onera, quæ certum est varia incurrire, ejusque dignitatem tueretur, neque enim tum prorsus earum solutio introducta est, cum earum sic quantitas per universam Ecclesiam determinaretur, ut annatarum nomen accepissent, constat enim ante nongentos annos, imo mille annos, ita observatum ab Ecclesia, ut confirmati ab hac Sede episcopi et metropolitani eidem cum obedientia obligatione pecuniariam etiam nonnullam præstationem solverent, de quo si quis dubitat, certior fieri poterit ex ea, quæ hac de causa inter Constantinum hujus Sedis Pontificem, et Felicem Ravennatem archiepiscopum exorta est tragœdia, nam cum hic in superbiā rebellionemque elatus, antiquam prædecessorum suorum formulam, tam in subjectionis obligatione quam in pecuniaria præstatione sequi contemneret, nec Constantini monitus ut prædecessorum suorum exemplum sequeretur induci posset, Justinianus imperator intellecta illius erga hanc Sedem inobedientia et contumacia, Theodorum Patritium ex Sicilia cum classe in Ravennates misit, quibus archiepiscopi sui rebellioni faventibus bello victis, Felix Constantinopolim relegatus poenas sua contumacie dedit. Hac autem ante annos fere nongentos acta adscribenda censuit sua Sanctitas, ut ex eis intelligenter non esse recentem annatarum introductionem, quamvis recens est eorum nomen, proinde iniqua eos petere, qui has nollet persolví amplius.

« Ad septimum articulum, nullas deinceps commendas, nullas uniones seu incorporaciones prælaturarum, aut Ecclesiarum, beneficiorum fieri. Respondet sua Sanctitas, adeo aliquando Ecclesiarum utilitatem require, incorporationes unionesque fieri, ut etiam ius commune locorum ordinariis eas facere permiserit. Ut vero non temere, nec absque evidenti utilitate Ecclesiarum deinceps fiant, sua Sanctitati curae fore.

« Quoad commendas vero prælatorum per Germaniam, quæ personalem residentiam requirunt, aut beneficiorum curatorum, libenter illis condescendet sua Sanctitas. De aliis vero quod querantur, merito illos non habere.

« Ad octavum de reservationibus beneficio-  
rum quas nunquam beneficentibus facit sua  
Sanctitas, non est, quod merito conqueri de-  
beant ordinarii, quando illis servet concordata  
Germanicae nationis integra. Expedit autem uni-  
versali Ecclesiae, ut se possit erga bene de ea  
merentes nonnunquam exhibere liberalerem,  
quod cum facit de suo, absque alterius in-  
juria, nulla causa est quod illi querantur.  
Quod vero dicunt divinum cultum per eas mi-  
nui, si illius tantam quantam videri volunt, cu-  
ram habeant, sperat per ea, quae in quarto et  
quinto articulo dicta sunt, illis satis provi-  
sum iri.

« Ad nonum. De beneficiis Germanicis solis  
Germanis, et qui personaliter residere volue-  
rint, conferendis, in quarto, et quinto articulo  
satis responsum putat.

« Ad decimum. Quoad collegia et capitula  
nobilium et graduatorum, contenta est Sua  
Sanctitas illis obsequi, et ita providere, ne nisi  
qualificatis conferantur.

« Circa undecimum articulum de dispensationibus et solutionibus a casibus reservatis, partim putat Sua Sanctitas ipsos non intelligere, quid velint aut cupiant, partim injustissima petere, nam ubi archiepiscopi aut episcopi potestatem habeant dispensandi in his, que in hujus Sedis auctoritate constituta sunt, hoc est, inferiores et subditi in lego superiorum suorum, nisi ubi eis hoc expresse permittitur, omni juri omnique rationi contrarium esse indubitatum esse. In solutionibus autem reservatorum casuum, quod juri communi et sacris Conciliis stari cupiant, hoc vult jus commune, hoc sacra Concilia, ut in casibus Apostolice Sedi reservatis se intrummittat nemo, nisi ejusdem Sedis auctoritate.

« Ad duodecimum articulum in primis sa-  
tis responsum est. Quod tamen de triennali  
possessione beneficij in nullo casu molestanda  
exigunt, videri Sua Sanctitati regulam Cancel-  
larie supra hoc editam esse aquissimam, nec  
eum, qui evidenter ac notorij, absque ullo ca-  
nonico titulo in beneficium Ecclesiasticum se  
intruserit, beneficio possessionis triennalis gau-  
dere debere.

« Ad decimum tertium. Indulgentiis abusos  
esse plerosque ægerrime fert Sua Sanctitas; sed  
cum nil tam sit bonum, tam utile hominibus,  
quo non abutantur plerique, ob quorumdam  
abusum non putat esse prorsus rejiciendas, cum  
certum sit Christi fidelibus esse utilissimas, tam  
ad excitandum devotionem multorum, quam ut  
miseris crateris satisfactione peccatorum misericorditer  
succurratur. Itaque si exposcat Eccle-  
sie necessitas, non existimat Christi fideles per  
eas ad subventionem non esse invitandos.

« Ad decimum quartum. De dominibus Theu-  
tonicorum Apuliæ, Siciliæ et Venetiarum, quis

responderi debeat haud satis informatus sum.  
Hic tamen vicissim ab illis petit sua Sanctitas,  
ut eurent restitui in statum pristinum Ordinem  
dominorum Prutenicorum, quorum bona Casimirus  
Braudenburgensis illius Ordinis magister,  
sui voti oblitus, accepta uxore, in prophanos  
usus convertere conatus est, veluti haereditaria  
sibi suisque prolibus usurpare.

« Ad decimum quintum. De exemptionibus  
nonnullorum prælatorum a jurisdictione ordi-  
nariorum quos ob id vitam dissolutam illi agere  
causantur, dicit sua Sanctitas, exemptiones hu-  
jusmodi a longo tempore introductas fuisse,  
propterea quod ordinarii suum non facerent of-  
ficium, quorum si vita ita esset reformata, ut  
sibi subjectis essent recte vivendi regula, per-  
cepere se illis morem gerere, sed cum contra  
existat potius, queri eos merito non debere, si  
qui ab eorum jurisdictione exempti sint, ut libe-  
rius Deo servant. Quod vero queruntur non-  
nullis electis administratoribus, abbatibus et  
prælatis indulta concedi de se non consecrari  
faciendo, dolet talia pleraque multorum impor-  
tantia a se extorqueri, se vero ejusmodi indulta  
omnia liberat revocaturum, nec cuiquam  
similia concessurum amplius.

« De eo vero quod conqueruntur, hic ordi-  
nari nonnullos super Ecclesiarum titulis ad  
quorum possessionem nunquam perventuri  
sunt; ut id sit necesse fieri, fecit episcoporum  
Germaniæ presertim vita plus quam secularis,  
qui dum sibi indignum putant, quae vere epis-  
copi munera et officia sunt, obire, necesse fuit,  
ut super titulis talium Ecclesiarum ordinarentur  
suffraganei; sed cupit et percipit sua Sanctitas,  
ne eo opus sit amplius, sed ipsi per seipso ex-  
equantur episcopalia officia.

« Postremo, quod de promotis apud sedem  
pauperibus plerisque et indoctis, ipsis displicet,  
cum non minima pars reformationis Ecclesiae  
hinc pendeat, ut tantum digni doctique ad sa-  
cerdotium promoveantur, cupit sua Sanctitas  
circa ordinationes sacerdotum districtissimam  
aliquam disciplinam constitui et observari non  
solum apud hanc Sedem, sed etiam ab ordinariis  
omnibus, et circa hoc non solum rigorem cano-  
num conservari diligenter, imo et illis, quae  
convenientia videbuntur, adjici, ut qui nunc in  
vigesimo quinto anno ordinarii permittuntur,  
nonnisi in vigesimo septimo, aut vigesimo octavo  
deinceps admittantur. Sed quo pacto huic  
rei convenientissime efficacissimeque provideri  
possit, se cunpere intelligere etiam doctorum vi-  
rorum per Universitates sententiam, ut collatis  
omnibus, quod Ecclesiae utilissimum videbitur,  
constituarur.

« Quod vero memorant inler abnsus cœli-  
batum, etc.,». Refellitemur errorem acerrime Pini,  
at quia Ferdinandus imperator proximo anno  
eadem preces repetivit, ut sacerdotibus conju-

ges permetterentur a Pontifice, ne in libidinum cœno voluntarentur, propterea hanc partem in sequentem annum rejecimus, in quo omnes arogutiae contrariae gravissimis responsis, atque auctoritatibus diluntur et confutantur ».

43. *De conjugio sacerdotum acerrime disputatur.* — Disceptatum vero acerrime in Concilio Tridentino de cœlibatu sacerdotum tradit Astulphus Servantius<sup>1</sup>:

« Feria V, die iv Martii MDLXIII, habita est theologorum congregatio, in qua Joannes Pelatius clericus sæcularis Gallus ita peroravit.

« Quoad primum articulum tertiae classis de cœlibatu sacerdotum, posuit tres conclusiones.

« Prima. Sacerdotes Occidentales ex statuto Ecclesiae Romanae tenentur continentiam servare, non loquendo de Orientalibus et Græcis, quibus magis permisum quam concessum est Matrimonium. Nam Paulus ait: « Diversa sunt « dona Dei, ut aliis continentia, aliis Matrimoniis concedatur, omnes tamen unum corpus « sumus. Vir autem cogitat quomodo placeat « uxori, sacerdotes autem quomodo placeant « Deo ». Sacerdotum tres sunt actus principales, predicare, orare, administrare Sacra menta, que omnia repugnant Matrimonio, nam propter orationem Paulus jubet conjugibus abstinere, multo magis sacerdotes, qui semper orare debent, ut Hier. lib. i adv. Jovinian. declarat, Origenes hom. 23, in lib. Num. et Epiph. lib. 2, contr. hæreses hær. 49, idem confirmat.

« Præterea sacerdotes levitatis generis, dum sua vice ministrabant in Templo, a conjugibus abstinebant, multo magis sacerdotes Christiani, qui perpetuo debent quotidie ministrare, vel baptizando, vel predicando, vel orando, vel sacrificium offerendo. Et si filii Israel accepti legem a conjugibus abstinebant, multo magis sacerdotes, qui legem docent. Et sicut etiam comedesturi panem propositionis necesse erat, ut abstinnerent ab uxoribus, multo magis comedesturi Corpus Christi, ut Hieronymus argumentatur. Licit tamen coniugi eo die, quo reddit debitum uxori, accipere Eucharistiam non repugnat, ergo sumptio Eucharistie cum conjugio, nisi statutum Ecclesie obstaret, nam etiam tempore orationis vir tenetur reddere debitum uxori; solum enim peccatum excludit gratiam, et conjuges non peccant reddendo debitum, ergo non excluduntur a gratia. Et Zachariae predictor se habiturum filium, quod non sit absque debiti redditione, et tamen ipse processerat cum uxore in diebus suis, ergo redditio debiti non excludit gratiam; unde Augustinus dicit, conjuges peccare in usu venialiter (intellege: si solius voluptatis gratia se conjunxerint)

nam a Clemente VI est definitum, conjugalem actum, cum sit ut fieri debet, actum esse meritiorum vitae aeternæ; non repugnat ergo Matrimonium et Sacerdotium, sola igitur institutio Romanæ Ecclesie reddit sacerdotes inhabiles ad Matrimonium, et sicut Ecclesia illegitimavit consanguineos certis gradibus, ita et sacerdotes, et majori etiam cum ratione, cum minor sit ratio inter consanguineos, quam sacerdotes Occidentales, qui tenentur ex voto servare continentiam et castitatem, nam Augustinus asserit parvulos teneri ad votum factum in Baptismo, licet ipsi actu non noverint, sed in fide parentum, multo magis sacerdotes, qui proiectæ sunt aetatis, et propria et liberalata voluntate se obligarunt. Votum enim proprium servari debet I Corin. vii: *Qui statuit in corde suo*, etc. Et si is, qui vovit servare virginitatem, tenetur ad volum, multo magis ipsimet virgines debent servare votum, ut Matth. xix: *Aliqui castraverunt se propter regnum celorum*; I Timoth. v et Lue. ii. Augustinus libr. i de Virginitate expônens verba illa: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* de voto intelligit, potest enim homo firmare eam promissionem voto, quam servare potest, sed firmitas voti est a recititudine divina, non autem a nostra voluntate, et sic certitudo voti quoad nos est certa et infallibilis. Ait enim Scriptura: *Vovete, et reddite Domino Deo vestro*, votum igitur solemnè dirimit Matrimonium, non autem votum simplex. Dispensatum est in rege Aragonum, et Paulus III et Julianus III dispensassent, si Lutherani sacerdotes se converlissent ad fidem Catholicam, re ante in Concilio Bononiensi diligenter discussa.

« Tertia conclusio. Sacerdotes Occidentales ex voto tenentur ita servare continentiam, ut per papam dispensari non possint. Castitas enim est adeo monachia annexa, ut non possit ab homine separari, ita et multo magis castitas, quae annexa est sacerdotio, ut beatus Thomas declarat ex decretali Innocentii III, cui rationem ipse divus Thomas addidit; quod enim semel dedicatum est Deo et consecratum, non potest ab aliquo immutari, ergo continentia semel Deo dicata non potest per Summum Pontificem tolli, nec super ea dispensari, licet contrarium dicat Cajetanus, quod ea sit opinio, non sententia D. Thoma, quod falsum est, nam D. Thomas in fine concludit, non posse per Ecclesiam dispensari. Est enim eadem ratio voti monachi et sacerdotis. Ergo sicut super eo dispensari non potest, ita et super hoc, quod per singula comprobavit ea similiter vota non differre. Castitas igitur ita est annexa monacho, et sacerdoti, ut super eam dispensari non possit, uteque enim mancipat corpus suum Deo, et hoc Ecclesia consentiente, ergo liberari non possunt ». Et mox:

« Ergo sicut vinculum conjugum est indissolubile, ita et conjugium cum Christo, et

<sup>1</sup> Astulph. Servant, in Act. Conc. Trid. Ms. Frane. car. Barb. sig. num. 1109. Pag. 117. per Astulph. Serv.

sicut matrimonium contractum per verba de praesenti est indissoluble, ita et qui despondit se Deo, contrahit vinculum indissoluble, adduxitque argumenta contrarium tenentium. Neque solemnitas ista ab Ecclesia removeri potest, ut relinquuntur sacerdotes in eorum arbitrio, si nubere voluerint, cum ea devenerit a Traditione Apostolica juxta ea quae dicit Urbanus in cap. *Quidem* 28, qu. 1. Considerandumque est, quod dicitur in can. vii Apostolorum ab iis, qui id negant. Hier. ad Pannachium eamdem continentiam sacerdotum comprobat, et Matth. xix : *Sicut euuchi, qui se castraverunt propter regnum Dei*, ut Basil. et Hilar. confirmant. Et licet aliquando Pontifex dispensaverit cum monacho, nunquam tamen cum sacerdote, cum sacerdotium sit jure divino, non autem monachatus, et sacerdotium ad hierarchiam Ecclesiasticam, non autem monachatus pertineat. Et cum opponunt haeretici, *Crescite, et multiplicamini*; respondeo, praeceptum obligasse in veteri primi-tiva Ecclesia, non autem nunc : et ut respondet Augustinus supra de Virgin. libr. i non omnes conjugati, uti et sacerdotes, et e contra, ad Pauli verba : *Unusquisque habeat uxorem propter fornicationem*, respondeo ex Hieron. loqui de jam conjugatis, quare dixit uxorem habeat, non du-cat, id est, debitum reddit, et cum dicitur, *Qui non potest continere, nubat*, intelligit de iis, qui non vorverunt ».

46. Alii insuper theologi multis in medium allatis argumentis super hoc articulo discepta-vere, quae per ordinem disposita hujusmodi erant :

#### *De coelabitu Clericorum.*

« Videndum est primo, utrum laici conju-gati possint promoveri ad sacros Ordines, et de-serive altaris ministerio, simulque uti matri-monio jam contracto.

« Utrum clerici in sacris Ordinibus consti-tuti possint contrahere matrimonium.

« Circa primum non videtur dubium, quod alias conjugati promoveri poterant ad Ordines sacros, et uti matrimonio contracto, ut habetur in Concil. Gangr. 28, dist. cap. *Si quis discernit*, et in can. Apostol. c. *Si quis docuerit* dist. 28 et in 6. Synodo, 31 dist. cap. *Quoniam*, et cap. *Ali-ter*. et de jure civili in l. *Eum qui Cod. de Ep. et cl. et in Const. de Sanc. Ep. l. v. § Clericos Auth. collat. 9.*

« Postea de anno 325 in Concilio Nicæno tractatum fuit, ut sacerdotes continerent ab uxoribus, sed contradicente Paphnutio, relictum est in libera voluntate cujusque cap. *Nicæna* 31 dist.

« Demum Syricius de anno 381 statuit, ne sacerdotes, diaconi et subdiaconi adhaerenter uxoribus 82 dist. cap. *Proposuisti*, cap. *Plurimos*, cap. *Quia*.

« Item Pelagius II de anno 579 constituit generaliter, ut sacerdotes, diaconi et subdiaconi abstinerent a Matrimonio contracto, ut habetur in cap. *Ante triennium* 31 dist., cap. *Multorum* 32 dist.

« Id quoque statuit Greg. I de anno 590, ut habetur in cap. *Nullum* 28 dist. d. cap. *Ante triennium* 31. dist. cap. *Multorum* 32. dist. 27. q. 2. c. *Multorum*.

« Idem et alii Pontifices statuerunt, ut Innoc. I. 31. dist. cap. *Tenere* : et 82. dist. cap. *Proposuisti*.

« Leo IX in cap. *Lex continentiae* 31. dist. et in cap. *Omnino*; in quibus locis dicitur, quod possunt quidem retinere uxores, sed non uti eis ad officium carnis.

« Illicie autem secundum canones conjugati non possunt promoveri ad sacros Ordines, nisi uxores eorum voeante pariter continentiam, ut patet in tit. *de convers. conjug.* et in titulo *Qui el. vel voven.*

« Circa secundum; licet continentia cleri-corum non sit de substantia Ordinis, neque de jure divino, tamen nunquam reperitur, quod a tempore Apostolorum haec tenet constitutis in sacris Ordinibus contrahere Matrimoniū, et uti simul sacerdotio et matrimonio, ut dicit Joannes de Turrecrem. in d. cap. *Nicæna*, et in cap. *Aliter* 31. di. gl. in cap. *Si quis eorum* 32. dist. cap. *Cum in præterito* 84. dist. et habetur in canone Ap. 25. Imo contrahentes olim pri-vabantur sacerdotio, ut habetur in cap. *Cum de quorundam* 85. dist. cap. *Diaconi* 28. dist. cap. *Presbiter* ead.

« Sed hodie secundum canones non tenet matrimonium, ut dicitur in cap. *Erubescant* 32 dist. et cap. *Si quis eorum* et cap. eos qui ead. cap. 1. *de cleric. conjug.*

« Utrum autem Pontifex Romanus possit permittere, ut etiam constituti in sacris Ordinibus contrahant nuptias et fungantur sacerdotio, doctores videntur inclinare, ut possit, et in primis gl. in cap. *Quæ ad perpet.* 25. quæst. 1. et gl. in cap. *de illo* 32. dist. Innoc. in cap. *Placeat* de convers. conjug. ubi dicit, quod istud prohibetur ex sola constitutione Ecclesiæ, contra quam papa potest dispensare; et ea sublata, possent utique contrahere, et ita tenet Jo. And. ibi : pro hoc facit glo. in d. c. *Aliter* 31. dist. que dicit aliquos tenere, quod ita sit servatum in Ecclesia Orientali, et videtur etiam sentire Azo in Sum. Cod. de Ep. et cl. n. 31. Alex. in Const. 2. n. 8. in primo vol.

« Utrum autem expediens sit permittere con-jugia clericis, Abb. videtur indistincte et gene-raliter fateri, quod sic, in cap. *Cum olim de Cler. conjug.* ubi dicit, quod Ecclesia non solum potest permittere conjugia clericis, sed etiam deberet, attento quod ex lege continentiae con-trarii sequitur effectus, et loquitur etiam de

promotis, qui non (jam) voverunt continentiam. Et Spec. in tract. de mod. gen. conc. in 2. part. tit. 46. Præpos. in rubr. Qui cl. vel vov. quæ tamen sententia tutius procedit in matrimonio ante ordines susceptos.

« Item quando dispensatio fieret ex magna aliqua causa, puta pro reductione unius regni, ut dicit Joann. de Turrecrem. in d. cap. *De illo* num. 3. Innoc. in cap. *Cum ad monasterium de stat. regul. n. 4.*

47. *Capitidatum lenociniis affecti in heresim dilabuntur aliqui præses, inter quos cardinalis Castilionæus.* — Ruebat hoc tempore magna sacerdotum multitudo in præcipitia heresos cupiditatum lenociniis illecta, conjugique nomine incestas scortationes obvelabat, quo flagitio etiam devinxere se nonnulli præses, qui prælucere exemplo sanctimonie alii debuerant, vel hereticorum partibus se adjunxere; cumque judicia severitas distringi non posset in eorum provinciis, sanxit Pontifex<sup>1</sup>, ut fidei censores, qui Romæ erant, eos vocarent in jus, ac judicia in eos acta conficerent, reservata Pontifici decretoria sententia.

« Ad perpetuam rei memoriam, etc.

« Sicut nuper non sine gravi cordis dolore et animi amaritudine accepimus, nonnulli prælati, et dignitate Ecclesiastica, ac episcopali ordine constituti, ad quos veluti in partem sollicitudinis nostræ vocatos magis spectaret careros, præsertim eorum curæ creditos, ab erroribus revocare, et in eisdem erroribus pertinaciter insistentes insequi, nedum in similes errores hæreticos graviter prolapsi fuere, sed etiam ceterorum hereticorum fautores et auxiliatores existunt, et eamdem fidem Catholicam, cuius defensores esse deberent, in dies oppugnare non verentur.

« Volentes igitur huic tam perniciose morbo, prout nostro incumbit officio, occurrere, ac ne ulterius progrediatur, quantum in nobis est, providere, motu proprio per Apostolica scripta venerabilibus fratribus nostris, et dilectis filiis nostris inquisitoribus contra hæreticam pravitatem generalibus in alma Urbe nostra pro tempore residentibus, quibus ut contra quoscumque etiam cardinalatus preditos dignitate procedere possint per alias nostras indulsimus, tenore præsentium committimus et mandamus, ut omnes et singulos hæreticos et hereticorum fautores, receptatores et auxiliatores predictos de hujusmodi criminibus diffamatos, in provinciis et locis in quibus Lutherana secta invaluit, commorantes, ad quos oī ipsorum hereticorum frequentiam notiorum est tutum, seu saltem liberum non patere accessum, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, et alia

quacumque etiam cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis aliis desuper habitis super non tuto, vel non libero accessu hujusmodi informationibus (receptis tamen summarie extra judicialiter, quantum ipsis inquisitoribus sufficere videbitur prius judicis) etiam per edictum in valvis palati officii sanctæ inquisitionis, et Basilicæ principis Apostolorum de Urbe, ac in cancellaria nostra Apostolica, et in acie Campi Flora tantum per unum ex nostris cursoribus, vel etiam in locis finitimi terrarum in Italia consistentium, nobis et eidem sanctæ Romane Ecclesie immediate subjectis, prout ipsis inquisitoribus visum fuerit, affigendum et publicandum, entent, moneant et requirant, et intra certum et competentem terminum eis ipsorum inquisitorum arbitrio præfigendum, sub excommunicationis latæ sententiæ, suspensionis a divinis et privationis etiam a Cathederalibus Ecclesiis, quibuscumque dignitatibus et beneficiis Ecclesiasticis », et paulo post : « necnon confessionis criminum heresis eis objectorum », et mox : « coram ipsis personaliter, et non per procuratorem, defensorem, vel excusatorem aliquem compareant, et se a criminibus predictis expurgent »; et post nonnulla : « ac demum processum omnem nobis, ut ad sententiæ, quæ justa visa fuerit, prolationem devenire possimus, in Consistorio nostro secreto referant, etc. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno Incarnationis. Dominicae ~~MLXIII~~, VII idus Aprilis, Pontificatus nostri anno IV ».

48. Damnavos ex his nonnullis Gallia episcopos Huguenottismo contaminatis dicetur inferius, ac etiam ex ipso cardinalium cultu traxit ad se Sathanas Odettum Castillionem diaconum cardinalem, ac instar alterius Judæ impiorum Huguenottorum ducem ad evertendam religionem Catholicam constitutus, de quo inenarrabile anno apud cardinalem Armeniacum Pontifex questus est his litteris<sup>1</sup>.

Dilecto filio Georgio tit. S. Nicolai in Carchere presbytero cardinali, de Armeniaco vocato.

« Cum Odettus cardinalis, de Castillon vocatus, hæretica pravitatis infamia jamdiu labours adeo resipiscere neglexerit, ut abjecto Dei timore, generis, ordinis, dignitatis et salutis inmemor, ad hæreticos, suadente Diabolo, sese contulisse dicatur, ejus causam cognoscendam nos mandasse scias venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romane Ecclesie cardinalibus sanctæ inquisitionis officio præpositis, reservata nobis sententia, quam Deo auctore feremus, prout sacrorum canonum sententia postulabit, etc. ob tantum porro flagitium sacerdotiorum omnium vestigibus multefatus promuniat, xiiij Januarii ~~MLXIII~~, Pontificatus an. iv. ».

49. Pseudo-cardinalis Castillionæ impietas

<sup>1</sup> Reg. Pii IV. sig. num. 1957. Ep. cxx. Bull. in Pio IV. constitut. 97.

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. ccxviii.

imperita et impia imperitia eo prorupit, ut hancem errasse Romanam Ecclesiam effutiret, quem Pontifex<sup>1</sup>, qui jamdiu ejus flagitia resipiscitiae spe tolerarat, perculit anathemate, omnique munere Ecclesiastico submovit:

« Ad perpetuam rei memoriam, etc.

« Cum nuper magno cum animi nostro mœrore plurimorum fide dignorum relatione, et fama publica, non quidem a malevolis et suspectis, sed gravibus et honestis, ac veridicis personis exorta, eliam per modum notiori facti permanentis ad aures nostras pervenit, iniquitatis filium Odettum e Castillione sanctæ Romanae Ecclesie Belvacensis perpetuum administratorem alias per Sedem Apostolicam deputatum, ad quem velut ipsius universalis et Romanae Ecclesie cardinali, et honorabile membrum pertinebat pro fidei Catholicae defensione, Apostolicæque Sedis conservatione proprium sanguinem, ubi opus fuisset, effundere, vitamque exponere, ac hæreticos undique, et præcipue ab Ecclesia Belvacensi prædicta, illiusque civitate et diœcesi, quarum curam gerebat, potissimum expellere, illosque totis viribus ac omni conatu persecui, snorum munieris, status, decoris, honoris ac propriæ salutis, neconon beneficiorum, quibus illum Sedes Apostolica tot tantisque dignitatibus decoraverat, receptorum et fidelitatem juramenti eidem Sedi per eum præstiti, nobilitatisque suæ originis prorsus immemorem. Deique timore postposito contra Sedem eamdem se temere erigentem adeo in profundum malorum prolapsum fuisse, ut in pessimam illam, que his calamitosis et deplorandis temporibus, in inclito regno Francie, prob dolor! maxime invaluit, Hugonottorum nuncupatam hæresim manifestam nedum inciderit, sed ipsos Hugonottos hæreticos, quos præsertim in civitate et diœcesi prædictis corrigere et punire, vel saltem ab eis profligare debebat, defendere, fovere, protegere aut tueri curaverit, et quamplures hujusmodi pestiferæ sectæ viros pseudothelogos in rectores et concionatores, quibus alios seducere ac inficere posset, familiariter retinuerit, arma sumpscerit, ac alia gravissima hæresim manifestam denotantia perlucnaciter contra fidem Catholicam, sanctamque Romanam Ecclesiam commiserit et perpetraverte in gravem divinæ Majestatis offensam, ac omnium Christi fidelium scandalum.

« Nos igitur, quorum est pro nostro pastoralis officii ministerio præmissis debito providere, non valentes citra immense illius divinæ Majestatis offensam, neconon Christi fidelium scandalum modo aliquo præmissa, utpote tam impia et enormia, conniventibus oculis pertransire, ut tamen videremus clamorem, qui ad nos pervenerat, idem Odettus opere complevis-

set, venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanae Ecclesie cardinalibus hæretice pravitatis inquisitoribus generalibus in Romana curia deputatis, ut de præmissis omnibus et singulis se diligenter informarent, veritatemque desuper inquirerent, ac deinde nobis in Consistorio nostro secreto referrent, commisimus et mandavimus. Cumque cardinales inquisidores prefati mandatis nostris hujusmodi parentes, super his diligenter inquisivissent, ac dictum Odettum nulum superius expressa, sed etiam longe deteriora commisisse et perpetrasse, nempe inter alia dixisse et pertinaciter tenuisse, Ecclesiam usque ad ista tempora hereticorum Hugonottorum errasse, necnon palam et publice partes dictorum Hugonottorum hæreticorum, et sectas fuisse secutum, ac tutatum fuisse et laudasse, abjectisque cardinalatus habitu et insigniis, quibus se indignum reddiderat, ad Hugonottos hæreticos ipsos declinasse, eorumque sectam expresse professum fuisse, seque illorum exercitus ductorem fecisse, et existere, aliaque in sanctam fidem et Catholicam religionem commisisse comperiissent, et nobis in Consistorio retulissent », nonnullisque interjectis de servato in ea causa ordine judicario, « ipsum Odettum hæreticum, excommunicatum, Hugonottum, schismaticum et blasphemum, ac a fide Catholicæ et sanctæ Romanae Ecclesie apostamatam et transfugam, fidei fractorem et perjurum pronuntianus et judicamus ac declaramus, et propterea enim ab omni cardinalatus commodo et honore, ac privilegio etiam clericali a die commissorum criminum hujusmodi ipso jure deponsum, dicteque Ecclesie Belvacensis administratione, ac omnibus beneficiis et officiis, honoribus, dignitatibus ac prælaturis privatum ». Et infra : « Ac velut talem hæreticum, schismaticum et blasphemum, et infructuosum palmitem ab Ecclesia præcium ulterius legitimate puniendum fore decernimus, ejusque personam a Christi fidelibus capiendam et detinendam, et ad justitiae et ministrorum manus, ut poenis debitis astigi possit, tradendam, omni meliori modo et forma quibus possumus et debeamus, exponimus, etc. Dñs. Romæ apud Sanctum-Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXIII, pridie kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno III, (iv) ».

50. *Dux Guius proditorie ab hæreticis occiditur.* — Obduruit magis in perfidia Odettus, utque præsules ad Ecclesiasticas dignitates convertendas in profanas suo exemplo pelliceret, se comitem Belvacensem dixit, cum Belvacensis Ecclesia administratione multatus esset; utque magis amentiam suam proderet, qui errasse haec tenus Romanam Ecclesiam asserebat, ac jam una cum Huguenottismo sapientiam se induisse gannibebat, cardinalitio cultu quem abjecerat resumpto, Isabellam Altavillam domi-

<sup>1</sup> Bull. in Pio IV. constitut. 66.

nam de Lore concubinam duxit, ut Huguenottæ perfectionis culmen attigisse demonstraret. Cum vero sibi male melueret, ne justo tandem suppicio conficeretur, quinto post anno cum sua pellice in Angliam fugit. Incredulæ Tridenti famam, fuisse illum auctorem ac suasorum procuratæ cædis Francisci ducis, qui flagrantissimo pietatis ardore Huguenottam perfidiam debellabat, refert Astulphus Servantius<sup>1</sup>, at Joannes Poltrotius flagitii rens non illum, sed ejus fratrem Gasparem Colinium Castilionem, ac Bezam suscipiendo facinoris consultores accusavit. Fuerat vero a Castilione instructus auro, ut pernicem equum sibi compararet, si etaque susceptæ hæresecos resipiscientia in familiaritatem Guisii ducis se insinuaret, ut prodidione eum trucidaret, non enim stare posse Huguenottam impietatem vivo ac spirante Francisco Guisio duce religionis Catholicae acerrimo vindice, ac fidissimo regis administro, amiralins ac Beza sentiebant, maxime, cum capto Condæo, Aureliam, quam Andelotus Castilio ægre propugnabat, obsidione premeret, atque hostilibus impressionibus Andelotum jam in discrimen adduxisset, ut Huguenottorum oculis ac menti extremitate exili terror Francisco offunderetur; impius itaque proditor ab Huguenottismi signiferis ac principibus subornatus redeuntem e castris Guisium a tergo, tribus glandibus e manuorio tormento breviore emissis, saucivat sub noctem XII kal. Martii, ex quo vulnere sexto post die Sacramentis rite procuratis a Lancelloto Carlesio episcopo Regensi, multis Christianæ pietatis flagrantissimæ signis, et cum magna cælestis immortalitatis spe animam Deo reddidit, quod ex publica fama in Romana curia tunc xii Martii sparsa testatur Joannes Firmanus<sup>2</sup> his verbis: « Obiit prout semper vixerat Christianissime, sumptis maxima cum devotione omnibus sanctissimis sacramentis.

51. « IX Martii certior nuntius allatus est de obitu ducis Ghisani fratri cardinalis Lotharingii, nam cum sparsus hic rumor falsus credereatur, nunc veris nuntiis fuit confirmatus, dicebaturque is a privato milie ex viginti septem conjuratis in gratiam amirallii anno sclopis globulo fuisse interemptum, studente id præcipue Theodoro Beza hæretarcha, qui complices haec ratione cœlestem gloriam conseculuros prædicabat. Observatum fuit in Lotharingio invictum animi robur, magnaue in adversis rebus fortitudo ac prudentia, nam sublatu duece præstantissimo, quo Gallie præsidium adversus hæreticos maxime nitebatur, cum ipse, qui et frater erat, et in quo magna spes privataram

rerum suarum sita erat, et hoc vulnere graviter percussus existimaretur, ipse tamen adeo patienter moderateque hunc casum tulit, ut post unum et alterum diem vix quodquam mororis in eo vestigium dignosceretur, ino triduo post Missam in Templo S. Bernardini, ut videbatur, odio atque animi acerbitate deposita, celebravit.

Praeclarissimo religionis Catholicae vindici solemni pompa Tridenti. Patres justa persolvere, quare die Lunæ x mensis Martii, ut habet Massrellus: « Celebrata est in Ecclesia cathedrali Missa pro ejus anima; peregitque sacra R. D. archiepiscopus Ebredunensis, quibus interfuerunt illustrissimi DD. legati, cæterique conciliares omnes».

Nec Ghisium dumtaxat ab Hugonottis perduilibus perquisitum ad mortem, sed alios etiam prestantes Catholicae religionis defensores, ut prodidione mactarentur, destinatos fuisse, aperuit parricida ille Joannes Poltrotius, cum extremo suppicio immanissimo excrucianus esset, in cuius supplici acerbitate execrari amiralum et Bezam flagitii consultores anditus est.

52. Hic luet addere, que de immanissima Calvinistarum perfidia Guillelmus Rossæus<sup>1</sup> scripsit: « Calvinista, modo principes et nobiles viros occidere possint, de jure vel injurya, utrum cum fraude et perjuris, aut quovis atrocissimo scelere ea cædes fuisset copulata, omnem curam et cogitationem procererunt. Quis fuit aliquando princeps, defensa contra imperatorem Carolum Meti, expulso ad Rentium eodem imperatore, et recuperato ab Anglis Caeto, totaque illa ora maritima reipublicæ Gallicane Francisco duce Guiso utilior, aut ob Gallici nominis splendorem apud exterias nationes diffusum illustrior? Aut quis fuit propter singulares virtutes, non solum veris Gallis, sed etiam infensis hostibus Hispanis, Germanis atque Italis eodem principe amabilior? Id quod funeris ejus mœrore indicatum est. Et tamen quis ignorat quemadmodum ille humanissimus princeps ab homine Calvinista, cui tamen antea, et eo fere ipso momento temporis maxime fuit beneficus, sceleratissime et perfidiosissime occisus est, persuasione Gasparis Coligni et Theodori Bezae, etiam tum, cum de pace tolerabili hæreticis concedenda operam suam maxime impendebat». Actum erat de Calvinismo; reliquias enim belli persecutus, capita infidelitatis Hugonotticae Aureliis obsecratus, atque ita in arctum eorum coegerat copias, ut nisi aliqua ratione per fas aut nefas duxi Guisius et medio tolleretur, Calvinistæ putarint, non tam de paucis rebellibus et ducibus Calvinianis, quam de ipso Calvinismo in Gallia conclamatum esse.

<sup>1</sup> Astulph. Servant, in Actis Conc. Trid. ad x Mar. Ms. Fr. car. Bar. sig. 1109. et aliud Ms. card. Pii. Francise Belcarus l. XXX. num. 13 et 15. — <sup>2</sup> Joann. Fr. Ms. arch. Vat. Itiar. tom. XI. Act. Conc. Trid. per Gähr. Palæol. Ms. card. Barb. sig. 24. p. 307.

<sup>1</sup> Guil. Rossæus Ms. Pig. l. vi.

Audita clarissimi religionis Catholicae defensoris erede, Pontifex maximum dolorem traxit, ejus tamen fratrem Carolum cardinalem p̄is hisce litteris <sup>1</sup> solatus est :

« Dilecto filio nostro Carolo tit. S. Apollinaris presbytero cardinali a Lotharingia.

« Quanto nos dolore percerulet, et quantopere animum nostrum concusserit ac turbaverit obitus bonae memoriae ducis Guisiae fratris tui, non facile verbis assequi possumus, sed in mortore nostrum ex jactura et danni magnitudine, quod regnum Galliae et religio Catholica fecit, facilius est cuivis metiri. Is quidem obiit, dum Dei Omnipotens honorem, dum Catholicam fidem ac religionem fortissimus Christi et Ecclesiae pugil defenderet, et Christianissimo regi operam cum summa fide ac pietate navaret, cui parta insigni divinitus paulo ante Victoria regnum conservarat. Nos autem, et pios et Catholicos omnes deplorare oportet talis viri mortem, tam turbulentio regni illius et Christianae reipublicae tempore : angetur etiam non parum miseror noster ex mortore tuo et tuorum, pro paterna nostra erga domum vestram benevolentia. Sed quae nos consolandi tui causa proponere possumus, ea idcirco commemorare omittimus, quod scimus te, ut prudentia tua et constantia dignum est, hoc incommodum forti animo laturum, et illa in primis consolatione esse usurum, qua nulla major et gravior adhiberi potest, quod frater ipse tuis, ut omittamus gloriam, quam sibi apud homines rerum suarum gestarum magnitudine pepererat, pro suis in Catholicam fidem ac religionem meritis ad veriorem vitam et solidiorem gloriam fruendam a Christo ipso, in cuius causa sanguinem suum tam pie profudit, assumptus est, sicut de divina bonitate confidere debemus, etc. xviii Martii MDLXIII, Pontificat. anno iv. ».

53. Hunc quoque cardinalem religionis causam flagrantissimo studio defendisse alibi pluribus in locis videbimus. Ita ut in maxima multorum principum a Catholicis religione defectione, Guisiae familie singulare decus extiterit Catholicis religionis ad extremam sanguinis effusionem defensio, ut refert memoratus Gulielmus Rossaeus <sup>2</sup> :

« Ad Guisiorum memoriam magnificum est, quod nostra memoria de eorum avo Claudio iidem historici non minus fideliter commemorant. Cum iste Evangelismus jam in herba esset, contractoque haereticorum vasto exercitu e Germania in Galliam irrumpere niteretur, et in regni finibus ab usitatis sacrelegiis confringendi imagines, demolendi altaria, evertendi Ecclesias, occidendi presbyteros inciperet, tum ducem Guisium, Campaniae et Burgundiae gu-

bernatorem, conjunctis provinciarum illarum praesidiis, cum fratre Antonio duce Lotharingie haereticos illos, quanquam Catholicis sextuplo plures, viriliter invasisse, et eorum plusquam decem milia trucidasse paucissimis e Catholicorum militum numero desideratis, atque ita in eo primo tempore haeresim a Gallia ingredienda repulisse, eamque ita stirpitus excidisse, ut nec in continuis radices agere permetteret : quo facto, inquit historici, dominus Guisia videtur jecisse fundamenta defendendi Ecclesiam Catholicam contra furorem haereticorum, in quo constanter ad hunc usque diem perseveravit ».

54. *Calvinistarum impietas et sceleris.* — Prostrato Francisco Ghisio duce prostrata visa est Catholicæ religionis causa, Aurelia enim oppugnatio refrigescente militari ardore remissa est, hostes vero auctiores animis, atque ad haeresim proferendam obfirmatores triumpharunt, potique in Normannia ex deditiois legibus Bajocensi urbe, eam « statim », inquit Belarius <sup>1</sup>, « ingressi expilarunt, sacros Romanæ Ecclesiae ministros suo more, sed et multis ex civibus trucidarunt, nec mitiores in suis quam Turcae aut barbaræ nationes fuerunt : ea est Calviniana ad Evangelicæ puritatis formam redacta religio, qua se reformatos, hoc est, ut illi interpretantur, in meliorem vite formam transmutatos, aut potius, ut pii omnes interpretari debent, omni scelerum colluvie deformatos gloriantur. Nam in omnibus fere urbibus, quas ceperunt, non minus crudeliter se gesserunt ». Ita cum Mongomerius IV idus Martii in Fanum Lofi, admotis scalis, noctu insiliisset, oppido potius, omni immanitatis genere in sacerdotes, monachos ac cœleros ministros sacros Ecclesiae saevit, pariterque in cives, matronas, pueras, tenebris licentiam militarem provocantibus, crudeliter ac impudice grassatus est : atque in his flagitiis reformata a Sathanæ religio constituebatur, nam Beza de cruentissimo Drocensi prælio scribens ad Elisabetham Angliæ reginam stulte et impie gloriatus est, eo prælio novi Evangelii fundamenta in Gallia jacta fuisse. Porro Gaspar Colinius Castillio, dictus amarius, Cadomo pridie idus Martii discedens Aureliam cum exercitu redditurus, XV kal. April. cum Bernarium appulisset, omnes Catholicæ religionis sacerdoles, ac bonam civium partem contrucidavit, Christi et Deiparæ simulacra ac sanctorum imagines diffregit, et sacras aras evertit, eademque sceleris cædem die Druidensis comes Aquilæ in Normanniæ finibus patravit, necnon Argentanum et Mortagnum ab aliis Hugonottis ducibus sacrorum ministrorum, et civium Catholicorum cædibus funestata fuere, cum tamen jam tum recentissime pax cum Hugonottis maximo religionis Catholicæ damno

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sign. 2807. Ep. CCCXLVIII. — <sup>2</sup> Guill. Rossaeus n. 758. Bellefor. I. vi. c. 37.

<sup>1</sup> Belarius I. xxx. num. 17.

confecta fuisse, ut exclamat Franciscus Belcarius<sup>1</sup>: « Vide, quam sancte pacem jam factam Calviniani colant, et qua immanitatem in populum innocentem sexiant ».

55. *Pax cum Hugonottis firmatur in Gallia.* — Conceptae concordiae pactiones IX idus Martii, dictante Michaelae Hospitalio regii scrinii magistro, Catholici nominis proditore et Calvinisticæ factioni addictissimo, fuere, quarum etiam vigore Ludovicus Condæus princeps libertati restitutus est, ut novis prælatis Galliam miseret, ac tyrañiudem iterum eversa religione affectaret. Refert infelicis hujus pacis conditio- nes Belcarius<sup>2</sup> his verbis :

« Decima quarta kal. Aprilis, die a Gisani morte tertio et vigesimo, promulgatum palamque edilum foedus est, quod ante IV id. Martias conceptum ac pactum erat, si fœdus diei debet, inaudita, et ut vere dicam, clementis regis erga domesticos hostes regio sibi jure subjectos et tamen rebellis indulgentia, qua nemine exau-  
electato, aut a magistratibus publicis militari- busque muneribus, quibus antea functus erat, remoto, incredibili illos liberalitate Carolus pro-  
vocavit, condonata recentis coniurationis, scelerumque omnium impunitate, remissa quoque innumerabili, quam plerisque locis interver-  
tant, et in privatos usus converterant, aut in militum suorum stipendum impenderant, pu-  
blica fisci, aut sacra, hoc est, sacris adibus  
addicta pecunia, sive ea numerata fuisse, sive non numerata, et in sacra vasa et sacra donaria contlata, oblatæ denique, ut ex sua persuasionis legibus prescriptoque viverent, permissione, nisi aliud ipsi natu majori videretur, aut aliter coacto universi Christianismi totiusve Galliae Concilio decerneretur. Id autem edictum in hanc sententiam conceptum est :

« I. Ut in omnibus civitatibus atque oppi-  
dis, que tum in Calvinianorum potestate erant (erant autem plurimæ) uno aut duobus commo-  
dis locis, non tamen in sacris adibus qui sacris Romania Ecclesiæ ministris eodem edicto resti-  
tui jubebantur, libere conjurati, que ad sua  
persuasionis observationem pertinent, procurar-  
ent, et vel audiendis concionibus, vel sacra-  
mentis administrandis (Sic enim initiationes Christianas, nostræque religionis veluti ele-  
menta nominare consuevimus) vel cogendis  
conventibus, sive Conciliis, aliusque id genus  
obeundis suo arbitratu operam darent.

« II. In omnibus præterea hujus regni re-  
gionibus, a quibus ad majores Senatus dum-  
taxat, que Parlamenta appellamus, provocatio est (Ballagia et Seneschallatus vocant) urbs aliqua deligeretur, in cuius suburbis eamdem  
sue persuasionis formam observarent.

« III. Ut homines nobiles, qui in suis feu-

dis (ut novis rebus nova nomina indantur) sive fundis summam jurisdictionem habentes, iisdem privilegiis eadem suæ persuasionis obe-  
undæ libertate fruerentur; ea tamen conditione,  
ut solas suas familias, atque eos, qui suæ juris-  
dictioni subessent, nullos præterea admitten-  
tent. Si in fundis suis nullam jurisdictionem haberent, et regiæ subessent, domi eadem li-  
bertate privatum cum familia sua uterentur, si  
vero alterius jurisdictioni parent, id sine ejus  
anuctoritate non possent.

« IV. Ilac lege solitus est ager Parisien-  
sis, quam præfecturam Parisiensem vocant,  
in qua novi Calvinianæ persuasionis ritus pu-  
blice exerceri hoc ipso edicto inhibentur, sed  
privatum, ut conquisitio fiat, interdicuntur, ut  
cuivis suo arbitratu vivere plane esset liberum.

« V. Cautum præterea est, ut captivi, utrin-  
que liberi dimittantur et externi milites e Gallia  
excent.

« Sed quod maximum fuit, et in primis admiratione dignum, quæ Condæus Castilioque, quique illis se sacramento obstrinxerant, eo bello patraran, et occupandis evertendisque urbibus, aut publica fisci, sacraque pecunia avertenda, vel eudenda moneta procurarant, regis nomine procurata, eosdemque atque uni-  
versos, qui illis ducibus militaverant, bona fide arma sumpsisse, fidamque operam sibi navasse rex Carolus confessus est. Si quid est, quod addi possit, addant ipsi : quid enim aliud, si fœdus ipsi dictassent, addere potuissent? Ille ab illis dumtaxat exegit Carolus, ne ulla tempula domosse sacrorum Romanæ Ecclesiæ ministro-  
rum aut possessiones retinerent, quibus usum-  
fructum integrum relinquenter, ea tamen lege,  
ne illi pro templis dominisne dirutis quidquam repetere possent. Deinde summa cantione inter-  
dixit, ne societalem cum exteris nationibus coire, neve pecuniam in bellum cogere, aut milites in posterum conscribere auderent, que ea religione observarunt, ut discreta magis pos-  
tear federa conceperint, majorem pecuniam suis imperarint, milites semper usque ad Castilio-  
nionis caedem paratos habuerint ».

56. Hanc pacem, licet Catholicis iniquissimam, Gaspar Castilio, ut erat arrogantissimus, in sanctiore consilio improbavit, quod se in-  
consulto facta esset; leges vero sibi adversas ita sprevere Hugonoti, ut grassari in Catholicos immanitatem non destinerint, atque in media Lutetiae urbe Charrium flagrantiore Catholicæ pietatis studio conspicuum, immissis sicariis mactaverint, ut deplorat Guillelmus Rossaeus<sup>1</sup>.

« Charius Chilarcha veteranus Gallorum, qui in Italia contra Hispanos militaverant, quod esset Hugonotti infensus, et Catholicæ religio-  
nis studiosus, quemadmodum occubuit, media

<sup>1</sup> Eod. num. in fine. — <sup>2</sup> Num. 16, 20.

<sup>1</sup> Guill. Rossaeus l. vi. c. 20.

luce, media fere civitate Parisiensi, et a Briquemaltio cum armata Hugonottorum cohorte de-repente invaditur, et multis vulneribus perimitur, fremente non sine causa tota civitate Parisiensi, et clamante, ruinaram necessario rem-publicam Gallorum si ita nequissimi rebellibus fas eset fortissimos regis et regni praefectos militares occidere, ipsiſ autem interdictum eset sumptis armis tam lueulentas injurias vindicare; eo enim tempore jussu regis arma Parisiensibus fuerant adempta.

Ut vero Carolus rex Tridentini Concilii Pa-tres de hac confeeta pace certiores fecerit, quae-ve postea secuta sint, dieetur inferius. Nune quae in Tridentino Concilio interjecto tempore gesta sint pereurramus.

57. *Pius episcopos a Concilio digressos revo-cat, absentes invitat.* — Cum accepisset Pontifex nouulos episcopos laborum tedium affectos Tridento discessisse, gravem, quem ex eo su-supperat dolorem, significavit legatis<sup>1</sup>, cum maxima præsumptum frequentia Concilium cele-brari percuperet, deditque imperia, ut eos Tri-dentum revocarent.

« Dilictis nostris Hieronymo S. Susanne, Stanislao S. Pancratii, Ludovico S. Cyriaci in Thermis titulorum presbyteris cardinalibus, no-stris et Sedis Apostolice in Tridentino Concilio de latere legatis.

« Audivimus non parvum episcoporum nu-merum, qui Concilio intererant, prout cuique eorum libitum fuit, ex civitate Tridentina di-scessisse, que res mali exempli, et enī ab eo-rum officio, tum ipsius dignitate Concilii valde aliena nobis visa est, nec potuit nobis non ma-gnopere displicere, qui tantam diligentiam ad-hibuiimus, et adhibere non desistimus, ut Con-cilium quam maxima episcoporum frequentia celebretur. Quapropter cupientes eos, qui jam discesserunt, ad Concilium prīmo quoque tem-pore reverti, et providere volentes, ne alii post-hac illorum exemplo discendant, eireumpunctioni vestrae harum auctoritate mandamus, ut omnes et singulos eorum, qui redire neglexerint, sub pœnis arbitrio vestro infligendis, etiam excom-municationis, si vobis visum fuerit, ut ad Con-cilium intra diem competentem vestro arbitrio præfigendam omni mora atque excusatione o-missa revertantur; alios vero, si qui forte rece-dere voluerint, eisdem propositis pœnis, ut ne isthinc abeant, diligenter nostro nomine mon-eatis. Dat. Roma apud S. Petrum die viii Martii MDLXIII, anno iv ».

Pari quoque studio alios excilari episcopos, ut ad Concilium se conferrent enīsus est, extal-que sequens, quam ad Cameraceensem archi-episcopum dedit, Epistola<sup>2</sup>, qua illum debiti sui in præsenti Ecclesiæ necessitate admonefa-

cens, longe plane diversam illi, ac Germania episcopis veniendi inesse rationem ostendit:

« Venerabili fratri archiepiscopo Camera-censi.

Maturum esse duximus bortari in Domino fraternitatem tuam, et diligenter admonere, ut officii sui memor ad Concilium ire ne diutius differat, fideique in eo, et religioni, et conscientiae suæ plane satisfacere studeat, cum videat se nullo magis necessario tempore suam uni-versali Ecclesiæ operam navare posse. Nee du-bitamus, quin cæteri quoque prælati, quorum civitates imperiales sunt, functuri eodem officio fuerint, sicut alias functi sunt, nisi eos domi manere coegisset periculum, quod post eorum profectiōnem a Protestantium principibus im-pendisset; sed alia causa est eorum, alia tua. Quoniam vero alii ire minime potuerunt, tu qui sine Ecclesiæ tua periculo potes, quo quidem etiam opportunior erit et Concilio gratior adven-tus tuus, etc. » Et infra: « Ecclesia necessitas et miserabilis status omnium prælatorum fidem et auxilium in hoc tempore vehementer implorat et flagitat, majusque ipsi et cæteris, qui col-lapsam religionem Catholicam erigere atque excitare conati fuerint, promissum ab æterno illo Ecclesiæ fundatore, atque pastore paratum erit. xxx Mar. MDLXII, anno iv ».

58. *Duo ex Concili præsidentibus, Mantua-nus et Seripandus dieū obēunt supremum.* — Geminis Apostolicæ Sedis legatis, iisdemque præclarissimis S. R. E. cardinalibus orbatum fuit mense Martio Tridentinum Concilium, ac primum, sexto nonas ejusdem mensis, non IV nonas Maias, ut levī typographi incuria legitur apud Sacchinum<sup>1</sup> aliosque, Hercules cardinalis Gonzaga Mantuanus primus Concilii præses ex-cessit e vita. Admiratus fuerat in ipso Jacobus card. Sadoletus<sup>2</sup> conjunctam summam nobilitati summam virtutem, atque in Epistola ad ipsum data hæc præ ceteris scribit: « In tanta raritate et penuria eorum, qui nobilitatem cum virtute habeant conjuntem, tu unus excellis, qui utrumque ita adeptus sis, ut in tuis plurimis maxi-misque ornamenti, major tamen multo virtuti tuae, quam fortuna grata habenda sit ». Sed illud in primis Christianæ charitatis præclarum exemplum<sup>3</sup>, quod gliseente in Gallia Cisalpina dira fame, ad sublevandam pauperum inopiam quinquaginta aureorum millia disperserit, de-deritque pauperibus, plurimaque alia ad ipsos alendos beneficia confulerit, quorum manibus in æterna tabernacula se recipiendum sperabat. Saerosanctum Viatium, ac supremam Unctio-nem adhiberi sibi a Lainio Soe. Jesu præp. generali voluit, ac demum, ut scribit Gabriel Pa-læottus :

<sup>1</sup> To. II. I. VII. hist. Soc. Jesu. Vicorell. in Ciac. Addit.

<sup>2</sup> Sadol. I. II. Ep. — <sup>3</sup> Ughel. in add. Ciac.

<sup>1</sup> Pius IV. t. II. brev. sig. 2897. Ep. CCCXLVI. — <sup>2</sup> lb. Ep. CCCXL.

« Secunda Martii, hora fere quarta noctis, a Domino in cælum vocatus est ». Et paulo post : « Pridie quam eum morbus invaderet, Missam celebraverat, antequam tamen excederet, Sacra menta etiam omnia Ecclesiae necessaria pie sumpsit ». El mox : « cumque erga clericos Societatis Jesuitarum valde affectus esset, dictus est Collegium illorum in civitate Mantuana erigendum honestis ei proventibus relicits mandasse, erga alia etiam pietatis opera et religiosorum Ordines, matuoriore præsentim vita suæ accessu, se studiosum semper declaraverat ».

59. Vix jam exaruerant lacrymæ, quibus Patres extinctum card. Mantuanum desleverant, cum illico brevi quindecim dierum spatio iterum revocantur ad funera. Alter namque Concilii præses, Hieronymus nempe cardinalis Seripandus ex Ordine Sancti Augustini assumptus, « Ingravescente » ut scribit idem Palæottus<sup>1</sup> « morbo nuper contracto, die xvii Martii, hora fere xxiv, vite sua munus Deo persolvit. Ex ejus interitu mire sunt prostrati, non solum, quod amissus vir esset singulari eruditione, consilio et religione, atque his temporibus maxime necessarius, sed etiam, quod intra xv dierum spatium, jam duo legati præstantissimi a nobis adempli essent. Is quadriga aulequam discederet, cum sacramentum Eucharistiae esset sumpturus, multa de sacramentis, de fide Catholica, de anteacta sua vita coram nonnullis prælatis, et aliis familiaribus suis tam pie prudenterque disseruit, ut nemo non in lachrymas, ex his, qui aderant, solveretur. Inter cætera professus est fidem suam Catholicam, cum Romana Ecclesia semper consensisse, neque unquam ab ea recessisse, minimeque etiam nunc recedere, sed prout in ea semper vixil, ita etiam nunc omnino mori constituisse. De sanctissima Eu-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Paleot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 328.

(1) De cardinalis Seripandi virtutibus, ac dignis Christiano atque Ecclesiastico principe exemplis ab eo supersite in ipso exitus sui limine præstatis plus aliquip posteritatis memoriae commendavit Phola in suo Diario Actorum Concilii Tridentini, quem auctorem sepius in his nostris adnotationibus exscriptum, et nunc præterire rem injuriosam memorie tanti cardinalis diceremus. Ita ergo ille : « Die xxi. mensis Martii mortuus est illusterrimus cardinalis Seripandus (quem iam inde ab octavo ejusdem mensis die morbo corruptum fuisse palo superius scripturam) patri Neapolitanus, Ordinis S. Augustini, cuius fratum quondam fuerat generalis, nominatus archiepiscopus Salernitanus a Carolo V imperatore aucto, deinde ascitus in numero cardinalium a Pio IV. Pontifice maximo, et nunc primus præsidentes Concilii Tridentini, etatis annorum LXX., vir senex, religio-uis, magna doctrina, prudens, integer vita, optimis moribus, ab omnibus amat, et de Concilio bene meritus, pius in pauperes et suam familiam, ut patet ex suo testamento per quod legavit illi maximam partem facultatis, quas possidebat. Idemque legavit, ut corpori suo simplex sepulture datur in hac civitate in Ecclesia S. Marcii Ordinis S. Augustini, condendo eum hunc, superjecta super eum solinuendo terra, et lateribus superaditis, etc. »

Porro ut ex eodem Diario aliqua excepamus, qua ad illustrandum supplendique historiam Concilii Tridentini conducent, animad- vertendum dicimus illa quidem de quam annalista signal, Moronum cardinalem Tridentum pervenisse, sed legatum alterum qui cum illo designatus fuerat, non nisi serio eo se contulisse ex eodem Diario discimus, in quo adnotatur pervenisse Tridentum die xxviii Aprilis, eamque urbem privatae aliquip ullo apparatu et pompa ingressum esse. Quia die exceptus sit a patribus in Concilio nec scriptor indicat, nec ab aliis quinquaginta memoria propositum legimus.

Ex auctoritate pariter ejusdem Diarii constat vera esse qua annalista ex conjectura latuus modo assecutus est, num. 80. Biragum nempe oratorem Gallicum ad Concilium prius venisse, quam ad imperatorem pergeret. Ita enim auctor ejusdem Diarii scribit : « Affirmat euidenter de Birago ut primum apud sanctam synodus sui regis mandata executus fuerit, professorum esse Sprach ad Gasarem, indeque hinc reversumus ».

Postremo tandem animadverterisse juvat Gallorum legatum Renaldum Ferrerium die xxii Septembris in coto Patrum exposuisse pro conceione Ecclesie Gallicanae disciplinam, dein ad ea declinasse qua eadem Gallicana Ecclesia nec in suo clero passura fuisset, et in alieno reformatio-ne digna iudicaret, qua si reformanda patres non censuerint, profecti sunt oratores illi se statim discessuros a Concilio, et ad propria remeatu. Cum responsum ad hanc datum se Concilii præses significaret, nolle se quidquam expectare responsi d xi, tum paucis ultra diebus remorati oratores hali et discesserunt Tridento, quo nunquam amplius sunt reversi. Itac Diarii scriptor. MANSI.

charistis noui solum nunquam dubitasse, quin ibi verum Corpus Christi continetur, sed nec etiam unquam hanc veritatem deserere tentatum. Voluit deinde e lecto surgere, et genibus flexis communionem sumere, cumque familiares hoc ei dissuaderent ob imbecillitatem suam, respondit, extreum hunc actum esse, nec ei denegandum, atque ita genuflexus summa devotione Eucharistiam sumpsit, etc. Nihil ardenter loqui videbatur, quam cum de cœlesti gloria illi sermo erat, ad quam se ex immensa Dei benignitate jam vocari præsentiebat, idque palam affirmabat, aliisque ad eam adipiscendam animum addebat. Dicebat etiam, se spatio septuaginta annorum, quos in hac vita egerat, ac bonis litteris operam dederat, parum didicisse videri posse, nisi sciat, qua ratione extremus hic actus sit peragendus; adeoque placato animo haec proferre videbatur, ut subderet quandoque haec verba : Medicorum sollicitudo est reprehensibilis, alunt morbum, prorogante humanis medicamentis mortalem vitam ad paucos dies, nam vera vita Christus est, quam ipsi retardant. Libros Hæreliticorum, quos apud se, permittente Summo Pontifice, Concilii causa habebat, mandavit omnes statim comburi, etc. (1). His aliisque compluribus editis Christiana pietatis documentis obdormivit in Domino, ac xix Martii funebres illi exhibitos honores refert Astulphus Servantius.

60. Ut legati præsidentes mittuntur a Pontifice Tridentum cardinales Moronus et Navagerius qui in Concilio per honorifice recipiuntur. — Quo die Tridenti extinctus est Seripandus, Romæ Pontificis legatos ad Concilium jam ante septima Martii decretos Joannem, videlicet Moronum episcopum Prænestinum, ac Bernardum Navagenerum tit. Sancti Nicolai inter Imagines presbyterum, cardinales, tradita iis Cruce, proficiisci jussit, ut suumma cum auctoritate sacrosanctæ Synodo præsenterent, qua de re extant

Pontificia Diplomata<sup>1</sup> die xx Martii consignata, quibus Morono locus et auctoritas Herculis card. Mantuani dabatur: ac Pontifex ipse postea de collata Morono dignitate Ferdinandum Cæsarem his litteris<sup>2</sup> certiore fecit:

« Charissimo in Christo filio Ferdinando in imperatorem electo.

« Charissime fili, salutem, etc. Mittimus ad Majestatem vestram cardinalem Moronum nostrum de latere legatum, quem scimus illi acceptum et gratum fore ob egregias ipsius animi dotes et raras virtutes. Is respondebit ad omnia capita litterarum majestatis vestrae, et credimus, quod illi satisfaciet, propterea quod nihil magis cupimus, quam reformationem, et tollere abusus in Ecclesia Dei, et nihil minus cogilamus, quam de dissolutione Concilii, aut suspensione, sed prosequi intendimus et ad finem debitum perducere, confirmare, et exequi, sublati abusibus, et factis reformationibus, quantasvis quilibet bonus Pontifex possit facere, et quilibet bonus Christianus possit desiderare, ut latius in auctoritas vestra ab ipso cardinale intellegit: quam Dominus diutius in columem nobis conservet, et omnia illius desideria compleat.

Datum xxx Martii MDLXIII.

61. Antequam has litteras exciperet Cæsar, cum accepisset Tridentinam legationem fuisse decretam cardinali Morono, gratias egit Pontifici<sup>3</sup> de summo studio, qua Concilium provehere, disciplinamque Christianam instaurare nitebatur, nec se ad promovendum opus sanctissimum muneri Cæsareo defuturum, est pollitus:

« Beatissime in Christo pater et Domine, Domine reverendissime, post humilem commendationem filialis observantiae, continuum incrementum.

« Accidit nobis jucundissimum, quod Sanctitas vestra hanc legationem reverendissimo in Christo patri Joanni sanctæ Romanae Ecclesiæ episcopo Prænestino cardinali Morono præ cæteris demandaverit; neque enim potuisset Sanctitas vestra mittere virum nobis magis gratum magisque probatum: quem non solum novimus familiariter a multis annis, sed propter ejus in nos præclarissimum studium, et præstantissimas virtutes summa quoque benevolentia complectimur, cuius operam et præsentiam in Concilio confidimus, adeoque plane credimus ad res bene gerendas, ac consequendum felicem et optatum finem plurimum momenti allatram esse, ita ut propterea hanc Sanctitatis vestrae sapientissimam electionem merito magnis laudibus extollamus, per quam videtur Sanctitas vestra cum summa animi nostri consolatione id re ipsa abunde contestari, et compro-

bare, quod in litteris suis ostendit, se omni studio cupere et conari hoc sacrum Concilium tanta sua diligentia congregatum proseguiri, et superne gratiae auxilio, nostraque, et cæterorum Christianorum principum ope ad eum extitum, qui a nobis et piis omnibus optatur, adducere, sublati abusibus, et iis, quæ emendanda fuerint, emendatis. Pro qua Sanctitatis vestrae insigni pietate eidem iterum atque iterum ingentes gratias agimus, atque promittimus, quod nos quoque pro tua fuenta et propugnanda gloria divine majestatis, et restaurandis erigendisque lapsis Ecclesie rebus nullum, quod a Catholicio imperatore expectari possit, officium prætermisso sumus: id quod Sanctitati vestrae in præsens reverenter voluimus despondere, quam Deus misericors pro commodo et beneficio Ecclesiæ sue quam longissime salvam in columemque conservare dignetur. Datum in oppido nostro Inspugg xxviii mensis Martii MDLXIII, regnum vero XXXVII.

« Humilis et obsequens filius,

« FERDINANDUS».

62. Excepta fuit communis principum plausu legatio cardinali Morono demandata, qui simul Epistolas lætitiae indices ad ipsum dedere, studiaque cuncti sua pro Concilio promovendo sponderunt. Tum in provinciam una cum Navagerio proficisciens Tridentum summa Patrum gratulatione, ut Gabriel Palæottus<sup>4</sup> conscripsit, accessit:

« Litteris (inquit) ex Urbe fuit nuntiatum, legatos novos in demortuorum locum non solum jam a Summo Pontifice fuisse declaratos, sed eos propediem hic adfuturos. Illi erant Joannes Moronus Mediolanensis cardinalis et episcopus, magni vir consilii, prudentie et auctoritatis, alter Bernardus Navagerius Venetus, qui pridem ab eodem Pio IV ex senatorio ordine, quem in republica sua magna cum laude gerebat, in cardinalium collegium ob ejus virtutes fuerat cooptatus. In horum vero fide, et probitate, et magno rerum usu adeo acquiescere Sanctitas sua dicebat, ut eos abeuntes, et præcipue Moronum summa cum potestate, in his quæ ad Concilium pertinent, dimisisset, cui et mandaverat, ut se quamprimum in Oenipontum ad Cæsarem conferret, ac coram multa, quæ ei secrete injunxerat, renuntiaret. Quapropter x Aprilis, pridie ante diem sacratissimum Paschæ hora xxiii cardinalis Moronus summa omnium expectatione, solemnitate pompa more Apostolicorum legatorum, deducentibus eum Warmensi, Simoneta, Madruio, principum oratoribus, prælatisque aliis Tridenti fuit exceptus». Centum et septemdecim præsules illi occurrisse; atque ingens equitum

<sup>1</sup> Ext. de iis Diplomata in Ms. arch. Vat. sig. num. 3252. p. 192. in Actis sess. VII. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3216. p. 70. — <sup>3</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. XXXV.

<sup>4</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. sign. num. 24. p. 330. Ms. Fr. card. Barb.

agmen, in quo Cæsar, Gallæ et Lusitanæ regum, ducumque Sabauidæ et Florentiæ oratores fuere, refert Astulphus Servantius.

63. Subdit Palæotus xiii Aprilis, tertio Paschatis, Jo. cardinalem Moronum fuisse publice in Synodus admissum, ac post Orationem de Spiritu Sancto repetitam, perfectum fuisse a scriba Concilii Pontificium Diploma, quod subjectis verbis conceptum Actis suis inseruit Astulphus Servantius<sup>1</sup>.

« Venerabili fratri nostro Joanni episcopo Prenestino S. R. E. card. Morono appellato, nostro et Apostolicae Sedis de latere legato.

« Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum missis alias quibusdam S. R. E. cardinalibus, quibus variae facultates concessæ fuerunt, prout in compluribus litteris nostris partim sub plumbo, partim in forma brevis confectis plenus continetur, ex illis nuper, sicut Domino placuit, mortuus sit bona memoria Hieronimus cardinalis de Mantua, nosque personam maxime idoneam in ejus locum subrogare volentes, ob eximiam vitam tuam et morum honestatem, fidei integritatem, industriam et prudentiam in aliis multis legationibus tibi ab hac sancta Sede concessas spectataam, in te nostræ mentis oculos converentes, te de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, nostrum et hujus sanctorum Sedi de latere legatum una cum aliis legatis constituerimus et depulaverimus, sicut etiam per presentes constitutimus et depulavimus, jamque in Dei nomine ab Urbe discessurus sis, volumus atque auctoritate Apostolica praesentium tenore decernimus, ut fraternitas tua omnibus et singulis facultatibus, indulxit, et mandatis et concessionibus iisdem cardinalibus legatis ad hoc tempus a nobis quomodocumque datis et concessis, ac posthac dandis et concedendis, una cum illis, et prout ipsi possent, ut libere et licite possis et valeas in omnibus et per omnia, perinde ac si tu insimul cum eis pro Concilio ipso celebrando specialiter, ac nominatim a principio per nos deputatus fuisses : in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub anno Piscatoris die xx Martii mœlxiii ».

Perfecto Diplonate cardinalis Moronus summa, qua par erat, gravitare, orationem suam incipiens, in hunc maxime modum est locutus :

64. « Verba prolata ab illustrissimo D. Joanne cardinale Morono primo presidente, et legato Concilii Tridentini in ejus prima comparitione in generali congregatione, die Martis, xiii Aprilis mœlxiii<sup>2</sup> :

<sup>1</sup> Ext. in Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv. Ms. car. Barb. sig. 1109, p. 170. — <sup>2</sup> Gabr. Palæot. ubi sup. Ext. ea Oratio ap. Ast. Serv. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109, p. 122. Act. Conc. Trid. et apud Gabr. Palæot. ubi sup.

« Quo in statu sit respublica Christiana, Patres reverendissimi, omnibus perspicuum est, nullus enim ignorat, quanta sit religionis perturbatio, quam neglecta, imo prorsus contempta sit omnis Ecclesiastica disciplina, quæ bella, quæ seditiones populorum fuerint, atque etiam nunc sint, quas clades a potentissimo ac perpetuo Christiani nominis hoste Turca superioribus annis terra marique accepimus, quam ingens denique periculum nobis ab eis potentia dissidiis nostris semper imminet. Has ob causas omnibus, ut dixi, manifestas, Pius IV Pontifex Maximus bono consilio atque optima voluntate Concilium OEcumenicum in hanc civitatem convocavit, ut si fieri possit, Deo in primis opem ferente, remedium aliquod tot malis inveniretur; nam cum propter indignationem Dei ea procul dubio nobis eveniant, si Catholicæ fidei et veteris innocentia puritas revocabitur, placato Deo, et bella et seditiones cessabunt, et imminentia cervicibus nostris pericula facilius repellentur. Congregatum est igitur hoc Concilium frequentius et celeberrimum, in quo tot sunt viri præstantissimi, adsunt duo principes cardinales, et nobilitate, et omnibus virtutibus insignes, adsunt illustrissimi oratores, et Casaræ majestatis, et tot maximorum regum, liberarum civitatum, principumque, et nationum ; adsunt etiam tot præsules egregia doctrina, spectata vita probitate et sapientia quadam prædicti ; nec desunt complures excellentissimi Theologie doctores, peritissimi omnes viri omni laude digni. Congregato autem fore Concilio, cum ea tractarentur, quæ ad susceptum negotium pertinere videbantur : ecce in ipso cursu erepti sunt nobis duo prudentissimi vereque illustrissimi cardinales Mantuanus et Seripandus, quorum mortem non sine magno animi dolore ad memoriam revoco. Nam, etsi eos felices beatosque futuros existimem, quia scriptum est : *Beati mortui qui in Domino moriuntur*, doleo tamen, et reipublica causa, quæ eorum opera his temporibus maxime indigebat, et mea ; nam utrique eorum magna familiaritate ac necessitudine conjunctus eram. Accepito nuntio tam acerbo mortis illustrissimi Mantuanii, Summus Pontifex cum sacro cardinalium cœtu me et virtute et ceteris omnium rebus longe inferiorem illi sufficit, adjunxitque ad hanc legationem conciliarem reverendissimum cardinalem Navagerium virum multa eruditione et prudentia præclarum. Vere dicam, Patres, quantum licuit, quantum potui, hoc onus recusavi, ejus gravitatem et virium meorum imbecillitatem reformidans. Sed quid ? hunc timorem vici obediencia necessitas ; parentum fuit vicario Christi, qui Petro et ejus successoribus oves pascendas regendasque commendavit. Huc igitur jesus veni, ad Caesaram quidem maiestatem nunc profecturus, sed

mox Deo dante, inde reversurus, ut cum illusterrimis collegis et dominis meis legatis, ea quae ad salutem populorum, ad Ecclesie splendorem, ad Christi gloriam illustrandam pertinent, una nobiscum agam. Ac ut cætera desint, duo certe præcipue mecum afferro. Alterum, optimam voluntatem Suum Pontificis certam et exploratam, qui nihil magis optat, nihil æque curat, quam ut doctrina fidei ab heresisibus repurgetur, mores corrupti emendentur, abusus tollantur, commodis ac necessitatibus provinciarum, quæ olim maxima pietate floruerunt, consulatur, pax denique et unio etiam cum adversarii omnibus, quantum fieri poterit, salva pietate atque Apostolicae Sedis dignitate, constitutatur. Alterum quod afferro, est huic non dissimile, præpensam voluntatem meam ad ea peragenda (Deo adjuvante) quæ Sanctitas sua verbo præcipit. In hoc enim omne ingenium meum, quamvis peregrinum, omnem operam et industria collocabo; quæ res quantum fructum sint allatura, Patres sapientissimi, in manu vestra situm est; nam prudenter vestra, doctrina vestra, auctoritate etiam vestra hoc Concilium ad bonum optatum finem perduci poterit. Quamobrem vos, Patres, omni honore digni, horror, et per Deum immortalem obtestor, ut remotis contentionibus atque discordiis, quæ magnum orbi Christiano offendiculum præbent, remotis questionibus inutilibus, que non ad edificationem fidei, sed potius ad subversionem audientium, ad tempus frustra conterendum faciunt, ea serio ac sedulo agatis, que maxime necessaria sunt, illud diligenter attentes, ne scientia vento, cum inter vos sint tot doctissimi viri, ab humilitatis portu ejiciantur. In hoc enim negotio Dei multa opus est prece, maxima humilitate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod si humiles, unanimis ac concordes fueritis (duce spiritu Sancto) omnia bene et recte perficietis, fructum uberrimum Ecclesia Dei ex tot periculis, longis itineribus, laboribus et impensis vestris percipiet, et vos lumen quoddam magnum et clarissimum scientiae et doctrinae accendetis, atque in alto collocabitis, ad quod non solum ii, qui nunc vivunt, sed etiam posteri cursum vita sue dirigentes, tutissimum salutis portum facillime tenebunt. Deus autem propter vos maxime laudabit et glorificabit, et vos ejusdem laudis participes eritis in hac vita, et post hanc vitam gloriam immortalitatis immarcescibilem percipientis ».

65. *Discutitur an procuratores episcoporum absentium in Synodum sint admittendi.* — Post Moroni adventum oratores Cesarei, Gallici, Hispani, Lusitani, legatos convenientiunt<sup>3</sup>, ab eis-

que magno studio petunt, ut absentium justa ex causa episcoporum procuratores in Synodum a Patribus cum definitiva sententia potestate admittantur; legati eis, quod jure aut voluntate Patrum licet, libenter permissores pollicentur, ac juris aliquot peritis negotiū hoc consultandum imponunt. Hi rem mature executiunt, ac clarior investigationis gratia causam in quatuor articulos partiuntur. Primo an procuratores absentium, ita admittendi sint, ut solum inters generalibus Patrum Congregationibus. Secundo, an etiam illis jus suffragii, quod consultivum dicitur, sit permittendum. Tertio, an jus quoque suffragii definitivi. Quarto, an idem de episcopis, qui procuratores constituantur, sit sentiendum.

Comperunt autem in prioribus tribus articulis iure quidem satis probari posse, procuratoribus locum dandum non esse, nam cum de rebus fidei decernendis agatur, que ab episcopis, abbatibus, generalibusque Ordinum, tanquam Spiritu sancto ob munus, quod gerunt, afflatis, deliberantur, non possunt haec in alios transferri, quibus persone industria adjuncta est. Quoniam tamen veterum aliquot exempla Conciliorum secus suadere videbantur, et in quarto etiam articulo rationes utrinque multæ non deerant, idecirco triplex legatis consilium hujus rei terminanda proponi posse vident, quorum tamen extreum, ut tutius, probandum censem.

Primo ut legati Bullam Pauli III et Pii IV proferant, quibus procuratores admitti prohibentur; hic tamen verentur, ne oratores dicant Concilii libertatem Iudei, jusque episcopis concessum adimi.

Secundo quoniam sciunt Patres huic oratorum voto maxime repugnare, aiunt, ut causa hæc tota ad Synodum referatur, ac Patres ipsi, quod statuendum sit respondeant. Verum et hinc pertrahendam ac nova ista contentionem diu occupandam.

Tertio censem ex æquo et bono cum oratoribus conveniendum, ut insigniores aliquot ac graviores quisque eorum procuratores nominet, quorum praesentia tantum in Synodo admittatur, nec expedire id passim omnibus concedi, quod nimis novum esset, ac turbas alias excitare posset.

Hoc ab ipsis præcipue commendatum, atque a legatis probatum, oratoribus etiam ita in eorum gratiam fieri haud ægre persuasum fuit, atque ita deinceps observatum.

Scriperunt autem hoc argumento multi, sed præsertim Scipio Lancelottus consistorialis aula tunc advocatus, ac poslea sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis; et Michael Thomasius, quorum responsa adhuc extant.

66. *Comes e Luna orator Hispanus petit ut verba: proponentibus legatis e decretis Concilii*

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Franc. card. Bar. sign. num. 24. p. 335.

*tollantur.* — Decimo quarto Aprilis die<sup>1</sup>, comes de Luna regis Hispanie orator Tridentum per-  
venit, ac legatis regias litteras xx Octobris su-  
perioris anni consignatas obtulit, in quibus  
Philippus II pietatis ardorem atque effusa erga  
Sedem Apostolicam et Concilium studia expli-  
cabant. Privatim vero rogatus, quid ipsi, qui diu  
egerat in aula Germanica, videtur agendum  
pro iis populis ad conjunctionem Romanæ Ecclesie revocandis; is maximo Catholice religio-  
nis emolumento futurum respondit, si præstanti-  
ssimi quique concionatores mitterentur, ac  
simul Societatis Jesu sacerdotes undequaque  
disseminarentur, quos nimirum Evangelii pre-  
cones, et moribus et eruditione præstantes  
agnoverat. Quod pium æque ac salutare consilium  
cardinali Borromaeo suggestere legati<sup>2</sup>,  
cui ad fidem Catholicam amplificandam sua  
sponte incitato nulla penitus incitamenta fue-  
runt adhibenda. Novum aliud consilium altera  
die legatis privato pariter colloquio significavit  
orator, quod et se in mandatis a rege Catholicó  
habere profitebatur, ut omni opera et conten-  
tione tollenda curaret e decretis Concilii verba  
*Proponentibus legatis*, ex quibus periculum  
imminere videbatur, ne Concilium non esse  
liberum putaretur. Ad ea cardinalis Moronus  
respondit, falsam omnino hujusmodi esse opini-  
onem, cum nemini iis verbis eriperetur liber-  
tas, sed tantummodo significanter ordinem in  
publicis Concilii actionibus apprime necessari-  
um, ubi maximus hominum cœlus cogatur.  
Cum vero comes ea verba ab aliis Conciliis non  
usurpara, ac veluti Catholicis omnibus principi-  
bus ingrata, emendanda vel demanda conten-  
deret, Moronus subjecit, ut perpendere ipse  
matriiore consilio, qua ratione ea verba tolli  
possint, cum in solemni sessione admissa sint a  
Patribus ac publico fidei decreto inserta; quam  
nutans Conciliorum fieret auctoritas, quamve  
liber pateret in posterum aditus, ut et alia gra-  
vioris momenti retractari, et quæ Tridenti sunt  
confecta, abrogari sensim postularetur; per-  
pendere secum ipse, quanta hinc esset rerum  
perturbatio oritura, si cuique liberum fuerit  
pro libito, quæ velit, proponere; animadverteret  
præterea regem Catholicum, si incumbenteret  
in id, ut tollerentur ea verba, a promissis de fulci-  
enda Sedis Apostolicæ auctoritate discessurum,  
cum nomen simul et auctoritas Sedis Aposto-  
licæ sumnum ex ea re detrimentum esset per-  
ceptura. Orator, quamvis se rationibus nimium  
urgeri fatetur, ab instituta tamen actione neu-  
tiquam desistere posse dicebat, quod nimirum  
regiis adstringeretur mandatis. Ad quæ cum  
respondisset Moronus, se eadem die ad Cesa-  
rem Oeniponti agentem profecturum, atque

optime sperare, illum ab ea opinione, persensa  
rei æquitate, recessurum, dilata in illud tempus  
petitio est.

67. *Gravissimæ difficultates obstant congres-  
sui Pontificis et imperatoris, licet utrinque expe-  
tatur.* — Igitur eadem decima sexta Aprilis die  
ad Cæsarem cardinalis Moronus contendit, ut  
cum eo de rebus Concilii plurima transigeret,  
atque ut variae, quæ subortæ fuerant contentio-  
nes, rescinderentur, ac simul alterna animo-  
rum ostensiones inter Cæsares oratores et  
legatos, si quæ forent, submoverentur. Id ip-  
sum Pontifex a Ferdinando subiectis litteris<sup>3</sup>  
postulaverat:

« Charissimo in Christo filio nostro Ferdi-  
nando, Hungariae et Bohemiae regi illustri, in  
Romanorum imperatorem electo.

« Majestatem tuam perspexisse credimus  
quam prompto animo et quam sincera mente  
adhuc omnia præstiterimus, que a nobis in  
hoc loco positis proficiisci potuerunt, quo sacrum  
Concilium ad eum facilius exitum perveniat,  
quem tam turbulentia et misera Ecclesia Dei  
tempora postulant. Certe nobis conscius sumus  
nihil a nobis prætermisso fuisse, quod ad  
nostrum pastorale officium pertineret; verum  
dolesmus, adeo infestos esse nonnullos huic  
Sanctæ Sedis, quam ut suam et omnium fidelium  
matrem agnosceret, et revereri, venerarique  
deberent, ut ejus auctoritatem et jus nimis pro-  
fecto impudenter ac temere, ne dicamus, impie  
minnere tentent. Quæ res cum ipsius Concilii  
progressum non parum impeditura sit, et ad  
confirmandas potius augendasque hæreses va-  
leat quam ad tollendas; cum hæreticis hujus  
Sanctæ Sedis hostibus nihil optatus esse possit,  
quam dignitatem et potestatem ejus oppugnari,  
quam sciunt sibi, et reliquis omnium sæculo-  
rum hæreticis, tanquam firmam et immobilem  
Catholicæ fidei petram omni tempore obstinetis,  
Majestati tuae de ejus pietate ac sapientia ma-  
xime confidimus, hunc animi nostri dolorem  
indicare volumus, eamque in Domino hortan-  
dam duximus et rogandam, ut pro sui imperia-  
lis muneric officio, et pro perpetua et constanti  
erga beati Petri Sedis devotione ac reverentia,  
ipsius Sedis causam defensionemque suscipiat,  
cæterosque principes Catholicos ad tuendam  
secum simul ejusdem Sedis dignitatem litteris  
suis excite; suis vero oratoribus, qui Concilio  
intersunt, diligenter mandet, ac severius præ-  
cipiat, ut eum Sedis Apostolicæ legatis consentiant,  
omnibus denique piam suam voluntatem  
notam ac perspicuam facere enret, aperte testi-  
fieans atque denuntians, quantopere cupiat integrum  
inviolatamque manere sacrosanctæ hujus  
Sedis dignitatem, et ut nunquam assensura sit,  
nece probatura, ut quidquam de ejus potestate

<sup>1</sup> Astulph. Servant, in Actis. Legati ad card. Borr. Ep. CCXIV.  
— <sup>2</sup> Ib. Ep. CCXVIII.

Pius IV. to. ii. brev. sig. Ep. CCCXXXVIII.

ac privilegiis a Deo concessis ac tributis diminuatur. Hoc si a te potissimum, charissime fili, officium requiri mus atque expectamus, nemini mirum videri debet. Tuum enim hoc munus, haec tuae partes sunt, Apostolicæ Sedis honorem, sicut Catholici omnes imperatores fecerunt, omni tuo studio atque auctoritate tueri atque defendere. Nos porro, qui omnino tibi tuæque inclyte domini paterna charitate officia tam libenter ac benignè præstisimus, qui tanto studio tuae et tuorum dignitati atque amplitudini favimus, non immerito de te tuisque nobis pollicemur, quæ a tam piis filiis Catholicisque principibus expectari debent. Illud Majestati tuae confirmamus non aquos modo, sed ipsos etiam iniquos facile intellecturos, nos recta, integra et sincera voluntate, atque ardentis animi studio cupere pravas consuetudines abrogari, mores emendari, et omnia, qua correctione indigent, severissime reformari, tuoque hac in re, et bonorum omnium pio laudabilique desiderio et officio nostro plane nos esse satisfacturos. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die sexta Martii MDLXIII, Pontificatus nostri anno IV.

68. Querebantur nonnulli infringi ex eo libertatem Concilii, quod a legatis Pontifex de omnibus, quæ agitantur in Concilio, consuleretur, quibus ad Ferdinandum imperatorem relatis, ille consultis eruditis ac piis viris hæc Pontifici significari jussit, a quo ita responsum est:

« Animadvertisit majestas sua plures quoque querimonias ex eo enatas, quod dicitur potestatem determinandi ea, quæ in Concilio propounderuntur, Concilio non liberam relinqu, vel eo rem deduci, ut reverendissimi DD. legati pro resolutione omnium, seu illorum, semper ad Sanctiss. D. N. recurrant.

« In hac questione majestas sua viros doctos et Catholicos ita disserentes audit; ut minime quidem negent definitiōnēm hujusmodi rerum in Concilio propositarum etiam in his, quæ religionem et reformationem mōrum spectant, principaliter in Summo Pontifice tanquam in capite consideret, sed tamen ab eodem in Patres Concilii tanquam membra derivari, idque etiam corroborari exemplis Veleris Testamenti, in quo quamvis difficiles et ambiguae causæ primum quidem ad summum sacerdotem relatae, tamen per eundem de consilio prudentium deinde definite fuerint.

« Huc etiam pertinere, quod subscriptio[n]es episcoporum, quæ in omnibus Conciliis usitatæ sunt, nequaquam censeri debeant superflue.

« Imo et eam olim consuetudinem extitisse, quod Summi Pontifices etiam ea, quæ in Synodus Romæ celebratis decreta fuerint, nihilominus deinceps ad Concilia universalia retulerint, ut eorum iudicio approbarentur.

« Quæ tamen omnia cursus Majestas sua non profert animo, ut super iis temere aliquid hoc tempore definire, vel ut in proverbio est, os in cœlum ponere, conetur.

« Si tamen Sanctitas sua pro ipsis paterna benevolentia concedit, ut majestas sua in hac parte breviter dicat id quod sentit; videtur quidem majestati sue si aliquid in hoc Concilio de novo incidenteret, de quo antea non fuisse cogitatum, præcipue in iis rebus, de quibus Bulla inductionis Concilii nullam mentionem facit, & quo certe ferendum esse animo, quod ipsi reverendissimi DD. legati absque Sanctitatis sue scitu, jussu, atque auctoritate manum nequaquam apponant.

« Alias vero, et extra hunc casum, cum satis constet Sanctitatem Suam ad hanc gravem et magnam provinciam loco ipsis viros omnium longe probatissimos destinasse, cumque illi jam Sanctitatis sue personam in Concilio representent, et procul dubio de omnibus iis, quæ nunc præ manibus sunt, satis superque a sua Sanctitate sint instructi, Majestas sua nullam omnino causam excogitare potest cur Sanctitas sua, vel de probitate illorum, vel de prudentia, vel etiam de sedulitate diffidere debeat, quominus ipsi pro ea persona, quam gerunt, una cum tot excellentiissimis Patribus rem totam tam pro Sanctitatis sue dignitate, quam pro totius Ecclesiae Catholicæ salute expedire et absolvere possint.

« Cogitare enim Sanctitas sua e converso debet, nisi id ita fiat, quantus circuitus, quanta jactura temporis in toties subito recursu esset subeunda, quod ii, qui alias Sanctitati sue non sunt bene affecti clamitatur essent, Concilium hoc non Tridenti, sed Romæ celebrari, neque per Patres Concilii, qui tot nunc cum laboribus, molestiis et sumptibus Tridenti commorantur, sed pro majori parte per nuntios veredarios expedi.

69. Cum vero a cardinale Morono imperator arcane illo colloquio accepisset, in illam Pontificem inclinare sententiam, ut Concilium Bononiense transferretur, ubi Pontifex una simul ac imperator convenienter, fieretque solemnis ejusdem imperatoris in ea civitate coronatio, submisit Cæsar rationes, quibus ab illo consilio recedere utile putabat; hec scribens<sup>1</sup>:

« Sunt aliae non leves rationes, quæ repugnant huic Sanctissimi domini nostri instituto consilio sanctam istam Synodum Bononiensem transferendi, nimis ingens incommoditas movendi tam numerosum Patrum conventum in aliud locum ex eo, in quo consensu tum Sanctissimi domini nostri, tum etiam Cæsareæ Majestatis, et aliorum regum et principum jam dudum congregati sunt. Præterea quod cum reliquo regum ac principum scitu et consensu

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3218. Ep. LIV.

semel constitutum et firmatum esse dignoscitur, id ut mutetur, non integrum est Majestati sua Cæsareae soli, absque illorum scitu et consensu concedere.

« Quæ cum ita se habeant, Majestas sua Cæsarea Sanctissimum dominum nostrum impensisim rogal, ut Majestatem suam Cæsaream benigne ac paterno excusatam habeat, quod huic Sanctitatis sue paterno consilio et petitioni de transferendo Bononiam et profectio ne illuc suscipienda satisfacere nequeat.

« Pollicetur tamen majestas sua Cæsarea, quoad coronationem suam imperiale, sicul Sanctitas sua petit, ejus rei curam suscipere, quamprimum commodius ad eam rem tempus nacta fuerit, atque ita fieri poterit, ut huic negotio res conciliares non commisceantur, tunc enim sperandum est, pleraque suprascripta incommoda cessatura esse.

« Et quia majestas sua animadvertisit Sanctissimo domino nostro tam inco modum esse Tridentum venire, majestas sua Cæsarea non cogitat Sanctitatem suam ea de re posthac importunius apertius urgere. Attamen majestas sua etiam nunc censet, quod Sanctitatis sue adventus reipublicæ Christianæ futurus esset maxime salutaris, adveniente Sanctitate sua, ipsa quoque Cæsarea majestas se, Deo concidente, ad futuram promittit; sed si omnino Sanctitas ejus venire nequit, hoc saltem Cæsarea majestas maximis precibus a Sanctitate sua contendit, ut Sanctitas sua absens quoque provideat, quo omnia negotia in Concilio, recto et debito modo et ordine procedant, tandem Dei beneficio optatum, ac Christianæ reipublicæ salutarem finem sortiatur. Ad quæ conficienda Cæsarea majestas Sanctitati sue a Deo Optimo Maximo omnem felicitatem ac prosperos successus precurat.

« Et hæc quidem sunt, quæ sacra Cæsarea majestas super iis, quæ antehac de his rebus Sanctissimo domino nostro scripsit, et quæ cum ipso reverendissimo domino legato nuper coram benevole contulit, et dominationi suæ reverendissimæ candide et sincere significare voluit».

70. Obstiter difficultates gravissimæ, ne Pontifex in Germaniam, vel imperator in Italiæ se conferrent, ut memorat Gabriel Palaotus<sup>1</sup>, et quæ a cardinale Morono cum imperatore gesta sint, percensem:

« Cardinalis Moronus ex aula Cæsaris Tridentum est reversus, postquam honorifice a Cæsare, cui etiam ad primum lapidem occurserat exceptus fuisse dicebatur, variaque cum eo egisse, inter quæ hæc præcipue narrabantur. Nam cum Summus Pontifex Cæsaream majesta-

tem, post ejus OEnipontum adventum, ad imperiale coronam Bononiæ suscipiendam, quo loco et Carolus V ejus frater ea insignitus fuerat, amanter invitasset, quod et illis ea res opportunitatem multa simul de rebus Concilii agendi esset allatura, vicissim autem sua Majestas dum per litteras se Sanctitatis suæ congressum in Tridentina civitate vehementer exoptare ostendisset, nunc collatis utrinque rationibus, variisque mutuo impedimentis allatis, neutrum communode obiri posse compertum fuit. Cum etiam non decessent insanæ mentis et audaciæ viri, qui Cæsaream ad multa in Synodo magni in Christiana republica periculi tentanda promovendaque callide impellerent, ipse natura æquior, ubi ab eodem Morono optimæ S. D. N. erga publicas res voluntatis, totiusque Concilii status certior plane factus fuit, facile alius cogitationibus depositis, suam Summo Pontifici in omnibus auctoritatem, Patribusque de rebus Christianæ religionis deliberandi munus relinquendum judicavit. Legit et exemplar Bullæ Apostolicæ illi ab eodem Morono allatae, qua Conclavis Pontificie reformatio confinebatur. Legit et alia multa, tum a S. D. N. in Urbe constituta, tum a Patribus hic pridem sancta, aliaque, ut propediem edantur, præparata, quibus eo vehementius, ut in illis conquisceret, confirmatus fuit. Probavit id quoque, quam maxime, ut libera cuique dicendi facultas promitteretur; quæstiones tamen supervacaneæ prorsus omitterentur, ac de postulatis illius, cum primum licet, Synodus consuleretur. Multa et alia hoc genere inter eos acta dicebantur, quibus Cæsar, qui ad pietatem religionemque propensus erat, accidente Moroni apud eum gratia et auctoritate, non leviter flexus, rebusque nostris conciliatus videbatur. Illorum compendium vulgo circumferbatur, quod adhuc diminutum aiebant. »

71. Petrus e Soto, theologus apud omnes summæ existimationis, Tridenti moritur. — Sed inter hæc nova accepta clades<sup>1</sup>, quasi rescissa gravissimi vulneris citatrice, coagit Tridentinos Patres, non tam novum suscipere, quam pristinum et duorum praesidentium morte conceptum continuare dolorem, cum geminis illis facibus extinctis, tertium quoque fulgentissimum lumen, dignitate quidem longe, eruditione tamen ac pietate non inferius erectum viderent. Fuit is Petrus Sotus e Prædicatorum familia a Pont. ad Concilium directus, summe eruditiois et apud omnes existimationis theologus. Is cum jam mortem sibi imminere consiperet, pridie quam obdormiret in Domino, litteras ad Sanctissimum dictasse ferebatur, quas fideliter exceptas Generalis Dominicanus affirmabat, qui-

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palaot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 334.

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palaot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 44. p. 333.

bus Pontificem hortabatur, ut a Synodo haec præcipue definire curaret :

Episcopos esse a Christo institutos, subiectos tamen Summo Pontifici.

Papam esse supra Concilium.

Neminem initandum, nisi a suo episcopo sit approbatus.

In beneficiorum collatione, Ecclesiæ potius quam ministrorum commodo serviendum.

Extant memorata litteræ<sup>1</sup> in Ms. Archivii Vaticani, subjecta verborum formula conceptæ :

« Beatissime pater, post beatorum pedum oscula.

« Nuper scripsi quædam ad reverendissimum cardinali Amulium, quæ mihi visa sunt maxime perfidere ad honorem et gloriam Dei, atque etiam ad levandam et exonerandam conscientiam meam, ut ea videlicet meo nomine familiariter proponeret Sanctitati tue, tanquam supremo Christi in terris vicario, ac de me semper optime merito. Nunc autem vi morbi magis ac magis ingravescente, et appropinquare morte, magis etiam urgebar in conscientia, nec fuit mihi pigrum lingua tam balbutiente eadem dictare, atque scribere ad Sanctitatem vestram. Hæc igitur sunt, quæ propounded atque inculcanda Sanctitati vestrae in extrema vita mea hora existimavi maxime ante omnia, ut Sanctitas tua residentiam episcoporum, et aliorum Ecclesiæ ministrorum, non solum dilucide et aperte in Concilio, quo jure sit, destiniri curet, sed etiam efficaciter a se et ab omnibus observari, et ut aperte dicam, cardinalibus aliunde providere, et non ex episcopatibus; quod si fecerit, non solum nihil deperibit auctoritate et commodis Sanctissimæ Sedis et Sanctitatis tue, sed etiam quamplurimum augabitur. Si vero non fecerit, non dubito, multum Sedem Apostolicam amissuram, et Sanctitatem vestram ultimam damnationem in judicio Dei incursumur.

« Episcoporum munus autem et officium a Christo Domino esse, ipsosque episcopos ab eodem Christo immediate datos Ecclesiæ, sed sub uno ipsius Christi Summo vicario, successore Petri, Sanctitas tua curet disertissime declarari, quod semper antiqua docuit Ecclesia, nec permittat inter se et Episcopos ullam divisionem; est enim revera episcopatus Sanctitatis tue et omnium aliorum episcoporum unus et idem, in quo tamen episcopatus Sanctitatis tue primatum tenet. Nullo modo deceat, ut Apostolicae Sedis dignitas alios dejiciat, quos agnoscere debet positos esse ab ipso Christo regere Ecclesiam Dei, quam proprio sanguine acquisivit,

« Ego igitur vivens et moriens testor Sanctitatem tuam superiorem esse omnibus Conciliis.

Hiis, nec posse ab eis ullo modo judicari, idque ut aperte definitur in Ecclesia, credo plurimum expedire, quia contrarium manifeste vergit ad seditionem, bella atque schismata in Ecclesia.

« Ultimo denique Sanctitas tua curet, ut nullus ordinetur aut ministret, nisi probatus a proprio episcopo; nam facultas suscipiendo ordines a quocumque, parum lucri assert curiae Romanae, et sufficiens est ad detrudendos in infernum id concedentes. Denique Sanctitas tua ex beneficiis, quæ ad provisionem suam pertinent, curet, non utilitatem suam, vel suorum ministrorum, sed salutem animarum, et bonum illarum Ecclesiæ, in quibus sunt prædicta beneficia. Hæc Apostolicis Sanctitatis tue pedibus prostratus ex infirmitatis meæ lectulo dixisse sincerissimo affectu mihi sit satis. Pro quibus et ceteris omnibus, que stulte dixi, humillime veniam peto, testatus me semper juxta conscientiam, Dei gloriam, Sedis Apostolicae utilitatem, Sanctitatis tue bonum desiderasse, et quævisse pro mea tenuitate. Dat. Tridenti xvii April. anno MDLXIII.

« Beatiss. Sanctitatis tue humilli. servus

« Frater PETRUS SOTO ».

Hortatum insuper fuisse Pontificem scribunt, ut residentiam episcoporum esse juris divini declararet; ac vigesima Aprilis die obiisse, ingenti sui relieto desiderio, cum eximiam doctrinam spectabilis sanctitatis opinione cumularet, dignitatesque omnes ac divitias, cum Carolo V a confessionibus fuerat, mira humilitate et constantia rejecisset. Defuncti corpus Tridenti in Ecclesia S. Laurentii post exequias viginti octo præsulum, ac Cæsaris, et regis Galliarum oratorum frequentia celebratas<sup>1</sup>, humatum est.

72. *Prorogatio octava Sessionis septimæ.* — Altera ab ejus obitu die nempe xxi Aprilis ob incumbentium rerum, ac difficultatum molem sessionis septimæ prorogatio octava indicta est, ut refert Angelus Massarellus<sup>2</sup> his verbis :

« Prorogatio octava Sessionis vñ Tridentinæ, sub Pio IV, ad diem infra xx Maii declarandum.

« XXI mensis April. MDLXIII, illustrissimus D. Stanislaus Iosius Tit. S. Panerati S. R. E. presbyter card. Warmiensis, sacri Concilii primus ad præsens legatus et præsideus, allocutus est Patres in hanc sententiam. Dies crastina statuta erat ad habendam sessionem, quæ quoniam haberi non poterit, dominationes vestrae recte norunt : multa enim in causa fuere, sed inter cetera, quia hoc tempore orbati fuimus duobus præstantissimis viris, hujus sacri Concilii legatis, quorum pietas, doctrina, religio,

<sup>1</sup> Ms. Vallic. p. 226. Astulph. Serv. in Act. Conc. — <sup>2</sup> Angelus Massarell. Sac. Con. in Actis Congr. gener. ante sess. vii. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3212.

<sup>4</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3217. post Ep. cxvi.

prudentia, non solum vobis, sed toti orbi Christiano perspecta est, quare coacti sumus cogitare de die proroganda sessionis. Nos autem cogitabamus neque breve neque longum tempus statuere, commodumque videbatur Feria quinta post festum Pentecostes, faxit Deus, ut hoc tempore nos simus divina pietate concordes. Dicant igitur Patres, quid sentiunt. Illustrissimus D. card. a Lotharingia inquit: *Cum eisdem scopulis haecramus quibus per tot mentes hiesimus, neque videamus, quid spei conciperemus, quid profecto de die certa statui possit, videre etiam non possumus.* Et paulo post: *« Longe melius consultum videretur, ut expectarentur illustrissimi domini Moronis et Nagerius, qui prope diem hic affuturi sunt »* Et mox: *« Hoc vero interim detur Patribus exemplum eorum, quae a dominis deputatis acta sunt, ut super eis cogitare possimus, antequam sententias dicamus ».*

Collectis sententiis a majori parte decreatum est, ut sessio prorogaretur ad diem declarandum infra vigesimum diem Maii. Dum hec gercebantur, vigesima octava ejusdem mensis Bernardus card. Nagerius quartus Concilii legatus, qui Venetias patriam suam in itinere diverterat, Tridentum ad sue legislationis munus obeundum opportune se contulit.

*73. Carolus IX Synodo denuntiat et simul excusat pactiones iætas cum Hugonottis.* — Sed fūnestum maxime ac triste sub hac ipsa tempora auditum est, quod in Galliis pax cum Hugonottis firmata fuerit: cuius rei nuntius ubi primum Tridentum pervenit, mire Patrum omnium animos prostravit, quod sperassent, illis perdomitis, pristinam religionem restituendam, atque in posterum longe inferius prospicientes, jam tunc, quam parum illorum paci esset fidendum, ominabantur, qui velamen habentes militia libertatem in omnem crudelitatem ac dagitiorum colluviem essent processuri, Elisabeth Angliae regina presertim potentis et auxiliis suffulti, quæ per summam improbitatem, et implacabile in Catholicam religionem odium copias submittere sponderat, et sui regni episcopos nefarie vexabat, ut tormentis adstricti ad amplectendam haeresim cogerentur. Porro horrenda crudelitas exempla a Calvinistis in Catholicos sacerdotes edita deplorat Guillelmus Rossens<sup>2</sup> his verbis:

« Nullum reperiam orationis exitum, si volvero horum facinora, non quidem omnia, sed insigniora, non semel aut iterum in obscuro pago, sed saepenumero in clarissimis civitatibus et per totas provincias perpetrata, vel breviter perstringere. Alibi sacerdotibus exfraxerunt viscera, caue objecerunt canibus et porcis, et deinde referserunt ventres sieno, ant

avena, et iis tanquam præsepibus usi sunt, e quibus equi pascerentur. Alibi abscissa sacerdotibus genitalia coixerunt, et eosdem, ut comedenter, vi coegerunt, et mox pugionibus aperuerunt ventres, ut inspicerent, quemadmodum talen cibum digerent; multos gregatim in putoes præcipitare, sepelire alios vivos, serra altos secare medios ludus jocusque istis primi tivis Christianis fuit ». Apud Santonas nonnulli infodere vivos sacerdotes extantibus e terra capibus, ad quæ veluti ad scopos ferali ludi genere plana ac rotundata saxa aliscent: alii in Vasconia conspecti, qui baltheos militares in fixis sacerdotum auriculis deshonestatos gestarent, eaque laniena stulte superbirent. Cru deli bac et impia mania laborasse Andelotum Castillioneum Calvinistarum ducem maximum referunt, ut qui pro equestri torque ex consulitis sacerdotum cæsorum auriculis contulatum tor quem in collo gestarit. Cum his monstris verius quam hominibus jam victis, ieta pax diu non tenuit.

Sub hac quoque tempora<sup>1</sup> in ipsa Parisiensi civitate immanes ab Hugonottis excitati fuerant tumultus, ac quotidianis probris, et conviciis, blasphemisque verbis Catholica fides, assidente Condœvo, proscindebatur; verum administris conceleratae calumniæ supplicio muletatis, brevi procella illa consiluit. Quo tempore Theodorus Beza diabolis actus furiis ac suppliciorum metu percussus mature sibi fuga consuluit, ac ubi Genavam se contulit, palam fidei et religioni bellum indicens, pestilentialie cathedram pari scelere atque impunitia concendi. Eas quoque partes inexpiabili scelere Hugonotti desumpserunt, ut Nemorosi duci letale toxicum præberent, verum remediorum præstantia ac medicorum diligentia factum est, ut princeps e periculo, quo decumbebat morbo, levaretur. Quæ omnia, si quis attento revolvat animo, quomodo non Hieremie<sup>2</sup> recordabitur clamantis: *Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, pax, pax, et non erat pax, illudque Ezechielis<sup>3</sup>, non proferret: Eo quod deceperint populum meum, dicentes pax, pax, et non est pax.* Nam quamvis pax sancta esset, non tam eum ejus leges ab Hugonottis servatae<sup>4</sup>: etenim Colinius, qui inter impios corripuerat imperium, arma non posuit, retentis secum mille circiter equitibus, novos tumultus, cum se daret occasio, excitatus, quem regina Anglie promissi subsidiis in perduellione confirmabat. Mille etiam, ac sexenti equites Germani haeretici, qui Condœvi principis partes erant senti, cum regredierentur in Germaniam, traxere

<sup>1</sup> Ant. Car. Granv. Ms. arch. Vat. sign. num. 3217. Ep. LXVI. XXV Apr. MDCXIII. — <sup>2</sup> Iher. VI. — <sup>3</sup> Ezech. XIII. — <sup>4</sup> Ib. ead. Ep. LXIX. XXVII Apr. Jo. Bapt. Adrian. I. XVII. Granv. card. sup. Fp. LXXV.

secum ducentos currus præda Gallica onustos, et quacumque iter habuere, vastarunt Ecclesiæ, ac bona Ecclesiastica expilarunt. Cadomi etiam et apud Bajocasses, et in aliis locis hereticæ ingentia mala Catholicis intulerunt; quæ Prospèr episc. Santacrucius internuntius suis litteris deplorat, ac Lugduni pro componendo urbis illius statu Vieleville admissum scribit, cum heretici, qui imibi tyrannidem corripuerant, pacis leges ac religionis Catholicæ usum admittere detrectassent; et quamvis Subizius et Cordesiūs proceres haudquaque avero censemur animo, tamen Odettum Castilionem excedinalem et Cursolium nunquam consensuros, invalueraut opinio. Nec modicus irrepererat timor, ne bellicus Hugonottorum turbo in Avimoniensem ditionem irrumperet. Sed ad res Catholicas propemodum everendam illud maxime omnium deplorabile accedebat, quod Catharina regina politicis illusa artibus, Hugonottorum perduelionem favore videbatur, quam a Margharita Belgij gubernatrice increpitam scribit cardin. Gravellanus, atque admonitam, ne confideret super hereticos<sup>1</sup>, *Super baculum (videlicet) armatum confractum, cui si innixus fuerit homo intrabit in manum ejus, et perforabit eam, ut experientia ipsa postmodum docuit*. Sed cum hæc in viridi fierent, in arido quid factum esse, credendum? Si talia patiebantur indiscriminatim omnes Galliæ ordines<sup>2</sup>, quid perpperso Ecclesiasticos viros putandum est, in quos major hereticorum saevities efferebatur? Lugubre proorsus erat aspicere, quod non solum hereticæ fortunis, membris ac vita illos spoliassent, sed quod regii ipsi administristi, quo jure hereticæ regias areces Gallici nominis hostibus vendiderant, invadere posse bona Ecclesiastica censurarent, quorum partem jure pro regiis necessitatibus distrahadam contenderunt, ex quo Gallicanæ Ecclesiæ eversionem metuendam Antonius card. Granvellanus Tridentinis legatis per Epistolam graviter asseruit, memor fortasse aureæ illius Petri Blesensis<sup>3</sup> sententiae: « Nunquam Ecclesiæ spolia prosperum habuere evenitus auspicium ».

74. Confectæ pacis<sup>4</sup>, ex qua apud Catholicos omnes amaritudo erat amarissima, illud Gallici oratores pro excusatione afferebant, quod ini quis illis temporibus iniquas illas pariter conditiones rex simul ac regina subire coacti fuerint, cum ingentes jam in Germania contractæ essent hereticorum copiæ, ut Condæo principi suspectias afferrent, quæ simul ac pasci nuntium accepere dissolutæ erant. Pacis etiam beneficio<sup>5</sup> adscribendum erat, quod Aurelia fuisse recepta Catholicis in eam reversis civibus, in qua qua-

tuor hominum millia sacris mysteriis in Templo S. Crucis interfuerant, quod unicum hereticorum rabiem in cunctas Ecclesiæ debacchanum, divina prorsus providentia effugerat. Fiebat quoque nova quotidie Hugonottorum ad fidem Catholicam in ea civitate accessio, ac multis in locis Hugonottorum nomen, veluti latronum quietis perturbatorum ac seditiosorum hominum, invisum infestumque habebatur in tantum, ut in Burgundia ducatu, nec tolerari ipsi, nec corum conciones quanquam in locis designatis, haberi permitterentur.

Quibus autem conditionibus pax illa fuerit firmata, licet antea ex Belcaro retulerimus, placet hic ex Astulpho Servanti Actis<sup>6</sup> repertere.

75. Mense Aprili allatae sunt ad Concilium litteræ Caroli IX regis Galliarum de pace inita cum hereticis Hugonottis, qui religionem reformatam, sed vere deformatam se colere profitentur, cujus hæc capita sunt:

« I. Ut omnes proceres principesque fiduciarii Gallicæ coronæ domi suæ ritu suo prout liberiori, vivere possint, atque una cum ipsis subditis, sine metu ullo cærenomias suas exercere.

« II. Ut in singulis provinciis oppidum, vel pagus designetur, in quo religionem suam coulant.

« III. Ut in omnibus locis, in quibus a die septima Martii inductus est Hugonottismus, cœtus suos celebrare possint.

« IV. Ut in urbe Parisiorum, totoque episcopatu et agro hæc falsa religio non colatur.

« V. Ut omnes milites externi quantocius e regno dimittantur.

« VI. Ut omnibus provinciis oppidisque pristina restituatur libertas.

« VII. Ut omnes, vel nobiles, vel ignobiles, qui pro religione pretensa fractarunt arma, pristinis juribus, munericibus honoribusque asserantur.

« VIII. Ut princeps Condæus signifer defensæ religionis pretensæ, atque omnes qui sub ipso adversus regem et religionem Catholicam stipendia meruerunt, flagitia in expilandis Ecclesiæ vel alio quocumque modo admissa, impune ferant atque absolvantur.

« IX. Ut omnes in bello capti, ex utraque parte liberi dimittantur.

« X. Ut pro pace et quiete regni tuenda nullus belli præteriti mentionem facere audeat, nec dissidii de religione, nec patratarum cœdiū, nec alterius rei, quæ perlurbationem vel offendiculum afferre possit; intentata prævaricatoris capitali poena sine ullius judiciarie actionis confecto instrumento ».

<sup>1</sup> Es. XXXVI. — <sup>2</sup> Ant. card. Granv. Ep. CXXX. — <sup>3</sup> Ep. LXXII. I. III. — <sup>4</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3217. Ep. CXII. lib. Ep. LXXII. LXIX et LXXI. — <sup>5</sup> Ms. arch. Val. And. card. Granv. Ep. LXXXVII. Leg. Trid.

<sup>6</sup> Apud Astulph. Serv. in Actis Conc. Trid. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109. p. 124.

76. Regiae porro litterae<sup>1</sup>, de quibus auctor meminit, subjectis verbis erant conceptae :

« Carolus Dei gratia Francorum rex sanctissimus ac reverendissimus Patribus Tridenti sancte Synodi gratia congregatis, salutem.

« Satis omnibus cognitum est, sanctissimi ac reverendissimi Patres, quantum turbarum et bellorum civilium ad hunc usque diem nobis excitarit ea de religione opinionum dissensio, qua se plerique nostrorum subditorum imbui ac distractri passi sunt, quamque ut tot et tantis malis mederemur, nihil prætermiserimus, quod divina bonitate, aut in nobis ipsis positum fuerit, aut ab optimis et potentissimis principibus vicinis atque amicis nostris impetrare potuerimus ; factum est tamen, ita permittente abscondito et incomprehensibili providentia Dei iudicio, ut ea, quam sequebamur, armorum, virium bellicarum cura, nihil fere aliud profectum sit, quam, ut ingens quidam malorum Oceanus in regno nostro magis ac magis quotidie excresceret, ut omnes ejus provincias inundaret. Inde enim prater innumerable vulgarium hominum atrocissimas cædes, prater furtæ, peculatus, latrocinia, sacrilegia pæne infinita, præter villarum incendia, præter agrorum vastationes et depopulationes arcinum urbiumque nostrarum invasiones, ac sacrorum denique templorum direptiones et ruinas secuti sint cruentissimi conflictus non pauci, qui, quod non potest omnibus non gravissimum videri, nobis merito charissimos ac strenuissimos viros quamplurimos, tum sanguinis nostri principes, tum ordinis nostri equites, tum militari laude prestantissimos duces abstulerunt, ut has silentio præteream calamitates, ruinasque cæteras, quibus affectæ atque afflictæ sunt res Gallicæ, ac prope omnes provincie nostræ, ut facile judicari possit, non esse in armis gladiisque positam eam medicinau, que sanandis animarum morbis queat sufficiere, qui se nonnisi rationibus et persuasionibus vinci patiuntur ; quæ nos ratio, alioque non paucæ, et justissimæ, et gravissimæ, et super quam dici potest, necessaria, coegerunt, ut de charissima matris nostræ sententia, deque principum nobis consanguineorum, et consiliariorum nostrorum communii consilio ad sedandas et componendas tot intestinorum bellorum tempestates, ea concesserimus, quæ in codicillis nostris continentur, quos ea de re confici, publicari atque expediri curavimus. Non quod ea sit nostra ineritæ, aut unquam futura sit voluntas, ut stabiliri in ulla regni nostri parte novam religionem permittamus, sed haec saltem ratione, ut positis armis, extensis quoad fieri potest animorum dissidiis, et cessantibus tot calamitatibus, faciliori tandem

negotio plenissimam, atque unanimem omnium nostrorum subditorum in eadem fide, et sanctæ Catholice Ecclesie religione consensem et uniuersum consequi et obtinere possimus, quod nos beneficium cœlestis quidem ipsum et immensus, tam secundum Deum, bona voluntatis in hominum cordibus auctorem et inspiratorem, ab ea, quam orbi Christiano sinceritas, et sanctæ nostræ repromittit Ecclesiæ, repugnatione et reformatione, nobis ipsis volumus polliceri. Et quoniam nobis in hac parte supersunt, quæ a paternitatibus vestris declaranda cupimus, et quod fas erit, a vobis impetrata desideramus, virum nobis merito charissimum ac consilii nostri secretioris fidelissimum consiliarium magistrum Renatum de Birago supremum Transalpini nostri senatus præsidentem ad sanctissimum istum consessum destinavimus, ut nostro nomine ea omnia vobis viva voce aperiat et declareret : ob idque vos obnoxie rogamus, ut eum benigne admittere atque audire velitis. ac verbis ejus eam fidem adhibere, quam nobis ipsis si isthic præsentes essemus, adhiberetis. Datum Ambacii die xv Aprilis MDLXIII.

« CAROLUS.

« Atque hoc loco, sanctissimi Patres, bonum praecabimur, ut vos omnes divinæ gratiæ præsidio semper tueatur atque conservet. Valete. »

77. Detulit eas litteras<sup>1</sup> Renatus Biragus Transalpini senatus præses missus a rege, ut Synodus de concordia in Gallia sancita, deque rerum Gallicarum statu faceret certiore, regemque atque administratos regios, quos gravis premebat invidia confecte exitialis pacis et deserterie rei Catholice, excusaret, tum contestaretur, ut si Tridentinum Concilium, nec cito, nec recte in controversis articulis decerneret, necessario in Gallia nationale Concilium congregandum, que omnia cardinalis Lotharingus retulit ad legatos, addiditque alium oratorem a rege missum ad Pontificem, eumque questum de præsulibus, tum Hispanis, tum Gallis, tum Italii, quod biennio excurrente pauciora decreta expeditivissent.

78. Fuerat is regulus Alegrius, qui etiam oratione habita Pontifici exposuit, pacem necessario confectam, ne in Galliam exercitus exterorum hostium infunderetur per eos portus urbesque quibus potiebantur hæretici, cuius beneficio earum urbes portusque rex recuperarat. Expositus etiam de loco Concilii permutando, ut Dani, Sueci et Angli, atque alii hæretici ad illud allicerentur, qua fraude Tridentinum dissolvere Concilium hæretici moliebantur. Alegri porro oratio<sup>2</sup> ex Italico redditâ verbis hisce concepta erat :

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. 3192, p. 192. Ms. Franc. card. Barb. sign. num. 1109, p. 173. Act. Conc. Trident. per Astulph. Serv. Septemps. Scriptor. Ep. Tilesin. serr. Conc. Angel. Massarel.

<sup>2</sup> Card. leg. in lit. ad card. Borr. tit. Maii. — <sup>3</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3245, p. II. et aliud sig. lo. 1. addita cruce. Inter lit. card. Borr. ad card. legatos p. IV.

« Beatissime Pater.

« Vestra Sanctitas persuasum habeat, Christianissimum regem coactum fuisse, ut subdivisorum quieti consuleret, constabilita in regno pace. Non recensebo dannia, jacturas, cædes procerum et exercituum, praefectorum strages, templorum direptiones, oppidorum vastitates, ferrum Gallicum in nostra conversum viscera, rabiem animis subdivitorum insculptam, ut nec pater pepercit filio, nec frater fratri, nec cliens et subdivisus, concutata fide, cæteros in regnum evocare, iisque tradere regni arcis, perhorruerit. Hæc omnia jam a Sanctitate sua auditâ mala; sed multo illa graviora, quæ imminebant, ob innumeram exterorum multitudinem infusam Cadomo, Portu-Gratiae ac Dieppæ; adeo ut universa Normannia amissa, redacta in hostium potestatem videretur: ex variis locis Christianissima majestas certior redditâ majores exercitorum exercitus comparari, ut in regnum, appetente Æstate irrumperent, adeo ut depelli facile non possent, regnumque sine remedii spe ulla in prædam illis cessurum eset. Novit Sanctitas sua, in quanto angustiarum æstu simus versati ad repellendum exercitum Germanicum Metis imminentem. Quibus omnibus perpensis a rege ac regina matre, principibusque regii sanguinis, ab equitum magistro, atque aliis regia corona amplitudini addictissimis, decretum est, serviendum tempori, atque concedenda nonnulla capita religionis novatoribus; quæ sint tantummodo remedia medendi incommodis urgentibus apta, ut facilius concludi possit, atque exitus Concilii expectari possit; idque opportuni visum, quam ut anceps et extitiale bellum suscipetur, cuius concordia studio dux Guisius flagrantissimo ad asserendam religionem incensus ardore, ut neminem latet, in maximam articulorum, qui concessi sunt, partem consenserat, qui concedendi visi erant, ad defugienda majora incommoda. Neque vero ob hujusmodi concessionem vestra Sanctitas in dubium revocet optimam regis voluntatem tueræ fidei Catholicae; ad eum enim aspirat finem, ut positis armis, sedatisque tumultibus revocare ad officium possit eos, qui longo ante temporis intervallo se a nobis divulsere, quod in opus provocari non potest, nisi implorata ope Sanctitatis vestræ; hanc enim agrititudinem sanari non posse, nisi ope Spiritus sancti, ut recurratur ad liberum et sacrum Concilium, ut discussis temporum depravatissimorum tenebris integratatis Catholicae splendor affulget, universaque Christiana respublica ad pristinam conjunctionem revertatur, jam constat.

« Porro ex præteriorum temporum historia edocemur, Conciliorum opera profligatas haereses: ita prostratam Arii haeresim, Marcionis, Manichæorum, Pelagianorum, Apollinaris. Adhibeat ergo Beatitudo vestra hoc remedium

erga regem ac subdivisos, qui supplices illud poposcerunt, in quo disciplina Christiana ad pristinam puritatem revocetur.

« Porro merita Gallica nationis erga Sedem Apostolicam esse conspicua, adeo ut nonnulli cardinales dixerint, tantum intercedere inter Sedem Apostolicam regnumque Gallie conjunctionem, ut unius eversio alterius exitum interminetur. Perpendere optime regem religionis dissidium regno suo exiliate, atque adeo percipere, ut in pristinam religionis formam revocentur, nec consensionem cam posse adduci, nisi sublati dissidiis, vel OEcumenici, vel nationalis Concilii beneficio.

« Licit vero OEcumenicum præferendum sit nationali, requiri tamen ut sit liberum, tuteque accessus, nec sperandum, ut tot regna ac provinciæ, quæ se a Catholica religione segregarunt, Concilio illi intersint, nisi de loco conventum sit, alioquin eos illi detracturos, atque OEcumenicum esse pernegatiros.

« Ac licet optima Sanctitatis vestræ voluntas pateat universis, ac syngrapha tuti et liberi commeatus amplissima tradita sit, tamen adduci non potuisse eos, qui a religione Catholica discessere, ut ministros suos mitterent ad Concilium; prætexere enim illos locum in quo modo celebratur, ipsis suspectum, nec tulos accessus videri, ac semper Tridentum Protestantibus Germania suspectum esse visum, adeo ut nec quispiam Germanus Protestantium sectæ, nec regni Angliæ, nec Scotiæ, nec Daniæ, nec Suetiæ, nec alii comparere voluerint. At vero si damnentur horum opiniones religionis que exercitum, iis mandatis non pelliciendos, sed maxime abalienandos; periclitari vero rem publicam, si ea membra ab ea detruncata manserint; flexu enim temporis alios ad suas partes pertractura, ut docet experientia eam factionem semper crevisse, nec videri eos unquam parituros decretis editis, absentibus ipsis et inauditis, ac certo eos adversus decreta Concilii scripta edituros, ac detracturos ejus auctoritatí, cum neque in eo comparuerint, nec auditi sint.

« Videri itaque de loco cum iis transendum, licet sub eorum petitis virus conditum sit, ac Sanctitas quidem vestra regiæ Majestati significavit condescensuram se, si id Reipublicæ Christianæ necessitas flagitaret. Nec quid novi peti, cum Carolus V id a Paulo III expellit in Germania Germanici belli principio, pollicitus se biennio Lutheranam sectam, si petitis annueret, penitus deleturum. Ad revocandos itaque aberrantes in sinum Ecclesiæ, Concilium exposcere congregandum, vel Lugduni, vel Rhemis, vel Anicii, aut in aliis urbibus, in quibus celebrata Concilia fuere, et efflagitat etiam, ut pro confirmanda parte Catholica, potestas fiat cardinali Borbonio ducendæ uxoris, atque ob

sumptus bellicos centum millia nummorum census anni Ecclesiastici ab alienari possint ».

79. Incidere ea tempora, quibus cardinali Borbonio Gallica corona delata, tuendæ fidei Catholicae conduxisse videbatur, ut ducentæ uxoris potestas illi facta esset, sed divina providentia Ecclesiæ suæ consuluit, ut negata sacerdoti ducentæ uxoris potestate, nullum gravius damnum sequeretur, quanquam facilius Ludovicus princeps Condæus ejus frater minor natu frænari potuisset, ne tanto ardore ad tyrannidem aspiraret. Non assensit etiam Pontifex postulatus de transferendo in alium locum Concilio, in quo majores turbæ oboriri possent, cum deberent potius hæretici Concilii Tridentini decreta amplecti, ac libere, si vellent, ad illud accedere, nimis sensit Pontifex nefarias hæreticorum artes, qui in locum iniquiorum pellicere eo astu episcoporum solemnes cœtus molirentur, extimuitque ne in magnas difficultates adduceretur, si reges splendidis promissis illusi, postulatis consenserint, de quibus cum cardinalis Borromæus<sup>1</sup> Joannem cardinalem Moronum monuisse, Moronus Zacchariæ Delphino in aula Cæsarea Apostolico Internuntio partes dedit, ut iniquitatem subdoli illius consilii Ferdinandi imperatori aperiret, præsules quoque ostenderet ex ea translatione molestia gravi afficiendos, ac discriminem maximum impendere, ne decreta Synodi cum loco mutentur; eas enim urbes infectas hæresi, atque in præpotentium hæreticorum faucibus hærere, securitatem a Gallia regina promissam fallacem omnino esse, præsulesque adigendos ad ferenda decreta pro adversariorum libidine, nec ab fore periculum, ne Hugonotti ac Protestantes conjunctis armis ad opprimendos Patres in ea loca irruant, atque impune crimen ferant, successuque insolescentes, atque elatiores animis invadant imperatorem. Propterea in spem se adduci, Ferdinandum Cæsarem fraudulenta hæc postulata repulsuram. Si enim, quando actum fuit de colloquio inter Pontificem atque imperatorem ineundo, transferendoque ea de causa Concilio, translationem repulit, quamvis nullum in ea periculum subasset, ac præsules maxima ex parte cum locum experenter, principes Catholici illi essent assensuri, hand verendum, quin multo magis modo fuerit disensus, cum postulatae a Galliæ regina translationi, nec Concilii præsules, nec Pontifex unquam consensuri sint, atque ea translatio graviora mala secum trahat, extremumque rei Christianæ exitium intenlet. Misera! eamdem ob causam Catharina ad Philippum regem Hispaniæ Oisellum oratorem, ut illum ad Concilii translationem moliendam pertentaret, verum Catholicus rex technas illas ac machinationes pruden-

ter contempsit. Idem apud Cæsarem Renatus Biragus orator Galliæ regis nomine obtenderat<sup>2</sup>, ut auctoritatem adhiberet pro transferendo Spiram, Wormatiam, Constantiam aut Basileam Concilio, quo Protestantes et Hugonotti accessuri essent pro religionis dissidiis componendis, ad quem Cæsar aberrantes a fide, respondit, si audiri velint, amplissimam liberi commeatus syngrapham accepisse, ut Tridentum accedant, equissimo ibi animo audiendos, dissolvendasque Patribus quascumque eorum argutias, nec ex ea urbe Concilium transferri oportere; se nunquam translationi assensurum; Italos quoque et Hispanos ad propositas urbes, uti suspectas, non accessuros, nec in iis locis eam, que Tridenti præstatur, securitatem posse præstari. Ita irriti ecidere hæreticorum doli, qui subornata Catharina Galliæ regina Concilium ad locum iniquum allicere moliebantur, ut novas turbas fallaci concordia specie concitarent.

80. Antequam vero ad Ferdinandum accederet Biragus, legationem illum obiisse constat apud Tridentini Concilii præsules; commemo-rant enim Angelus Massarellus atque Astulphus Servantius, Tridenti Renatum Biragum Galliæ regis oratorem auditum fuisse secunda Junii, allatasque ab eo litteras regias publice lectas fuisse. Erant eae xv Aprilis Chenoncelli consignatae, quibus significabat, se consilio reginæ matris, ac principum, et procerum ad pacanda civilia bella, et mala, quibus populi opprimebantur avertenda, ad pacem restituendam regno adactum fuisse, quas ex Actis alias exhibitis hic ex libro excuso<sup>3</sup> reddemus:

« Carolus Dei gratia rex Franciæ sanctissimus et reverendissimus Patribus in Christo Tridenti pro celebrando Concilio congregatis, salutem.

81. « Vjdit orbis haclenus, quot tumultus, quot intestina et civilia bella in hoc regnum in vexit discrepantia opinionum circa religionem, quibus subditi nobis populi imbui se passi sunt, quotque conscientiarum aestus inde sint concitati, utque his consulturi malis nulla remedia in nostra potestate sita, vel ex principum Christianorum amicitia, et propinquitate locorum nobis conjuncrorum auxilio collecta prætermiserimus, divino tamen judicio incomprehensibili mortalibus, vi armorum, et potentia nullus felix exitus successerit, sed infinitæ strages, innumera immanitas exempla, rapinæ, stupra, urbium nostrarum vastationes, templorum et Ecclesiarum excidia, conserua cruentissima prælia, tot principum, procerum, et equitum nostri ordinis, clarissimorum bellicis gloria ducum, militumque ac subditorum

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3217. Ep. cxii. — <sup>2</sup> Ext. in lib. excuso an. 1613, inscripto: Instrunctiones liter. spectantes ad Trid. Conc.

<sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3217. Ep. cxii. — <sup>2</sup> Ext. in lib. excuso an. 1613, inscripto: Instrunctiones liter. spectantes ad Trid. Conc.

nostrorum cædes, tot aliae calamitates, vastitates, incredibitesque ærumnæ successerint, ut facile cognosci ac judicari possit, vim armorum non idoneum esse remedium, quod exquiri debeat ad persanandum morbum animorum, qui rationum atque persuasionum vi tantum expugnari possint. Hoc experimento coacti, necon aliis validissimis et necessariis argumentis ad pacem fleximus voluntatem, ad pacanda dicta civilia et intestina bella, cuius sanctæ pacis capita ex consilio reginæ charissimæ nostræ, et colendissimæ dominiæ ac matris, necon principum sanguine nobis conjunctissimorum, ac sanctioris senatus nostri senatorum assensu promulgata fuere, non quod nostra mentis ac voluntatis sit permettere ac tolerare, ut nova religio in regno nostro constituantur, sed ut compositis bellicis motibus, sublataque animorum offensione, quæ inde pendet, sopitisque vel extinctis publicis calamitatibus, cum minore repugnantia ac difficultate subditos nobis populos in pristinam conjunctionem animorum, ac in unam, sanctam, et Catholicam religionem revocare possimus, quod beneficium ab infinita bonitate et misericordia Dei Spiritu suo moventis humana corda expeclamus, necon ab optima et efficacè disciplina Christianæ instauratione, quam nobis vestra congregatio ac cœtus pollicetur, quamque universus status Christiani imperii a vobis exposcit. At quia plura a nobis exponenda vobis petendaque sunt, decrevimusmittendum ad vos amicum nostrum, ac fidelem in nostro sanctiore senatu consiliarium magistrum Renatum Biragum præsidem supremi senatus Transalpini, ut ea nomine nostro vobis viva voce significet, quem a vobis benigne excipi, audiriique, dictisque ejus, quæ nomine nostro exposuerit, eamdem fidem adhiberi rogamus, ac si nos ipsos vobiscum colloquentes audiretis. Interea, sanctissimi et reverendissimi Patres, vobis divinum patrocinium ac tutelam compreamur. Datum Cheroncelli xv Aprilis MDLXIII ».

82. *Responsum magna consilii maturitate digestum datur præcedentibus litteris.* — Lectis iis litteris habita est a Birago præside oratio, qua regem reginamque matrem de pace cum perduellibus Hugonottis ita purgavit, quam non ad damnum et dedecus Ecclesiæ, sed potius pro ejus dignitate, pro qua fuenta Carolus rex sanguinem suum fundere paratus esset, confectam, vimque a subditis in ea constitueda regi allatam, asseruit. Quæ omnia ex Angelo Massarello <sup>1</sup> hic descripta reddemus :

« Die Mercurii, secunda dicti mensis Junii, habetur hora xi congregatio generalis, in qua comparuit illustriss. D. M. Renatus Biraga nun-

tius Christianissimi regis Gallorum, qui exhibuit illustriss. D. presidenti litteras tenoris qui supra ».

« Deinde ipse D. Biraga habuit luculentam orationem, qua excusavit regem Christianissimum, quod pacem cum ejus hostibus civilibus, hereticis scilicet sui regni, quos Hugonottos vocant, inierit, nempe, ut vastitatæ et extreæ sui regni calamitati et ruinæ, quæ jamjam ex continuis bellis per tot menses in ipso regno inter eos gestis imminebat, parceret; præseruimus, cum aliqui magni principes ejus vicini etiam bellum contra eum se moturos minarentur, et denique, ut quietem, tranquillitatem et pacem suo regno restitueret: rogavitque sanctam Synodus, ut dictam pacem et quæ a sua Majestate circa eam gesta erant boni consuleret, cum ea omnia necessitate coactus fecerit. Qua oratione absoluta, ipse Dominus nuntius dictam congregationem exivit. Deinde cum res de qua agebatur gravis esset, visum est sanctæ Synodo, ut responsum in aliud commodius tempus differretur: quare eo iterum in congregationem vocato, dieta sunt ei a me Secretario infra scripta verba :

« Sacrosancta Synodus audivit ea, quæ in litteris Christianissimi regis continentur, et a dominatione vestra recitata sunt, et quoniam majori deliberatione indigent, ad ea suum tempore respondebit ».

83. In consilium itaque ventum est, quodnam reddi potissimum deberet tam tristi nuntio responsum, ex quo tristitia magna et continuus dolor cordi tum Pontificis, tum Patrum erat. Alii increpandum regem, alii confirmandum censem, ac multas inter sententias una auditæ, quæ in cardinales legatos una cum Madrucio et Lotharingio respondendi munus avertit, ut Gabriel Palæottus his verbis enarrat :

« Cum etiam nuper ex Gallia nuntiatum esset conventionem quamdam inter regem et Hugonottos initam fuisse, qua boni omnes mire offendebantur, paulo post Renatus Biragus supremus Transalpini senatus regis præses, cum litteris Christianissimi regis ad sanctam Synodus missus hoc pervenit; quibus in Congregatione publica lectis, ille mandata regis plenius exposuit, quorum summa erat, regem ad pacem cum adversariis sanciendam propter ingentes illius regni tumultus ac calamitates ex varia de religione opinione exortas impulsum fuisse, nam cum ipse quantum opibus suis, principumque aliorum subsidio valuit, accensas facies extinguere diu frustra tentasset, agnovisse tandem hunc animorum morbum, non gladiis, aut bellicis viribus, sed rationibus potius ac persuasionibus posse superare. Quare nunc positis armis, ad sacrosanctæ Synodi auxilium auctoritatemque confugisse, cupiens Patres, qua debent vigilantia ac celeritate, Galliæ rebus

<sup>1</sup> Angel. Mass. in Actis Congreg. Gen. Ms. arch. Vat. sign. num. 3192. p. 292.

in pejus labenibus, sanctissimis suis decretis disciplinæque Ecclesiasticae emendatione quamprimum prospicere.

« Responsum a Synodo tunc fuit, gravissima ea esse, quæ in litteris regiis continerentur, seque ad illa commodiori tempore responsuram. Quæ responso ita concepta fuit, ne Synodus conventionem illam iniquis conditionibus adversus religionem orthodoxam contractam ullatenus probare videretur, quam Romæ Sanctissimus dominus noster, ut indignissimam, abhorruisse cerebatur. Postea, cum de verbis, quibus respondendum esset consultaretur, variisque responsum formulis prolatis, in eo convenire Patres viderentur, ut diceret Synodus, se ex fœdere hoc inito dolorem accepisse, tum Lotharingius indignatione accensus, non mereri hanc a Synodo responsum regem suum, respondit, qui regni viribus exhaustis, omnium auxilio destitutus, ipso necessitatibus laqueo perfactus, multa etiam spe affectus, hac ratione reluctantem populi furorem facilius coercendum atque ad officium revocandum, in hoc fœdus descendisset, vix cum tam longo spatio aureis centum millibus a S. D. N., totidem a Venetis, a rege autem Catholicō longe quidem pluribus adjutum fuisse, sed sero admodum omnia accessisse; Gallos vero tamdiu ab hac sancta Synodo seriam reformationem exoplassse, nihil adhuc ab ea præstatum fuisse.

« Ad bac cum aliis Patres alia respondissent, et inter ceteros Ossunensis mitius in hac re agendum esse dixisset, exemplo Romanorum, quo tempore Terentius Varro exercitum in Cannensi prælio amisit, non enim eum verbis afflendum, sed potius consolatione levandum censuerunt; quidam vero, imo regem acriter admonendum, nec rem adeo Christianæ reipublicæ perniciosaam a Synodo dissimulandam esse contenterent, resque ideo prope perduceretur in disceptationem, tum orator Sabaudiensis, non esse his amplius convenientum Patrum exercendum dixit, sed potius legatorum una cum Lotharingio et Madritio partes futuras, qui congruentem huic OEcumenico Concilio responsum pro prudentia sua excogitent; quod et a ceteris statim fuit probatum, neque multo post hi responsum concordes protulere, quæ cum litteris et oratione præsidis extat ».

His circa pacem Gallicam agitatis magna demum consilii maturitate digestum responsum vigesima prima Junii redditum est, subiectis verbis conceptum :

84. « Cum superioribus mensibus hæc sancta Synodus de victoria, quam adversus vera religionis hostes Carolus Gallorum rex Christianissimus reportavit, audivisset, incredibilem lætitiam sensit, et pro tam magno in reipublicam Christianam collato beneficio Deo Optimo Maximo publice gratias egit. Verum cum ante

paucos dies aliunde primum, mox ab illustrissimo preside et consiliario Birago ejusdem regis Christianissimi nomine causas, quibus ad ductus est, ut arma jure contra religionis et illius regni perturbatores suscepta deponeret, eadem sancta Synodus accepisset, magno dolore affecta est. Cum enim de omnibus, Christo jubente, et de nobilissimi in primis illius regni salute sollicita sit, dolet varietate opinionum, et variis haeresibus, potentissimi regni pacem et tranquillitatem perturbari, et adhuc relicta in eo esse semina discordiarum et seditionum, regis tamen Christianissimi, quem avitum et paternum studium verae pietatis imitaturum sperat, legatione accepta, illud in primis libenter audivit, in Parisiorum nobilissima civitate maximam adhibitam fuisse constantiam maximumque studium, vel potius ardorem verae retinendæ et defendendæ religionis, qui ardor, ut ea in urbe conservetur et augeatur, et universa Gallia disjectis haeticorum tenebris ad pristinam verae religionis lucem redeat, vehementer oplat, et quantam poterit, curabit. Hortatur autem, et in visceribus Iesu Christi rogat serenissimam reginam, ut quemadmodum pollicetur, filio, vera religione per se dedito, pia et Christiana consilia suggerat, ut ejus consiliis, Spiritu sancto adjuvante, penitus omnis haeresis morbus exitialis animorum expellatur, quod cum majestas sua fecerit, non solum beatam et æternam vitam, quæ vera pietatis est præmium, sed etiam apud homines laudem et gloriam immortalem consequetur ».

85. *Arma Gallorum conversa feliciter in Anglos.* — Confectæ hujus pacis beneficio, civili sublatio vel sopito bello, arma in Anglos, qui Portum-Gratiæ ab Hugonottis proditoribus nominis Gallici dividitum per summum nefas insederant, versa sunt mense Julio, tantaque virtute militari ac felicitate, duce Brisaco regiorum castrorum præfeto, res gesta est, ut antequam auxilia ex Anglia submitterentur ab Elisabetha regina, pactione militari xxviii Julii arx recepta sit : sublata enim peste fuerat pars maxima præsidiorum Anglorum, adeo ut singulis diebus centum vel amplius extinguerentur, acciditque trium horarum duux ab ea recuperata a Gallis, ut Anglorum subsidiaria classis appulerit, quæ decem millia militum exixerat. Postulata fuerat Elisabetha, ut eam arcem restitueret, sed illa Caletum sibi dedi poposcerat, ut Antonius de Granvella<sup>1</sup> cardinalis legatus Tridentinis retulit, responsum vero a Gallo rege fuerat, Anglos omni jure ob illata arma excidisse. Eo portu munitissimo in Gallorum regis potestatem redacto, erepta est Hugonotti facilis

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3217. p. 124 et 134. Adrian. I. xvii. Anton. Granvel. card. in litt. ad legatos Trid. Ep. cxxv. in Ms. sign. 3217. Ep. cxxv. Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3217. pag. 88.

occasio Anglorum ad Galliam evastandam evo-  
candorum, quo felici nuntio Romam perlato,  
acte sunt Numini ritu solemnii gratiae a Ponti-  
fice, ut refert Joannes Franciscus Firmanus<sup>1</sup>  
his verbis : « XXIX Augusti, Missa in Ecclesia  
S. Marci, pro gratis Deo agendis, de expugna-  
tione Ilavæ-Graciae loci maximi momenti re-  
ginae Angliæ, quem rex Francie tunc acqui-  
sierat, et in eo maximam quantitatem artellariorum  
et munitionum repetererat ». Ea Gallicæ felicitatis  
fama Colinius, Hugonottorum signifer, ma-  
xime perturbatus es, ut qui Catharinæ reginæ  
persuadere litteris aunisus erat, ut eam expedi-  
tionem dissolveret, ex qua nullam utilitatem  
esset decerptra, consumptis frustra Gallicis  
viribus, tum quia Elisabethæ Angliae reginae,  
quæ Galliam a Guisiorum tyrannide liberaratur,  
gratioris animi argumenta explicare deberet.  
Ita perfidissimus Colinus Guisio religionis de-  
fensori invidiam conflare his verbis nitebatur,  
ac crimen procurata ab eo cœdis in Elisabetham  
veluti Huguenottissimi vindicem averttere.

86. *Restaurata religio Lugduni et Rotho-  
magi.* — Exercebant Huguenotti<sup>2</sup> in Catholicos  
Lugduni sævissimam tyrannidem, quibus reli-  
gionis usum permittere, licet pax parta esset,  
pertinacissime recusaverant, cæterum, cum  
Vieuxvillius ad componendum ejus urbis statum  
missus, ac Lugdunum postea a regina, una cum  
Carolo IX in eam urbem se conferente receptus  
fuisse, Catholicæ demum religio est instaurata  
ac ne tumultus novi facile recrudescerent ob  
Gebennates et Helvetios finitimos, munitissima  
arx in ea excitata est.

Refloruit etiam Rothomagi, quæ urbs Hu-  
guenotismi regia extiterat, Catholicæ religio,  
adeo ut magistratus intercesserint, ne una cum  
rege ulli hæretici ingredenterut; at studio  
pacis condicunt, ut inermes ingredenterut.  
Plures vero ejusmodi Huguenottissimi erroribus  
ad Ecclesiæ Catholicæ gremium transvolavere.

Quæ licet variis discreta temporibus, hic  
conjunximus, ne de eodem sèpius molesta  
mentio recurreret. Nunc ad Tridentini Concilii  
controversias orationem convertamus.

87. *Dissensiones in Concilio presertim circa  
verba: proponentibus legatis.* — Prolixior inter-  
rea controversia recruduit, de verbis hisce pro-  
ponentibus legatis decreto insertis, nam Vargas  
Hispanus in litteris<sup>3</sup> ad archiep. Granatensem  
et regis Catholicæ aula transmissis questus est  
his verbis excludi præsules, ne quid proponant  
in Concilio; responsumque est a legatis cardinalibus,  
apposita ea verba ad confusionem tol-

lendam, tamen propositum iri a legatis, quæ a  
præsulibus opportune forent exposita, ut pro-  
ponerentur: si porro legati apostolici presi-  
deant Concilio, in eo veterem morem ac formam  
Conciliorum servari. Autem deinde magis fuit  
contentio<sup>4</sup>, cum oratores Cæsarei viginti qua-  
tuor capita constituenda, ut aiebant, disciplinæ  
proponere in Concilio meditati essent, quibus  
legati cardinales accerrime obstiterant, quod non  
nulla in iis continerent Lutherana placita,  
quibus disciplina Christiana dissolvebatur. Nec  
satis fuerat, quod olim Ferdinando Cæsari a præ-  
sidibus Concilii demonstratum esset, quam in-  
gens enasceretur confusio, si alii quam præ-  
sides agenda in Concilio proponerent, nam con-  
troversia ad tempus sopila iterum emersit.  
Querelæ insuper graves jactatae sunt, quod Con-  
cilio jus libertatis imminuebatur, si nec im-  
peratori, nec regibus, nec præsulibus, quid-  
quam in Concilio proponere liceat, cum tamen  
hæreticis proponendi suas hæreses libertas am-  
plissima concessa, ut eorum errores veritatis  
luce discuti atque evinci possint; nec validis ac  
conspicuis, quæ in contrarium a legatis addu-  
cebantur, rationibus, quidquam de studio fo-  
vende hujusmodi partis remittebatur; quin  
Cæsaris placito, Caroli quoque Galliarum, et  
Philippi Hispanorum regis voluntas accedebat,  
qui licet nefas ducerent præsidium Concilii mu-  
nus invadere, tamen jus proponendi aliqua pro  
disciplina Christiana in suis regnis constituenda,  
vel pro publica subditorum salute sibi detrahi,  
ulla verborum specie ferre non poterant. Quæ  
cum Pontifici delata fuissent, ut erat asserenda  
Concilii libertatis, calumniarumque anoven-  
darum cupidissimus, cardinalibus legatis scrip-  
to jussit<sup>5</sup>, ut liberum omnino relinquerent  
Patribus verba illa ex re et ex tempore moderari.

« Venerabili fratri Joanni, et dilectis filiis  
nostris Stanislao, Ludovico, et Bernardo S. R. E.  
cardinalibus Concilii legatis.

PIUS PAPA IV.

« Dilecti filii, salutem et Apostolicam bene-  
ditionem. Cum hi principes tanta contentione  
urgeant, ut salva sit libertas Concilii, atque ip-  
sis visum sit hæc verba, *Proponentibus legatis*,  
quæ inserta fuere, inconsulis nobis, libertati  
detrahere, proponere Patribus, aut in Congre-  
gatione Generali, aut in Concilio, non fuisse un-  
quam mentis vestrae ea re libertatem Concilii  
infringere, sed tantummodo confusionem tol-  
lere. Properea denuntiate universo Concilio  
omnem illi libertatem permitti, ac si visum sit  
Synodo ea verba declarare, vel ea omnino expungere,  
id a vobis æqui bonique consuli, ac certissime  
sciri, nobis futurum gratissimum atque  
acceptissimum, quidquid in ea re Patres ege-

<sup>1</sup> Joan. Fr. Firman. Ms. arch. Vat. Diarior. tom. xi. Ext. de eo Episc. Santaeræ. lit. ad legatos Trid. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3217. Ep. cxxxiv. dat. xxix Jul. MDLXIII. — <sup>2</sup> lb. Ep. LXXXVIII. lb. Ep. cxviii. Franc. Belcar. lib... Jo. Bapt. Adrian. I. XVIII. Na-  
tural. Comes I. VIII. — <sup>3</sup> Card. leg. in lit. ad card. Bor. Exiat in Ms. card. Barb. sign. num. 1344. Ep. LXIX.

<sup>4</sup> Car. Vicecomes in lit. ad Card. Borr. Ms. card. Spadæ p. 188.  
— <sup>5</sup> Lit. Pii IV. Italice ad legatos. Ms. Vat. sig. num. 3216. p. 2.

rint, ut agnoscant omnes principes ac populi, nos omni studio et virium contentione in id incumberem, ut finem fructumque optimi Concilii maxime purioris at strictioris disciplina restitutæ beneficio consequamur. Datum Romæ die IV Maii MCLXIII ».

Legati omnia ad præscriptum Pontificis agentes, conquerierunt, an ea verba *proponentibus legatis* essent declaranda vel tollenda; rex Catholicus ne tollerentur oratoris opera instabat, qui sive Pontificis reverentia, sive rationibus commotus, jam æquissime acceperat Pontificias litteras<sup>1</sup> mense Maio datas circa verba *proponentibus legatis*. Consultus vero de his Cæsar, legatorum quidem Concilii præsidum auctoritatem in proponendo temerari ac violari vetuit, sibi tamen non tanquam Concilii moderatori, sed tanquam imperatori Christianæ reipublicæ amplificationis percupido proponendi aliqua jus congruere hoc responso opinatus est<sup>2</sup>, utque ea verba nitidius explicarentur, assensit atque hæc exposuit:

88. « Quia clausula illa, *proponentibus legatis* variis contentionibus in hoc sacro Concilio, hinc jaetitata est, una parte eam in hunc sensum trahente, ut soli legati Pontificis, et non alii proponendi potestatem habere debeant, altera vero in illum, ut quanvis ipsis dominis legatis, tanquam vicem Apostolice Sedis gerentibus, ac ipsi Concilio præsidentibus proponendi munus principaliter et primario jure incumbat, ab eo tamen reliqua membra Concilii, ut puta, prælati majores, et post illos principes sacerdotes eorumque legati saltem secundario non debeant excludi.

« Quod ad hunc articulum attinet, majestas sua informata est, propositionem partem esse præsidentiæ in Concilio, unde qui auctoratem præsidiendi in Concilio habet, ut Romanus Pontifex, vel ejus legati, eamdem et proponendi potestatem ordinario jure habere.

« Interim tamen negari proculdubio non potest, quin et imperatoris Romanorum, quantumvis principis sacerularis et laici, in rebus conciliaribus, presertim si Romanus Pontifex, vel etiam Collegium cardinalium (quod abest) negligentes essent, non contempnenda sit auctoritas.

« Imo etiam extra causas hujusmodi negligentiæ, majestatis sue refert non solum ipsi, verum etiam aliis Christiani orbis regibus, atque principibus, quorum utique omnium maxime interest, ut in regnis et provinciis suis una et eadem Catholica religio et fides ac Dei cultus custodiatur, liberum esse ea proponere, que ipsis, pro conservanda hujusmodi vera et Catholica religione in iisdem locis, videntur esse

necessaria. Præterea multi arbitrantur, et inferioris gradus hominibus id non esse denegandum, utpote qui omnes vocem, si non decisiam, saltem deliberativam in Concilio habeant, idque tam inveterata Ecclesiæ consuetudine, quam plurimis gravissimorum auctorum testimoniis comprobari posse autuunt.

« Hæc omnia majestas sua rursus subtilius discepit, nequaquam intendit. Verum quod ad totum hunc articulum pertinet, in ea est sententia, ut quoniam in primo hujus sacri Concilii decreto verba illa, *proponentibus legatis*, continentur, illa ipsa, pro reverentia ipsius sacri Concilii, decet inconcussa manere.

« Pari modo majestas sua Cæsarea, quod ad ipsam attinet, si quid habuerit, quod sacro Concilio ex parte sua proponendum censeat, non repugnat, quo minus id salvo majestatis sue jure per reverendissimos dominos legatos, ad requisitionem majestatis sue vel oratorum suorum proponatur, ea potissimum ratione, ut si reverendissimæ ipsorum dominationes, antequam illa proponant, quippiam in iisdem admonere, suadere vel dissuadere voluerint, id eis integrum sit, nam prudens ac fidèle earum consilium majestas sua nunquam refugere, nequid spernere vellet.

89. « Ita tamen, ut ipsis reverendissimis legatis ea proponere detractantibus, nihilominus penes majestatem suam Cæsaream, si omnino in sententia persisteret, proponendi omnia, quæ ad religionem in imperio, regnis et dominis suis, et universalem quoque statum Ecclesiæ conservari oportet, quemadmodum ad ipsam suam majestatem, tanquam supremum ejusdem Ecclesiæ advocationem pertinent, libera facultas permaneat; et id ipsum arbitratur Cæsarea sua majestas, cum aliis quoque regibus et principibus Christiani orbis observandum esse.

« Et quoniam hoc ipsum Sanctissimo quoque domino nostro non displicere intelligitur, majestas sua id gratissimo animo suscipit, confidens Sanctitudinem ejus curaturam, ut hoc ita in Concilio, qualenus necessitas expostulat, distractis verbis declaretur, etc. ».

Hæc pro sua sententia imperator, in qua (si quid minus accommodatum lector offendit) Prophetic illius memor sit, ut nimirum<sup>3</sup> *Sciat reprobare malum, et eligere bonum. Habita itaque undecima Novembri Sessione subjecto decreto verba illa proponentibus legatis illustrata sunt.*

« Cupiens sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubiliando occasio oriatur, verba illa posita in decreto publicato in Sessione prima sub beatissimo domino nostro Pio IV, videlicet quæ

<sup>1</sup> Jo. Moron. ad card. Borr. Ext. in Ms. sig. num. 3215. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. xcvi.

<sup>3</sup> Is. vii.

*proponentibus legatis, et præsidentibus ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas lingas doloras, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram et Christianam pacem conciliandam apta et idonea ipsi sancte Synodo videbuntur, explicando declarat, mentis sua non fuisse, ut ex prædictis verbis solita ratio tractandi negotia in generalibus Conciliis ulla ex parte immutaretur, neque novi quidquam præter id quod a sacris canonibus, vel a generalium Synodorum forma hactenus statutum est, cuiquam adderetur vel detraheretur ».*

99. *Hactenus de ea controversia circa verba proponentibus legatis, quibus Concilium in servitatem redactum aliqui declamatabant. Nunc aliam Cæsaris petitionem expendamus, qua legatos deposcebat, ut in Concilio distincti nationum cœtus fierent, in quibus ea, quæ agenda essent, tractarentur. Hoc Cæsaris placitum, quam alienum ab instituto Conciliorum esset, suis litteris<sup>1</sup> aperuit Jo. cardinalis Moronus haec scribens :*

94. « De deputatione per nationes illud ne quo silentio præterire, quod æquum videri non potest, quod unus aut duo tantum Angliae aut Hibernia episcopi eandem habeant in Concilio auctoritatem, quam triginta Hispani aut Galli, ut de Italis faceam ». Et infra : « Id vere esset Concilio vim inferre, et novum modum introduceere, qualis nunquam fuit, præterquam in Constantiensi Concilio, quod erat sine capite, et in Basileensi, quod non fuit receptum. Quod hæc, ut alia quæcumque hujusmodi innovatio, non brevitatem Concilii, quam maiestas vestra quærerit, sed novas dilationes et nova afferret impedimenta, quibus discutiendi majus fortasse tempus contereretur, quam in omnibus hactenus propositis materiis. Nec satis est, quod maiestas vestra dicat, se ea proponere, qua sibi videntur; ita tamen ut eadem Summo Pontifici, et legatorum, et nonnullorum ex Concilio submittat judicio, quia sola hæc hominum opinio, quod hujusmodi questiones a maiestate vestra proponantur, maximis rursus controversias excitabit, cum pleraque ingenia sint, quæ facile quascumque accipiunt rerum turbandarum occasiones ».

Et quoniam adhuc Cæsar instabat, ut de Bulla conclavis, et Pontificis electione in Concilio sanciretur, idem cardinalis hæc subdit :

« De Bulla conclavis in Concilio propoundeda, dixi, non decere sane, quod ipsum pertinet ad Pontificem, et ab ipsius sanctitate maturo consilio, et gravissimis ejusque rei peritissimis Patribus in consilium adhibitis statutum est, id eorum judicio et censuræ submittere, quorum nulla aut exigua pars iisdem in rebus versata.

Præsertim cum de Pontificis electione nunquam in Concilio tractatum sit, nisi præsentibus Pontificibus, qui ea statuerunt, quæ nunc sua Sanctitas renovavit, nec mos hic inusitatus in Ecclesiæ introduci potest sine maximo Sedi Apostolice præjudicio, quæ auctoritatem sibi a Deo concessam nemini dare potest, etc. xii Maii MDLXIII ».

92. *Nona prorogatio sessionis septimæ. — His et aliis controversiis, maximeque expectatione oratorum Lutheranorum principum disticti ac suspensi Patres sessionem, nona jam vice, in longius tempus extrarerunt, de qua hæc tradit Angelus Massarellus<sup>1</sup>:*

« Prorogatio nona septimæ sessionis.

« XIX Maii habetur Congregatio generalis, in qua illustrissimus dominus Iosius cardinalis Warmiensis præsidens et legatus allocutus est Patres in hanc sententiam. Cras erit vigesima dies, in qua communis consensu dominationum vestiarum decretum fuit, ut Sessio indicetur, sed quoniam materie adhuc paratæ non sunt, judicent Patres, an ad xv diem mensis Junii debeat iterum differri dies ad indicendam ipsam sessionem ».

Ita communi Patrum consensu sancitum; sed altero die, priusquam hæc agerentur, novus fortuito tumultus legatorum animos distractit, nam, ut ipsorum monumentis apparet, in congregazione xvi Maii habita<sup>2</sup>, Lancianensis episcopus libera oratione accusavit absentiam archiepiscoporum electorum imperii, qui spredo jurejurando, quo obstricti sunt, ad Concilium non accederent, nec mitterent procuratores, quasi pro munere obeundo sufficeret ipsis fratribus et stapedibus aureis uti magna aulicorum turba stipatos pompas ducere. Cui respondit episcopus Quinqueclesiensis orator Cæsareus justa impeditus fuisse causa, quominus venirent, ne Lutherani eorum ditiones, quibus maxime inhiant, invaderent, non missos etiam ab iis procuratores, ne postremi ordine ac muti consideant: olim sedente Paulo III rem non ita transactam. His addidit cardinalis Lotharingus, plures optimos præsules piate et eruditione insignes hæsisse in Gallia, ne eorum Ecclesiæ ab Hugonottis occuparentur, doctos vero doctores misisse procuratores, qui ad loquendum non admitterentur: ad quæ legati silentio pressore ora, ne qua lis moveretur: at mense proximo flagitarunt a Carolo Borromæo cardinale, ageret cum Pontifice, ut aliquorum Germanorum episcoporum, maxime Septemvirum procuratores ad ferendam sententiam admitterentur, ut facilius in Germania Concilii decreta exciperentur, quibus Borromæus cardinalis, consulto Pontifice, respondit<sup>3</sup>, decisivam

<sup>1</sup> Angel. Mass. in Actis ante sess. vii. sub Pio IV. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212, p. 182. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. card. Bar. sig. n. 1344, Ep. cccxv. — <sup>3</sup> Ib. Ep. cccxlvi. xvii Junii. Ib. Ep. ccclviii.

sententiam nulli procuratori concedendam; at legali iterum xxv Junii significarunt eidem Borromæo, Cæsarem gerere in votis, ut electorum, et Salisburgensis archiepiscoporum procuratoribus ferendæ decretoriæ sententiæ jus permitteretur.

93. *Contentiones de præcedentia inter oratores Gallos et Hispanos.* — His intermissis jam de contentioneis inter Galliæ et Hispaniæ regum oratores de proedria sive honorificientioris loci dignitate subortis, quæ Tridentinum Concilium perturbarunt, agendum est. Decreverat antea Philippus rex pie et generose<sup>1</sup>, ubi de totius Ecclesiæ salute Christique gloria ageretur, spernendas esse de honoris apiculis lites, verum ejus administrî augendi regii honoris cupidi dissensere, nam Claudio Ferdinandus Vigil Quignonius comes Lunensis Philippi orator, cum Tridentum venisset, de proedria cum oratore regis Galliæ, quod Gallicæ res vehementer afflcta essent, Hispanæ vero florenter, discrepatae ceperit: at legali, ut offendiculum tollerent, locum illi extra ordinem ab aliis oratoribus discrepantem attribuerunt, ut solus ante legatos ad sinistram crucis stare. At ille protestationem de affectata sede edidit, vicissimque contraria Galli oratores ediderunt, ac diserte promulgarunt, Gallorum regis oratores, tum in aliis Conciliis, tum in postremis Constantiensi ac Lateranensi proxime post Cæsareos ante aliorum regum oratores assedisse, quam contentionem adeo exarsisse memorat Gabriel Palæotus, ut pæne Galli ad defectionem spectarent:

« Cum de comite (inquit)<sup>2</sup> Lunensi Catholici regis oratore in Synodus recipiendo actum fuit: qua in re cum Galli suspicantes ne quid de proedria adversus antiquissimam eorum possessionem decerneretur, satis fremere coepissent, eo usque prolapsi, ut si quid secus fieret, ad futurum papam, qui æquior sit, atque ad liberius Concilium se appellatuos edicerent, magnopere interdum dubitatum fuit, ne vehementiores ea res tumultus accenderet. Tandem divina bonitate legatorumque prudentia factum est, ut res inter eos hoc pacto fuerit composita. Nam cum primum orator coram Patribus mandata sui regis exhibuit (consignata erant ea xx Octob. anni MDLXII, regnum citerioris Siciliae anno IX, Hispaniarum vero et aliorum vi.) jussit quoque, ut ejus nomine protestatio quedam recitaretur; ea lecta locus illi extra ordinem a latere crucis argenteæ, quæ e regione legatorum in consensu centro desiguit, fuit assignatus. Tum orator Gallus aliam protestationem habuit.

<sup>1</sup> Astulph. Servantius. — <sup>2</sup> Act. Concil. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Franc. card. Itab. sig. num. 21, p. 336. Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3252, p. 199.

94. Extant memoratae protestationes in Actis Concilii subjectis conceptæ verbis:

« XXI Maii, absoluta solita S. Spiritus oratione, magnificus D. Irenatus Antonius Covaruvios auditor regiae cancellariæ civitatis Granaten. in medium assistens, nomine, et ad instantiam, ac ex ordine præfati illustrissimi domini comitis, ut oratoris præfati sic semper erecti stantis, licet reliqui omnes, tam Patres quam oratores ad sua loca resedissent, infrascripsit, alta et clara voce, omnibus audientibus, perlegit protestationem<sup>1</sup>, quæ est tenoris subsequenis videlicet:

« Dominus Claudio Fernandez Vigil de Quignones comes Lunæ, etc. Philippi Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, etc. regis Catholici, archiducis Austriae, ducis Burgundiæ et Mediolani, etc. comitis Habsburgi, Flandriæ et Tyrolis, etc. ad hoc sacrum OEcumenicum Tridentinum Concilium orator, etc. Etsi mihi, ut tali oratori, is, et alias et in hoc consessu locus debetur, qui primus post imperatoris Romani oratorum sedem est, quod ante omnia testifor et protestor, verum, cum hic locus, et ea causa, de qua agitur, tempusque etiam ipsum reipublice sit ejusmodi, ut humanis ulla contentiobibus sanctissimus hic divinarum rerum et salutis publicæ petenda cursus impeditri minime debeat, cumque sit maxime consentaneum, ut qui ad juvandum, suscipiendum, præstandum hoc communis causæ consilium adsint, ii primum ipsi diligentissime current, dentque operam, ne quam a se afferant contentionis, discordiæ, secessionis ulla hominibus vel minimam causam, cum hæc ita sint, quo ad locum sedemque attinet, accipio quod datur, eoque in presentia, et quoad erit commodum, utar, ita tamen, ut omnes intelligent velle me, id quod sedulo prædicto ac protestor, ne quod hæc mea moderatio, et salutarium hujus sacri OEcumenici conventus deliberationum a me habita ratio præjudicium ullum ulla ratione dignitati, majestati, juri principis mei Philippi regis Catholici, posterisque ejus afferat, neve attulisse videatur quominus, ut hoc et alio quovis tempore, ac alia quavis de causa jus id suum integrum eis salvumque sit, quas ob res jus id domini mei Philippi regis Catholici posterorumque ejus nomine, justissimamque verisimiliter intentionem, omnibus utregibus loco et honore omni præferantur, el ad has et alias omnes causas, omnia loca et tempora reservatum esse volo ac reservo, ut semper ea jura, eamque intentionem, et persequi et tueri perinde possint, ac si hoc tempore, et hoc loco debitus mihi, ut tali oratori, locus, quem dixi, datus fuerit, iis omnibus quæ a quovis hominum objecta huic meæ asseverationi et protestationi

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3218, et In alio sin. num. 3252, p. 121.

adversari videri poterunt, minime obstantibus, omninoque abnegatis, quam meam protestationem hoc libello comprehensam a vobis peto, reverendissimi Patres, ut Actis hujus sanctissima Synodi inferri adscribique faciatis, neque sine ejus integro exemplo hodiernae actionis hujus monumenta circumferri, elive cuiquam patiamenti, mibiique in primis hujuscce rei exemplum, testationemque publicis tabulis obsignata reverendissimo secretario scribisque vestris jubeatis dari, Patres reverendissimi. Quia protestatione per dictum dominum magnificum D. licentiatum perfecta, cum ipse illustrissimus D. comes a Luna orator prefatus locum sibi post imperatoris Romani oratores immediate dari prætenderet, ut in præfata protestatione assuruit, in quadam sede vultueta, juxta præfatum Crucem in loco suo expresso, ut supra, existentem posita, loco sibi a reverendo D. Caeremoniarum magistro, de ordine tamen et commissione prefatorum illustrissimorum et reverendissimorum legatorum dato et assignato, assedit.

93. « Qua protestatione per illustrissimos oratores dicti Christianissimi Francorum regis audita, illustris et magnificus D. Reginaldus Ferrerius præsidentis Parlamenti Parisiensis, unus ex ipsis oratoribus, nonnulla verba respondit, quæ sunt tenoris subsequentis videlicet : Si nos hodie in hoc sancta Synodo atio loco sederemus, quam semper majores nostri et novissime in Concilio Constantiensi et ultimo Lateranensi ; qui primi post imperatoris, et ante omnes regum oratores sederunt : si etiam nōvus hic locus, in quo nunc extra ordinem oratorum sedere incipit clarissimus Catholice Majestatis orator illustris comes a Luna possit nobis aut aliis oratoribus esse damno, vos certe, Patres sanctissimi, qui Ecclesiæ universalem representatis, nobili nostro officio et majorum exemplo nos omnes ad antiquum ordinem revocaretis, aut saltem denuntiatione Evangelica nobiscum ageretis. Cum autem taceatis, neque etiam huic novitati intercedant clarissimi Cæsareae majestatis oratores, quibuscum causa nostra non potest non esse communis, nos qui hodie in ordine oratorum, et proximi Cæsareae majestatis oratori pristinam possessionem regi nostro conservamus, frelique amicitia et affinitate maximi et potentissimi Philippi regis Catholici in Carolum fratrem pupillum regem Christianissimum, postulamus tantum a vobis, ut hodiernum dictum et factum illustris comitis a Luna ita interpretemini, ne quod inde præjudicium fieri possit antiquissimæ prærogativæ, perpetuae possessioni regis Christianissimi, idque in Acta vestra referre jubeatis. Quibus absolutis, maximus et eximus ac reverendus juris utriusque doctor Joannes Baptista Castellius canonicus Bononiensis

saci Concilii promotor pettit per nos ipsius sacri Concilii notarios unum vel plura, publicum seu publica confici instrumentum et istrumentum ».

Hæc multo oratorum consensu legatorumque opera composita refert Gabriel Paleottus, qua confirmant legatorum litteræ<sup>1</sup> eodem die xxi Maii ad Carolum Borromeum cardinalem exaratae, quibus gestorum series repetitur, adductaque lecto regio mandato habitam Hispani oratoris nomine orationem a Petro Fontidonio Segobiensi theologo, qua magnifice celebravit Philippi II regis in promovendo Concilio studium, incensam pietatem in hæreses in Hispania pullulantis seminibus profacandis, et elidendi hereticorum conatibus, asserenda religionis dignitate, proferenda apud Indos Occidentales fide, Anglia ad obsequium conjunctionemque Romanæ Ecclesiæ jam ante revocata, Belgio, Insubria et ultraque Sicilia a pestifera impietate vindicantis, auxiliis Galliarum regi contra Hugonottos perduelles subministratis, classe adversus Turcarum maritimas excursiones instruta, cujus orationis præcipua pars a nobis delibanda visa est :

96. « Cum decreta vestra sanctissima, que suspensis omnium bonorum animis expectantur, in omnes Christianorum provincias diffundi jam atque dilatari debeant, quæ magnopere regum præsidium auctoritatemque requirant, in tanti præsertim bujus saeculi infelicissimi perturbationibus, quibus sic astuat orbis Christianus, ut neque Conciliorum auctoritates spectentur, neque leges audiantur, sed vis, furor, audacia gladiisque dominantur ; cum denique instet jam tempus illud, in quo reges et principes Christianos, quos hactenus hic per legatos rerum, que a vobis gerebantur, testes et spectatores habuistis, nunc patronos et defensores sitis habituri ; nunc, inquam, nunc voluit Catholica majestas vobis per hunc ornatissimum virum renuntiare, se paratum jam esse ad agendas illas partes, quas Martianus imperialor, qui Concilio interfuit Chalcedonensi, imperatoribus et regibus dixit esse sustinendas, ut veritatem per sacrum Concilium inventam, sic illi tuerentur, ut exorientibus illius causa tumultibus obviām irent, et exortos severa animadversione coercent ; voluit significare, se libenter omne suum imperium, quod sibi in primis ad Ecclesiæ salutem, ad conservandam religionem, ad tuendas vestras sanctissimas leges divinitus sensit esse tributum, ad protegendum hoc sacrosanctum Concilium, et illius decreta esse collaturum. Voluit demum significare se cupere vehementer, hanc sanctam Synodus, quam Carolus V imperator clarissimus ejus pater pri-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Fr. card. Barb. num. 244. p. 318. et in alio Ms. card. Pit sig. num. 201.

mo nascentem fovit, aluit, provexit, et ut adolesceret, summo studio elaboravit, cuius causa bella difficillima et periculosissima suscepit, et quam nunc etiam religiosissimus et invictissimus Ferdinandus imperator ejus patruus, summa pietate et studio resarcendiæ religionis inflammatus, consilio et opera sustentat, ipse etiam simul eam ad felicem exitum frugemque perducere; nam ab illo die, quo Christianam religionem, simulque cum amplissimo regno a paternis humeris in suos devolutam, inclinatemque prospexit, omnia sua consilia, studia, cogitationes ad eam instaurandam et reficiendam conferendas putavit; et cum duo sint officiorum genera, quæ a principibus Christianis hisce potissimum temporibus Ecclesia Christi suo jure possit exigere, alterum, ut cogendo celebrandoque Concilio, (quod unicum semper fuit afflictis et calamitosis illis rebus remedium) adessent atque faverent, alterum ut provincias sibi subditas in antiqua religione et obedientia Sedis Apostolicae conservarent, sic in utroque præstando se gessit, ut si gloriosam illam Catholici regis compellationem a majoribus hereditario jure non accepisset, illam nunc jure optimo fuisse omnium iudicio amplissimam consecutus, acceptam vero posteris longe sit illustriorem traditurus. Etenim cum Pium IV sanctissimum et piissimum Pontificem maximum, et persona quam sustinet, et pietas incredibilis, et miserabilis Ecclesia ruina, et Christi gloria ad cogendum et terminandum jam hoc tantum Concilium impulisset, nullum ille officium, quod a vere Catholico principe sperari posset, prætermisit. Pastores Hispanos, ipsum, inquam, Hispanie florem, quos hic præsentes intucmini, e suis illic sedibus excitat, et Tridentum misit, quorum studium in tuenda religione, in instauranda veteri disciplina gravitatem, sapientiam in dicenda sententia, in tuenda constantiam, in optanda Ecclesiæ salute pietatem, in querenda diligentiam, fidem et industrias, nobis tacentibus, vel hæc ipsa amplissima vestra subsellia testantur. Et infra :

« Quanta vero sollicitudine provincias, regna, nationes suo imperio subjectas in officio continuerit et conservaverit, ne ab Ecclesiæ unitate et Romani Pontificis obedientia abducentur, vel illud abunde magno est argumento, quod in illis potissimum sinceram religionem et Apostolicæ Sedis observavitiam florere videamus. Testis est in primis Hispania, in qua cum tot haberet Philippus domestica exempla clarissimorum regum, qui acerrimi religionis assertores extiterunt, a quibus degenerare turpissimum, virtutem imitari gloriosum duceret, cum in mentem revocaret veterem illam religionem et antiquum jusjurandum, quod decretis Toletani Concilii ab Hispanie regibus exigebatur,

ne aliquem non Catholicum in ea provincia versari pateretur : Cum avi Philippi, cum alavi Ferdinandi, cum Caroli V imperatoris maximi parentis sui viva recensque memoria immortalitate dignissima ante illius oculos obversaretur, memor antiquæ religionis, memor Hispanicæ glorie, memor patriæ avitæque virtutis, veritus, ne Hispania in has tantas hereticorum insidias incidet, ne communis hoc totius orbis naufragio religiosissima provincia mergeretur veritus, denique, ne aliqua sua culpa aut negligentia Hispania dehonestata, et majorum suorum gloria obscurata videretur, tam sollicitam curam, tam vigilans studium adhibuit, ut ejus beneficio inter saucias et fuentes vicinas provincias Hispaniam incolument et sanam habeamus ». Et mox : « Quoties, obsecro, ille heresim per ultrasque Pyrenæorum montium fauces ex vicinis provinciis in Hispaniam irruere conantem propulsavit? Quoties illam se facile insinuantem, et obscure serpentem e tenebris in lucem, e latebris in hominum conspectum extraxit, et sublatis nefariæ coniunctionis dueibus, extinxit? Quoties illam ad extremos Indos navigare cupientem repressit? Nulla unquam heres, sanctissimi Patres, tanto exarsit studio se propagandi, sicuti haec, quæ misere nunc affligit Ecclesiam; quæ non contenta in Europæ regionibus, quas omnes ferme crudeliter vulneravit, neque in terra flammæ, neque in mari naufragia, non hominum gladios, neque divinam iram perhorrescens, emenso vastissimo pelago in Occidentalem Indiam commigrare cupiebat, ut illuc in ipsis Indorum animis primo nascentis et pullulantis religionis ipsas radices inficeret, et in illam latissimam regionem, in quam rex Catholicus Ferdinandus Hispanorum signa Christi, nomen illis gentibus inauditum, et purissimam eastissimamque religionem Christianam primus invexit, ipsa Furiæ et Erynnes asportaret ad illius pacem tranquillitatemque turbandam; et nisi illius nefaria cupiditat, interceptis sæpe libris, et sceleratis Sathanæ ministris comprehensis, obviam isset Philippus, nisi ab illo cursu, quo in India perniciem properabat, ab illa improba spe conatusque depulsa fuisse, hand dubie jam in Indianam, cum ingenti illius orbis periculo et acerbissimo Ecclesiæ dolore penetrassel.

« Cum magnum præterea Hispania periculum ab hereticorum libris, aut sceleratis ministris patere potuisset, quod si contingeret, aliquando, vel est insidiosa heres, ut latetram aliquam, qua sese insinuasset, invenisset, omnibus in locis, et in omnibus oppidis industrios et oculatos homines collocavit, qui omnia odorarentur et subolfaccerent, omnia curiosis oculis rimarentur, ut obsessa in firmissimis præsiidiis haeresis contra religionem se commo-

vere non posset, quin quamprimum emersisset, comprimeretur. Sic ergo Dei in primis optimi maximi clementia, et hujus clarissimi et vere Catholici principis industria viget in Hispania religio, fides, et doctrinæ puritas, sic floret antiqua disciplina, sic sancta illa, et minime curiosa, sed vere Christiana prudensam simplicitatem in Hispanorum animis conservatur. Ut milii quidem, quoties afflita mater Ecclesia reliquas provincias erroribus astuentes, a quibus se pulsam lamentatur, ægro et consternato animo lustrat, cum deinde luctu mærore confecta oculos lacrymæ manantes in Hispaniam convertit, quam sibi jactatae portum dulcissimum et sacram anchoram, quam afflictæ solatium, quam miserae perfugium, quam denique exuli et calamitosæ unicam aram, ad quam confugiat, intuetur, suas omnes miserias suavissimo illius suspectu consolari videatur. Utinam! utinam! sanctissimi Patres, hanc Catholici regis severitatem in coereendis iis hominibus novarum rerum cupidis, principes omnes et respublicæ Christianæ fuissent imitatae? Vos ulti-  
me hac celebrandi Concilij sollicitudine, et Ecclesiam iis tantis ærumpis et calamitatibus liberassent.

« Neque vero hoc ardens instaurandæ religionis Catholicae majestatis studium Indie solum Hispaniæque regionibus terminatum est, sed in aliis etiam Christianis provinciis emicuit. Testis est Anglia celeberrima insula, quæ cum hac haeresum peste non infectam modo, sed perditam prope atque desperatam doleret, Mariam Angliae reginam lectissimam et religiosissimam fœminam non alio nomine duxit uxorem, quam ut si fieri potuisset, collapsam ibi religionem erigeret, et tantum illud in Ecclesiæ fortunas ab Henrico rege excitatum incendium extingueret: quod tanto animi ardore, tanta contentione, tan certa spe aggressus est, ut brevi tempore universam insulam ad Ecclesiæ sinum, unde abstracta fuerat, adduxerit, et ut publice Julio III Pontifici Maximo obedientiam restituere, ut in Sathanæ ministros animadverteret, et ut Ecclesiæ Romanae leges et instituta sequeretur, impetraverit: et nisi immatura mors, regina sublata, hanc tantam Angliae felicitatem invidiisset, aut nisi potius divina bouitis illorum hominum crudelitate et sceleribus offensa, ut de illis supplicium acerbissimum sumeret, fœminam sanctissimam et religiosissimam, unicum ejus gentis remedium, illis eripuisse, haud dubie eam insulam, si non prorsus sanam, non tamen ita vulneratam et sauciæ haberetis. Testis est Flandria, quæ cum nonnihil sordium istarum gentium commercio et consuetudine contraxisset, nisi illius saluti opportune fuisset diligenterque consultum, eodem fuisset cum reliquis provinciis funere sublata. Testis est Mediolanum, Neapolis, Sicilia, cæteræque insu-

lie, regna, provinciae, nationes quotquot latissimo ejus continentur imperio, quibus antiqua religio summo Catholicæ majestatis studio, consilio et industria conservatur. Testis est denun nunc etiam vicina Gallia, in qua cum videret haereses in apertum furorem prorupisse, arma contra regem Christianissimum et contra religionem arripuisse, nonnullos Angliae et aliquarum provinciarum Germaniae principes ad illa infelicia et sacrilega arma sollicitasse, omnia jam turbasse, omnia commovisse, incendiis omnia et cædibus funestasse, miserorum Gallorum sanguine ipsa templæ cruentasse, flumina infecisse, odium suum, crudelitatem et rabiem saturasse, ea denique immanitatis exempla in amicos, in fratres, in parentes, in patriam, et in Ecclesiam edidisse, quæ silicem dolore frangere, quæ ab ipsis rupibus et saxis commiserationem et lachrymas extorquere potuissent, ne ruent in Galliæ religioni, ne Christianissimo etiamissimo regi, ne clarissimo regno deesse in tanto discrimine videretur, contra tantam vim sceleris, audacia et proditionis eorum hominum, qui praetextu religionis regi suo, et infanti, et pupillo nefarium bellum intulerunt, suas omnes vires, potentiam, opes, se denique ipsum cum magno exercitu ad propulsandum illam insignem injuriam obtulit Christianissimo et sibi charismo regi; ille vero qui jam exercitum numerosum contra cives contumaces et perfidos proditores comparaverat, et ad id bellum clarissimis Galliæ ducibus utebatur, exiguis Hispanorum et Germanorum auxiliaribus copiis contentus, Deo auspice, ita feliciter cum adversariis pugnavit, ut clarissima parva victoria, quam acerrimis illis religionis propugnatoribus præstansissimum ducibus Catholicî adepti sunt fractis hostium conatibus, et afflictis Gallorum rebus signum quoddam salutis elatum videretur. Etenim si penes adversarios extitisset illa victoria, nullus erat, qui non de Catholicâ religione et de Catholicis omnibus actum in Gallia esse judicaret ». Et infra :

« Neque vero illud prætermittendum existimo, quod ad summam ejus laudem, et totius Christiani orbis utilitatem arbitror pertinere, quod cum graviter et iniquo animo ferret religionem non terra modo, sed mari etiam ab hostibus infestari, quod infinitis sit prædonibus refertum, a quibus non solum oræ maritimæ omnes misere crudeliterque vexentur, sed quod est omnium longe miserrimum, Christiani innumerabiles captivi abducantur, qui (quod sine lacrymis et dolore commemorari non poset) partim blanditiis allecti, partim misera et longa servitute fracti, partim metu vique tormentorum coacti ad deserendam (proh dolor!) Christianam religionem impellantur; cum nullæ præterea maritimæ civitates, nulli portus, nullæ oræ, nulli abditi et sepositi sinus tuli satis atque

securi sint, cum nulla navis, nulla triremis oram per hosce annos solvat, quæ non intertum aut servitutem pertimescat, ut aut Hyeme cum fluctibus, aut Vere cum piratis sit prædibusque pugnandum, classem parat numerosam, qua clausa vobis maria patescat, qua piratis expurget, qua securam reddat navigationem, quæ denique Christianam religionem terra marique tueatur. Et tamen cum in hoc tam vasto curarum oceano, cum spem omnem Ecclesiæ sitam in vobis nunc et collocatam, e vestris sanctissimis decretis potissimum pendere videat, nunquam ab hoc sacro Concilio removet oculos, sed ut regem vigilantem et religiosum deceat, omnia circumspectit consilia atque conatus hostium diligenter observat, ne ullis technis aut pravis haereticorum consiliis dissiperetur.

Denum orator Patres pie hortatus est, ne iis aures præberent, qui multa haereticis concedenda concordia studio sentiebant, cum tanta esset eorum pertinacia, ut non ad Ecclesiam reverti vellent, sed ejus membra divellere, camque sibi subjicere molirentur, atque etiam concessa a Concilio, eo ipso nomine quo forent concessa, non admissuros profliterentur, nec flecti ulla ratione, seu frangi possent.

« Illud in primis summis votis exoptem, Ecclesiæ majestatem vobis, (ut par est) sanctissimi Patres, esse charissimam, et illorum piam fortasse magis quam circumspectam sententiam diligenter a vobis examinandam et expendendam arbitratur, qui multa nunc Christianæ religionis hostibus a vobis putat esse permittenda, ut indulgentia vietæ ad Ecclesiam sinum revertantur. Qui vos ad id præstandum, et ad hanc quam potius misericordiam, vel ea ratione conantur impellere, quod parentes sitis, qui filiorum pereuntium saluti indulgentia paterna prospicere, pasiores qui abactas oves summo studio et charitate conquisitas ad Ecclesiæ aulas revocare, pientissimi medici, qui non acerbam aliquam (neque enim illam tempora patiuntur), sed blandam et exulceratis animis aptam medelam adhibere debatis; fuisse jam dicunt quondam saecula quadam, que virgas ferreas et secures pati potuerint, nunc vero in tanta temporum et animorum acerbitate nonnulla esse hominum, si non improbatati, imbecillitati saltem a nobis condonanda, ita ut in curandis his morbis, temporum potius quam rerum rationem habendam, pietatem quam severitatem, sumnam charitatem quam summum jus, atque hanc unicam esse viam conciliande pacis arbitrantur. Pia sane, et a sincero Christianoque pectore profecta, neque a vobis, Sanctissimi Patres, repudianda sententia, si hac ratione concordie et unitatis conciliande certa spes eluceret. Sed quæ, obsecro, spes pacis cum illis esse potest,

qui infinitis aliis erroribus, ita pertinaciter adhæserunt, ut facilius a vita, quam ab illis depellantur? Quæ pacis certa conditio cum illis, in quibus incredibilis crudelitas, et nulla jam fides reperialur? Cum iis, qui non ipsi ad Ecclesiam venire, sed Ecclesiam ad se adducere, et suis cupiditatibus subjicere conantur? cum iis, qui illis rebus, quas vehementer experti, vel hoc uno nomine, quod a Concilio concedantur, seminime usuros esse profitentur, si non conceduntur, nihil carent? Quæ ista erit humanitas, pietas aut clementia? Non est vobis certamen, sanctissimi Patres, cum iis hominibus, quos nullum beneficium, ulla pietas, quos ulla jam possit electere misericordia. Utinam sic illi vestram auctoritatem agnoscerent, utinam sie essent in sacrum istud Concilium animati, ut si quid a vobis nunc in illorum gratiam decerneretur, optime secum et elementer actum esse putarent. Sed quis sibi persuadere potest eos vestram clementiam requirere, a quibus auctoritas vestra negligatur? Crudelis sane hæc esset misericordia, quæ in nullum eorum emolumendum, et in maximum fortasse Ecclesiae dedecus redundaret. Quæ ea semper usa est gravitate atque constantia, ut multa suis hostibus, quæ honeste concedi potuissent, ad infringendam illorum pertinaciam sepissime denegaverit: non est necesse exempla referre; vos ipsi recordamini. Vestrum igitur erit, sanctissimi Patres, sic illorum saluti, Ecclesiæque majestati confidere, ut omnia ex hujus potius dignitate, quam ex illorum libidine geri videantur ».

97. Excepta est magno applausu ab iis, quos nulla tangebat æmulatio, hæc præclarissimorum Philippi II Hispaniarum regis facinorium ac flagrantissimæ pietatis commemoratio, gratesque acta a Patribus de oblata contra impios pro defendenda religione armorum potentia, commendataqua pia ejus adhortatio ad puritatem discipline Christianæ instaurandam, ad quam restituendam se omni studio incumbere professi sunt, ut ex subiecto responso Famagustani episcopi ore redditio patebit:

« Magno in dolore, illustris orator, quem in communib[us] miseriis capimus, non mediocrem nobis consolationem attulit tua ista eximia serenissimi ac potentissimi Philippi regis Catholici, in Christianam religionem, alique in hanc sanctam Synodus pietatis ac studii commemorationi, non eam quidem ob causam, quod ignotus nobis antea fuerit, tam pii, tamque de Christiana republica benemeriti principis animus: sed quod ea, quæ sigillatum superioribus temporibus animadverteramus, copiosissime nunc explicata, atque ante oculos posita uno aspectu conspeximus; atque illud in primis gratum nobis atque jueundum accidit, et maximam nostris animis alacritatem addidit, quod sua rex studia omnia, suas vires, quæ quantæ sint, non

ignoramus, ad ea, qua sanxerimus, tuenda atque defendenda se collatum tanto animi ardore pollicetur. Quod idem pientissimum, atque invictissimum Casarem, aliosque Christiani nominis reges ac principes facturos, cum exploratum nobis sit, quibusdam quasi stimulis incitamus, ut accurate operam deimus, ut actiones nostræ tot ac tantorum principum studiis cumulate respondant. Atque id nos quidem, et sponte nostra, et Sanctissimi domini nostri cohortatione jamdiu facimus, nihil enim aliud, ex quo die luc accessimus, mediari, neque in alia cura atque cogitatione versamur, quam ut eti morum atque Ecclesiastice disciplinæ emendatione, et in doctrina Catholica explicatione nostras partes diligenter exequamur, sieque omnibus in rebus tueamur cum pietatis moderamine justiam, ut publicæ utilitatî maxime consulatur, atque ad optatum tandem exitum hanc sanctam Synodum perdueamus; id quod a Deo immortaliter petere quotidie summis precibus non desistimus, et cum a bonis omnibus, tum a Pontifice ipso Maximo summopere desiderari intelligimus. Quamobrem cum prior orationis tua pars, que Catholica majestatis egregia facta, propensamque in Dei Ecclesiam voluntatem, atque ingenitæ merita complectebatur, nos mirum in modum delectarit, posterior etiam, quæ de labente ac prope cadente Christiana republica fulcienda, atque in pristinam, quod ejus fieri possit, dignitatem revocanda præclara multa continebat, ea, ut mirifice cum nostris sensibus atque consiliis conveniebat, ita grata admodum nobis fuit. Nunc (quod hujus temporis est) quantas maximas possumus regi ipsi gratias et agimus, et habemus, tum pro singulari ejus ac perpetuo in Catholicam fidem studio, a qua gloriosum illum titulum sibi a majoribus suis relictum præclare tuerit, tum pro recenti ac tam piæ in S. Synodum voluntatis professione, tum vero etiam, quod te potissimum, ill. orator, ex magno clarissimorum atque ornatissimorum virorum numero delegarit, quem post illustrem marchionem Piscariae ad nos luc mitteret, cuius præsentia non mediocre communi huic causæ, et adjumentum, et ornamentum afferret. Neque enim ignoramus, quanta prudentia, moderatione animi, probitate, religione et maximarium rerum tracitione excellas. Quare sancta hæc Synodus latissimis te oculis atque libentissimis animis intuetur et excipit, ac mandatum tuum, prout juris est, admittit.

98. Excepto pacate oratore Hispano, cum ipsa sopita videretur de proedria contentio inter Galliæ et Hispaniæ oratores, proximo mense extremo vehementer exarsit, sed antequam ipsam denuo narrare cogamur, graves alias contentiones, quæ non pro loco, sed pro ordine exortæ fuerant, describamus.

99. *De auctoritate Summi Pontificis di-*

*sceptatur.* — Mense Junio gravissime controversia exarsere circa doctrinam et caunes de Ordine, ac legati cardinales formulas varias ad cardinalem Borromaeum transmisere, ac in ea, quæ littera E designata erat, pro verbis, *Universalis Ecclesiæ rectoris* substituerunt verba *Catholicae Ecclesiæ pastoris*, et pro verbis, *Romanii Pontificis auctoritate*, verba hæc subrogarunt *Sedis auctoritate Apostolice*, quæ, licet synonyma multis theologis videantur, tamen ea Gallos diverse admodum interpretari: veluti, auctoritatem Pontificis cum ejus vita desinere, at non Sedis Apostolice, atque plures episcopos creatos Sedis Apostolice auctoritate, non Pontificis, ut Titum ac Timotheum a Paulo, Polycarpum a Joanne: pariter verba *Catholica Ecclesiæ pastoris*, cum disenterentur, reperta ambigua, nam, et pro universalis Ecclesia pastore posse accipi, et pro quolibet episcopo, non heretico, nec schismatico, propterea Gallos nolle admittere vocem *Universalis*, ne Concilio Basileensi præjudicent; formidare enim, ne si quid adversus illud egerint, in Gallia saxis appellantur; censere porro plurimos formulam doctrina non promulgandau, nisi nitide ea verba *Universalis Ecclesiæ exprimantur*, licet enim verba *Catholicae* et *Universalis* idem sonent, tamen a Latinis habito Concilio Latinam vocem usurpandam, tollendamque ambiguitatem his verbis: *Universalis Ecclesiæ rectoris*. Addidere etiam S. Cyprianum, cum aliquos hereticos in gratiam Ecclesiæ admiraret, voluisse, ut profiterentur Cornelium Pontificem esse pastorem Ecclesiæ Catholicæ, cum ea additione, id est, *Universalis*, ac plura Concilia, maxime Lugdunense a Basileensi citatum, uti verbo *Universalis*, atque adeo Tridentinum debere uti ea voce, eo maxime, quod Galli eam vocem oppugnant, ut veritas in sua luce collocoetur, atque ambiguitatum umbrae depellantur, ita Nicenum usum voce *Omnison* ad haeresim Arii confundendam; cumque dicant Galli vocem *Catholica* idem sonare, quod *Universalis*, cur refragantur, ne vox *Universalis* inseratur? tum perulgata controversia existimatum iri Pontificem uti non posse voce *Universalis*, atqua ita auctoritatè Florentini imminuendam Concilii, augendamque Basileensis.

Subdidere præterea, non ita tutum dicere *Sedis Apostolice auctoritate*, ac si diceretur *Romanii Pontificis auctoritate*, eo quod nonnullis Ecclesiis, ut Ephesina et Antiochenæ, Sedis Apostolice nomen inditum fuerit, in quibus tamen Ecclesiis, qui successit in episcopatu, non in Apostolatu successerit, in quo Romanus Pontifex succedit. Præterea Gallos opinari auctoritatem *Sedis Apostolice* Concilio inhærere, atque adeo si promulgetur in Concilio episcopos auctoritate *Sedis Apostolice* assumi, interpretatur, non a Pontifice, sed a Concilio, quod eo altius perpendendum. Significarunt, demum

vocem *Catholicæ* pro *Universalis* voce tolerari posse, modo addatur totius *Ecclesiæ Catholicæ Pastoris*, et verbis *Sedis Apostolicæ auctoritate* addantur hæc, quæ *residet in Romano Pontifice*, etc. «XII Junii MDLXIII.»

100. Pro illustranda Romani Pontificis in universalis Ecclesiam auctoritate plures sanctorum Patrum sententiae, necon aliae deceptæ ex Concilis OEcumenicis subjectis verbis<sup>1</sup> conceptæ ad Ferdinandum Cæsarem transmissæ sunt:

«Romano Pontifici plenariam in beato Petro regendi et pascendi universalem Ecclesiam potestatem a Christo esse concessam, ex sequentibus constat:

«I. Audivit Petrus Matth. 16. a Christo: *Tu es Petrus, et super hauc petram aedificabo Ecclesiam meam; Ecclesia vero Christi una est atque universalis, sequitur ergo universale Ecclesiam super Petrum in Christo fundatam esse.*

«II. Christus Joann. ult. dicit: *Pasce agnos, pasce oves meas;* ovile vero Christi est universalis Ecclesia, sequitur ergo universalis Ecclesia pascendæ potestatem Petro fuisse concessam.

«III. B. Chrysostomus Matth. 16. super illis verbis: *Tu es Petrus, etc.* «*Et sic, inquit, Filius quod Patris est, et ipsius Filii potestatem a Petro universaliter concessit, ubique terrarum, et homini mortali omnium quæ in Cœlo sunt dedit auctoritatem, dando ei claves ad hoc, ut Ecclesiam ubique amplificet.* Idemque *firmat tract. super illis verbis, Sequere me.*

«IV. Damascenus super illud Luc. vn. Cum Petrus dixit: *Faciamus hic tria tabernacula.* «*Non te Dominus, inquit, tabernaculorum, sed universalis Ecclesiae constructorem constituit.*

«V. D. Bernard. in lib. n de Consid. «*Jacobus, qui videbatur Ecclesiae columna esse, una contentus est Hierosolyma, Petro universaliter cedens.*

«VI. Possent hic innumerabiles omnium SS. Patrum auctoritates plenariam potestatem B. Petro in universalis Ecclesia concessam implicie explicitaque probantes adduci.

«VII. Romanos Pontifices veros esse Petri successores, orthodoxus nemo dubitare potest. Hoc enim satis aperte ipsa probavit antiquitas, ut habetur ex Irenæo lib. iii, cap. 3 qui cum recenseret nomina successorum Petri, posuit post illum omnes Romanos Pontifices usque ad Eleutherium, qui suo tempore cathedram tenuit; quod ipsum quoque fecit usque ad Anastasium divus Augustinus, ut habetur Ep. clxv. His igitur suppositis, ab exemplis et auctoritate Conciliorum exordiemur.

«VIII. In Concilio Chalcedonensi Act. 16 ad finem, Romanus Pontifex appellatur a Conci-

lio «*Vir Apostolicus et universalis Ecclesia papæ.*»

«IX. In eadem Synodo Act. 4 ita subscribit legatus Romani Pontificis: «*Paschasius episcopus, vice domini mei beatissimi atque Apostoli viri, universalis Ecclesia papæ urbis Romæ, Leonis Synodi præsidiens statui, concessi et subscripti.*»

«X. In Conc. Chaledon. «*Romanus universalis Ecclesia Pontifex.* Qui locus habetur In nomine Domini 23 dist.

«XI. In Concilio generali Lugdunensi: «*Vicarius Jesu Christi, successoris Petri, rectoris universalis Ecclesiæ, gregis Dominicæ directoris,* quod habet, *Ubi periculum §. Cæterum dilectio.*»

«XII. Julius I Ep. ad Orientales 1 vol. Conc., fol. 311 refert in Concilio Nicæno habet haec verba: «*Universalis Ecclesia papam.*»

«XIII. Greg. II, an. 724 Synodo Lateranensi subscripsit hoc pacto: «*Gregorius episcopus sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ.*»

«XIV. In Concilio gen. Lugdun. In noc. IV: «*Gregis prelio sanguinis redempti curam Jesus Christus beato Petro Apostolo commisit.*»

«XV. In Synodo Alexandrina Athanasius et alii episcopi scribunt ad Jul. I: «*Vos universalis Ecclesiæ, et maxime episcoporum, qui oculi vocantur Domini, curam gerere.*»

«XVI. Idem cum eisdem scribit Marco papæ, ut habetur in decretis ejusdem Marci 1 vol. f. 399: «*Marcum papam universalis Ecclesiæ.*»

«XVII. Idem cum eisdem ad Liberium papam: «*Universalem a Christo commissam ei Ecclesiam.*» Eisdem similiter Liberius papa scribit. Eisdem similiter Felix.

«XVIII. In Concilio Constantiensi art. 4t, inter damnatos contra Jo. Wicell error est: «*Si per Romanam Ecclesiam intelligatur universalis Ecclesia;* quare intellexit Concilium, Romanam Ecclesiam universalē esse.

«XIX. In eodem Concil. sess. 49, in tit. de forma eligendi papam, sic dicitur: «*Vicarius Jesu Christi, beati Petri successor, rector universalis Ecclesiæ, gregis Dominicæ director,* quæ sunt verba Concilii Lugdunensis.

«XX. In Concilio, licet reprobato, Basiliensi, in principio sub rubrica *initium, et approbatio*: «*Martinus sancte Romanae et universalis Ecclesiæ præsidiens.*» Sunt verba Concilii.

«XXI. In eadem Sess. XII, sub decreto de elect.: «*Pro omnibus, quæ ipsum pro restituitione universalis Ecclesiae subire oportet,* agitur vero de papa.

«XXII. In eod. Conc. fol. 441, in resp. Synodali de auctoritate Conc. gener ... «*Traditi-*

<sup>1</sup> Ex. in Ms. arch. Val. sig. num. 3229, p. 191.

« tam esse in B. Petro Summo Pontifici soli plenariū potestatis, et eum esse caput et primatum Ecclesiae ».

« XXIII. Idemque Conc. in eo loco fol. 149: « Veram illam propositionem, Summum Pontificem pastorem esse universalis Ecclesiae ».

« XXIV. In Conc. Florentin. : « Et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam, a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse ».

« XXV. In Conc. Lateranen. ult. sess. 6. « Leo papa sanctæ sue (sive) universalis Ecclesiae præsidiens ».

« XXVI. In eo Conc. sub Julio II, in 5 sess. in Bulla contra Simoniacos : « Debet habere curam, et regimen universalis Ecclesiae ».

« XXVII. Cyprianus episcopus Martyr. lib. v, Ep. ii ad Corn. scribit, se non prius quosdam intra Ecclesiam suam admisisse, quam ita proliferentur: « Nos Cornelium episcopum sanctissimam Catholicam, hoc est, universalis Ecclesiae electum a Deo Omnipotente et Christo Domino nostro scimus ».

« XXVIII. D. Ambr. super I Ep. ad Tim. c. 1: « Damnum papam universalis Ecclesiae rectorem appellat ».

« XXIX. S. Anselmus Cantuar. archiep. scribens ad Urb. II ita præfatur: « Domino et patri universae Ecclesiae in terra peregrinatio nis summo Pontifici Urbano II ».

« XXX. Bernard. in lib. ii ad Eugen. cap. 6: « Itaque, inquit, cum quibusque cæterorum sibi una est commissa, facta ex omnibus ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa ».

« XXXI. D. Thomas in Tract. contra errores Graecorum c. 62: « Similis est, inquit, error dicentium Christi vicarium Romanam Ecclesiam. Pontificem non habere universalis Ecclesiae primatum, errori dicentium Spiritum sanctum Filio non procedere. Ipse enim Christus Dei Filius Ecclesiam suam conservat, et sibi consignat Spiritu sancto, quasi suo charactere et sigillo. Et similiter Christi vicarius suo primatum et providentia universalem Ecclesiam, tanquam fidelis minister Christo subiectum servat ».

« XXXII. Idem lib. iv contra Gentiles c. 76, postquam multipliciter probavit unum episcopum prælatum a Christo toti Ecclesiae, subdit: « Per hoc autem excluditur quorundam permisios error, qui se subducunt nituntur ab obedientia et subjectione Petri, successorem ejus Romanum Pontificem universalis Ecclesiae pastorem non cognoscentes ».

« XXXIII. Objicit aliquis Greg. Magnum in Ep. ad Eulog. Patriarch. Alexand. renuisse nomen universalis papæ, sed ita responderi poterit, Gregorium fuisse ejus sententia, ut Joannis Constantinopolitanii superbiam reprimere, ille enim se universalem episcopum appella-

bat: quod ipse Greg. ut ad Mauritium Augustum scripsit, ferre minime poterat. Quanvis autem nolle quemquam se universalem episcopum appellare, tamen non dixit, Romanæ Sedis episcopum plenariam in universalis Ecclesia auctoritatem minime obtinere, nec homines id fateri, aut dicere vetuit: quin immo in Epist. ad Eulogium subdit: « Honor universalis Ecclesiae honor meus est »; actisque plenariam in universalis Ecclesia potestalem illum exercuisse plane constat.

« XXXIV. Quia vero his non obstantibus, conantur nunc aliqui in Concilio Tridentino efficere, ne dicatur, Summum Pontificem plenariam potestatem a Christo in beato Petro regendi et pascendi universalem Ecclesiam obtinuisse, vehementer etiam atque etiam petit sancta Synodus, enixe rogat paterneque hortatur Cæsaream majestatem, velit, ut advocatus, defensor ac procurator auctoritatis et iurium Apostolicæ Sedis, partes legitime suas interponere, ut eorumdem impetus omnino propulsetur sanctaque Sedi, quod suum fuit semper et est, integre conservetur. Id autem præstabit facile maiestas sua, si non modo ea de re oratores admoneat suos, sed Galliarum et Hispaniarum episcopos ejus nomine mandet commone fieri ». Hæc ad Cæsarem tunc conscripta placuit referre; Cæterum, qui plura de hoc nomine Universalis scire cupit, Baronium consulat anno 587, num. 17; 595, num. 52; et 783, num. 30.

101. *Ferdinandus imperator et dux Bavariae Albertus Pontificis dignitatem defendunt.* — Con junctissimus animis erat Pontifici ac præsidibus Concilii Ferdinandus Cæsar pro tuenda Pontifica dignitate, provehendaque re Christiana, cuius conjunctionis notis illustribus refertæ sunt subiectæ litteræ <sup>1</sup> ipsius ad cardinales legatos redditæ.

« Ferdinandus, divina favente clementia, electus Romanorum imperator, etc., reverendissimo in Christo patri domino Joanni S. R. E. episcopo Prænestino cardinali Morono, et Santiss. D. N. ad sac. Concilium legato.

« Intelleximus Sanctissimum dominum nostrum ea omnia, quæ inter nos et paternitatem vestram reverendissimam tractata et conclusa fuerunt, in optimam partem accepisse, eoque nomine Sanctitati ejus immortales gratias agimus, quam sicuti haec tenus filiali observantia semper prosecuti fuimus, ita in posterum, et hunc sincerum et devotum animum nostrum Sanctitati ejus omni offici genere comprobare studebimus, et Sanctitati ejus, prout paternitas vestra reverendissima illam a nobis expectare scribebit, non aliter, quam hucusque in omnibus rebus, quæ ad juvandum turbatum Ecclesiæ sta-

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3216. p. 26.

tum, pertinent, opere ac consilio præsto affuturi sumus.

« Quod vero attinet ad negotium confirmationis serenissimi et charissimi filii nostri Romanorum regis, omnia, quæ paternitas vestra reverendissima in iisdem titteris suis benevole exposuit, in bonam partem grato atque benevoto animo accipimus ». Et infra : « Nihil nunc possumus de ipsis rebus statnere, sed posteaquam, Deo proprio, Viennam pverenerimus, communicatis consiliis cum dicto serenissimo et charissimo filio nostro rege Romanorum, omnem adhibebimus diligentiam, ut negotium ad eum finem deducatur, qui cum ratione et æquitate congruat, ac nostro dictique charissimi filii nostri sincero et filiali studio respondeat, etc. Datum in Oppido nostro Insprugg. xxiii mensis Junii, anno Domini MDLXIII, regnorum nostrorum Romanorum xxxiii, alterum vero XXXVII ».

102. Non dispere pietatis sensu delibutus erat Albertus Bavaria dux, strenuissimus religionis Catholicae in Germania propagulator, ad quem Ormanettus internuntius ex Concilio Tridentino missus erat, ut eum in Catholica religione confirmaret, ne a Bavaris ealicem propria auctoritate usurpari pateretur. Has ergo litteras humanissimas ad praesides Concilii medio Junio transmisit :

« Reverendissimis in Christo patribus et illustrissimis dominis sanctissimi domini nostri ad sanctum Concilium Tridentinum legatis, dominis amicis nostris honoratissimis.

« Reverendissimi in Christo patres, illustrissimi domini, amici honorandissimi, salutem, et benemerendi gratificandique sincerum studium. Litteras reverendissimarum et illustrissimarum vestrarum dominationum Ormanettus reddidit, animique vestri, et perpetuae erga Sedem Apostolicam veramque Catholicaem religionem devotionis testimonia præsens accepit; qui proculdubio referet, qua est fide et integritate. A reverendissimis autem et illustrissimis vestris dominationibus, quod optima quæque si a nobis pollicentur, libenter intelleximus : nec deerit occasio prompissima nostra voluntas, si quando, vel communibus Catholicae religionis rebus, vel privatum etiam reverendissimis et illustrissimis vestris dominationibus inservire poterimus ulla ratione. Sacri Concilii, immocommunita totius Christiani orbis negotia, ut pluribus commendemus, non est opus : ponderabunt pro sua prudentia et bonitate reverendissimæ et illustrissimæ vestrae dominationes rerum, quarum motu inquietior jam est totius fere Europæ status, gravitatem, et non negligenter tot misere periclitantium hominum salutem, quibus conatus dextera Excelsi haud dubie propitia aderit, suamque Ecclesiam meliore aliquando tutioreque saeculo eriget.

« Bellissime valcent reverendissimæ et illu-

strissimæ vestrae dominationes, quibus nos nostra studio offerimus amicissime.

« Ex civitate nostra Monachio xv Junii anno MDLXIII.

« Albertus dux Bavaria manu propria ».

Consignatae sunt eodem die aliae ejusdem principis litteræ<sup>1</sup> ad Pium IV Pontificem, quibus flagrantissimum suum religionis studium, singularemque erga Sedem Apostolicam observantiae ardorem explicat :

« Beatissime in Christo Pater, domine clementissime, humillimam commendationem, et pedum beatissimorum oscula devotissima.

« Paternam Sanctitatis vestrae admonitionem, tam ex brevi Apost. quam ex Ormanetto nuntio devote et reverenter intellexi, merito sumimas ago et humillimas gratias Sanctitati vestrae pro ista sua tam paterna plenaque pietatis cura in filium obedientissimum ; et sentiel profecto Sanctitas vestra minime defuisse locum in me salutaribus monitis, nam quod ipsa tantopere a me requirit, quodque idem ego non per frequentes solummodo litteras, sed etiam oratores meos aliquoties sincere contestatus sum, id quod vires vitaque durabunt, constanti infractoque animo semper integrum tuebor atque præstabo. Vestram igitur Sanctitatem humiliiter et reverenter oro, ut quod jam diu de me, deque ea, quam a piissimis Catholice religionis cultoribus progenitoribus meis, quasi hereditate acquisivi erga Apostolicam Sedem devotione mea, persuasum habet, perpetuo certissimum sibi polliceatur : non fallam, Deo proptio, pientissimi Patris affectum, semperque respondebo devota pietate tanto tamque ardentí in me amori. Cetera, quæ singulare meum, tam erga sanctam istam Sedem, quam religionem Catholicaem studium declarare, et praesentium temporum rationem explicare uberiori possunt, Ormanettus ipse referet : me vero, meaque omnia Sanctitati vestrae humillime commendabo et offero. Monachii xv die Junii anno MDLXIII ».

« Sanctitatis vestrae obsequentissimus filius Albertus dux Bavaria ».

103. *Catechismorum editio a Patribus Concilii promota.* — Conquestus fuerat apud Concilium Albertus tanta imperitia obsitos esse sacerdotes sui principatus, ut sacras conciones ad informandum Christiana lege populum habere non possent : flagitabat propterea, ut laici eruditio sacra conspicui, ubi decrant muneri sacerdotes, prædicare possent. Patres vero, quos probata Ecclesiæ consuetudo non latebat, ut nimirum prædicatione verbi Dei repellerent laici, quod a sancto Leone<sup>2</sup> Pontifice Maximo episcopo Antiocheno imperatum recobebant Ep-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3217. Ep. cviii. — <sup>2</sup> S. Leo Ep. LXII. ad Max. Ant.

stola LXII, cum ait : « Elsi optandum est, ut omnes Ecclesie filii, quæ recta et sana sunt, sapient : non tamen permittendum est, ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi prædictoris assumat ; cum in Ecclesia Ædi omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore, excellentiora membra suum officium impleant, et inferiora superioribus non resulant » ; salubrius cogitaverunt consilium, quo et præsentis non deessent necessitati, et Ecclesiastica disciplinae vigorem non interverterent, monuerunt propterea ut Catechismi a spectatissimis sacerdotibus theologiae facultibus præstantibus compositi typis mandarentur, jubereturque sacerdotibus eos legere, ac populis distribuere, ut hac solertia, excussis de manibus oblitteratisque hereticorum libellis, salubris per omnes ordines etatesque Catholicae fidei doctrina propagaretur.

104. *Prorogatio decima sessionis septimæ.* — Quod autem pertinet ad Concilii celebrationem, cum controversiarum moles in immensum excrevisset, nec cunctis ex ordine perscrutandis sufficiens tempus adasset, xv Junii habita Congregatio est, in qua prorogatio Sessionis in mensem alium decreta a Massarello<sup>1</sup> refertur.

« Prorogatio decima Sessionis vii Tridentina sub Pio papa IV ad diem xv Julii.

« XV mensis Junii MDLXIII, habetur Congregatio generalis hora x, in qua illustrissimus dominus Joannes episcopus Praenestinus, sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalis Moronus, sacri Concilii primus præsidents et Apostolicus legatus, recitata oratione Sancti Spiritus consuta, allocutus est Patres in hanc sententiam :

« Adest hodie dies, in qua statuendus est terminus futurae sessionis. Optamus ut omnia parata sint, quod speramus nobis concessurum Deum. Cause autem præfigendi terminum Sessionis sunt multæ. Prima, quoniam sunt novem menses elapsi, quibus nulla Sessio celebrata fuit non sine maximo dolore et scandalo omnium Christianorum. Secunda, quia tot Patres absunt a suis Ecclesiis non sine magna animarum jactura. Tertia, quia principes conqueruntur de tam longa nostra prolongatione et mora. Quinta propter gaudium adversariorum nostrorum, quod ex eadem nostra cunctatione accipiunt. Cupimus ergo statui sessionem ad xiv diem mensis Julii, qui est dies sancti Bonaventurae, eritque propterea dies faustus et felix. Si dies ista placuerit Patribus, curabimus, ut eo tempore possit celebrari ; poteruntque hoc interim Patres rogare Deum, ut res ipsæ conciliares habeant progressum prosperum atque felicem ».

Rogatis sententiis omnes, quinque exceptis, in xv diem Julii consensere, quo demum cele-

bratam Sessionem septimam videbiimus. Deinde data est opera revocandas ad examen abusibus circa Sacrummentum Ordinis.

105. *Revivisit ardenter controversia de præcedentia inter oratores Gallos et Hispanos.* — Interim xxi Junii habita est Congregatio, in qua responsum Gallorum regis oratori, quod alibi inseruimus, redditum fuit, ac simul designati presules, qui formulam decreti de Sacramento Matrimonii concinnarent, die vero XXXVIII Junii ita a Morono preside Concilii peroratum<sup>2</sup> de honoribus debitibus exhibendis oratori Philippi regis Catholici.

« Cum fuerit proximis superioribus diebus de mandato Sanctiss. D. N. per nos assignatus locus illustrissimo domino comiti de Luna oratori regis Hispaniarum in generali Congregatione, ac tum in Synodo, idemque illustrissimus dominus comes de Luna nunc etiam petat, ut sibi itidem in capella et sessionibus locus detur, neconon thurificatio, et pacis osculum sibi detur, prout etiam nobis a S. D. N. mandatum extat : nos cum maxime cupiamus, ut omnes Catholici principes, seu eorum oratores omnibus et singulis actibus hujus sanctæ Synodi intersint, ita tantere ne ex aliquorū præsencia, sive loco eis constituto, sibi aut aliis præjudicium aliquod inferatur, ideo inhærendo commissione et litteris S. D. N. quarum tenor sequitur, et est talis : Pius IV etc. Declaramus ex assignatione loci, neconon thurificatione, pacis osculo, et aliis omnibus actibus, que tam in præsenti quam in futurum, etiam in sessionibus in dicta capella fient, nullum fieri inde præjudicium sibi, aut cuicunque alteri regi, principi, seu eorum oratoribus, prout ex præsentibus nostris aperte protestamur, declarantes juxta prædictam mentem S. D. N. velle nos omnia eorum jura, tam quoad præcedentiam, quam quoad alios quoscumque actus esse integra et salva, tam in petitorio quam in possessorio, perinde ac si præsens assignatio loci, et omnes actus inde seculi, et qui in futurum fient, facti non fuissent. Præsentibus episcopis Isclano, et Vestano, et Gabriele Palaeotto Rote auditore ».

Non hæc sufficeret ad pacanda inter Gallie et Hispaniae oratores dissidia<sup>3</sup> : ineunte quidem anno negaverat comes e Luna Hispanus orator venturum se ad Concilium, ni honorificentior rem Gallico oratore locum in consensu teneret, vel post Pragensem inter Ecclesiasticos sederet ; at Lotharingius cardinalis intercesserat postulato, neque enim hæc fieri posse sine dissidio manifeste concitato, ac orator Gallicus contendebat<sup>4</sup>, ut post ipsum sederet, si enim proordiæ a Gallis obtente possessio in litem vertatur, contestatus erat se e Concilio discessurum, ex

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3232, p. 363. — <sup>2</sup> Card. Vicençio, in lit. ad card. Borri. XXII Jan. Ms. card. Jo. Bpt. Spadie p. 340. — <sup>3</sup> Ib. p. 350.

<sup>4</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3212, p. 183.

quo impendere periculum, ne solveretur Synodus, atque bellum inter Galliae et Hispaniae reges accenderetur, Carolus Vicecomes cardinali Borromaeo significarat. Submissus etiam a cardinale Lotharingio Aurelianensis episcopus ineunte Februario legatos sollicitaratur, ut pupilli regis jura tuerentur; merita veterum regum Gallorum erga Ecclesiam commemoral<sup>1</sup>, in aliis Conciliis Hispanos oratores post Gallicum sedisse exponit, grave ex eo damnum Gallicae dignitati inferri, turbari pacem inter reges, cumque Carolus rex ob defensam religionem tot labores bellicos in regno perferat, eo majori honore in Concilio afficiendum: attulit quoque exemplum Venetorum, qui judicarant oratores in jure possessorio asserendos. E contra Hispani praesentis felicitatis aura clati magnifica regum suorum gesta celebrabant; inter quæ contraria utriusque nationis studia legati, cum Hispano oratori locum extra ordinem perhonorificum attribuissent et statuissent, ut ex aequo adolendi thuris honos utrique oratori exhiberetur, tanta exarsit dissensio, ut periculum gravissimum dissolvendi Concilii invexerit, ut Gabriel Palaeottus<sup>2</sup> postea cardinalis in Actis Ms. describit:

106. « Nulla (inquit) res post inchoatum Concilium, Christianae reipublice statum in manus discriberem adduxit, quam haec actio, quam modo sumus memoraturi, nam ingentibus dum exortis de loci dignitate variis in locis inter oratores regum Galliae et Hispaniae dissidiis, res quidem Tridenti quiete satis nuper composita inter utrumque videbatur, postquam locus extra ordinem in congregazione generali comiti Lunensi tacito omnium assensu fuerat decretus, ex quo utriusque rationibus non incommodie in considerando prospectum fuisse censebatur. Verum cum alii publici congressus in templis, in supplicationibus aliquis actionibus essent seculuri, in quibus si ulerque orator conveniret, nihil ea cautio proderat, cum in iis alterum alteri evidenter praere dignoscendum esset; proptere haec prospiciens Vargas, qui itidem orator regis apud Summum Pontificem erat, et quo auctore multis jam ab amis dicebantur excitata, acceptisque a comite Lunen. litteris, occultis studiis apud Summum Pontificem egerat, ut Tridenti locus Hispano non inferior Gallo decerneretur, alioquin eum quamprimum Tridento excessurum jaetabat. Papa ipse, cuius interlerat magnorum principum oratoribus Synodum non destitui, vel parum erga Gallos fortasse propensus ob tumultus de religione ibi exortos, vel etiam, ut Hispano gratificaretur, quem praesidium Christianae reipublice aiebat, per litteras legis scribit, ut si æqualem nequeunt prorsus locum Hispano dare, saltem extra ordinem alium

ei constituant, qui Hispani voto respondeat. Legali rem periculo plenam, nec Gallos id passuros respondent, potiusque hinc discussuros. RepliCat papa, nihil hic de corum jure statuendum, haec tempora ita ferre, Synodi etiam estimationem ita postulare, ut se omnibus interea æquabilem prebeat. Respondent rursus legati, prope certum hinc dissolutionis Concilii periculum, aliaque multa incommoda etiam cum sua Sanctitatis offensione immixtare, quandoquidem Galli in mandatis habeant, si quid hic attentetur, quod eorum juri ac antiquissimæ possessioni prejudicium afferat, ut statim Syndico illatas sibi injurias denuntient, Tridentum deserant, ad aliud liberius Concilium appellent, simulque ab auctoritate ac imperio Pii IV, donec ille Pontificalem Sedem regat, se abducent, alia etiam adversus ejus electionem, Pontificatusque administrationem iniquiora opponant. Ideo cum tot mala hinc prefectura videant, existimasse sibi ab ejus mandatis exequendis supersedendum, donec Diplomate certo manus sue Sanctitatis subscripto id eis præcipiatur, nec enim tantam culpam adeo facile in se suscepturos. Papa tertio rescribit, certum sibi esse, ut id omnino perficiant, quisquis tandem hinc exitus sequatur, non enim in hac morula temporis, donec Concilium peragatur, Hispanum excludendum, cum hoc veterem cum Gallis causam nibil ledat, quæ integra in statu pristino est relinquenda, perinde ac si Tridenti nunquam convenissent. Addit cum saeris solemnibus in templo erit oratoribus adsistendum, tunc Hispano locum seorsum adversus aram constituendum, duplique thuribulo, et tabella pacis, utrique eodem tempore ministrandum; quapropter Breve ad eos manu sua mittit olsignatum, codemque tempore alii litteris Borromaeus nomine Sanctissimi eos ad mandata explenda impellit, utque rem, quam secretissime, conscientia tantum comite Lunensi peragant: commodumque videri perscribit, ut in vigilia Principis Apostolorum Petri, aut in ejus die festo, cum sacrum celebrabitur, id perficiant. Legati maxima solicitudine affecti, incertique quid agant, cum hinc dissidiis periculum ac schismatis, illinc spretæ Sanctissimi auctoritatis crimen vereantur, post diligentem consultationem, tandem rem aggredi ita statuant, suadente id præcipue Morono, cui notior etiam ac explorator mens Sanctissimi videbatur, quam ideo nou amplecti toties litteris repetitam, nefas judicabant. Non desistunt tamen ante oratorem Hispanum ingentis exitii, quod hinc impendet, admonere, cumque quacunque possunt industria ac econatus ab hoc consilio avertore, ut eo assentiente turbæ haec vitentur, ipsique penes Summum Pontificem ab omni culpa immunes inveniantur. Orator nihil minus quam ab hoc se proposito patitur dimoveri; ait, certum ad se tabella-

<sup>1</sup> Ib. p. 258. — <sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per. Gabr. Palaeot. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 24. p. 338.

rium hac de re ex Urbe missum fuisse; rem tanti non esse, ut ideo Galli majores velint conflictus excitare: subdit tamen se commodius cum legatis ante eum diem locuturum. Interim legali delato N. tabellioni publico jurejurando, ne negotium, quod cum illo acturi essent, priusquam perfectum esset, cuiquam patefaceret, coram eo publico testantur documento, se mandato Sanctissimi adactos locum illum comiti Lunensi decrevisse, ita tamen, ne præjudicium ullum enicunque alteri regi, principique commune oratoribus illatam esse, lam in possessorio quam in petitorio judicio intelligatur.

« Die constituto, qui erat xxviij Junii, cum orator Hispanus legatos non convenisset, sperant illi eum sententiam intasse, verum die xxix, ipso die festo S. Petri, paulo antequam in ædem sacram prodeant, illis significat, constitutum sibi esse eo mane cum illis sacris interesse, empereque, ut conventa sibi officia impendantur. Incredibilis animi eura tum legalos occupat; quoniam tamen progrediendum erat, spem capiunt ex taciturnitate, ut minori tumultu res possit succedere, quæ omnibus occulta erat. Missa inchoatur. Advenit orator Hispanus, cui locus datur ex latere legatorum subsellio preparato ante sedes patriarcharum fore e regione aliorum oratorum laicorum. Migrantur omnes eo adveniente, existimant tamen rem ex composito cum Gallis geri. Galli nihil ejus loci assignatione lœduntur, cum extra ordinem esset, ipsique suum antiquum juxta oratores Cæsareos retinerent. Tum cardinalis Lotharingius sciscitari incipit a legatis proximis, quid tandem agendum sit in thuribulo et pace offerenda? Illi mussitant, atque ad Moronum rem rejiciunt; Moronus servandum morem Germaniae, ut duo thuribula adhibeantur. Lotharingius acriter renuit, resque ad oratores Gallicos perfertur, illi indignantur, frement, multaque minari incipiunt. Legati ubi rem quiete transigi non posse vident, varia consilia incipiunt proponere, ne sacram perturbetur, vide-licet, ut neutri ex oratoribus thuribulum ministretur, vel solum legatis, omissis aliis duobus cardinalibus, vel æque omnibus offeratur. Nec Galli nec Hispani assentiuntur. Imo Hispanus in eo persistit, ut legati jussa Pontificia exequantur. Quare legati, et alii duo cardinales in sacristiam interiorem ad rem tractandam secedunt, cum iis oratores Cæsarei, et Galli, et orator Polonus, et nonnulli prælati, Granatensis, Senonensis et Aurelianensis. Interim in Ecclesia sacra concio<sup>1</sup> habebatur. Lotharingius et Galli oratores mandata regia legatis ostendunt, ut si quid hujusmodi innovetur, hinc statim discedant, atque ab obedientia Pii IV toto ejus Ponti-

ficiatu deficiant, addunt alia verba acerbis querimoniis plena. Interponunt se oratores Cæsarei et reliqui, sed frustra. Granatensis Hispanum admonet, vereri se, ne quid hinc calamitosum publice prodeat quod ipsem Catholicus rex sit detestatus. Hispanus respondit, nihil sibi a rege suo mandatum, quod possit tumultum parere. Verum id præceptum papæ esse, eni legati debent obtemperare. Polonus, deficientie Gallia, ait de regno suo prope actum dici posse. Madruceius velle se inquit ante Concilii auxilium implorare, et singulorum Pastrum sedes obire, corumque consilium, quid tandem de hac re judecent exquirere. Re ita perlurbata, Deus auctor pacis consilium suggestit, ut eo die, nec thuribulum, nec pax cuiquam, nec legatis ipsis offeratur. Acquiescent Galli et Hispani. Legati itidem amplius exigunt, id ab Hispano efflagitari, ut in illius gratiam id factum fuisse penes Sanctissimum quandocumque constare possit. Missa peracta, magnaque omnes animi suspensione liberati.

« Revertitur eodem die Hispanus ad legatos, conqueritor regem suum sic traduci, petit ut primo quoque die festo, cum Missa celebrabitur, sibi thuribulum ex prescripto Sanctissimi ministretur; nihil se furores Gallicos aut minas vereri, potius illis a rege suo metuendum esse. Legati cum eo, omnibus frustra tentatis, ubi nullum aut rationibus aut excusationibus locum esse viderunt, statuant negotium quoque modo perficere; quoniam tamen manifeste hinc vident dissidium preparari, et Gallos nihil, quod gravissimum sit, omissuros, advocat Simoneta auditorem prius et Vestanum, ut responsionem componant, qua se adversus protestationes Gallorum, si forte Sanctissimum D. N. indecoro aliquo nomine, prout jaetabant, sint appellaturi et ab eo omnino defecturi, tneantur. Auditor rei magnitudine ac periculo territus, petit, quid legatos compellat, ut in hunc conflictum descendant? Respondit Simoneta ita Sanctissimum jubere, et Hispanum assiduo urgere. Auditor qui jam præsernat, Gallos vehementissime conqueri, regem illorum pupillum indefensem, non citatum, causaque non cognita ex antiquissima ejus possessione dejici, nec licere papæ hæc in Synodo attentare, cum ita se superiorum Concilio gereret, quod ipsi secus constanter sibi persuadebant, et alia indigniora minari atque inter se moliri, idcirco tot pericula veritus, replicat, hæc in Urbe prospici haud potuisse, quæ præsentes ipsi reprehendunt; legatos non debere rem adeo perniciosa exequi, cum hinc schisma sit exiturum. Simoneta ait non licere eis Sanctissimi imperium detestare, seque auxilium nunc petere, non consilium. Auditor subdit, auxilium a se in ea re non expectandum, quam maxime detestatur, scire se Deo supremo omnium principi schis-

<sup>1</sup> Acta Concil. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. card. Barb. sign. num. 24. p. 341.

mata in Ecclesia sua maxime displicere, illis-  
que a fidelibus omnibus occurrentum esse.  
Aderat etiam Vestanus, qui recusavit atque  
consilium impartiri, imo suasit, ut omnino ab  
his legali abstinerent, que scandalis et periculis  
aditum aperirent. Auditor id coram Navagerio  
apertis verbis est testatus perpetuus ab eis fieri,  
si haec attententur, nec Sanelliissimum nostrum  
tantam ruinam cogitare potuisse, qui Navage-  
rius satis in hanc sententiam erat propensus.  
Spargitur interim rumor inter omnes prelatos  
gravissimum periculum et exilium rebus nostris  
impendere, nemo non dolet, atque exercitatur,  
ita temere res precipitari, tanto omnium offendiculo,  
tanta calamitate, quisque quibus potest  
officiis, tum apud legatos, tum apud Hispanum  
et Gallos tentat tantam cladem avertere, atque  
res componere. Tandem divina placuit clementia,  
ut haec Sanetissimo regique Catholico si-  
gnificantur donec ab eis litterae proferantur. Si  
oratores contingat in templo solemnibus in-  
teresse, tunc thuribulum, paxque legatis ministrari  
ipso etiam sessionis die intermittatur. Ita  
res perieulusissima brevi sedata est. Plurimum  
in eo etiam prelatis aliquot Hispanis, alique in  
primis Granatensi et Segobiensi suffragantibus,  
qui cum oratorem suum maxime ab hoc conatu  
dissuadere curassent, ne occasio schismatis  
præberetur, magnum probitatis ac religionis  
documentum ceteris ediderunt.

107. Porro adversus Gallicorum oratorum protestationem armatam calumniis contra Pontificium honorem atque observantia erga Patres Concilii indignam, gravissimis bisecc verbis<sup>1</sup> effusos ab iis irarum æstus compescuit :

« Scimus, illustres oratores, olim a vobis nomine Christianissimi regis vestri mandatum huic sanctæ Synodo exhibitum, publiceque coram Patribus lectum et admissum fuisse, in quo, eum vobis facultas daretur debitam obe-  
dientiam præstandi erga sanctam Synodum, non reclamandi, aut aliiquid dicendi contra Sanctitatem suam, non possumus non mirari, vos in presenti tantam potestatem ac licentiam regis vestri nomine sponte vobis assumpsisse, quod nos omnino ab illius mente alienum esse existimamus; præsertim cum nihil a sancta Synodo in hoc negotio gestum fuerit, quod regi vestro præjudicium aliquod, aut offensionem intulisse dici possit: siquidem ex antiquo hujus sancte Synodi instituto omnes semper absque præjudicio aliquo admissi esse censentur. Quare cum nec vobis ad id nominatum facultas competat, nec de hoc sancta Synodi actu jure con-  
queri possitis, ad protestationem vestram, seu qualiaenunque verba, ut a privatis personis hac auctoritate carentibus protulata, ab omniisque ratione aliena; quin potius schisma redolentia, et

sanctæ Ecclesiæ unitatem dirimere tentantia, et penitus impia ac defestanda, responsionem nullam dandam censemus.

« Monemus potius vos, ut sieuti sancta Synodus communis tranquillitati prospiciens eam quam debuit in hoc vestro negotio, justam atque honestam rationem init, sic vos ejus exemplo ab istis reclamationibus et querelis abstineatis, nec ipsi plus dolere velitis, quam regem vestrum, si hic interesset, facturum esse deceret, qui pro sua pietate, et Christianissimo nomine, quod gerit, non dubitamus, quin hoc, quod a sancta Synodo gestum est, in bonam partem non esset accepturus. Quapropter, cum nulla vobis Æcumenicu huic et libero Concilio diffidendi occasio præbeatur, uti tot sanctissimi Patres, etiam nationis vestre intersunt, et preceipue illustrissimus et reverendissimus cardinalis a Lotharingia; nec de Sanetissimo etiam nostro quidquam suspicari, nedum inique loqui juste debeat, qui regi utrique communis atque amantissimus Pater est, vestri esset officii ea omnia impedimenta declinare, quæ communem unionem, Catholicae religionis commodum, et hujus sancti Concilii progressum possint perturbare ».

108. Scripsere<sup>1</sup> cardinales legati ad cardinalem Borromaeum eadem die xxix Junii opinatum esse oratorem Hispanum, ex improviso, peracta re, Gallos pressuros eam silentio, nec commotum iri, at illusum opinionem sua; significasse enim Lotharingum cardinalem data regia mandata de edenda contestatione adversus Pontificem, accusandaque ejus electione, ut simoniaea, ac licet justis suffragiis renuntiatus esset, contestari tamen jussos apud Synodum adversus eum, ut Pontificem injustum ac tyrannum, qui exuctorandus esset, cum regem Gallie pupillum et innocentem antiqua juris possessione, inaudita causa deturbaret, Gallosque ab obsequio Pontificis discessuros usque ad alterius Pontificis tempora, qui violatum jus pristinum redintegraret, omnesque Gallos Tridento pro Concilio nationali cogendo abituros: haec ira perciti Galli falso et immerito contra Pontificem efficiebant. Addidere legati in medio ejus discordiae æstu respondisse Hispanum oratorem, se mandata accepisse a rege, ne rem ad discordiam cum Gallis, dissolutionem Concilii urgeret, Gallis vero a legatis denuntiatum, nolle Pontificem detrahere juri regis Gallia, at neque etiam posse cogere Hispanum oratorem, ut ipsis cederet, demumque Comitem e Luna assensisse, ut thurificationis et symboli pacis offerendi ritus intermitteretur.

109. Ultima Julii questus est gravissimis litteris<sup>2</sup> Lotharingus cardinalis apud Pontifi-

<sup>1</sup> Card. leg. Ep. 379. ad car. Hor. Ext. in Ms. Fr. car. I Bar. sig. num. 134, et in Ms. card. Pii. — <sup>2</sup> Ext. inter lit. Viecom. Ep. Vinifili, Ext. in Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1345, p. 73.

cem, ab eo pupillum regem non audita 'causa inique opprimi, imminentiaque schismatis et Gallorum ab eo defectionis discrimina, si incœptis perstaret, nitide exposuit, studio asserendæ Pontificiae dignitatis, avertendorumque ingenitum malorum, quæ improvide accerseret :

« Beatissime Pater.

« Conceptum hesterna die dolorem nullis verbis possum exprimere, cum vidi D.D. reverendissimos legatos nulla re mecum communicata, assensisse, ut comes e Luna ad sacra accederet, intellectumque est a me, locum illi in sacerdotio designasse, decrevisseque, ut thurificatio et pacis symbolum illi eodem temporis momento offerrentur, quo oratoribus Galliarum regis exhibenda erant, novando immutandoque veterem ritum, moremque semper in Ecclesia observatum, cum regis nostri dignitatis damno ac præjudicio. Non possum, sanctissime Pater, in re adeo gravis momenti silere, utqne membrum Sedis Apostolicae, tuæque Beatitudinis servus confinere me non possum, quin dicam summa cum demissione atque observantia, mirari me satis non posse, quomodo in eam cogitationem mentem adduci potuerit, ut daret mandata de ea re, quæ maximos Christiani imperii principes concitare in mutua arma, regnum Galliae ab ipsius obsequio abalienare posset, ac omnium deterriam funestissimamque fabulam ludere, quæ nunquam peracta fuisset.

« Demisse obsecro Sanctitatem tuam, ut mihi permettere velit, ut cum summa demissione et observantiae infimo cultu libere exprimam, quid in hoc casu sentiam, quod tamen dictum velim, ut censuræ Beatitudinis tuae subjiciatur. Obsecro igitur, ut perpendere velit ætatem regis pupilli, collataque ab illius predecessoribus in hanc Sanctam Sedem beneficia, atque ex his consideret, quam gravem illi injuriam inferat, si ab ipsis Beatitudine, quæ omnium communis pater, pupillorum omnium protector esse debet, ea honoris privilegia illi eripiantur, quibus illius majores pacifice ac sine ulla controversia semper potiti fuerunt, idque non audita illius causa vel intellecto jure. Certe res maxima est, quod Sanctitas vestra, quodammodo prescribere Concilio voluerit, in que ejus conspectu talem ferre sententiam, parte inaudita, quasi vellet cum tanti Patrum consensu regi Gallie pupillo jus eripere. Relinquo judicio vestre Beatitudinis, quam præclare geratur ea res, ac dico, quod nisi multa prudentia et pietas comitis e Luna, et nostrorum Gallorum patientia attinissent, non stetisse per ipsius legatos, quin dies festus S. Petri omnium funestissimus et infelicissimus dies, quem unquam Christiana res publica passa sit, evaderet. At de his fari intermitto, et cum omni modestia observantiaque conqueror, quod cum Sanctitas vestra mihi significasset, Musotti,

qui mihi a secretis est, snorumque legatorum opera, tantam in me locasse fiduciam, ut vellet me omnium Concilii rerum participem fieri, tamen hactenus nullum ejus rei signum, imo omnia contraria viderim, verum ex eo nulla me cepere fastidia, imo omnes cogitationes ad obsequia tuae Beatitudinis confero, et quicunque sequatur casus, Sanctitati vestre sanctissime pollicor me illi constantissime adhaesnum : verum summam molestiam traxi, quod sub pena inobedientie legalis jusserit, ne de re ad me spectante mecum conferrent, quæ si mecum communicata fuisset, meliorem exitum sine ullius injurya erat habitura, quae fieri non potuit, cum ex improvviso fuerim appetitus; verum tamen ea calamitas non contigit, quæ successisset, nisi optimum præsulem Hispanum interpretem adhibuissem, qui comiti e Luna persuasit, ut aqui bonique acciperet, ne eo matutino thurificatio vel pacis sympolum cuiquam, nec ipsis legatis offerrentur, qui quidem nullis meis verbis flecti poterant, quin mandata a vestra Sanctitate accepta consicerent, quam monitam esse velim, quia gradus, quem in Ecclesia Dei teneo, et procurandæ illius quietis cupiditas, ad id me obstringunt, si mandata data in opus provocentur, oratores Gallos palam professuros, quod cum Sanctitas vestra officium patris abjecerit partesque adversarii assumpserit, non audita causa regem decretoria sententia damnaverit maximo illius majestatis præjudicio, atque ex superiore gradu ad parem redegerit, ab ea is sententia provocare, omnibusque modis causam suam defensuros, omni Concili vel alterius respectu absciso, prout tuendam promovendamque causam visum fuerit. Novit Sanctitas vestra, quemlibet acceptas injurias graviter tollare, omnium vero gravissime principes, easque omni ratione obtrito omni respectu ulcisci, quare administrari, qui mandatis parere coguntur, ad ea aliquando compelli, a quibus maxime abhorreant. Gravitas rei me per pulit, ut haec vestra Sanctitati significem, addamque nullum Tridenti versari, sive Italum, sive Hispanum, qui re intellecta, adversus Sanctitatem vestram non vociferetur. Ipsa modo per viscera Jesu Christi obsecro, ne tot malorum auctor et causa esse velit; deponat eas cogitationes, et Concilium ad finem suum perduci sinat, quod tantos habeat progressus, ut brevi absolvendum speraretur, cuius celerem exitum etiam vestra Sanctitas expetit. Significo etiam, quod si in suscepta mente persisterit, et Galliarum regi præjudicarit, reges ad mutua bella non descensuros, non defutura enim ad sopiendum bellum remedia, sed Beatitudinem suam sine ullo remedio genere immensos sibi labores toto vita fluxu, licet centum annis vixerit, accersitaram. Si quid in his litteris Sanctitatem vestram læserit, supplicibus precibus ab ea deposco, ut id pio

ardori benemerendi de universa Christiana republika, ac desiderio quietis sua tuendae, famaque asserende desiderio tribuat, dimissioneque infima Sanctissimis pedibus oscula libo. Tridenti ultima Junii 1563.

Subiecta sunt hæc Latine concepta verba: « Existimavi, Pater Beatissime, Musotum hunc meum ad Sanctitatem vestram mittere, illi ut fidem det rogo et obsecro, cui iterum pedes osculor.

« Hunil. servus,

« CAROLUS, cardinalis a Lotharingia. »

110. Non præviderat hæc incommoda graviora Pontifex, prioraque mandata impenditum malorum ignarus urgebat, cum postridie cardinales legati Pontificium nepotem Borromæum certiorem fecere<sup>1</sup>, ex lîte mota ab Hispano oratore et dato Pontificio mandato excidium eversionemque Ecclesie impendere, Gallos cum Anglis, Germanis et aliis hæreticorum regnis se conjuncturos, majorem Concili partem hanc novitatem execrari, principum oratores Gallorum regis justam causam arbitrari, Sedis Apostolicae dignitatem omnino labefactatum iri, præses atque theologos opinari, injuriam fieri pupillo non citato, nec andita illius causa, maxime cum in ipsa aula Cæsaris patrois ipsius regis Catholici, vel etiam in Urbe Roma ea injuria irrogata Gallo non sit, inde gravissimam invidiam et infamia labem adhærescere Pontifici, quasi ea ratione dissolvere Concilium, restituentaque purioris disciplinae Christianae curas et sanctiorem morum normam defugere meditur; æqui igitur accipiat, si istis intercedant legati; ex scripta enim protestationis formula a Gattis pronuntianda Pontificis famam labefactari, præteritos labores irritos fieri sumpitusque cassos reddi: consulendum potius animarum saluti Conciliique perfectionem promovendam, cardinalem Lotharingum et Gallos propensissimis studiis incumbere ad dogmata expedienda, disciplinamque Christianam et perfectionem excisis vitiis et corruptelis sancientam; æquum non esse pro inani thuris ritu pacisque symbolo pacem orbis confundere. Significarunt etiam Gallos in concepta protestationis formula<sup>2</sup> se Apostolicae Sedis et Concilii studiosos ostendere, commendare legatos, regemque Catholicum et comitem e Luna laudare, omne autem irarum virus in Pium Pontificem effundere, simoniaco vitio (ut ipsi falso asserebant) creatum oljicere, exercitæque simoniaca perfidiæ accersere, viduas et pupilos contra Evangelicam legem opprimere. His litteris<sup>3</sup> priua Julii die consignatis consentanea scripsit Carolus Vicecomes, « Gallos oratores meditari provocationem ab hoc Pontifice, tanquam ab eo,

qui causam schismati prebeat, ad verum et legitimum futurum Pontificem ». Aliis etiam litteris eodem die exaratis significarunt legati, propterea Gallos in Pontificem iracundia magis efferatos, quod dicant, comitem e Luna non a rege Catholicó, sed a Pontifice ad hæc novanda moveri: at falso id a Gallis jactabatur, ad dissolvendam enim calumniam, qua perstringebatur Pius eam item movisse, Hispanus orator demonstravit, sepe Pontificem a Philippo Catholicó rego de ea re postulatum. Quanquam vero urgeret comes e Luna, ut proximo die Dominico fieret, quod die S. Petro sacro promissum a legatis fuerat, tamen res posthac tentata non est, ac demum sublata est schismatis occasio, eaque concordia conciliata, ut die sessionis, nec thurificatio inter sacra fieret, nec pacis symbolum offerretur, quod Borromæo cardinali die iv Julii cardinales legati significarunt, gratesque et laudes Deo retulerunt. Questi tamen sunt Galli, quod ii ritus omittereuntur, veri ipsorum damno ac veteri possessioni detrahi, maximamque prasulum partem ea novitate injuriam Gallis irrogatam censuisse, scripsit Carolus Vicecomes in litteris<sup>4</sup> ad cardin. Borromæum. Extracta est ea lis de precedencia in proximum annum, quo decretoria Pontificis sententia ius primævum Gallo regi assertum visuri sumus. At de his hactenus. Hinc ad intermissa, ne coepiam orationem abrumpamus, recurrit oratio:

111. Leguntur ac laudantur in Concilio litteræ reginæ Scotiæ. — Tradunt Angelus Massallius et Astulphus Servantius<sup>5</sup> x Maii habitam esse Congregationem, in qua Carolus cardinalis Lotharingus, Maria regine Scotiae nepitis sue litteras pietatis Christianæ notis insignibus illustres ad patres Tridentini Concilii missas obtulit, ut refert Gabriel Palæottus his verbis:

« Litteras reginæ Scotiae cardinalis Lotharingius sanctæ Synodo reddidit, quibus illa, ut fidelis Catholice Ecclesiae filia, ob temporum injurias, aliaque impedimenta se purgabat, quod ei oratorem nomine illius regni buc mittendi facultas nunquam fuisset, proprium autem suum studium ac erga Sanctam Sedem observantiam card. Lotharingio ejus avunculo, Patribus expoundendum mandaverat, quarum litterarum exemplum cum Synodi responsione, alisque ejusdem reginæ litteris ad Summum Pontificem et cardinalem Lotharingium alibi extat ». Afferuntur ea litteræ<sup>6</sup> ab Astulpho Servantio, quibus significabat regina hæresim in suo regno adeo invaliduisse, tantamque esse hostium fidei potentiam, ac temporum iniqitatem, ut nec orato-

<sup>1</sup> Card. Vicecom. in lit. ad card. Borr. p. 269. Ibid. p. 173. —

<sup>2</sup> Apud Astulph. Serv. in Actis Concil. Trid. per Gabr. Palæot. sig. num. 24. p. 321. Ms. card. Barb. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3252. p. 197. Ms. Fr. card. Barb. sign. 1109. sub fin. Act. per Astulph. Serv.

<sup>4</sup> Legati car. Ep. CCCLXII. Ext. in Ms. Fr. card. Barb. et Ms. car. Pii. — <sup>5</sup> Carol. Vicecom. Ep. Vñimil. in lit. ad card. Borr. Ext. in Ms. Val. p. 269. — <sup>6</sup> Card. leg. Ep. CCCLXII, CCCLXIV.

rem, nec praesules ad Concilium mittere posset, in religionis tamen Catholicae cultu et obsequio Sedis Apostolicae constantissime se perstare:

« Maria Dei gratia Scotorum regina, Francie doaria, sacrosancta Synodo Tridentina, salutem.

« Illustrissimi Patres. Ab inductione istius sacri Concilii nihil nobis magis assidue in animo fuit, quam illuc nonnullos mittere nostri regni prelatos, cum pro nostro officio, prout devotissima Catholicae Romanae Ecclesia filia, tum pro fructu, quem inde omnibus nostris subditis ad illam Sanctam Sedem Apostolicam digne recognoscendam relatuos existimaremus; tamen hujus temporis tanta fuit injuria, ut non modo nostri regni antistites isthuc proficiisci non sinit, sed etiam quod sine magna molestia ferre non possumus, nostros ipsos mittendi legatos vires facultatemque admitt. His igitur de causis ab illustrissimo et reverendissimo Lotharingio cardinale avunculo nostro charissimo, cui rerum nostrarum status satis est notus per litteras nostras vobis impedimenta<sup>1</sup> quæque sibi de nostra perpetua mente, ac voluntate in ejusdem Sedi observantia et submissione pluribus scripsimus, deferat latiusque explicet, super quibus easdem vestras paternitates fidem adhibere rogamus. Datum apud Sanctum-Andream die mensis Martii x, anno a Nativitate Domini MDLXIII. »

His subdunt Congregationum generalium Acta<sup>2</sup>: « Quibus litteris lectis, illustrissimus dominus cardinalis Lotharingus longa oratione progeniem statuum ipsius reginæ (nimur Maria Scotiæ) recensuit, declaravitque ejus pietatem, et in religione Catholica conservanda propaganda studium, necnon erga sanctam Apostolicam Sedem et hoc sacrum Concilium observantium, causisque retulit, quare hactenus prelatos et oratores sui regni Tridentum non destinaverit, scilicet ob præsentium temporum injuriam, prout in ejusdem litteris ipsamet testabatur ».

Eadem scribit Palæottus<sup>3</sup>: « Lotharingus multa de origine natalibusque Marie reginæ adjecit, quodque Clemens VII et Paulus III illam non solum ea dignitate quæ Anglie regibus alias delata fuit, ornandam decreverunt, sed etiam Ecclesiæ defensorem mirifica illius cum laude appellaverunt. Tum alia de rerum statu illius regni, optimaque reginæ erga Catholicae religionem ac Sanctam Synodus voluntate subjunxit ». Commendatam ab eodem reginæ pietatem, ingentesque Scotiæ calamitates exposita tradit etiam Astulphus Servantius, quibus consentientium cardinalium litteræ<sup>4</sup> eadem die x Maii ad cardinalem Borromæum exaratæ, quibus referunt cardinalem Lotharingum exposuisse

regiam quidem mentem pro tuenda Catholica religione paratissimam, sed regnum in extrema pericula adductum, rogasseque excusandam reginam, si nec oratorem, nec episcopos mitteret ad Concilium, se tamen omnino Sedi Apostolicae ac decretis Concilii subjicere, addidisseque ipsam jussisse præsulibus Scotis in Gallia exulantibus, ut ad Concilium accederent, monitumque fuisse Lotharingum, mitti ab haereticis sicariis, qui ipsum ex insidiis contrucidaret.

112. Porro Lotharingo cardinali, qui pro regina Scotiæ nepte peroraverat, Synodi nomine subjectis verbis<sup>5</sup> conceptum responsum redditum est, quo Mariæ reginæ constans religio illustrata est:

« Illustrissime et reverendissime domine. Si minus antea exploratum sanctæ Synodo fuisse Mariæ serenissimæ Scotie reginæ in Catholicam religionem studium, summaque ejus in Apostolicam Sedem pietas et observantia, nunc certe ex gravi et copiosa oratione illustrissimæ amplitudinis vestra id facile perspici potuisset; tam multa enim ad declarandam ictius optimam voluntatem, perpetuanque in orthodoxa fide constantiam pie et sapienter collegit, ut neque ab ejus Majestate quidquam desiderari, neque ejus virtuti par laus reperiri posse videatur. Verumtamen non solum quod nobilissimæ reginæ facta dictaque omnia veluti excelso illustrique loco posita neminem latere possunt, sed multo magis quod ea pro Christi nomine fortiter gessit, quæ omnium ore atque sermone merito celebrantur, ita ejus pietatem invictamque animi fortitudinem sancta Synodus semper est admirata, ut Deo immortalis, qui ejus majestatis tam piam et religiosam mentem dedisset, maximas agendas esse gratias existimaret. Ac profecto cum singularis beneficii loco ponendum sit, quod plurimas adhuc nationes et populos Deus sibi reliquerit, quibus in tantis errorum tenebris virtutis splendor luceat, et qui puram solidamque Patrum nostrorum doctrinam liberalissimis animis amplectantur, tum vero eximiam illam Christi Domini nostri in sanctam Ecclesiam, pro qua seipsum tradidit, charitatem, ex eo maxime licet intueri, quod hisce difficillimis temporibus principes aliquos et reges ea virtute ex alto induitos excitavit, ut omnes suas opes, fortunas, vitam ipsam pro vera religione profundere parati sint, ac non tam regnare, quam se communis omnium matris Ecclesiæ obsequentissimos filios, ejusque acerrimos propugnatores omnibus probare pulchrum et gloriosum putent. Inter quos certe Mariæ Scotiæ reginæ clarissimum nomen memoriae hominum sempiternæ commendabitur. Quamobrem, illustrissime et reverendissi-

<sup>1</sup> Aliiquid deest. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3192. p. 269. — <sup>3</sup> Act. Conc. per Gabr. Palæot. ubi supra. — <sup>4</sup> Ext. in Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1344. Ep. cccix. et in Ms. car. Pii.

<sup>5</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3192. et in alio Ms. sig. num. 3232. p. 197. Ext. in Ms. Fr. card. sig. num. 1109. p. 125. in Act. Conc. Trid. scriptis per Astulph. Serv.

me Domine, cum ejus majestatis vera in Deum pietas, atque egregia, quam Apostolicae Sedi perpetuo præstilis, obedientia omnibus cognita et perspectissima sit, grata quidem et jucunda ejus rei commemoratione sacrosancte Synodo accidit, testificationem vero illius optimè mentis minime necessariam existimat, tametsi propterea, quod gravissima amplitudinis vestra auctoritas esse debet in ea, libentissime accipit. Illud vero moleste admodum tulit, quod intellexit, ejus majestatem tantis undique difficultatibus premi, ut vel de oratore, vel de regni sui episcopis ad hoc sacram OEcumenicum Concilium mittendis deliberare non potuerit. Neque enim ignorat sancta Synodus, quantum ornamenti præter Ferdinandi invictissimi Cæsaris, aliorumque regum, principum et rerum publicarum legatos sacro huic loco ex Scoticæ legatione accessisset, neque dubitat, si ejus nationis prælati, viri scilicet doctrina, integritate et religione ornatissimi, una cum aliis, qui frequentes convenerunt, adessent, quin multa ad communis causæ et privatam Ecclesiarum suarum utilitatem potuissent; sed tamen, quoniam illi apud suos in grege Domini custodiendo tantopere laborant, quem ut a lupis et latronibus queant defendere, summa illis et industria et vigilancia opus est, ut non solum eos tam necessario muneri adesse facile patiatur, verum ne abesse quidem jure optimo existimat. Quod vero ad oratorem pertinet, nihil est præterea, quod illius præsentia a sancta Synodo minime requiratur, cum illustrissimam amplitudinem vestram, vel Marie regine nomine mandata summa cum gravitate et prudentia exponentem audire licet, vel ejus locupletissimum testem ac veluti obsidem habitura sit. Interea sancta Synodus litteras sanctissimæ reginæ, et ea quæ a dominatione vestra illustrissima ejus nomine dicta sunt, libenter admittit, deinde vero Deum ex animo precatur, et obsecrare nunquam desinet, ut qui reginam non humana ope et consilio, sed cœlesti virtute ac presidio fidentem ex tot et tantis periculis eripuit, eam diutissime incolunem servet, atque vires addat, quibus instructa facile possit una cum regni finibus Catholicæ religionis nomen latissime propagare».

113. *Pius IV Scoticis proceribus scribit, ut eos in fide confirmet.* — Misit postea eadem regina ad Pium Pontificem oratorem episcopum Dumblanensem, ut illi obsequium deferret, deque rerum Scoticarum statu pro redintegranda in eo regno Catholicæ religionem saceret certiorem, quo auditio Pius Catholicos proceres, qui in religionis Catholicæ cultu et fide erga Mariam reginam perstabant, his litteris<sup>1</sup> ad pietatem erga Deum, et obsequii erga reginam constantiam cohortatus est:

« Dilecto filio nobili viro Malcolmo comiti de Lenox.

« Jucunda admodum nobis fuit venerabilis fratris episcopi Dumblanensis, cum ad nos charissimam in Christo filiam nostram venisset orator, in sermonibus, quos nobiscum de rebus istius regni habuit, perhonorifica de te mentio; etenim collaudavit apud nos tuæ nobilitatis studium erga religionem Catholicam, devotionis erga Sedem Apostolicam constantiam, fidem præterea insignem erga serenissimam reginam commemoravit, præterea magnos labores, quos harum rerum causa pertulisti. Magnopere gavisum sumus pro paterna istius regni cura in tanta ejus perturbatione te et quosdam alios nobiles viros, tam constanter et Deo, et reginæ vestra officium vestrum præstissem, et in hujus sancte Sedis pia omnia Christi fidelium matris devotionem mansisse. Itaque nobilitati tuæ eo nomine gratulamur; non parvam enim et a Deo gratiam iniisti, et ab hominibus laudem adeptus es. Hortamur autem ut quanto major spes jam Dei beneficio affulsit, futuras istius regni res commodiore in posterum in dies statu, tanto magis præterita tua merita in sequenti superare conceris, etc. xxvii Septembribus MBLXIII, Pontificatus nostri anno iv».

Eodem exemplo repetitæ litteræ<sup>1</sup> ad Joannem de Atholl, Jacobum de Nuntle, Guillelmum de Montrois, Davidem de Eglinem, Jacobum de Eglinem, Jacobum de Cassillis, Joannem de Cuenes, Guillelmum de Errold, Joannem de Maronatus. Pariter est eximiis ornatus laudibus Joannes regulus de Ilume ob constantiam in asserenda fide Catholicæ, egregiumque in regnum studium, ac de nobilitate Scotica hoc elogium protulit Pontifex: «Talis in religionem animus, et tam sincera erga eos, qui regnant, fides, ab omnibus quidem requirenda sunt, sed multo magis eluent in iis, qui nobilitate generis antecellunt. xxv Septembribus MBLXII».

414. *Libratis utriusque partis sententiis, Synodus prudentius censet non percellandam Elizabetham Angliae reginam edicto Conciliari.* — Implicabat gravibus turbis Scoticæ regnum Elisabetha Angliae regina, ac suo patrocinio haereticos Scotos ad opprimendam rem Catholicam armabat: ardebat enim invidia in Maria reginam, ad quam Angli regni jura spectare noverat. Cum vero illa Catholicos gravissimo tyrannidis jugo obtereret, nonnulli ex iis ad illud et suis cervicibus excutendum consurgere in arma meditati sunt, Catholicorumque externorum arma implorarunt, ac piorum interpretum opera flagitarunt, ut Elisabetha regina Concilii Tridentini sententia percelleretur. At dissenere ab iis consiliis cardinales legati<sup>2</sup>, graviora veriti discrimina, ac vigesima octava

<sup>1</sup> Pius IV, to. xi, b. cœv., s. g. 2897. Ep. CDXVI.

<sup>2</sup> Ib. Ep. CDXVII. — <sup>2</sup> Card. legat. Ep. CCCLVIII.

Junii ad cardinalem Borromaeum Pontificium nepotem scripsere non tentandum videri quidquam in reginam Angliae, ne religio Catholica omnino deleretur in Anglia, atque episcopis Anglis, qui ob pietatis cultum in vinculis detinebantur, mors accerseretur, ne etiam Germani Lutherani cum regina Angliae conjuncti graviora molirentur. Responsum vero a se fuisse ejus causa auctoribus, rem significatum iri Pontifici, qui de his cum Cæsare et Gallo rege acturus sit. Urgentibus cadem consilia Belgis theologis, nil ab iis promoveri potuisse refert Gabriel Palaottus<sup>1</sup>:

« Proxime his accessit alia consultatio, nam theologi Lovanienses a legatis summopere contendebant, ut regina Angliae tanquam schismatica et heretica a Synodo declararetur, quod ita per litteras ab episcopis Anglis Catholicis admoniti essent, quorum etiam multi captivi detinebantur, existimantes ii, valde hoc regni illius rationibus profuturum, cum ita Catholicorum principium studia sperarent ad pestem illam ex iis locis propulsandam acrius posse inflammari. Res ita fuit maturo accurate consilio evolvenda, priusquam Sanetissimo domino nostro ac Cæsare majestati communicanda, etenim suspicio erat, ne declaratione hac adversus reginam promulgata, illa acerbius multo usque in necem Catholicorum sœviret ». Stetit in eo cardinalium legatorum sententia<sup>2</sup>, ut nihil in ea re pertentaretur, nisi Pontifex ex consilio Cæsarisi et regis Catholicici illud decrevisset.

113. Dum agitur in Tridentino Concilio de percellenda judicaria sententia Elisabetha Angliae regina, quod impie se diceret caput Ecclesiæ Anglicanæ, atque episcopos Catholicos, tante adversantes vœsaniae, in carcere teneret, Delphinus in aula Cæsarea internuntius Apostolicus legatos cardinales admonuit<sup>3</sup>, Cæsarem opinari, ex conciliari edicto gravius discrimen rei Catholicæ conflari, cum omnes principes, qui ab Ecclesia desciverunt, licet titulum capitatis Ecclesiæ in eorum principatibus constitutæ non arripuerint, in ea tamen hæreant sententia, ut se singularum earum capita existimarent, Pontificiumque munus revera sibi arrogant; processura inde bella, formidaturos enim, ne pari exemplo decretoria sententia dammentur a Concilio, junctoque fœdere arma correpturos, Catholicæque religionis reliquias in eorum provinciis residuas deleteros; ob eos vero tumultus dissolutum iri Concilium, atque hereticos terribili gannitu insultaturos, ut præsules sanctioris disciplinae instaurationem defugerent, civilia bella edictis suis invexisse.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Fr. card. Bar. sig. num. 1345. Act. Conc. Trid. per Gabr. Pakot. Ms. card. Bar. sig. num. 24. p. 338. — <sup>2</sup> Card. leg. Ep. CCCLXVII. Ms. card. Fr. Bar. sig. num. 1444. et Ms. card. Pii. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3217. Ep. cix.

In eamdem Ferdinandi Cæsaris sententiam inclinabat Philippus rex Catholicus<sup>1</sup>, cum Galli e contra petendam reginam Angliae bello censerent, ne Galliarum hereticos fulciret auxiliariis armis, atque etiam Angli Catholicæ extores assererent, bonos omnes Anglos in eam consurrecturos, si bellum decerneretur, transmiserantque ea de re litteras Lovanio, ob quas in Congregatione habita Tridenti xi Junii sermo de ferenda in eam sententia injectus fuerat.

Quo accepto, Antonius de Granvella cardinalis certiores fecit cardinales legatos, Philippon regem Catholicum significasse Pontifici, ne Gallis vel aliis instigantibus in Elisabetham, Catholicæ rege inconsulto, judicarium ordinem institueret, assidue enim se in id incumbere, ut revocandi ad Ecclesiæ obsequium Anglici regni rationes omnes conquirat, eamque actionem judicariam posse aliqua ejus consilia abrumpare, propterea que consuluit Granvella cardinalis legatis, ne quid decernerent, antequam cum majestate Catholicæ rem pertractassent; nec innendum eorum consiliis, quos prius quidem ardor inflamat, sed rerum gerendarum peritia non satis instruit; posse enim corum consilia contrarios exitus sortiri, ut Elisabetha regina in maiorem pertinaciam obdurescat, atque episcoporum, quos tenet in carcere, sanguinem fundat; ceterum Elisabetham omnium tam hereticorum quam Catholicorum odia contraxisse, Mariamque Scotiæ reginam potiora jura in Angliae regnum obtinere, atque Catholicos principes opportuno tempore illam ad officium ordinem redacturos, at modo imparatus rebus id aggredi, a gravi periculo non abesse, ne ob sententiam in se latam esferata longe in Catholicos pejora molliatur; itaque prius cum rege Catholicæ rem conferendam pertractandamque. Quæ litteræ hac temporis nota consignate. « Datum Bruxellis xxvii Junii MDLXIII ».

116. Sentiebant e contra alii<sup>2</sup>, de exaucto-randa evertendaque solio Anglo regina Elisabetha agendum; nulla enim graviora mala inde formidanda, imo ejus consilia nefaria distracturari posse, cum Ecclesia Catholicæ ab ea sœvissime affligeretur, confirmataque potentia ab ea atrocium affligenda foret.

Collatis inter se contrariis sententiis, magna-que maturitate consilii libratis, Pius IV Pontifex censuit, consilium a Ferdinando imperatore datum prudentius esse, ne in eam judicario ordine ageretur, atque per Carolum Borromeum cardinalem<sup>3</sup> legatis Tridentinis jussit, ut imperatori significant Cæsaream sententiam innu-meris aliis atque adeo ipsis Anglis opinantibus

<sup>1</sup> Ib. Ep. CXV. XXIX Jun. MDLXIII. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. XIII. — <sup>3</sup> Carol. Borrom. card. lit. ad card. legatos Ext. in Ms. arch. Vat. sig. ... Ep. LXIX.

reginam intentato illi ordine judicario ad aequitatem flectendam, preferri a Pontifice.

117. *Imperator Elisabethæ scribit pro Catholicis.* — Porro Ferdinandus Cæsar ad Elisabetham Angliæ reginam demulcendam, ut misius ageret cum episcopis Anglis, quos tenebat in vinculis, necnon cum religionis Catholicæ cultoribus, quos edictis crudelibus insectabatur, ab ea gravibus litteris flagitavit, ne episcopos Catholicos, et alios fideles in Ecclesiæ Romanae obsequio constantes divexaret, quibus Elisabetha respondit, Cæsaris ipsius preces magnum apud se pondus habituras, ac tum Cæsar de benigno responso grates illi egit subjectis litteris<sup>1</sup>, utque in subditos Catholicæ religionis cultores clementia uteretur, commendavit:

« Regina Angliae.

« Ferdinandus, etc. serenissimæ, etc. Jucundissimum nobis accidit, quod intelleximus, magnum pondus habuisse apud serenitatem vestram litteras nostras superioribus mensibus ad serenitatem vestram datae, quibus scilicet serenitatem vestram benevole adhortati fuimus, ne quid inclemens statueret in episcopos incarceratos, et alios istius regni subditos Catholicam religionem nostram profitentes, si nollent, aut non possent salva conscientia acceptare, vel profiteri, quod serenitas vestra una cum ordinibus ac statibus incliti istius regni, lege quadam noviter promulgata, constituerint. Etenim perspicimus inde, non modo praeclaram serenitatis vestre erga nos voluntatem et gratificandi studium, verum etiam eximiā ejus modestiam, mansuetudinem et clementiam, virtutes regina et principe vere dignas. Qua quidem re intellecta non potuimus neque debuimus intermittere, quin serenitatem vestram hoc nomine magnas gratias ageremus, eique liberius etiam, ut imperator et princeps Catholicus, salutem et incolumentem illorum, qui religionem nobiscum communem habent, iterum atque iterum commendaremus, prout summo studio commendamus, existimantes magis futurum ex dignitate et usu serenitatis vestre, si subditos suos Catholicos, etiam si ipsa serenitas vestra diversam religionem sequatur, reginali sua benignitate fovendos potius et tuendos, quam persecuendos, exigitandos, exterminandos et opprimendos duxerit.

« Ideoque serenitatem vestram benevole rogamus, ut malit animos illorum clementia et benignitate sibi conciliare, quam persecutionibus et afflictionibus alieniores a se reddere, adeoque non gravetur serenitas vestra illis in singulis civitatis unum saltem templum concedere, ubi libere, tuto, ac sine molestia vel impedimento ex veteri sanctissimorum Patrum, ac Catholicæ Ecclesiæ instituto Denm colere et officia divina celebrare, et sacramentis salutaribus ani-

marum medicinis recreari possint. Qua quidem ratione serenitas vestra, nom tam subditorum quam aliorum regum et principum Catholicorum studia sibi plurimum devinciet, magnamque clementia et mansuetudinis laudem sibi comparabit: nobis vero factura est rem adegatram, ut omnem simus daturi operam, quo possimus eam rem serenitati vestre mutuus benevolentiae ac fraterni animi studiis cumulatissime compensare. Cui diuturnam valetudinem omni felicitati conjunctet ex animo optamus. Datum Posonii xxiv Septembris MDLXIII ».

Induxit in animum Cæsar nil adversus Elisabetham tentandum, cum unum e filiis illi matrimonio conjungere speraret, atque Angliae sceptrum in suam familiam inferre; sed ab Elisabetha illusus est, ac religio Catholicæ in dies magis ab ea eversa, atque hæresis in vicina regna latius diffusa.

118. *Agitur quæstio an sit papa supra Concilium.* — Quod ad gesta in tot congregacionibus presulum ac theologorum plurimum mensum flexu attinet, constat ex litteris<sup>1</sup> legatorum cardinalium ad cardinalem Borromæum actum fuisse de Romani Pontificis auctoritate in decreto fidei explicanda, eaque de causa variis formulis conceptum illud fuisse, cumque obirentur varie difficultates, x Junii significarunt<sup>2</sup>, defugiendam omnibus modis esse controversiae tractationem, *An papa sit supra Concilium.* Cumque conciliari in ea controversia sententiae non possent, iidem legati suasere, ut controversia de jurisdictione Episcoporum, *An sit immediate a Deo, an a Romano Pontifice, in medium adducta dirimeretur*, ex qua gradus certissime in aliam de potestate Papæ supra Concilium, aut viceversa erat processurus, hoc saltem reportato commodo, ut iis controversiis finis imponatur. Hispanos et Gallos in contraria hærente opinione, legatos rem, uti se habet, propone, consitiumque Pontificis, qui magis Spiritus sancti afflatus sacros excipiat, prestolari; sentire tamen, Ecclesiam Dei nec pacatam fore, nec a schismate immunem, donec hæ litæ dimptas sint, que ob sui gravitatem dirimi in Concilio debeant, ut omnes decretoriam illius sententiam amplectantur. Jam controversiam circa Pontificiam auctoritatem in plures menses extractam.

119. Consulto Pio Pontifice rescriptis cardinalis Borromæus<sup>3</sup>, circa quintum caput doctrine de ordine, in quo Pontificis auctoritas illustrabatur, ut si minus concordia haberet posset, caput illud prætermitteretur. Gallos vero dissensisse memorat Vicecomes in litteris<sup>4</sup> ad cardinalem Borromæum, atque Ferdinandum

<sup>1</sup> Est. in Ms. arch. Vat. sig. num. 317. post Ep. cxlviii.

<sup>2</sup> Legali card. Ep. cccxxxvi. ad car. Ror. ibid. Ep. cccxxxix.  
— <sup>3</sup> Ib. Ep. ccclxvi. — <sup>4</sup> th. Ep. ccclviii. — <sup>4</sup> Carol. Vicomes in lit. ad card. Ror. Ms. card. Jo. Bapl. Spada p. 233. Ib. p. 135. Ib. p. 250.

imperatorem misisse ad cardinalem Lotharingum textus petitio e Conciliis comprobantes auctoritatem Pontificiam circa verba, *Universalem Ecclesiam*, quos Pontifex ipse sibi transmisserat; cardinalem vero Lotharingum responsa a Gallis theologis reddita, eidem imperatori communicasse. Etiam ipsem Lotharingus cardinalis decreti formulam edidit, a quo presules Gallos non dissensuros, cum similis in Concilio Aureliaensi esset proposita, sponspit. In Congregatione vero postea habita circa quartum caput doctrinæ de Ordine dixit, hanc Gallis insitam sententiam, ut assenserit Concilii auctoritatem Pontificiae antecellere, sive Concilium esse supra papam, eamque tueri decretis Conciliorum Constantiensis et Basileensis, cum quibus si velint pacem habere, nihil in ea doctrina inseratur, quod ipsorum opinioni adversetur: at Hidruntinus archiepiscopus, cum de suffragio ferendo rogatus esset, amplissimis verbis Lotharingi sententiam confutavit, objecta etiam criminis nota iis qui perfincerent opinioni illi adhaerenterent; cui Lotharingus se in Gallia natum respondit, in qua cum ea vigeret opinio, nec ipse, nec alii Galli possent ab ea discedere; nihilominus ob eam assertam abjuratione canonica opus non esse. Quæ falsa opinio cui fundamento innixa sit, alibi in Annalibus discussimus.

Hydruntino archiepiscopo Pontificis non ambiguæ auctoritatæ Concilii auctoritati præfrenti maxima Tridentinorum præsumum pars adhærebat<sup>1</sup>. At episcopus Quinquecclesiensis orator Cæsareus intercessit, ne ea lis moveretur, contestatus, se, ni premeretur silentio, quemadmodum mandatum sibi a Cæsare datum erat, e cœtu abiturum; id ipsum pariter est interminatus, cum Tolosanus archiepiscopus ac Dertusensis episcopus denuo opinionem eamdem refricarent.

120. Censuerat prudentissime Ferdinandus Cæsar, omittendas esse omnino eas controversias quæ Catholicos a mutua conjunctione dissoviare possent, eas vero tantum pertractandas, quæ rem Catholicam adversus hæreticos confirmarent, atque adeo cardinales legati xxviii Junii scripsere cardinali Borromæo<sup>2</sup>, Cæsarem oratorum opera significasse, defugiendam esse occasionem agendi de Pontificis auctoritate, *An sit papa supra Concilium, an Concilium supra papam*. Quod magis etiam confirmatur ex responsu<sup>3</sup> a Ferdinandō Cæsare legatis cardinalibus dato, subjectisque concepto verbis:

« Majestas sua edocita est, verbum hoc reformationis in capite et membris, in sacris canonibus et eorum interpretibus esse usitatissimum. Neque majestas sua vel expresse vel tacite

lubenter ea reprobare vellet, quæ ab ipsa veneranda antiquitate toties et tam diserte sunt comprobata. Præcipue, cum majestas sua non videat nos per id difficultem illam disputationem de superioritate papæ ad Concilium, et e diverso ingressuros, neque enim ex eo quod Romana curia, quatenus capit, id est, Romano Pontifici conjuncta reformari debeat, sequeretur, Concilium esse supra papam, siquidem in Concilio includitur papa, nec reformatio eo casu a Concilio a papa distincto, sed a papa de Patrum consilio facta esse intelligeretur. Adde, quod major pars argumentorum majestatis sue eo tendit, ut esse papa superior monstretur Concilio, de quo nunc non est disputandi locus; tamen Sanctitas sua ex urbanitate hujusmodi reformationem ipsi Concilio posset permettere, idque Sanctitali sue exemplo majorum suorum valde laudabile esset futurum ».

Non prætermittendum hic videtur, quod scripsit Carolus Vicecomes xvi Junii, Laynem Societatis Jesu præpositum generalem, eumque theologum Pontificium Gallorum opinionem gravissime confutasse, solutoque cœtu se excusasse apud Lotharingum, quod non adversus ipsum et Gallos presules, sed adversus Sorbonicos theologos disseruerit, illos nempe intelligebat, qui in eadem Academia pseudoconcilio Basileensi nimium addicti erant; addiditque illum tanta gratia apud omnes ob doctrinæ splendorem floruisse, ut legati Apostolici magno illum honore, studiisque propensionibus prosequantur; nam cum aliorum Ordinum supremi magistri stantes ferant sententiam, illum in medium concessum vocari, atque considere, sœpe etiam in Congregationum fine proloqui, ac pro libito perorare.

121. Cæterum in memorata<sup>1</sup> de Pontificis auctoritate, quam Galli contrahebant subjiciebantque Concilio, controversia, Virodunensis episcopus sensit, si definiretur, magnam utilitatem allaturam pro continendis principibus in obsequio Pontificis, ac suam opinionem his conceptam verbis cardinali Morono tradidit: « Quando convocatum est Concilium a papa, et ibi præsunt legati, tenetur papa servare decreta Concilii, quæ statuta sunt sub anathemate in his, quæ sunt fidei, in quibus Concilium non potest errare statuendo cum assistentia Spiritus sancti ». Addidit idem episcopus, hanc opinionem illi consentaneam esse, quam teneret schola Sorbonica, ac talia decreta in rebus ad fidem spectantibus, licet non confirmarentur a Pontifice, in Gallia et Hispania absque alia confirmatione servari. Cæterum posse Pontificem decreta Concilii abrogare, decernendo Concilium non recte processisse. Subjecit etiam Concilium

<sup>1</sup> Carol. Vicecom. in litt. ad card. Borr. p. 253. — <sup>2</sup> Leg. card. Ep. CCCLVIII. Ext. in Ms. Fr. card. Bar. sig. num. 1344. et in Ms. card. Pii. — <sup>3</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. cl.

<sup>1</sup> Car. Vicecom. in litt. ad card. Borr. adulto Junio datis. Ms. car. Jo. Bapt. Spada p. 262.

in decretis ad moralia pertinentibus errare posse, atque necessarium esse, ut ea decreta a Pontifice confirmantur, qui etiam propter utilitatem Ecclesie in nonnullorum gratiam ea solvere possit. At de his hactenus. Nunc alia, quæ in Congregationibus ante sessionem vii, Pio IV Pontificis habitam, acta sunt, perstringamus.

122. *Adducuntur in examen quedam reformationis capita et sedata controversia de jurisdictione episcoporum.* — Actum est de instauranda Christiana disciplina, de qua Laynem Societatis Jesu prepositum generalem verba fecisse narrat Carolus Vicecomes<sup>1</sup>, Patresque inclinasse ad sancendas leges de forma disciplinae ad cardinales spectantes, de facultatibus, moribus, & tale, doctrina, numero, et aliis dotibus scripsere cardinales legati ad cardinalem Borromaeum xiv Junii aliisque litteris xix Junii exaratis significarunt, Cæsarem, neconon Gallie, Hispanie et Lusitanie reges deposcere, ut cardinalitii senatus reformatio a Concilio fieret, suggestereque id consilium, ut ea a Pontifice Romæ decerneretur, quo Tridentinis Patribus fieret satis; triduoque elapsò iterum monuere, oplare reges, ut ea non a Pontifice, sed a Concilio perficeretur. Ut vero Pius IV<sup>2</sup> ad obstruenda impudentissima ora haereticorum negantium Pontificem et cardinales velle priorem morum disciplinam restitui, generosa pietate, se et cardinales reformationis legibus a Concilio ferendis subjecerit, dicetur inferius.

Excussi etiam sunt diligenter examine hi duo articuli: *An expedit conjugatos promoveri ad sacros Ordines, et an clandestina matrimonia expedit irritari.*

123. Instituti quoque theologorum cœtus excusserunt controversias<sup>3</sup> de invocatione sanctorum, de sacris Imaginibus, de Purgatorio, de Indulgentiis, opinionesque haereticorum confutarunt, ut ea deinde in congregatione generali proponerentur; ac disceptationes quidem de Purgatorio et Indulgentiis contrahendens non nulli sensere, non extraheretur Concilium, propterea circa earum usum questio in controversiam non est redacta: tamen Hispanus orator, qui prorogari Concilium affectabat, poscoit, ut theologi disceptaturi de indulgentiis audirentur, qui plura super illas conscripserunt. Sed omnia deinde studia conversa sunt circa controversias sacramentorum Ordinis et Matrimonii, et sanctiorem disciplinam circa ea sacramenta constituendam.

124. Actum etiam est de residentia<sup>4</sup>, ac Veneti oratores questi sunt, in Vicentina diocesi repertos, qui annos quadraginta sine sa-

cramentorum usu transegerint, idque ab uno ex iis in extremo vita sua articulo ad Deum converso palefactum; hos vero funestos esse fructus concessionum cardinalibus episcopatum, quos illi nec per se, nec aliorum adhibita opera lustrare conuerterint. De institutione quoque episcoporum illustranda, scriptis Carolus Vicecomes ad Borromaeum cardinali, dixisse cardinali Moronum, declarata potestate Pontificis secundum formam decreli Concilii Florentini, declarandum esse institutionem episcoporum, contrariasque haereticorum opiniones damnandas: disceptatum vero est acriter multo tempore de auctoritate episcoporum atque institutione sedatamque demum eam controversiam sexta Julii die refert Gabriel Palettius<sup>5</sup> his verbis:

« Ecce Dei summi benignitate factum est, ut post congregationem hora fere xxii omnibus Hispanis apud comitem de Luna oratorem regis Philippi coactis sapientius rem metientibus per eumdem oratorem, ac episcopum Almeriensem et Civitatemensem totius nationis nomine legis significaverint nolle se a reliquis in sessione dissentire, dum a legatis duo praestentur.

« Primum est, ut pollicentur illis, cum in calce Concilii damnandæ erunt opiniones haereticorum, tunc et illos includendos, qui negant episcopos fuisse a Christo institutos, itemque eos, qui primatum Summi Pontificis ac supremam ejus auctoritatem non confituntur.

« Legati responderunt, se non id praetermissuros, quantum in eis est, dummodo, si agatur de institutione episcoporum, declararetur et auctoritas Sanctissimi in eos, aliaeve, prout Patribus videbuntur: nec enim Italos negare episcopos esse a Christo institutos, sed addere, hoc egere declaratione, quod videlicet sunt a Christo non immediate, sed mediante summo Pontifice instituti; itemque quod sunt a Christo quoad Ordinem, non quoad jurisdictionem instituti.

« Secundo petunt, ut in vi canone..... forte illis legati facile concederent, quoniam et alii id petierant, et commodum videbatur: ex his igitur optatus tandem finis longissime huic disputationi Lotharingio ac Gallis valde adjuvantibus, ac Deo in primis auctore fuit impositus, doctrinaque, et canones eo quo hodie extant modo a Palribus recepti ».

Confirmata est ea Palrum concordia in generali congregacione subsecuta die decima Julii, dissidiaque omnia circa decretum residentiae conciliata divino afflato, remque adscriptam miraculo, cum antea grave schismatis periculum impenderet, refert Astulphus Servantius<sup>6</sup>. Itaque die decima quarta Julii in congregacione

<sup>1</sup> Carol. Vicecomes, in lit. sup. legati card. in lit. ad card. Borr. Ep. CCCLVIII et CCCLIX Ext. in Ms. card. Barb. et in alio card. Pii. —

<sup>2</sup> Carol. Vicecomes, in lit. ad card. Borr. Ms. card. Jo. Rapt. Spad. p. 283 et 289. — <sup>3</sup> Id. ib. p. 283. Ib. p. 26. Ib. p. 285. Ib. p. 289. Ib. p. 285. — <sup>4</sup> Legali card. in lit. ad card. Borr. ult. Junii datis Ep. CCCLXI.

<sup>5</sup> Acta Conc. Trid. pec. Gabr. Palot. Aud. Rot. postea card. Bar. sig. num. 21. p. 271. — <sup>6</sup> Astulph. Serv. in Actis Conc. Trid. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1109. et aliud Ms. card. Pii.

perfecta fuerunt decreta, quae promulganda erant die sequenti, quo die Sessio vii sub Pio IV Pontifice, vigesima autem tertia numero a principio Concilii Tridentini repetito celebrata est, in qua doctrina orthodoxa de sacerdotio, sacramento, et vera potestate consecrandi atque offerendi Corpus et Sanguinem Christi Domini, deque variis sacerdoti gradibus, et ordinibus, deque gratia divina in eo conferri solita, deque charactere in eo Sacramento imprimi divinitus consueto, de episcopali insuper dignitate, qua presbyteralem antecellit, illustrata est, quo vero ordine omnia gesta sint ex autographis Vaticanicis<sup>1</sup> delibanda visa sunt :

123. *Sessio septima : decretum et canones de sacramento Ordinis.* — « Anno Christianæ salutis MDLXIII, Indictione vi, feria v, xv Julii celebrata est vii publica Sessio sub Pio IV Pontifice, præsidentibus in ea nomine Sanctissimi D. N. papæ et Sanctæ Sedis Apostolice illustrissimis ac reverendissimis in Christo patribus et dominis Joanne episcopo Prænestino Morono, Stanislao tit. Sancti Paneratii Warmensi, et Ludovico tit. Sancti-Cyriaci in Thermis Simoneta, ac Bernardo tit. Sancti-Nicolai inter Imagines, Navagerio, sanctæ Romane Ecclesie presbyteris cardinalibus, et Apostolicis de latere legalis ». Et mox : « Reverendus dominus Eustachius Bellayus episcopus Parisiensis celebravit Missam solemnem de Spiritu sancto, qua absoluta, et publicata de more auctoritate Apostolica indulgentia plenaria, reverendus D. Jacobus Gibertus de Nogueras episcopus Aliphanus habuit orationem.

« Deinde tam illustrissimi et reverendissimi domini præsidentes et legati, quam ceteri prælati omnes, acceperunt pluvialia et mitras, decantibus eo tempore cantoribus Psalm. 83: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine.* Postea illustrissimus et reverendissimus primus præsidentis et legatus præfatus accedens ad Altare majus solitas orationes legit, et consuetas ceremonias de more peregit, invocato auxilio sancti Spiritus per Hymnum *Veni, Creator Spiritus*, ac decantatis a cantoribus Litaniis, et per diaconum Evangelio Joannis 21: *Dixit Jesus Simoni Petro : Simon Joannis, diligis me plus his, etc.* omnibusque aliis in publicis Sessionibus paragi solitus, R. D. Bartholomæus Syrigo episc. Castellanensis legit clara voce litteras Apostolicas sanctissimi domini nostri Pii IV super legationibus illustrissimorum et reverendissimorum cardinalium Moronii et Navagerii ». Consignata erant ea duo Diplomata xx Martii MDLXIII, Pontificatus anno iv : quibus lectis, subdunt Acta :

« Deinde rev. dom. Valentinus Herburtus

episcopus Primisiensis orator serenissimi domini Sigismundi regis Poloniae accedens ad Altare majus exhibuit illustrissimo domino primo præsidenti et legato litteras, et mandatum regium, quod una cum ipsis litteris lectum fuit per præfatum R. D. Castellanensem, cui responsum fuit a sancta Synodo, ut in Actis refertur<sup>1</sup>.

« Quo responso lecto, rever. quoque Dominus Marcus Antonius Bobba episcopus Augustæ Prætoriæ orator illustrissimi domini Emanuelis Philiberti ducis Sabaudie exhibuit præfato illustrissimo domino primo præsidenti litteras, et mandatum ipsis ducis; lectum quoque responsum antea redditum Marco Antonio Böbbæ episcopo Augustensi ejus oratori ultima Januarii, subinde lectæ litteræ Marie reginæ Scotiæ, quas cardinalis Lotharingus ejus avunculus obtulerat, tum responsum Synodi antea in generali congregatione datum repetitum est ». Subdunt Acta<sup>2</sup> :

« Quo responso lecto, illustrissimus dominus Claudius Fernandez Vigil de Quinnones comes e Luna, orator serenissimi domini Philippi Hispaniarum et regis Catholici, qui orator sed sit solus<sup>3</sup> e regione aliorum orariorum principum sæcularium post ultimum cardinalem immediate supra patriarchas in sede ad hoc ibi præparata, exhibuit prædicto illustrissimo domino primo præsidenti et legato mandatum regium, quod similiter ab ipso R. D. Castellanensi lectum fuit ». Exhibitum jam ante fuerat illud in Congregatione generali habita xxi Maii, responsumque tunc a Synodo datum etiam ab eodem episcopo repetitum est.

« Quibus litteris », inquit Acta, « mandatis et responsis sic lectis, reverendus dominus episcopus Parisiensis suprascriptus accedens ad Altare majus accepit e manibus prædicti illustrissimi reverendissimi domini primi præsidentis et legati decreta, que in hac Sessione publicanda erant, ascendensque ambonem primum clara voce doctrinam<sup>3</sup> et canones de sacramento Ordinis promulgavit », que doctrina omnes errores, qui tunc multos populos infierant, damnati sunt ac densissimæ tenebræ discussæ.

#### CAPUT I.

126. « Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in novo Testamento S. Eucharisticum sacrificium visibile, ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea novum esse visibile et exterrum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Illoc autem ab eodem Domino

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3232. p. 192. Acta sess. vii. et Ms. sig. 3212. p. 199.

<sup>2</sup> Pag. 195, lib. p. 196. — <sup>3</sup> lib. p. 199. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 183.

Salvatore nostro institutum esse; atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus et Sanguinem ejus, necnon et peccata dimittendi et retinendi, sacrae Litterae ostendunt, et Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

## CAPUT II.

« Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotii ministerium, et consentaneum fuit, quo dignius et majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent: ita distributi, ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, minores ad maiores accenderent. Nam non solum de sacerdotibus, sed et de diaconis sacrae Litterae apertam mentionem faciunt, et quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent, et ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistæ, lectoris et ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu: nam subdiaconatus ad maiores Ordines a Patribus et sacris Conciliis referuntur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.

## CAPUT III.

« Cum Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri: et dubitate nemo debet Ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis, inquit enim Apostolus: *Admono te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.*

## CAPUT IV.

« Quoniam vero in sacramento Ordinis, sicut et in Baptismo et Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri nec auferri potest, merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt Novi Testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, et semel rite ordinatos item Iaicos offici posse, si Dei ministerium non exerciseant. Quod si quis omnes Christianos prosmiscue Novi Testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali preditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam Ecclesiasticam hierarchiam, quæ est castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra B. Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Do-

ctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat præter cæteros Ecclesiasticos gradus episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, et positos, sicut idem Apostolus ait, a Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse; ac sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus in ordinatione episcoporum, sacerdotum, et cæterorum Ordinum, nec populi, nec cuiusvis sæcularis potestatis, et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit eos, qui tantum a populo, aut sæculari potestate, ac magistratu vocati, et instituti ad hæc ministeria exercenda ascendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures et latrones per ostium non ingressos habendos esse. Hæc sunt, quæ generaliter sacrae Synodo visum est Christi fideles de sacramento Ordinis docere. His autem contraria certis et propriis canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit, ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere et tenere possint.

## DE SACRAMENTO ORDINIS.

## CANON I.

127. « Si quis dixerit, non esse in Novo Testamento sacerdotium visibile et externum, vel non potestatem aliquam consecrandi et offerendi verum Corpus et Sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi, sed officium tantum, et nudum ministerium prædicandi Evangelium, vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes; anathema sit.

## CANON II.

« Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, et maiores et minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur; anathema sit.

## CANON III.

« Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram ordinationem non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino institutum, vel esse ligamentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum quedam ritum eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum; anathema sit.

## CANON IV.

« Si quis dixerit, per sacram Ordinem non

dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere, *Accipite Spiritum Sanctum, aut per eum non imprimi characterem, vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit.*

## CANON V.

« Si quis dixerit, sacram unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam et permisiosam esse, similiter et alias Ordinis cæremorias; anathema sit.

## CANON VI.

« Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris et ministris; anathema sit.

## CANON VII.

« Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem, vel Ordines ab ipsis collatos sine populi vel potestatis sæcularis consensu aut vocacione irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica et Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros; anathema sit.

## CANON VIII.

« Si quis dixerit, episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos et veros episcopos, sed figmentum humnum; anathema sit. »

Lecta etiam et promulgata fuere alia sanctissima decretâ<sup>1</sup>, quibus jussi sunt ii, qui animarum curam gerunt, in suis Ecclesiis residere, pro populo divinum Sacrificium Numinis offere, divinum verbum prædicare, sacramenta administrare, virtutum exemplo præfulgere, pauperum miserorumque paternam curam gerere, atque munus pastorale accurata diligenter exercere: instaurata etiam est sanctio Pauli III adversus omnes episcopos, archiepiscopos et cardinales, qui ab Ecclesiis transacto trium mensium flexu abessent, nisi ob publicæ rei utilitatem a Summo Pontifice veniam obtinearent; qui etiam promoti ad Ecclesiæ cathedrales non consecrarentur labente trimestri tempore<sup>2</sup>, mulctati episcopali proventu, et si transacto alio trimestri, non essent consecrati, ex-auctorati ac depulsi eo munere pronuntiati sunt: conferre etiam jussi episcopi Ordines per seipso<sup>3</sup>, nisi ægritudine impliciti teneantur, tum plura alia addita spectantia ad minores Ordines hæc sancita<sup>4</sup>: « Nullus in posterum ad

Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis sua annum prouoveatur ». Tum adjecta plura alia decreta, pro sacerdotali munere pie et honeste administrando, et Ecclesiarum, xenodochiorum, sacerdotalium honorum gerenda cura, quarum legum observantiae a Spiritu sancto promittitur auxilium<sup>1</sup>: *Custoditio legum consummatio incorruptionis, incorruptio facit esse proximum Deo.*

Interfuere illi Sessioni<sup>2</sup> quatuor legati cardinales, neconu alii duo, tum oratores imperatoris, regumque Galtiæ, Hispaniæ, Lusitanie, Poloniæ, Hungariæ, Venetorum, ducisque Sabauidiæ, patriarchæ tres, archiepiscopi viginti sex, episcopi centum nonaginta duo, abbates mitrati sex, generales Ordinum septem, maximaque theologorum multitudo, quorum omnium nomina in autographo Vaticano descripta sunt.

Post acta Sessionis septimæ Angelus Massarellus<sup>3</sup> Patrum, qui hoc tempore obierant, Catalogum texit:

« Illustrissimus et reverendissimus Dominus Hercules Gonzaga tit. Sancte-Mariæ-Novæ presbyter cardinalis, Mantuanus, sacri Concilii primus præsidens et legatus Mantuanus.

« Illustrissimus et reverendissimus dominus Hieronymus tit. Sancte-Susannæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis, Seripandus, sacri Concilii secundus legatus et præsidens, Neapolitanus.

« R. D. Cæsar Cybo archiepiscopus Taurinensis, Genuensis.

« R. D. Joannes Baptista Ilosius, episcopus Reatinus, Romanus.

« R. D. Ludovicus Vanninus de Theodulnis episcopus Brilenoriensis, Foroliensis.

« R. D. Joannes Antonius Phautusa episcopus Litterensis.

« R. D. Hieronymus Trivisanus episcopus Veronensis, Ordinis Prædicatorum, Venetus.

« R. D. Simon Aleottus episcopus Foroliensis, Foroliensis.

« R. D. Joannes Colosuarius Ord. Prædic. episcopus Canadiensis.

« R. P. Ricardus Vercellensis abbas, canon. Reg. Vercellensis. »

Prælati igitur, qui usque in hanc diem xv Julii MDLXIII sunt præsentes, vel fuerunt in hoc Concilio Tridentino sub Pio IV, sunt numero CCLXXX.

128. Summam ac piam voluptatem cepit ex ejus sessionis decretis, atque ex redintegrata inter præsules concordia Pontifex, ut constat ex litteris ad Derthonensem episcopum, quem ro-

<sup>1</sup> Sap. vi. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3252. p. 214. usque ad p. 220 inclusive. — <sup>3</sup> Angel. Massarel. in Actis Concil. Trid. post sess. VII. Ms. arch. Vat. sig. num. 3212. p. 195.

<sup>1</sup> Ib. c. 1. — <sup>2</sup> Ib. c. 2. — <sup>3</sup> Ib. c. 3. usque ad 11. — <sup>4</sup> Ib. c. 12.

gavit, ut præsules Hispanos ad promovendum Concilii progressum incitaret.

Conceptam ex ejusdem sessionis felici exitu lætitiam in card. quoque Senatu paulo ante explicuerat, in quo etiam significaratur, ex Lotharingi cardinalis litteris præsules Gallos in publicum rei Catholicae bonum conspirare, et quia principes et populi disciplina Ecclesiasticae normam restitutam optabant, se in primis in ea re Concilio subjici velle, ut cardinalibus ac principibus exemplo prælucreret, de quo haec habent Acta.

**129. Renovantur antiquæ Constitutiones de residentia.** — Cum ingratum accidisset nonnullis cardinalibus decretum de residentia, in quo ipsi iisdem cum aliis penitus obstricti fuerunt, Pontifex in eodem senatu ipsis significavit, perbello cum ipsis actum, cum ad retinendos episcopatus idonei renuntiati essent; æquitati vero consentire, ut qui eos retinent, in iis residant.

« Dixit Pontifex », subdunt Acta, « aequum esse illum, qui vult esse episcopus, et in sua Ecclesia residere, et consecrationem accipere, ut Pontificalia exercere possit ». Licet ea lex sanctissima, urgentibus etiam Gallis, lata esset, non a Gallis prasulibus, quos nimius amor sui ad terrena depresserat, servatam questus est Claudius Espencæus in litteris ad Lotharinum cardinalem.

Sexcentis olim canonibus Synodis et Pontificiis sancta innovavit aliquot sessionibus novissima Tridenti Synodus statuens<sup>1</sup> atque decernens, omnes episcopos, archiepiscopos, primates, et alios Ecclesiarum prelatos teneri per seipsos ad prædicandum sanctum Iesu Christi Evangelium, a patriarchali, primatiali, metropolitana, aut cathedrali Ecclesia, quounque eis titulo, causa, nomine vel jure commissa, quacumque ii dignitate, gradu, præeminentia fulgeant, sex continuis mensibus extra suam diœcesim morantes, et absentes quartæ partis fructuum pœnas incursum, etc. Sed dum legitima impedimenta, et justas ac rationabiles causas excipiunt, pro more factum est, ut quae melius suppressa, supplenda nihilominus reliqui bene potuissent, expressa, nec explicata nemo non excusat, et ad se trahat.

**130. Turcorum exercitum et classem delent Hispani.** — Dum ita feliciter procederent actiones Synodi, res quoque Christianæ in ora Africana latoe habuere successus, nam in eodem Consistorio, quo Pontifex de Concilii gestis elocutus fuerat, addunt Acta, certiores quoque fecisse purpuratos Patres de re Christiana egræ defensa contra Barbaros in Africa :

« Fecit verbum de subsidio, narrans maximum damnum Christianitatis fuisse evitatum :

et dixil Sanctitatis Suæ triremes in tempore affuisse, cum alia Januensium, ducum Sabaudiae, et Florentiae non affuerint, expeditionemque de pecunis Ecclesie faciam, cum Sanctitas Suæ concesserit de subsidio pro triremibus clero Hispania imposito, in hac expeditione impendi posse ».

Reportatae ejus victoriae de Numidis, ac Mauritanis ab Hispana classe sacerdotali auro comparata seriem illustrat Natalis Comes<sup>2</sup>, mirum regem Juliae Cæsareæ, quam vulgo Alger vocant, Buissam coloniam in Mauritania Cæsariensi inter Arsenarium coloniam, et magnum Portum, ab Hispanis insessam terrestri ac maritimo exercitu cinxisse, validaque impressione hostili facta novam munitionem, que in sublimi loco extrebat, apud novum oppidum, quod Mazalchivor vocant, cepisse, eaque illecebra delitos ad arecem aliam munitissimam invadendam impetus vertisse. Præfectus fuerat cum summo imperio barbarico exercitui Serissus vir bellis artibus clarus, a quo post crebras per tormenta murorum diverberationes, per ruinas assilire in urbem jussus exercitus, magna obsessorum virtute propulsatus, insignem saepè pro victoria cladem relulit, licet vires Maurorum collectæ in castris essent, expugnandæque arci tota fere Numidia incumbebat. Interea triginta quatuor triremes et Cartejae Portu solventes auxilium latura contra barbaros ad Buizam coloniam applicuere, tanlungue terrorem hosti intulere, ut continuo soluta obsidione spectarint ad fugam, quam rex ipse tanta celeritate præcipitavit, ut quo expeditior esset, tormenta reliquerit. Ita dissipato terrestri exercitu classis Maurica noua ita maturare fugam potuit quin ab insequentibus Hispanis commisso atroci et cruento prælio virginli quinque navigia amiserit, præter ea que in portu a victore oppressa sunt: ita ejus victoriae gloria acceptam antea, ut vidimus, ad Gerbas ignominiosam cladem Hispani eluerunt.

**131. Angli e Gallia ejiciuntur; Carolus IX favet hæreticis unde justæ querelæ Parisiensis senatus.** — Cumulata est ea Manrica Victoria alia recenti, recuperato a Gallis portu, cui Elva nomen est, quem Angli occuparunt, cuius rei felix nuntius ad Lotharingum cardinalem allatus<sup>2</sup>, mira Tridentinos Patres lætitia affectit. Portus illius nomen ab Italo scriptore corruptum fuit, quod ex Gallica historia restituumus. Is erat Portus-Gratiae in Sequanæ ostio situs, quem Ilagonotti proditores inveteratis Francorum hostibus Anglis vendiderant, a Francisco firmissimis propugnaulis munitus, in quem Angli, auditâ Gallica pace, relicti cæteris urbibus se receperant, duce Warvici comite; sed indictio a

<sup>1</sup> Claudius Espencæus in Ep. ad card. Lotharingum.

<sup>2</sup> Natalis Comes l. xiv. — <sup>2</sup> Carol. Vicecom. in lit. ad car. Bor. Ms. car. Jo. Bapl. Spade p. 300. Belcar. l. xxx. num. 20.

rege Carolo pridie nonas Julii Anglis bello, immissoque cum exercitu Brissaco, adeo strenue ab eo duce locorum peritissimo res gesta est, ut aquæ dulcis interrupto ductu, cisternisque brevi exhaustis, cum salsa tantum suppeteret, tria Anglorum millia brevi peste absumpia sint, dispositaque adeo perite tormenta fuere, ut Anglia classis portum ingredi tuto non posset, itaque Warwickus rerum meliorum desperatione actus V kal. Augusti deditiois verba nuncupavit et Gallia bello Anglo liberata est.

132. Recepto Gratiae-Portu restituta quoque Lugduni, quod a Calvinianis occupatum recuperatumque fuerat, nundinæ, et Carolus rex Rothomagum reversus, cum decimum quartum ætatis annum attigisset, suadente regina matre, que verebatur, ne Ludovicus Condeus princeps regni administrationem Antonii fratris regis Navarræ exemplo affectaret, se majorem natu atque idoneum administrando regno promulgavit: concordiam cum Hugonottis paclam nonis Martii confirmavit, ponique ab omnibus arma regio edicto jussit XVII kal. Septemb. Parisiensis senatus<sup>1</sup>, missis tribus legatis, questus est res gravissimi momenti in alio senatu quam Parisiensi sanctitas, coequo edicto duas religiones in Galliam inductas videri, novam enim Hugonottam sectam, ut maximos jam tumultus concitasset, ita alios posthac gravissimos conflaturam. Quod de Concilio universali, aut Gallicæ nationis additum erat, penitus inane esse, cum ab Hugonotis Concilium OEcumenicum, quod Tridenti nunc celebratur, rejiciatur; quanto magis illi Gallicæ nationis Concilium, nisi quod illi diclabunt, sanctiat, rejiciat? « Nullum (inquietabant) unquam illi, quod pertinacie sue non cedat, Concilium admittent; quod additur, nisi aliud tua majestas statuat, magis ad rem pertinet, ne due religiones introduci videantur: sed dum Concilium universum Tridenti celebratur, et quod ibi decidetur, incertum est, novas religiones quasi approbare aut pati novi exempli est, et a Christianissimi regis nomine alienum ». Justissimas has et sanctissimas querelas Parisiensis senatus Catholice fidei assertoris iterum repetitas rex adolescentis inalorum, quæ sibi accerberat ex permisso Hugonotta secta, ignarus, ab Hospitali regii scribini præfecto hæreticorum fautori illusus acerbo responso elusit, ne in posterum de religiis edictis disceptarent, nec quæ supra gradum suum sunt, invadere auderent.

133. *Pius IV Joannam Navarræ reginam ut hæreticam condemnat.* — Subdit Franciscus Belcarius<sup>2</sup>: « Septembri mense Pius IV Pontifex Maximus Diploma Romæ promulgavit, quo Joannam Alebretam reginam Navarræ tanquam

de religione male sentientem et hæreticam, ut vulgo loquuntur, damnavit, et reliquias regni sui, quas adhuc possidebat, primum occupanti adjudicavit ». Et paulo post: « Illic Pontificio decreto sese opposuit rex Carolus, et hoc nomine legatos ad Pium Pontificem misit, qui nihil prater ea, nisi quod eidem reginæ sacris Christiani interdixit, molitus est ».

Non modo contaminata jam diu hæresi regina Joanna anlam suam eadem impietate inficerat<sup>1</sup>, quantumvis missis oratoribus obsequium Romano Pontifici externa specie addixisset, sed jam a superiore anno, detracta religionis larva, immaniter Catholicam rem in regni sui terris et fiduciaris Gallie principatis afflixerat, pulsis monachis ac sacerdotibus cæsis vel trucidatis, eversis altaribus, hæreticis concionatoribus invito populo inductis, propositis pœnis iis, qui rei divinæ interessent, instar Jezabelis inito cum morte et inferno fædere prophetas Domini persecutus, atque Henricum Navarræ principem, quem rex Antonius pater in Catholicis institutis educari jusserset, reluctante Joanna atque adversante, sacrosantis incurienti sacrificii mysteriis interesse non patiebatur, ex quo maxima rei Catholicæ noxa inferebatur, cum ad eum iura Gallici sceptri aliquando devolvenda essent, atque ob suspectam ab eo Joanne imperitis hæreticam impietatem gravissima bella exarsura essent. Itaque Pontifex horum pertæsus malorum, reique Catholicæ dignitati ac publicæ saluti consulturus xxii Octobris habito cardinalium senatu eam hæreticæ impietatis judicio accersendam sanxit<sup>2</sup>, constituto semestri spatio, quo elapsò, sententiam decretoriam exceptura esset; ita, ut triplex bimestre triplici termino præfixum esse intelligeretur, quæ cum a cardinale Borromæo legatis Tridentinis significata essent, censuere illi graviores bellicos tumultus inde commovere posse, cum regina Anglia principesque Protestantes eadem causa involverentur, atque in communiodi tempus judicariam eam severitatem extrahendam, donec pro decretis Concilii mandandis operi Cæsar, Galliæque et Hispaniæ reges, ac cæteri principes Catholicæ mutuo fædere vires conjunxissent, at Pontifex xxii Novembris rescriptum legatis, jam facta fieri non posse, ut non facta sint, ac si regina Joanna Henricum principem Catholicæ religionis ritus colere permetteret, mitius cum ipsa acturum, sin vero in hæresi obdureceret, ex divino nutu rei consultum iri. Obstitit justa Pontificis severitati adversus Joannam immanem Catholicæ fidei persecutricem Carolus Galliæ rex politicis illusus argutis, qui maxime Pontifici in eam conjunctissimum esse debuerat, cum Joanna ad

<sup>1</sup> Fr. Belcar. l. xxx. num. 23. Henr. Cathar. Davila l. iii. Hist. Franc. — <sup>2</sup> Eod. num. 23.

<sup>1</sup> Florim. Raym. — <sup>2</sup> Ms. card. Pii l. viii. Card. Borr. in l. scriptis xxiii Oct. Palan. l. xxiii. c. 6. num. 8. Card. legati Ep. CCCXCV.

perdendam Galliam sævissima conjuratorum consilia semper promoveret, denuntiavit enim Pontifici<sup>1</sup>, se ad Joannam reginam Navarræ, ut viduam et sanguine conjunctam defendandam obstrictum esse, causamque politicam Christi causæ prætulit, cum vereretur, ne Hispaniæ rex ea occasione ad proferendos regni sui limites uteretur, neve Hugonotti incendi flamma revivisceret. Quanta vero mala in rem Catholicaem et Gallicam ex ea in Joannam reginam indulgentia redundarint, suis loeis lugebitur, eum ex infectis hæresi principibus Gallici regni fiduciariis vires ad Gallos Catholicos obterendos effunderet.

134. *Nonnulli episcopi infecti Calvinismo.* — Serviebant impii Joannæ reginæ cupiditatibus Claudius Reginus Olorensis, et Ludovicus Alebretius Lascurensis episcopi contumaciati Calvinistæ hæresi, atque Judæ proditoris socii, quos una cum Sauromano archiepiscopo Aquensi perditissimo, qui ad inficiendam provinciam omnia studia intendebat, Carolo Gillario Carnotensi episcopo, atque aliis tribus, referente Alexandrino cardinale summo censuræ fidei prefectoro, in memorato Consistorio vigesima secunda Octobris habitu, hæreseos et contumacia erimina damnavit Pontifex, ut ex Aetis<sup>2</sup> constat :

« Die xxii Octobris MDLXIII, fuit Consistorium, in quo referente reverendissimo Alexandrino S. D. N. pronuntiavit, prout in cedula, contra Antonium Caraeciolum olim episcopum Trecensem, Joannem Monluch episcopum Valentiniensem, episcopum Uticensem, episcopum Carnotensem, episcopum Lascurensem, episcopum Olorensem, archiepiscopum Aquensem citatos super incursu hæresis et contumacæ ». Addunt Spondanus<sup>3</sup>, et Sammarthani Joannem Barbansonum Appamiensem episcopum; an vero aliqui, vel resipuerint, vel calumniose delati fuerint, quod aliqui contendunt, hueusque nobis non innotuit.

135. *Pius IV scribit admonitorias Epistolas principi Auriacensi.* — Monuit etiam exeunte anno Guillelmum Aurasia principem de malis ingentibus, quæ Aurasia ab Hugonottis adversus rem Catholicam patrabantur, episcopum et clerum ex ea urbe depulsos, eversa altaria, Ecclesiasticas opes occupatas, magistratus illius urbis hæresi infectos, in eam veluti in alteram Genevanæ confluere desertores fidei, atque ex ea latronum excusiones fieri; ac ni tantis malis mederetur ipse, justitiam a se adversus impios latrones districtum iri, et quæcumque posset, bellica auxilia in eos conflaturum<sup>4</sup>:

« Dilecto filio nobili viro Guillelmo principi Auriacensi.

<sup>1</sup> Ms. card. Pii I. viii. Belc. I. xxx. num. 23. — <sup>2</sup> Act. Consist. Ms. card. Spad. sig. n. 134. p. 36. — <sup>3</sup> Ann. Eccl. an. 1563. I. i. Gui Chr. in Vr. Aquen. — <sup>4</sup> Pius IV. to. ii. brev. sig. 2897. Ep. 413.

« Nondum responsum a te acceperamus ad eas litteras, quas ad te de mense Octobri misimus, per quas le paterno amore hortabamur et monebamus, ut quoniam Santalbanum quemdam præfectum urbi tuae ditionis Auraicæ a te impositum constabat hæreticum esse, et hæretorum duem atque fautorem, hæreticisque undecumque eo confluentibus urbem illam tuam, tamquam asylum quoddam hostium Ecclesiæ, et velut alteram Genesam patefecisse, non sine gravissima Catholieorum omnium offensione et scandalo, maxima nominis tui labefactatione, et salutis æterne periculo, hominem tam impium ab ejus urbis regimine sine mora removebimus, aliosque hæreticos externos, qui tum magnam partem comitatus nostri Venaysini Auraicæ finitiimi occupatum tenebant, et gravissimis calamitatibus populos ditionis Ecclesiæ afficere non desistebant, nobiscum una expellendos curares. Nondum scimus, idque non parum miramur, et quid te paterna illa hortatio nostra tantum, quantum confidebamus, moverit, et quid cogitares, ut consuleres famæ atque existimationis tuae.

« Etsi autem nos, favente Deo, postea recepimus oppida et loca omnia comitatus nostri Venaysini, expulsa inde illa hæretorum et factinorosorum hominum manu, tamen, quoad prefectus ille Auraicæ, et id receptaculum hæreticis patebit, nihil tantis somptibus et laboribus profectum esse intelligimus, nec civitatem nostram Avenionensem, tam Auraicæ propinquam, et comitatum Venaysinum tutâ fore, et a contagione illius pestis, et a latrociniis hominum egentium ac perditorum. Quocirca iterum nobilitatem tuam hortandom, monendam et rogandam duximus, ut quæ adhuc ibi acta sunt indigna pristina existimatione tua, et aliena ab officio Catholici viri, qualis nobis et ab omnibus aliis semper es habitus, sine mora et cunctatione illa corrigas et emendes. Cogita, quæsumus, fili, et diligenter tecum ipse considera et attende, quam indignum sit dominari in urbe illa tua tam manifestum hæreticum, et tam acrem Catholice religionis atque Ecclesiæ hostem, consilium totum, ejusque advocatum, et procuratorem, et omnes fere alios officiales ac magistratus ejus urbis hæreticos esse, non jam justitiae ministros, sed hæreticæ pravitatis magistros et personarum simplicium corruptores, et recipi ibi, quotquot ex comitatu Venaysino et aliis ex locis eo confluant, hæreticos; fugatum esse inde, aut certe metu abesse episcopum, et alios Ecclesiasticos, ac religiosos atque omnes fere Catholicos, sublata esse divina in Ecclesiis officia, oculsum atque interdictum Catholicis concionatoribus aditum, hæretorum ministros, ut vocantur, in urbe, et castellis, ac locis ei civitati subjectis publice perniciosa pestifera sua dogmata profiteri ac

prædicare, monasteriorum et Ecclesiarum redditus hæreticorum arbitratu, et quidem sicut accepimus, id quod dolenter referimus, permisso tuo dividi ac dispensari, nempe in Dei et sanctæ religionis hostium subsidia et alimenta converti. Hæc, dilecte fili, quam hæc Deo invisa ! Quam calamitosa illi civitati tuae, quam acerba Catholicis omnibus sunt ! Quam turpem notam nominis tuo inurnant ! Ileu ! quam gravem in te Dei iram excitatatura sum, nisi ea festina veris corrigere, sicut te et genere tuo dignum est ! Noli, quæsumus, abuti diutius patientia et longanimitate Dei : cave ipsius iram tibi thezaurizes : terribilis est et auferens spiritum principum : noli præbere aures malis pravissimæ suasoribus, audi nos, qui non tua, sed te diligimus, qui existimationi, qui saluti tuae consultum cupimus ». Et infra : « Sin autem tu tuo officio, quod absit, fungi neglexeris, ac nos fungemur nostro, et ea consilia inibimus, quibus tantam pestem, antequam vehementius corroboretur, inde ejiciamus, et immenissimis oppidis atque hominibus ditionis Ecclesiasticae periculum depellamus, ad quod si vires nostræ et sanctæ Romanae Ecclesie non sufficient, ad omnia auxilia et remedia descendemus, quod si evenierit ea, que fortasse non putas, non nobis id, sed tibi, qui paterna nostra monta neglexeris, tribuere et imputare debebis, etc. xxx Decembribus MDLXII, anno IV ».

Non gessit morem<sup>1</sup> paternis monitis Guillelmus princeps, sed omnes opes suas ad eam arcem firmissimis propugnaculis muniendam prodegit, quæ post varia bella ex ea urbe in Venaysino comitatu gesta, vertente saeculo ob præsidiariorū procaciam a cardinale Julio Mazarino Gallicis succincto copiis improviso impetu capta atque eversa est, atque hæretici, qui in ea diu imperitarunt, sub jugum missi. Sed longius aberrantem orationem ad Tridentini Concilii historiam revocemus.

136. *Offeruntur Concilio litteræ observantissimæ ducis Senarum et Margaritæ Austriæ.* — Narrat Astulphus Servantius vigesima prima Juli Tridenti ingressum esse Hieronymum Gaddum episcopum Cortonensem Cosmi ducis Florentiae ac Senarum oratorem, cum Strozzius Marchio fuisset a duce revocatus, illumque in Congregatione generali vigesima quarta Juli habitu comparuisse, nullaque habita oratione litteras ducis legatis obtulisse; quæ vero in ea Congregatione gesta sint, his verbis describit, queis consentientia habet Angelus Massarellus<sup>1</sup>: « Die Sabbathi », subdunt Acta, « xxiv mensis Juli dicti anni MDLXII, hora x, habita est prima congregatio generalis post Sessionem septimam sacri Concilii Tridentini sub Pio IV

Pontifice Maximo : in qua primum R. D. Hieronymus Gaddius episcopus Cortonensis orator illustrissimi domini Cosmi Medicis Florentiae et Senarum ducus, exhibuit illustrissimis DD. præsidentibus et legalis mandatum ipsius ducis ; quod alta voce lectum fuit. Ipse orator orationem non habuit, neque responsum ullum ei datum fuit ; sed tantum admittitur, cum subintret in eadem legatione primi oratoris D. Joannis Strozzi, qui ab ipso duce revocatus fuerat.

« Deinde Patres cœperunt dicere sententias super canonibus de sacramento Matrimonii, in qua etiam congregatione illustrissimi domini oratores Christianissimi regis exhibuerunt sanctæ Synodo petitionem quandam circa matrimonia clandestina.

« Cedula exhibita ab oratoribus regis Christianissimi, lecta in congregatione xxiv Julii MDLXII.

« Hoc etiam petit rex Christianissimus, ut antiquissima nuptiarum solemnia hoc tempore restituuntur, palamque et publice in Ecclesia matrimonia celebrentur ; quæ si aliquando propter magnam causam fieri posse videantur, non prius tamen legitima esse censeantur, quam si huic sacro mysterio praefuerit parochus, vel presbyter, tresque aut plures testes presentes. Filiorum autem et filiarum-familias matrimonia sine parentum consensu nullo modo justa et legitima sint, nisi placeat sanctissimæ Synodo quorundam Patrum morositati et nimia in collocandis liberis negligentia occurrendo tempus aliquod prescriberet, quo tantum transacto, liberum sit filiis et filiabus sine patris consensu matrimonium contrahere ».

Primum postulatum Synodus admisit ac sancvit lege, posterius ob alia graviora incommoda rejecit. Exhibitate quoque fuerunt litteræ<sup>1</sup> Margarite Austriae Parmæ et Placentiae ducissæ, que pro Philippo rege Belgium moderabatur, magnam præ se ferentes erga Apostolicam Sedem et Sanctam ipsam Synodum observantium, que lecta pariter fuerunt.

137. *In Concilio expenditur duorum præsulum, Toletani videlicet et Aquileiensis doctrina, in qua nihil a fide alienum reprehenditur.* — Per idem tempus duorum clarissimarum Ecclesiarum præsulum in Concilio a Patribus agitata fuerat causa, Joannis videlicet Grimani patritii Veneti, Aquileiensis Ecclesiae patriarchæ, ac Bartholomei Caranzae archiepiscopi Toletani. Hic ob quasdam opiniones et catechismum suspectæ doctrinæ Hispano idiomate impressum ad sacrum inquisitorem delatus in vinculis jam diu tenebatur. Consultabant itaque<sup>2</sup>, an hujus Catechismus in Indice librorum prohibitorum configendus esset ? Traditur præterea exami-

<sup>1</sup> Angel. Mass. in Actis congreg. gener. Ms. arch. Vat. sig. num. 3112. p. 353.

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3194, p. 10, et in alio sig. num. 3192, p. 402. Angel. Mass. Ms. arch. Vat. sig. 3192, p. 301. — <sup>2</sup> Ext. Ep. card. leg. Borr. xxix Juli. In Act. Conc. Trid.

nandus archiepiscopo Pragensi, ac simul aliquot theologiae doctoribus, qui accurate illum perlegentes, nihil a recta fide alienum contineere asseruerunt. Recitata sententia, vehementer excanduit Hispaniarum regis orator, atque Ilerdensis episcopus in eos, qui temere illum approbaverant xxix Julii acerbe declamavit. Quia ipsa die delegatum quoque negotium in causa patriarchae Aquileiensis scribit Astulphus Servantius. Jam olim sub annum MDLVII, incommoda quædam super doctrina ipsius percreberat suspicio, quam etiam canonica, ut aiunt, purgatione diluerat. Sed suppressa diu, atque purgata suspicio extulit denuo sese, cum Venetiis Roman ad quæsidores fidei litteræ deferuntur, quibus patriarcham incusant, quod concionatorem identidem non sana super prædestinatione dogmata spargentem e pulpito, ideoque a patriarchali vicario prohibitum in civitate Utini, quæ patriarcharum modo, excisa Aquileia, sedes est, ac Fori-Julii metropolis, concionari, consueto prædicationis officio restitui mandasset. Re diu Rome agitata, cum a Patribus Concilii patriarcha audiri postulasset, nec Pontifex, senatus Veneto enixe deprecante, abnusset<sup>1</sup>, decreti sunt pro causa investiganda tres supra viginti præsules ex omnibus pñne nationibus, qui Concilio aderant, theologie scientia imbuti, ac postea duo etiam cardinales, Lotharingus nempe ac Madritius, qui in patriarchæ scripta ac doctrinam inquirentes die xiii Augusti, quæ dies ex legatorum placito, posthabita consueta congregatione, huic consultationi data est, dictis ferme sine variatione sententiis pronuntiarunt, nihil a recta fide alienum in patriarchæ scriptis aut in ejus litteris inveniri, quin eadem in scriptis SS. Augustini, Prosperi, Bernardi, Thomæ, aliorumque doctorum lectitari; tantum ne litteræ ipsæ et apologia, quam in sui defensionem texuerat, publicarentur, quod quædam in ipsis essent intellectu difficultia, et ad illaqueandas simplicium animas; que parum doctrinæ habent, apposita, cum minus quam par esset exacte tractarentur. Itaque die tertia Septembbris, coacto cœtu, sententia recitat, qua patriarcham innoxium, ejusque litteras ab omni hæretica labe intactas, hoc, qui sequitur, Diplomaticæ<sup>2</sup> pronuntiarunt:

« Visis litteris prædictis supradicti reverendissimi domini Joannis Grimani patriarchæ Aquileiensis scriptis die anni MDLVII vicario suo Utini tunc commoranti, in quibus nonnulla continentur de prædestinatione, et presencia, ac libero arbitrio, que ab aliquibus hæretica, vel de hæresi suspecta, vel scandalosa asserta fuerunt: visa etiam Apologia, sive declaratione prædicti reverendissimi patriarchæ ad dictas

litteras facta, habito per nos et quemlibet nostrum super prædictis privato colloquio cum pluribus theologis nostrarum et aliarum nationum, collatis et servatis ad hoc sacris Scripturis et dictis sanctorum Patrum: facta etiam inter nos Congregatione, in qua mutuo super predictis collocuti sumus», et infra: « Pronuntiamus litteras præfatas præfati reverendissimi domini Joannis Grimani patriarchæ Aquileiensis cum Apologia junctas, non esse hæreticas, seu de hæresi suspectas, neque sic declaratas esse scandalosas; non tamen divulgandas propter nonnulla difficilia minus exacte in eis tractata et explicata, etc. » Nunc alia, que in Concilio acta sunt percurramus.

438. *Illus a politicis Ferdinandus postulatus calicis et abrogationem cœlibatus Ecclesiastici.* — Exente Julio Ferdinandus electus imperator cum dudum in postulando calicis usu pro regnorum suorum ac principatu clientibus, neconon de solvenda cœlibatus lege in suscipiendo sacerdotio, Hispanos in Concilio sibi acerrime restitisse advertisset<sup>1</sup> eosque Concilii prorogationem exambire, Pontificem e contra Italos et Gallis deprecantibus Concilio finem imponi, cardinali Joanni Morono primo Concilii præsidi significavit, se conjicere prorsus nequire quam potissimum ob causam Philippus rex extrahi Concilium affectaret, obsistere que ne ea quæ juris erant positivi laxarentur, se quidem agnoscere ex diuturna Concilii prorogatione Pontificem gravari sumptibus, et Ecclesias ob diuturnam præsumul absentiam damno affici, ac propterea censere, media incedendum via, nec præcipiti celeritate claudendum Concilium, non diremptis controversiis, ob quas fuerat coactum, ne gravius inde offendiculumemergeret: circa vero ea quæ de administratione Ecclesiastica in meliorem formam redigenda constituta fuerant, ut ea, quæ ad omnes provincias pertinebant, decernerentur, alia vero, quæ ad singularem quampiam provinciam spectarent, Pontifici statuenda relinquerentur, se optime sperare Pontificem muneri suo non defuturum, legatosque rogavit, ut qua pro imperio Cæsareisque provinciis conducerent, promoverent: nec propterea sui esse animi aliqua in re, vel Hispaniarum, vel altius regnis damnum ullum afferre, dum suorum provehit utilitatem, viderique sibi pro imperio et regnorum suorum pace conservanda opportunum, ut calicis usus permitteretur, et juris positivi, id est, sacerdotalis continentia, et quadragesimalium jejuniorum acerbitas leniretur, atque in optimam spem adduei, tum Concilii Patres, tum Pontificem pro fovendis Catholicorum in Germania reliquiis necessitatibus infelicissimorum temporum clementer indultueros<sup>2</sup>:

<sup>1</sup> Ms. Vallie, lib. II. Pall. l. xxii. c. 3 et 23. c. 1. — <sup>2</sup> To. XII. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3199. p. 55.

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3216. p. 27. — <sup>2</sup> Id. ib.

139. « Ferdinandus, divina favente clementia, electus Romanorum imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclovoniæ, etc. rex.

« Reverendissimo in Christo patri domino Joanni sancte Romanae Ecclesie episcopo Praenestino cardinali Morono, et ad sacrum Concilium legato.

« Nos, si serenissimus nepos noster rex Catholicus hoc est animo, ut Concilium in longum protrahat, ut dicitur, non possumus conjectura assequi, quibus rationibus inducatur, quod velit Concilium tamdiu extrahi, neque tamen quidquam in iis, quæ sunt juris positivi, remitti. Nobis quidem tanta mera et cunctatio minime probatur, qua nimurum animadvertisimus, universum Christianum orbem maximopere offendit. Ideoque in ea semper perstitimus sententia, atque adhuc persistimus, quod non solum fuissest commodum, tam Sanctissimo domino nostro propter magnitudinem sumptuum, quos Sanctitas ejus impedit gravissimos, quam Patribus et episcopis, qui et ipsi cum magno suo incommodo isti tamdiu haerere coguntur, verum etiam Ecclesiis eorum, quæ diutius quam fortasse necessitas requirit, debito pastorum gubernio et solatio destituantur, si negotia ista Concilii rite quidem et ordine suo, attamen expedite perfractata fuissent.

« Sed quod ex altera parte Sanctissimus dominus noster, cum Italis et Gallis episcopis id vult, ut Concilium quam citissime absolvatur, nobis id sane non displicet, dummodo non præcipitanter, sed debito modo et ordine ad finem deducatur, ne scilicet quidquam eorum in dubio relinquatur, aut prorsus postponatur, quod sit ad discutiendum, explicandum et definitendum; adeoque nisi rebus omnibus, propter quas Synodus congregata est confectis, finiatur aut dimittatur; quia si ex abrupto, nec omnibus negotiis expeditis dissolveretur, magnum certe scandalum ea res toti orbi Christiano exhibitura, majorique defectioni ansam et materiam subministratura esset, satiusque foret Concilium ipsum nunquam cæptum fuisse; præsertim cum non appareat aliqua præcipitationis necessitas.

« Quod autem paucis interjectis diebus a proxime celebrata Sessione instituenda sit reformatio, sed lamen talis, ut ea tantum complectatur, quæ generatim sine ullo discriminé ad omnes provincias pertinent, in hac re, quoniam nuper ex sermonibus cum paternitate vestra reverendissima OEniponti habitis, firmam spem concepimus, quidquid hactenus ad hoc reformatio negotium, vel in hoc ipso vel in proximo præcedenti Concilio Tridentino determinatum non fuerit, id a Sanctissimo domino nostro eo directum iri, ut quam citissime determinetur, nunc equidem plane confidimus San-

ctitatem suam in hoc ipsum invigilaturam quam diligentissime. Et sunt profecto ea, quæ hactenus pro parte nostra desiderata fuerunt, ejus omnino generis, ut non tam sacrum imperium, regnaque et provincias nostras hereditarias, quam potius majorem orbis Christiani partem concernere videantur. Quapropter postquam viderimus, quid Sanctissimus dominus noster ulterius in reformatio negotio proponi voluerit, ac deinceps nobiscum ipsi perpendemus, an et quid, necessitate nostra ita exigente, addendum sit, non dubitamus, quin tunc paternitas vestra reverendissime et collegarum suorum opera et auctoritate futurum sit, ut reliqua etiam absolvantur, idque ut paternitas vestra reverendissima curæ habere velit, benevolè ac majorem in modum petimus; ita namque reverendissima paternitas vestra cum iisdem reverendissimis suis collegis præparatura est longe faciliorem viam ad consequendum optatum hujus Concilii exitum, quem tanto studio expetere videntur». Et infra: « Per ea, quæ postulamus pro sacro Romano imperio, ac regnis et dominiis nostris, non intendimus, vel Hispaniæ, vel aliis regnis præjudicare; ita etiam par est prelatos Hispanos nihil impedimenti injicere iis rationibus, quibus videtur aliis regnis consuli posse. Decet enim Concilium generale non ad unam dumtaxat nationem respiceri, sed omnibus in commune et cuique in specie opitulari ». Nonnullisque interjectis: « Paternitatem vestram reverendissimam latere nolumus, quod jam versemur in deliberatione et consultatione eorum, quæ nobis deinceps pro utilitate et necessitate sacri Romani imperii, ac regnum et provinciarum nostrarum, ratione calicis et aliorum omnium quæ juris sunt positivi, agenda fore videhuntur ». Et mox:

« Quod si quid nobis posthac in Concilio, vel a summo Pontifice petendum erit, omnino persuasum habemus, cum nihil queramus eorum alteri, quam pio et optimo zelo, non nostri privati commodi causa, sed propter salutem fidelium nostrorum, et sacri imperii subditorum, quos Deus nobis curæ esse voluit, quod vel Pontifex Maximus, vel paternitas vestra reverendissima, et collegæ sui reverendissimi, ac reverendi et venerabiles Patres Concilii postulatorum nostrorum, condignam rationem sint habituri. Id autem judicabit tempus ipsum. Quod si tunc obtinebimus commodum et aptum hisce calamitosissimis temporibus, et ad conservandas saltem hasce reliquias religionis Catholicae utile responsum, id grato animo accipiemus, scientes id futurum hisce provinciis valde salutare: sin minus, aliud facere non poterimus, quin Deo rem committamus; attamen verendum est, ne in illum eventum populus, ubi animadverteret, talia sibi negari, quæ facile ac sine ullo scrupulo putat sibi concedi posse,

ultra et sine licentia, vel summi Pontificis, vel Concilii illa sibi vendicet: quod an futurum sit ex usu sanctae Romanae Ecclesie et reipublicae Christianae, id nos palernitati vestra reverendissime expendendum relinquimus, etc. Dat. in civitate nostra Vienna, die ultima Julii, anno Domini MDLXIII, regnum nostrorum Romani XXXII, aliorum vero XXXVIII<sup>1</sup>.

140. Illusus erat Ferdinandus Cesar politorum quorundam præstigiis, quæ etiam antea Carolo V offusæ fuerant, singentium ac suadentium Catholicae religionis reliquias in Germania conservandas, si calicis usus permitteretur laicis, et cælibatus ac jejunii Quadragesimalis acerbitas tolleretur, cum tot populi jejuniorum odio et cupidine calicis, tanta sacerdotum et monachorum turba conjugalium deliciarum furiati amore percita ad Lutheranam heresim defecissent; at pietas Christiana, injecto, non laxato cupiditatibus fræno, continetur, nullaque re citius extinguedenda erat Catholica religio, quam petitis iis permisisse, cum indigna cogitatio populos subitura foret, Lutheranos veritatem ac sapientiae apicem attigisse, constaretque eos, qui calicis cupidine stulta defecerant a fide Catholica, Eucharistia se privasse, dum vel ab iis, qui sacerdotio non erant initiati, eam acceptare, vel Christi in ea præsentiam negarent: nec leges ab Ecclesia Christi sponsa, ejusque spiritu et instinctu tot sæculis observata sanctissime ob inanum hominum umbratileni opinionem couvellendæ erant; quare Ferdinandi preces circa cœlibatum et jejunia non auditæ, circa calicis vero usum a Pio IV admissas visuri sumus, a Pio vero V indulgentiam illam, ut exitiali, experientia ipsa comprobata, recessam, suo loco dicetur.

141. Comes e Luna Concilium turbat. — Quod porro in Cæsareis litteris scriptum est esse a Philippo Hispanie rege dilationem Concilio quæsitam, dederat suspicandi occasionem Claudius comes e Luna Hispanus orator<sup>2</sup>, qui Concilii turbas non parum auxit, cum munera limites egressus plura ad eum non spectantia molirentur; nam cum ipso Concilii exordio data esset Protestantibus summa libertas publica syrapha communia, ut accederent ad Concilium, iisque in pervicacia obdurnissent, nec accedere ad Concilium dignati essent, quod in eo dominari non possent, comes e Luna item movit de iis accederendis ad Concilium, et colloquitis cum iis agitandis, quæ Concilium in longiora tempora absque aliqua utilitatis spe erant prorogatura: quo auditio Ludovicus Avila Philippi regis Hispaniarum apud Pontificem orator cum monuit, ne fructum, qui e Concilio decerpens sperabatur, corrumperet, nec propone-

ret aliqua, quæ prolixas dilationes et moras traherent, inde enim tot horrentes spinas progerminaturas, quæ flavescentem jam segetem essent præfocaturæ. Hæc esse regis Catholici sanctissima mandata atque imperia, ne ejus oratores ullis actionibus atque congressibus cum hæreticis se implicent: jam satis superque exploratum, nullum cum hæreticis mille dolis instrutis perlinacissimisque colloquium e sententia successurum, ne ergo neclere Concilio moras affectet, regem enim Hispaniarum, ut nolit Concilii actiones præcipiti impetu confici, ita nec differri. Ad infringenda haec comitis molimina Pontifex Alexander Cribellio Apost. in aula Philippi regis intermunitio mandavit, ut apud eum querelas de Claudio deferret<sup>3</sup>, qui sine mandato regio instabat Tridenti, ut iterum Protestantes ad Conc. vocarentur, ex quo res Concilii in longos flexus temporumque intervalla protrahentur, quod cum Alexander intermunitius præstisset, respondit Philippus nulla haec abs se de Protestantibus urgendis data jussa; potius nitide dixisse<sup>2</sup>, haec ad se non spectare, sed ad Ferdinandum Cæsarem. Querenti etiam, quod idem comes congregations nationales moliretur, subjecit rex, nolle se quidquam innovari. Insuper cum expositum esset regi, adduci a comite e Luna propositiones de electione Pontificum a communi ordine ac more abhorrentes, necnon motam ab eo controversiam, quo jure a Pontifice sacerdotia conferantur, subdidit rex, se nunquam talia cogitasse, de quibus singulis extant Cribellii intermuniti ab Pontifice litteræ; qua etiam firmiores redditæ sunt testimonio Pauli Odescalchi extraordinarii Apostolicæ Sedis intermuniti ab ipso Pontifice in Hispaniam directi; Pontifex ergo, ut comitem ad officium revocaret, subjectam Epistolam<sup>3</sup> transmisit:

142. «Dilecto filio nobili viro Claudio comiti e Luna.

« Dilecte fili, nobilis vir, salutem, etc.

« Nemini omnino concedimus, ut is majore studio, quam nos, aut cupierit, aut operam deridet, ut Concilium ea via progrederiatur, quia ad propositum et optatum finem perveniat, nempe divini honoris et communis utilitatis Ecclesie: quæ quidem in eo posita sunt, si et Catholiconrum dogmatum veritas, confutatis hæresibus, stabilitur, et ea quæ in moribus corrigenda sunt recte et ut convenient emendentur. Ad has autem res persicendas, cum maxime esse necessarium constet, consensionem atque concordiam sacrae Synodi, dolendum est factum esse paucorum culpa, ut tamdiu prelati inter se disenserint tanto Ecclesiæ detrimento, et tam gravi offensione bonorum omnium. Hanc autem piam

<sup>1</sup> Ext. ejus lt. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3216, post Ep. xxxv, xxviii July MDLXIII.

<sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. n. 3217, Ep. cl. — <sup>3</sup> Pius IV. lt. Ms. arch. Vat. lo. 1. Ep. xc.

mentem et voluntatem nostram, quod ad reformationem morum altinæ, omnibus adeo notam esse scimus, ut quisquis eam parum sibi perspectam esse ostendat, is non graviorem nobis, quam sibi et judicio suo injuriam facial; qua-propter non est, quod nos ad ipsam reformatio-nem faciendam adhorteris, cuius summo studio et cupiditate tenemur. In eo potius nos adjuvare debes, ut reperatur ralio, qua ipsa reformatio quamprimum perfici possit, cum tanta sint et tam manifesta pericula, in quibus, ut ipse quo-que scribis, Christiana res publica versatur, ut non remedio solum, sed etiam celeritate opus sit.

“ Quid autem aliud est novas quotidie res proponere, quibus Concilium profrahatur, quam effectum ipsius reformationis impedire? Qui hoc agit, certe is nobis videtur reformationem fieri nolle. Non solum autem non consulitur communii utilitatii, sed ne serenissimi quidem regis tui cujus aliam mentem esse scimus.

“ Haque facere non possumus, quia doleamus cogitationem istam tibi pravo quorundam consilio injectam esse: qua quidem ut desistas, et cum sacra Synodi prelatis de eo consentias, quod populo Christiano magis expedire putalar, te in Domino adhortamur: quod nisi feceris, id quod absit, malorum omnium, quæ lam necessarii remedii tarditas Christianæ Rei-publicæ invectura est (ea autem pœna innume-rabilia sunt) in te merito poterit culpa conferri. Cum Galliæ episcopi Concilium quam celeritatem peragi cupiant, quippe quorum domestica mala hoc potissimum remedio indigent, et quorum causa ipsum Concilium maxime congregatum fuit; cum charissimus in Christo filius Romanorum imperator electus et ceteri Christiani principes idem optent, propterea quod intelligent, quanto per necessarium sit curare, ne pernicio-sa hæresum semina, per omnes fere Christiani nominis provincias diffusa, altius radices agant, vide ne maximam infamiam subeas, si existimatum hoc de te fuerit, displicere tibi eas Christianæ reipublicæ partes, quæ hoc morbo laborant sanari; cum præsertim Galli testificati fuerint, actum esse de populis suis, nisi remedium celeriter adhibeat. De invitandis ad Concilium de integro principibus et civitatis imperiis, quod nos hortaris, non videimus id fructum aliquem afferre posse; cum nos frus-trata eos jam per litteras et nuntios invitaverimus; et quidem contra voluntatem regis Catholici. Quo officio non contenti postea etiam per nuntium nostrum et postremo per venerabilem fratrem nostrum Joannem episcopum Prænesti-niæ cardinalem Moronum legatum de ea re cum ipso imperatore egimus, sicut expedire censuimus etc. Datum Romæ die IV Aug. MDLXIII, anno IV.

143. *Veneti oratores Græcos invitari pos-cunt.* — Eodem Augusti mense Veneti oratores,

porrecto libello supplici, postulaverunt ut et ipsi Graeci ad Concilium evocarentur, sed nec cum ipsis officium hoc Christianæ charitatis prætermissem, archiepiscopus Pragensis ostendit, exhibitæque sunt a Patribus litteræ, quibus Orientales pene omnes ad Synodus vocabantur: nec cardinalem Warmieum latebat, ipsum Moscoviaæ ducem fuisse invitatum, idemque pariter de patriarchis Constantinopolitano et Alexandrino, de Armeis et Æthiopibus palam apud omnes factum esse liquebat.

144. *Approbantur a Patribus litteræ Margaritæ Austriacæ.* — Jamque frustra cunctis hisce ad Concilium vocatis, antequam idem dilabetur mensis, accessere ad synodum Belgæ ternis missis spectabilibus episcopis, totidemque theologis doctrinæ fama florentissimis. Fuere inter praesules Franciscus Riccardottus Atrebaten-sis, Antonius Havezzus ex Ord. Prædicatorum Na-murensis, et Martinus Rythonius Ypresiensis antistites. Ex theologis autem fuere Michael Baius, de quo jam satis alibi superius diximus, Joannes Hassel, et Cornelius Jansenius, cuius laus, multis sacra Scriptura libris explanan-dis, ac præsertim in Evangelicis Commentariis summa est, qui Gandavensis postea fuit episcopus. Hos omnes Philippus Hispaniarum rex ad Concilium immiserat, suisque litteris ad Patres in Synodo congregatos directis Margarita Austrica, quæ per id tempus Belgiūm fratris nomine moderabatur, illos abeunte est prose-cutæ :

“ Illustris. ac reverendiss. dominis S. R. E. cardinalibus S. D. N. Pii papæ IV legatis sacro-sanctæ OEcumenica Tridentine synodo præsidentibus, ceterisque Patribus in eadem congregatis dominis nostris gloriiosis.

“ Illustrissimi ac reverendissimi legati, præsides, ac Patres plurimum observandi. Cum intellexerimus ad sacrum Concilium OEcume-nicum a sanctissimo Pontifice Pio IV domino nostro observandissimo Tridenti indictum, undique Ecclesiarum ac variarum provinciarum praesules jam pridem convenisse, qui hoc tem-pore, tam perturbato, fluctuanti labentique religione Christianæ ac Catholicæ fidei suis consiliis opem ferant, nostro quoque muneri in-excitando episcoporum hujus inferioris Germanie nostro regimini a Catholico Hispaniarum rege commissio officio deesse tamdiu noluisse-mus, libenterque mature providissemus, ut ex hac regione ii, qui ibidem comparere tenentur, tempestive adfuissent, nisi quosdam ex iis etas ac valetudo adversa excusasset, nonnullis vero aliunde impedimenta fuissent objecta partim ob periculum, quod gregi suo ab sectariis im-minere conspiciebant; cum enim vicina his di-tionibus regna gravissimos motus ob religio-nem sustinerent, eorumque auctores omnes secum in eamdem ruinam trahere molirentur,

non parum quoque nos ipsæ sollicitæ fuimus, quomodo, vel hoc periculum illis ab Ecclesiis suis longius recedentibus divitari, vel rursus, si debita obedientia OEcumenicæ Synodo hac ex parte non exhibetur, vestræ expectationi satisfieri possit. Visum tamen tandem nobis fuit, aliquos hujus provinciæ episcopos ad id cum primis idoneos deligere, qui istue se conferrent, suoque et aliorum hujus provinciæ præsulam nomine sacrosancto Concilio assisterent. Et cum inter cæteras preclaras animi dotes cum primis excellentes sac. theologie doctores existant, eis adjungere duximus tres alios ejusdem sacræ paginæ professores ex Universitate Lovaniensi, quo, quod episcoporum numero decesset, theologorum opera, si quis eorum usus paternitatis vestris forsitan in discutiendis controversis dogmatibus incideret, suppleri posset. Sunt autem Franciscus episcopus Atrebatenensis, Martinus episcopus Yprensis, Antonius episcopus Namurensis, Cornelius Jansenius decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Jacobi Lovaniensis, Michael le Bay, et Joannes Hassel a Lovanio, viri non minus ob vitæ integritatem quam doctrinam venerandi, quos illustrissimæ ac reverendissimæ paternitatis vestrae dignabuntur, tam ob eorum meritum, quam in regiæ Catholice majestatis ac nostram gratiam benigne suscipere, et vestro favore complecti, orantes Omnipotentem Deum, ut illis gratiam suam largiatur, quo vestræ expectationi satisficiant, eaque in communī consulant, quæ nominis sui honorem augere, sacrosanctam fidem constabilire, et populum Christianum ac Ecclesiam Catholican ab intestinis dissidiis ad concordiam reducere queant, ad quod utri non dubitamus omnium vota tendere, ita idem Deus propitius ea favore suo prosequi atque adjuvare, vestrasque illustrissimas ac reverendissimas paternitates incolunes conservare, et sanctæ huic Synodo gloriosum finem imponere dignetur, suppliciter ejus clementiam ac misericordiam deprecamur. Datum Bruxellæ xii Maii anni Dom. MDLXIII.

« Eisdem illustrissimis ac reverendissimis Patribus deditissima Margarita Dei gratia Parma et Placentiæ ducissa, pro Catholica Majestate inferiori Germaniæ regens et gubernatrix generalis ».

145. His a Patribus acceptis paratum est responsum, ac xxiii Augusti habita est generalis congregatio, in qua approbata est formula litterarum ad Margaritam Austriacam, Belgii moderatricem, redditarum subjectis concepta verbis<sup>1</sup>:

« Illustrissimæ et excellentissimæ dominæ Margaritæ, pro Catholica majestate inferiorem Germaniam regenti et gubernatrici generali.

<sup>1</sup> Tom. x. de Conc. Ms. arch. Val. sign. num. 3197. p. 49. Ext. in Act. Conc. Trid. scriptis per Astulph. Serv. Ms. Fr. card. Barb. sig. num. 1109. p. 139.

« Illustrissima et excellentissima domina. Perquam grata nobis et huic sanctæ Synodo pietatis et veræ religionis excellentiæ vestræ illa testificatio fuit, quam in litteris ejus mense Maio ad nos datis animadvertisimus. Gratus etiam trium episcoporum, totidemque Lovaniensium theologorum ad nos adventus, eoque gratior, quod gravi ipsis de omnium vitæ integritate atque doctrina testimonio, aliisque præterea nominibus commendati illi venerunt, quamobrem eos libenter vidimus, libertius etiam propter cognitam jam nobis insignem erudititudinem ac pietatem eorum consilio in communī causa et utimur, et utemur. Cæterum quam attulit excusationem, cur et hos tamdiu mittere distulerit, et alias simul e provincia ista non movendos censuerit, eam ut justam admittimus et probamus, præsertim ex eo, quod nobis quoque ignotum non sit quanta gregibus Christi, absentibus pastoribus, hodie ubique pericula immincent, a quibus quidem tutiores esse in posterum valeant, dum nos hic juvante Domino sedulo laboramus. Interim est, ut in visceribus Christi excellentiam vestram hortemur, ut a solito suo more institutoque non descendens, haereticam labem a regionum istarum finibus assidue arcere non intermittat. Hoc nihil neque Deo acceptius, neque regiæ Catholice majestati sibi que gloriosius, neque denique provinciæ isti salutarius, ac nobis universæque Synodo gratius facere poterit. Dat. Tri-denti xxiii Augusti MDLXIII ».

146. Non Hispano more, sed secundum jus commune tribunalia inquisitionis Mediolani constituantur. — Actum hoc tempore<sup>1</sup> de Hispana inquisitionis Tribunalis Mediolani constituendo; verum licet præsules Itali elidi omnem haereseos conatum percepissent, vim tamen Hispanam suspectam habuere, ac quamvis administri Hispani dicherent, ea tribunalia Pontificio tribunali obnoxia fore, tamen communis fuit sententia Hispanam inquisitionem Pontificis imperii parum obsequi, cardinalesque legati de his a cardinale Borromæo responsum accipere, censuram fidei constituendam Mediolani secundum jus commune, ne damno ordinarii antistitis vertatur, nec ab Hispanæ, sed Pontificie inquisitionis tribunali; ex quo præsules Itali magno morore soluti preces addidere, ne Hispani administri illi inimiserentur, adeo illi severitatem Hispanam suæque auctoritatis eversionem verebantur: de quibus legati nona Septembbris scripsere; qua etiam die significarunt, auctoritatem Pontificis Diplomatica collatam de absolvendis ac reconciliandis Ecclesiæ haereticis Polonis atque aliis Septentrionalibus, terminis angustioribus circumscriptam esse,

<sup>1</sup> Carol. Vicecom. in lit. ad card. Borr. card. leg. Ep. cxv. ad card. Borr. ix Sept. MDLXIII.

cum nonnulli ex Valle-Tellina atque Italia Tridentum accederent, ut contractis hærescos vinculis solverentur.

147. *Orator Equitum S. Joannis Hierosolymitani ad Concilium accedit, et de tardo adventu se excusat.* — Exceptus est septima Septembris in congregatione generali orator Joannis Valletæ principis Rhodiæ militiæ, cuius litteræ<sup>1</sup> subiectis conceptæ verbis perlectæ sunt :

« Reverendissimis ac illustrissimis dominis Patribus amplissimis legatis et praesidentibus, cardinalibus, et dominis archiepiscopis, episcopis, cæterisque in sacrosanta synodo Tridentina congregatis.

« Quod nostræ reipublicæ maxime necessarium, ac Ordini cœtuque nostro semper optatissimum fuit, ut hisce temporibus adeo turbulentis et calamitosis opportunum aliquod inveniretur remedium, quo tam frequens, dum et lethale malum, cui tot passim animæ obnoxiae existunt, sedari penitus ac tolli possit, id quoque, postquam vobis, amplissimi Patres, ob eam causam nuper Tridenti congregatis cum incredibili omnium nostrum lætitia accidisse rescivimus, supplicationibus statim decretis Deo Optimo Maximo ingentes egimus gratias. Universi etenim, cum sacrum ac generale Concilium, nonnisi ex optimis, doctissimis piissimisque viris, iisque longe solertia missimis conficitur, idque divini Spiritus virtute, non humano aliquo judicio gubernatur, certa fuiimus persuasione imbuti, vos quemadmodum solus ille Deus ad causam suam agendam hoc tempore advocavit, ita spem et expectationem tam præclare ornatus, ut quidquid a vobis constitutum emanarit, id non ipsi solum Deo gratissimum, sed reipublica Christianæ utilissimum, vobis vero ac dignitatib; vestræ per omnem annorum memoriam glorioissimum fore. Itaque, illustrissimi ac reverendissimi Patres, etsi cum de vestro frequenti comeatu multorum litteris ad nos allatum esset in re bellica administranda, cui die noctuque incumbimus, occupatissimi essemus, nullius tamen rei curam potiorem habuimus hac instituta legatione, quamprimum significandi, et de hac celebrerrima Synodo quantopere lætemur, et quam prompta pietate ac singulari studio rei Christianæ opitulandæ, cum manu, tum etiā consilio parati simus. Quamobrem nostros oratores et legatos publico omnium decreto ad vos misimus, huic maximo celebrissimo Concilio interventuros, quos ut in hac parte vobis non inutiles fore speramus, ita vos illis vicissim, cum de sanctissimis nostri Ordinis negotiis ad vos retulerint, benignos atque propitios esse futuros confidimus ; nam si quando alias, nunc

certe, sacrosanci proceres, ope ac patrocinio vestro indigemus, qui ad Europam contra Barbaros defendendam, dum nostra ad ipsum usque sanguinem universa effundimus, debitissimè subsidiis per suminam vim atque injuriam assidue spoliari. Verum quoniam de hisce rebus oratoribus ipsis, ut coram tractarent, negotium dedimus, quibus in omnibus fidem adhibere dignabimini, his litteris finem imponimus, Deum Optimum maximum prius obstantes, ut quæcumque per vos agenda erunt, ea vobis et Christianæ Reipublicæ prosperæ eveniant. Datum Meliteæ XVIII kal. Decemb. MDLXIII.

« Magister hospitalis Jerusalem, et concilium. Frater Mego locutus vicecancelarii ».

148. Subditur in codem Ms. mandatum principis Melitensis equitum, quod ab his verbis ducit exordium : « Frater Joannes Valleta Dei gratia sacrae domus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani magister humili, pauperumque Iesu Christi custos, et nos conventus ejusdem. Universi, etc. » Decretus vero est iis litteris orator, Fr. Martinus Royas de Porta-Bruna vicecancelarius, ut Concilio Tridentino interesset, ejusque sanctiones ad fidei Christianæ reipublicæ utilitatem promoveret. Consignatae vero sunt ea litteræ hac temporis nota : « Dat. Melite in conventu nostro die xxi mensis Julii MDLXIII. »

149. Porrectis iis litteris orator gravi oratione tarditatem adventus ad Synodum excusat, atque equestris ejus Ordinis indefessos labores pro tua re Christiana commendavit, cui nona Septembris hoc responsum<sup>1</sup> a Synodo redditum est :

« Illustris ac reverende orator. Quod illustrissimus et reverendissimus magnus vestri Ordinis magister ad hoc sacrum generale Concilium, ut optabat, ipse non veneri, tuque munus istud tuum non citius obieris, sancta Synodus excusationem quam attulisti ut justam accipit; nam cum non ignoret eximium vestrum erga sanctam Apostolicam Ecclesiam studium, cuius in magnis Christianæ reipublicæ periculis contra immanissimos nostri nominis hostes testimonia extant quamplurima, non dubitat, nisi pirata iter impedivissent, quin multo ante sacer strenuusque ille vester Ordo fuisset declaratus, quantum hunc sacrosanctum conventum probet, atque ejus progressus ex animo, ut Christianos decet, exoptet. Nunc te nobilissimi Ordinis oratorem et Ecclesiæ dilectum filium, quando milium Christi et acerrimorum veræ religionis propugnatorum piam et Christianam voluntatem testaris, hæc sancta Synodus excipit, atque de luculenta illa, quæ modo

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3252, p. 225. Acta Conc. script. per Astulph. Serv. Ms. Fr. card. Bar. sig. num. 1109, p. 176. Ext. lib. p. 146.

a te habita est, oratione totius illius Ordinis pie latem erga Deum universamque Christianam rempublicam agnoscit vehementerque diligit. Quæ vero de commendis et privilegiis vestris conservandis diligenter petiisti, in his sancta Synodus habebit, quatenus licebit propter charitatem, qua magnum magistrum sacre istius religionis atque illum Ordinem amplectitur, rationem dignitatis et commodorum vestrorum ».

150. *De Matrimonio clandestino maxima concertatio.* — Hoc dato responso institutum est tertium examen canonum spectantium ad sacramentum Matrimonii, de quibus suam sententiam deprompsere duo cardinales, tres patriarchæ et tres archiepiscopi. Exercuit diu Patres controversia de clandestino Matrimonio<sup>1</sup>, quod pars major rescindi volebat; pars altera usque ad sexaginta negabat jure rescindi posse, utrique autem scripsere gravissimis hinc inde allatis argumentis.

Pontifex vero a legatis consultus xv Octobris in hæc verba respondit<sup>2</sup>: « Controversiam de clandestinis cum inquisitoribus et theologis excussum, et conclusum est, quod possimus et debeamus ea rescindere, maxime respectu habito minoris ætatis, quæ nondum xxv annum excessit, quodque decretum in aliqua parte temperari possit ». Agerent itaque legati cum Madrui cardinali et aliis, ut pacato sint animo in ea controversia, vel eam ad Sedem Apostolicam referant, satus tamen futurum, ut ipsi eam dirimant.

151. Inter alia Patrum decreta de asserenda sacramento Matrimonii dignitate, illud contra novatores omnia prophanantes sanxerant, disgregato ab adulterium conjugio, innocentem ad alias nuptias transvolare non posse, cui decreto Venetii oratores intercessere porrecto xi Augusti subjecto libello supplici<sup>3</sup>, quod in Græcorum insulis, quarum ipsi tenebant imperium, contrarius mos inolevisset, eorumdemque Græcorum habendam rationem flagitarunt :

« Petition oratorum serenissimi dominii Venetiarum, etc. Lecta in generali congregatione die xi Augusti MDCXIII ».

« Neminem dubitare posse arbitramur, illustrissimi praesidentes, et Patres sanctissimi, serenissimam rempublicam nostram semper addictissimam fuisse sacrosancta Apostolicae Sedi, et illius auctoritate congregatis OEcumenicis Synodis : quin, et toto pectore amplexatam esse, ac omni devotione prosecutam, quæ inde emanarunt decreta, canones et sanctiones, utque semper promoveant Dei gloriam, animarum salutem, ac Christiani populi tranquillitatem et pacem. Verum cum aliqua sint in septimo

canone de Matrimonio, qui circumfertur, quæ nisi aliquo moderentur pacto, possent non modicum scandalum in Ecclesia Orientali, et præcipue nostris in regnis, et insulis Cretæ, Cypræ, Coreyræ, Zacinthi, Cephaloniæ et aliarum plurium excitare, non solum in præjudicium tranquillitatis publicæ, sed et Catholicae Ecclesiæ, visum est nobis paucis attingere, nostrumque justissimum desiderium explicare.

« Notum est Græcorum Ecclesiam, etsi aliqua ex parte a Romana dissentiat, non tamen adeo deploratam esse, ut non possimus de illa nobis melius polliceri, præsertim, cum in locis prædictis, aliisque ditione nostræ subjectis, licet suo ritu vivant, obdinet tamen præsulibus Ecclesiasticis a Sede Apostolica assumptis: quare non patitur ratio, nec foret nostri muneris, si pateremur illos tali anathemate gravari et inde occasionem accipere, ut tumultuari possent, ac penitus ab ipsa Sede Apostolica descicere. Exploratum quidem est, consueuisse Græcos fornicariam uxorem dimittere, et aliam ducere, sequendo, ut dicunt, antiquissimum ritum suorum Patrum, nec in aliquo OEcumenico Concilio fuerunt ob hoc condemnati, aut aliquo anathemate perculti, quamvis ritus ipse fuisset Romane et Catholicae Ecclesiae semper notissimus. Quare nostrarum partium esse cognoscimus petere, et instare omni et meliori modo quo possumus, a vobis, Sanctissimi Patres, ut verba illius canonis ita moderentur, ut Græcis præsertim sub anathemate non fiat præjudicium, quod et fieri posse non dubitamus, non solum sine jactura Catholicae Ecclesiæ, sed et forsitan cum plurimum doctorum veneratione. Posset itaque nostro iudicio fieri, ut sancta Synodus haberet intentum, et serenissimo domino nostro esset satisfactum, reformato canonem in hunc, qui sequitur, modum.

« Si quis dixerit sacrosanctam Romanam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam, quæ est aliorum omnium magistra, errasse vel errare, quando propter adulterium alterius conjugum docuit et docet Matrimonium non posse dissolvi, et utrumque conjugum, vel saltēm innocentem, qui causam adulterio non dederit, non dehere altero conjuge vivente aliud matrimonium contrahere, et mœchari eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, et eam, quæ dimisso adultero alteri nupserit, anathema sit.

« Quamobrem rogamus vos, sanctissimi Patres, ut dignentur amplissimæ dominationes vestræ, vel eo modo, quo diximus, vel meliori, prout videbitur, prudenterissimo iudicio suo hac in re morem gerere serenissimam rei publicæ nostræ, quæ semper obsequentissima extitit, et in posterum existet sacrosancta Apostolicae Sedi ».

152. Non admissa sunt Venetorum postu-

<sup>1</sup> Card. legati Ep. cxix ad card. Bor. et cxix. xv Sept. MDLXIII.

— <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3216. Ep. vi. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. 3197. p. 173.

lata (1), nec enim doctrina Christi fuis obscuranda erat; atque ob salutem animarum perspicuis verbis promulgatum est in canone juxta Evangelicam et Apostolicam doctrinam, innocentem conjugem ob alterius adulterium non posse novas nuptias contrahere, atque anathema contrarium dictu[m] intentatum, ut in sess. xxiv visuri sumus.

153. *Principes protrahunt suam reformatio[n]em.* — XI Septembri coacta est generalis Synodus, in qua discussa sunt viginti supra unum capita de reformatio[n]e<sup>1</sup>, de quibus cardinalis Moronus pres[ul]s Concilii, ita praeſatus est: « Cum jam expedita sit materia Sacramentorum, agendum est nunc de reformatio[n]e, que etsi quamplurimis displiceat, cum ea universalis sit et omnes tangat, tamen quacumque ratione non obstante de ea omnino tractandum est, nihil enim, quod magis a Christianis omnibus expectetur, et summis votis desideretur, nihilque magis praesentes Ecclesie calamitates expostulant, quare potissimum hac de causa Patres ex tam longinquis partibus in hunc locum evocati sunt: excusavitque, quare non propria fuerit ea reformatio[n], que tangit impedimenta, que proveniunt a principibus secularibus, cum eisdem impedimentis episcoporum residentia perturbatur. Non posse simul omnia uno et eodem tempore fieri, verum tam ipse, quam ejus ceteri ejus collegae promittunt eam infra triduum Patribus exhibere, ut una cum aliis in sequenti sessione decernatur. Nec Patres vereri debent, ut aliqui vereri videntur, suspensionem Concilii, admonuitque eos, ut ad proposita tantum respondere vellent, et statim dixerunt Lotharingius et Madritius cardinalis.

154. In hac sancienda disciplina Christianae emendationis norma<sup>2</sup> caput omnium difficultum tangebat principes, quod cum antea ad Cæsarem transmissum esset, atque ab aliis articulis segregatum, præfixo Cæsari decem dierum termino, quo labente sententiam suam depromeret, ea res ingrata adeo accidit præsumib[us], ut centum ex ipsis atque amplius seorsim congregati inter se convenerint, suffragia circa reformatio[n]em non laturi, nisi capitulum

<sup>1</sup> Ext. in Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv. Ms. Fr. card. Bar. sig. 1109, p. 142. — <sup>2</sup> Legati card. in lit. ad card. Borrom. XII Sept. Ep. CDXIX.

ad principes spectans pristino loco restituere[ur], de quibus cardinalis Borromeus XII Septembri<sup>3</sup> a cardinalibus legatis certior redditus est. Interca Cæsar questus est angustius temporis spatium sibi constitutum, ut caput reformatio[n]is principum consideraret; rem esse gravissimi momenti, qua reges ac principes tangent, decem tantum dies connumeratis iis, qui a cursoribus eundo redeundoque consumpti erant præstitutos, poposcitque, ut laxius ad rem perpendendam tempus sibi daretur, cum nollet promittere, que præstare non posset, neve inde mala nascerentur, unde bona sperabantur, nec deesse pro occupandis Patribus gravem aliam rerum molem: ad quas legati se excusarunt, rem sibi integrum non esse, jam enim præsulibus triginta sex reformatio[n]is capita, ut execute rentur tradita esse, nec id sponte, sed coacte egisse, cum præsules fixum et ratum haberent, suffragia non ferre circa reformatio[n]em, nisi caput de reformatio[n]e sæcularium confiniretur, posse vero legi litteras Cæsaris coram Patribus, ut ipsi decernant quid agendum sit. At oratores Cæsarei objecere confecta ea capitula, que principes perstringerent, inconsultis principibus, et ita eos non auditios damnari. Quæ omnia XV Septembri ad cardinalem Borromæum perscripta. Ut vero hæ lites circa reformatio[n]em principum magis exasperatae sint a Gallis oratoribus infra dicetur.

155. *Prorogatio sessionis octavæ.* — Decima quinta die Septembr. habita est congregatio generalis, in qua implorato de more Spiritus sancti præsidio cardinalis Moronus primus legatus sessionis extrahendæ causas exposuit his verbis<sup>4</sup>:

« Nos legati, quantum in nobis est, optamus sessionem fieri die crastina, sicuti statutum est, verum necessitas urget, ut omnino differatur ob multas rationes.

« Primo quia Patres super canonibus sacramenti Matrimonii adhuc concordare non potuerunt, sed valde inter se discordant, prout etiam discordes sunt circa canones reformatio[n]is abusum super ipso matrimonio.

« Secundo polliciti eramus tractare in hac

<sup>3</sup> Ep. CDXXII. — <sup>4</sup> Angel. Mass. in Act. Conc. Trid. post sess. VII. Ms. arch. Vat. sign. num. 3212. p. 193. et tom. x. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3196. p. 53. Astulph. Serv. in Act. Conc. Trid.

(1) Fallitur profecto annualista scribens Venetorum postulata a Patribus neglecta, nec penitus admissa fuisse. Scriptores enim historiæ Concilii Tridentini Pallavicinus et Soavius affirmant Patres illos decretum de divorcio ita primum dictasse, ut anathema damnarent illos qui per divorvum matrimonii vinculum solvi docerent. Reclamantibus ad hæc Venetis, obsequendum Patres rati, ita reformandum decretum illud censuerunt, ut anathema iis tantummodo diceretur, qui erroris insimularent Ecclesiam docentem « Matrimonii vinculum non posse dissolu... et innocentem qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjugi vivente aliud matrimonium contrahere etc. » Hæc canonis reformatio[n]is argumento esse posset Tridentini Patres nihil ea de re ut fide certum definendum sibi assumpsisse: quanquam et id pariter demonstrarunt se quidem totumque Ecclesiam in sententiam Graecis oppositam inclinare. Hinc non ignorantes theologi, quanquam in ea sunt sententia, ut manere conjugi vinculum etiam post divorvum tenent, ambigere se tamen profiterent utrum Tridentini Patres tanquam fidei dogma id definire voluerint. Vide Tournay in tract. de Sacra. Matrim. Hanc etiam sententiam nostram confirmat solemnis protestatio archiepiscopi Nicosiensis, qui, cum septimus canon in solemani Concilii sessione legeretur, hæc palam exposuit: *Peto etc. quæ verba in Annalibus hic num. 194 descripta sunt.*

eadem sessione de reformatione generali, quod quidem, ut appareat, in praesentiarum praestari non potest, quare necessarium visum est, imo coacti sumus apponere vobis dilationem sessio- nis usque post festum D. Martini, quæ dies nobis opportuna visa est, cum præter ea que diximus, multa adhuc praestanda supersunt ad dogmata pertinentia videlicet de Purgatorio, de Imaginibus, de Votis Monasticis, de Indulgentiis, et nonnullis aliis, quæ in eadem sessione expedi- diri poterunt.

« Dicant igitur Patres sententias suas, quas nos libenter sequemur.

« Illustrissimus D. cardinalis Lotharingius dixit : Spero ex hac prorogatione maximum commodium futurum, quanto enim magis res reformationis differuntur, eo diligentius stabi- liuntur, ipsaque reformatio integra fieri poterit, videlicet de omnibus Statibus Ecclesiasticis, excepto Summo Pontifice, tractabaturque si quid ad seculares attinet ».

Collectis suffragiis maxima ex parte itum est in eam sententiam ut consensus in diem D. Marlini sacrum differretur.

Habita sunt postea plures pro his discutien- dis congregations, quas Astulphus Servantius suis diebus distincta recenset.

156. *Legati mittunt ad Pontificem internum- tum qui certiore illum faciat de progressu Concilii, dum ceteroquin monent Caesarem simul et Hispanum regem ne amplius nectant moras circa absolutiōem Concilii.* — XIX Septembris MDLXIII<sup>1</sup>, a Joanne cardinale Morono, et aliis Pontificiis legatis missus est Vicecomes episcopus Vintimiliensis ad Pium IV, ut eum de progressu Concilii certiore redderent, atque de eo claudendo, definitis omnibus dogmatum controversiis, consilium exposcerent, hisque mandatis internuntius instructus est. Exponeret longiores in protrahendo Concilio moras, tum publicæ rei, tum Pontificie damnum afferre; publicas quidein rei ob Ecclesiast- rum suis episopis destitutarum damna, tum ob graves sumptus a Pontifice profundendos, episopos etiam crescere audacia, atque in Ecclesiastice rei administratione plus quam par sit, sibi arrogare, necnon in beneficiis novis efflagitandis a Pontifice importunos se pra- stare; producto etiam Concilio controversias novas atque implicatas exoriri posse, tum maxinorum principum occurrente obitu posse dissolvi Synodus sine ullo operis fructu, vel cum schismate, tum quia principibus Concilium videatur esse instar fraui, quo pro eorum voluntate hac vel illac vertatur Pontifex. Propter- ea cum longior continuatio trahat periculum, significarunt legati, se cum rege Catholico acclueros, ut intelligat, nolle Pontificem præci-

piti exitu claudere Synodum, sed sinere, ut suo ordinario cursu decurrat, utque controversiae necessariae congruo modo pertractentur, idque tantum queri, ut regii ejus ministri aequo sint contenti, nec affectent invadere alienum munus, suumque prætergredi, ut hactenus moliti sunt in rebus gravissimis, veluti in impe- diendis, vel differendis Patrum concessibus et præsulibus in suas partes pellicendiis, in dis- cessione etiam nationis Hispanæ nuper perten- tata, in deputatione per nationes præter consuetum morem promovenda, in congregationibus privatis in ædibus legatorum disturbandis, in cogendis e contra domi sue conventiculis, in pellendo collegiorum canonicorum Hispaniæ procuratore, lesaque ea re libertate Concilii, in minacibus dictis jactatis adversus prælatos regis Hispaniæ obnoxios, qui ausi fuerint fari de capitulo principum, in responsis expectandis a regia aula de omnibus quæ Tridenti tractan- tur, ac denique regium oratorem se in omnibus consultis, sive ad disciplinam restituendam, sive dogmata definienda, veluti episcopum intrudere, quod penitus ab oratori munere alienum est, cuius est tuendo ac defendendo Con- cilio assistere, ejusque parere decretis, non illud velle regere ac moderari, ac si Pontificis Romani legalum ageret; quæ eo minus decent, quo Pontificiis legati nihil, quod ipsorum munus excedat, sibi arrogant, et sincero animo ad asserendam Concilii libertatem, instaurandæ disciplinæ provehenda capita lendant ut omnes alii oratores, cardinales ac presules nitide testari possunt, atque opera ipsa loquuntur.

Idem comes e Luna orator continuum cum imperatore ac rege Romanorum literarum com- merium habet, atque apud eum magna pollet auctoritate, arcana esse ejus negotia, neque hactenus mentem suam circa capitulum principum aperuisse, nec circa Concilii protractionem, sive contractionem; id tantum fari, cum imperatore ac rege Hispaniæ cupere finem illi imponi, non præcipiti celeritate extingui: quæ verba ambiguum sensum patiuntur; diligenter- simum esse in congregationibus, ac prælatis moras innectere: in ultima sessione visum dis- sidere propter verba proponentibus legatis, et deputatione per nationes importune efflagitata, ac videri alicujus Hispaniæ præsulis parum æqui erga curiam Romanam sententia adhaerescere.

Addidere legati posse Pontificem significare Catholico regi, ut si ex animo disciplinam sa- crorum ministrorum in suum splendorem resti- tutam cupiat, impedimenta progressus Concilii removeat, alioqui si debitus honos Pontificie auctoritatibus non deferatur, posse legatos Tridento revocari Conciliumque dissolvi, idque forte pro juvando progressu utile futurum; quod si dis- solendum foret Concilium, prius disciplinam instauratam esse oportere, ut constaret populo

<sup>1</sup> Ext. in Ms. card. Spada sig. num. 31. p. 345.

Christiano non ad eam defugiendam emendationem dissolvi Concilium, sed propter injurias illatas a principibus, qui Pontificis et Concilii tuenda auctoritati desint, idque tum demum agendum, modo non sint conjuncti inter se omnes principes, dissolvendique illius occasio perspicua et ingens urget.

157. De fine Concilio imponendo significarunt legati, expetendum illum, tum ob divinam gloriam, publicaque rei ac Pontificie utilitatem: at quia secum invehit haereticorum condemnationem, decretorumque in opus provocationem, propterea existimari posse, finem non esse acceptum imperatori, quia Cæsarei munerus foret haec confidere, tum quia pessimae res esset exempli toti imperio Christiano, absoluto Concilio, decretorum ejus observationem non mandari operi, et quia ex adverso ad ea exequenda desint vires, et agre adversus vim Protestantium tueri se possit Cæsar, si Protestantes metu belli ab eo inferendi perciti in eum consurgent, tum etiam existimatur, voluntatem et consilia regis Romanorum ad haec non tendere. Præterea regi Gallia non acceptus Concilii finis videtur tum ob easdem causas, tum quia impubes est, ejusque senatores haeresi contaminati, regnumque ejus dissidiis laceratum, atque ab haereticis, Helvetiis, Germanis et Anglis circumsum, a quibus illi terror imminent, maxime ob præterita exempla, et exigua auxilia, quæ sibi a principibus Catholicis suppeditata queritur.

158. At regi Hispania licet Synodi conclusio utilis videatur, quia tum in Hispania, tum in Italia ejus subditæ parent Ecclesiæ, tamen noxam potest accipere ex fœderibus armorum ineundis ab haereticis, tum ob discrimina Belgio ab iis impendentia, tum ne varia ejus consilia contrahendarum affinitatum aliorumque compendiorum disturbentur, tum quia a bellis abhorret et quietis appetens est, exhaustoque arario multum æs alienum contraxit, cuius rei signa plura extant, quæ ab internuntiis Crivello in Hispania, Delphino in Germania confirmantur, quorum postremus significat comitem et Luna urgore summa contentione apud imperatorem, ut Concilium extrahatur; atque constare ex aliis, imperatorem et Catholicum regem convenisse in ipso Concilii exordio, ut protrahendum curarent: itaque videri agendum cum rege Catholicico, ut memor honoris ac salutis animæ progressum Concilii non retardet; ac forte, quia propriis commodis in hac re ducitur, pertentari posset, si velit, appetente Vere per Italianum in Belgium se conferre, simulque cum ipsius Beatus inire colloquium, atque augendi religionis splendoris ergo Concilio claudendo interesse, aut si velit extrahi aliquius sui negotii perducendi causa, veluti matrimonii cum regina Scotiæ, eaque de causa Concilii præsidio atque auctoritate opus habeat adversus reginam An-

glia, posset sua Sanctitas in ea re ipsi obsecundare, modo Concilium eo tempore clauderetur, ac rex Catholicus sponderet, se alios principes ad eam sententiam adducturum.

159. Quod ad suspensionem Concilii attinet, videntur ea ratione multa incommoda ac pericula declinari, qua continuatio vel dissolutione afferre possunt, nec secum invehit decretorum executionem, ac bellorum pericula, quæ finis intentat, ac videtur felicis ea successura, verum conclusionem Concilii piorum votis magis anteferri, ac si suspensio provehenda sit, eam efflagitari a Galliæ rege, qui ad eam regem Catholicum et imperatorem permovere possit. Videtur enim nobis imperator illi facile assensus, cum in medio Turcarum ac Protestantium exiguis viribus suffultus versetur, eique expediat, ne ad majorem haereticorum damnationem procedatur, possetque boni consulere, disciplinam Ecclesiasticam fuisse restauratam, pariterque idem acceptum foret aliis principibus, qui non alia præcipua de causa Concilium enixe postularunt, quam ut morum pristinus nitor restitueretur; atque arbitrabuntur, tum bonis Ecclesiasticorum exemplis tum doctrina dogmatum constituta, tum decretis lati pro optimis episcopis in munere suo obeundo strenuissimis obtinendis, plures principes ac populos, qui adeo in variis sectas discissi sunt, sine armorum fragore, sine vi adhibita, sine bello ad fidem nostram revocari posse. At perpendendum est imperatorem annis et adversa veletudine gravari, atque publice rei administrationem filio regi permittere, qui regi Catholicico sit conjunctissimus, ac sine ejus consensu nihil molitus; itaque ipsius Beatus inire suspensionem Concilii præferat, non tamen absistat apud regem Catholicum urgere Concilii conclusionem, reformatione morum absoluta, ac reliquis dogmatum controversiis definitis, quæ definienda supersunt. Hos principes Hispanum Germanumque esse conjunctissimos, cumque auctoritatem Ecclesiasticam, quantum contrahere possunt, emitantur, cuncta a se usurpata, corruptione temporum, retinere velle. Perduci haec facilius poterunt si Patres resciverint Sanctitatem suam velle, ut in rebus non dogmaticis majori parti Patrum mos geratur.

Quod spectat ad capitulum principum cognita jam Pontificia voluntate, ratione quadam rem temperatum iri, ut oratores principum æqui eam accipient, ac præsulibus fiat satis.

Galli oratores efflagitant, ut ipsorum præsules in Galliam revertantur, modo absoluta sit reformatio, atque cæteri oratores se in ea re exercie affectos demonstrant, quia comes et Luna urget, ut circa reformationem fiat deputatio per nationes, cui etiam Cæsarei sunt adhæsuri. Ipsius Beatus inire poterit dare operam, ut ab ea sententia dimoveantur.

160. Instabat interea Pontifex, ne a promovendo Concilii exitu dederentur legati, quapropter repetitis litteris ipsos urgebat, ut supremam Concilio manum maturarent imponere, nihilque de omni adhibenda sedulitate remitterent, sed sine ulla dubitatione, quamvis secus aliqui principes suaderent, in incepto persisterent. Porro cardinalis Moronus, sessione perfecta, Ferdinandum imperatorem, qui una cum Philippo rege Catholicos moras, oratorum opera, Concilii terminationi nectere videbatur, per litteras alloquendum ratus, quae ex Concilii dilatione Christianae reipublicae pavenda essent discrimina, ita disseruit<sup>1</sup>:

« Sacra Cesarea Majestas.

« Cum nos serio et sincere agamus, non sine magno animi dolore percepimus, consilia serenissimi regis Catholicici eo tendere, ut Concilium in longum protrahabatur, quod sane reipublicae Christianae valde perniciosum esset, si post doctrinam fidei declaratam et confirmatam, si post reformationem factam, et disciplinam Ecclesiasticam restitutam, quod brevi commode fieri poterit, Concilio debitalibertas non permittatur. Tot episcopi, non sine magno Ecclesiarum detrimento, hic detinebuntur, nec video, quid nisi perniciosum reipublicae Christianae expectari possit, si relicti ovibus pastores in his montibus quodammodo inclusi detinebuntur.

« Serpit in dies morbus haereticorum, et jam non solum Galliam, ut novit majestas vestra, et reliquas partes Septentrionales, verum etiam Italianam pervadit, et dum hic frustra tempus teritur, haereses ubique grassantur. Omitto pericula, que nobis imminent, si Summus Pontifex, si majestas vestra (quod Deus avertat) nobis eriperentur: emitto graves impensas et varia incomoda, que lie sustinemus: certe nihil magis noxiun, quam omnium piorum animos tamdiu suspensos tenere, quam infirmorum in fide mentes non confirmare edictis his, quae tam sancte in hoc Concilio statuta sunt.

« Ille accedit quod, si quid remedii afferendum erit omnibus provinciis majestatis vestrae, et Germaniae, et Galliae super his, quae aliquo modo concedi poterunt ad retinendos in Ecclesia eos, qui facile labuntur, id vix adliberi poterit, nisi in conclusione hujus sancti Concilii. Quibus de rebus, quoniam fusius per R. D. Chanadiensem, cum majestate vestra nomine meo agendum curavi, nihil est, ut nunc scribam.

« Reliquum vero est, ut majestatem vestram per Deum immortalem rogem et obtester, ut non dicam eoptis nostris, sed jam magnis progressibus velit pie et clementer favere, quo tandem expeditis his, quae maxime ad fidem et ad reformationem pertinent, cum pace ad nostra

redire valeamus. Quod si longior mora nobis obtendatur, vix dici poterit, quantum dedecus in hac vita, quantam a Deo ultionem sint subituri omnes, qui opus Dei impediunt, qui religione ad suas privatas rationes impie abutuntur. Quod cum longe absit a pietate majestatis vestrae, eam etiam atque etiam rogo, ut serenissimum regem Catholicum ab ea sentientia dimoveat, ne ratio publicae utilitatis, et libertas Concilii cum maxima jactura oviom Christi impediatur. Deus majestatem vestram diu incolumem et felicem conservet. Dat. Tridenti die xx Julii M.DLXIII.».

161. *Agitur de reformatione principum.* — Abstinet quidem a ceptis Philippus Hispaniarum rex, tamen ejus orator comes e Luna regia excedens mandata progressum Concilii acerrime interdum oppugnavit; cum ex adverso Galli, ut ad optatum exitum perduceretur, vehementius studerent; quare Pontifex cardinales legatos admonuit<sup>2</sup>, oratores Florentinum, Venetumque et Gallos, et cardinalem Lotharingum strenuum operam cum ipsis ad urgendum Concilii finem conjuncturos. Lotharingus vero cardinalis ad sustinendam Pontificis dignitatem in Concilio, atque ad abrumpendas iniarias nonnullorum procerum Galliam a Sedis Apostolice obsequio divellere annitentium coitiones, asserendamque in eo regno Catholicam religionem toto pectore incubuit, quo nomine illi devinus Pius IV legatus Tridentinis dedit imperia<sup>3</sup>, ut omni illum honore prosequerentur, se illi ex animo maxime obstructum, aeterna memoria ejus eximia officia culturum, pollicitus; quem etiam videndi quamvis summo desiderio teneatur, tamen pro expediendis rebus Concilii Tridenti ab iis detinendum videri. Non minore affiebatur cardinalis Lotharingus cupiditate salutandi Pontificis, qui ab eo certior factus, amantissimis illum litteris<sup>3</sup> ad mutuum congressum, postquam interposita sessio confecta esset, provocavit.

« Dilectissime fili, salutem, etc. Ad litteras tuas, quas VII kalend. Septembbris dederas, nostra manu non rescripsimus, cum in tuum adventum atque in praesentem sermonem integra fere omnia reservamus, que tibi respondenda essent hoc tempore; quibuscumque autem rebus possumus, nostram in te propensam voluntatem paternamque benevolentiam declarabimus, ut et dignitatem et amplitudinem tuam nobis esse charissimam preclare intelligas. De studio ac diligentia, quam adhibes, ut interposta Sessio quamprimum fiat, optimumque exitum, et uberrimos religionis fructus consequatur, valde te amamus et officium tuum libenter amplectimur. Te vero ita avide expectamus, ut nobis nihil propemodum longius videatur,

<sup>1</sup> Ext. de eo. lit. in Ms. arch. Vat. Ep. III. vii Aug. — <sup>2</sup> Ibid. Ep. IV. XIV Aug. — <sup>3</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3297. p. 74.

quam ut conspectus et sermonis lui suavitate perfruamur, summam enim delectationem habita est nostra congressio, cuius in spe quodammodo acquiescimus. Da igitur operam, ut sessione, et celeriter et commode confecta, te istis negotiis expediatis et Roman preperes: erit adventus tuus nobis eo gratior, quo fuerit maturior. Quod patriarchæ Aquileiensis causa prospere quidem processerit, iste eventus nobis fuit quam gratissimus. Quia de re quid nostri legati pro sua æquitate sapientiaque statuerint ac dijudicaverint, æquissimo animo accipiemus. Reliqua in nostrum conspectum reservantur. Vale. Datum Romaæ xxviii Augusti M.DLXIII.

162. Inter ea cum Lotharingus acceptis Pontificiis litteris profectionem suam Romam adornaret, cardinales legali in opus Concilii incumbentes, non desistebant ea meditari, que ad frænandam principum in res Ecclesiasticas licentiam conducerent, ac dum synodale decreatum condebatur, rogati fuere principum oratores, ut monita ad illud spectanlia sugererent, quo mitior censura ac castigatio fieret. Gallicus orator nunquam adduci potuerat, ut circa id aliquid depromeret, comes vero e Luna Hispanus promiserat se huic rei non defuturum, Lusitanus aliqua scripta de ea re porrexit, porræxere etiam oratores Cæsarei; exposuere tamen cardinalibus legalis, ut in capite de reformatione principum maxima Concilii maturitas adhiberetur, reique perpendendæ longius tempus Cæsari, cuius mentem optimam norant, permetteretur: eo enim collimare Cæsaris consilia, ut Synodi decreta ab omnibus amanter exciperentur. Tum addidere singula illa capita de reformatione sacerdotalium hisce temporibus vim non habitura videri, atque adeo rogarunt, ut asserendæ dignitatis Concilii congrue rationes invenirentur.

163. Inter alia, quæ pro fuenda libertate Ecclesiastica adversus principum eorumque administrorum vim consulta sunt, hæc fuere<sup>1</sup>. Primo, ut quilibet in jus vocatus Romam se sistere teneatur, contrariaque leges alicubi constitutæ, objectis gravissimis pœnis abrogentur. ii. ut anathematismi Pontificii in provinciis sine principum venia promulgentur. iii. tollendam corruptelam, ne principes sacerdotia per modum mercedis conferant. iv. privilegia principibus concessa, quibus abutuntur, rescindenda. Plura quoque capita hujuscemodi reformationis refert Spondanus, nimirum i, ut judices fori sacerdotalis de personis Ecclesiasticis nullo quocumque prætextu judicare possent, nisi præcedente ordinarii declaratione. ii. In causis spiritualibus, matrimonialibus, hæreseos, decimarum, jurispatronatus, beneficialibus, civilibus, criminalibus et mixtis,

quocumque modo ad forum Ecclesiasticum pertinenterib, nec super personis, nec super bonis, etc., judices temporales se immiscerent, nec in petitorio, nec in possessorio. iii. Ne sacerules, etiam auctoritate Apostolica, aut consuetudine inmemorabili, judices in causis Ecclesiasticis constituere possent: et clerici, qui ejusmodi officia a laicis acciperent, ab Ordinibus suspenderentur, beneficis atque officiis privarentur. iv. Sacerularis judicii Ecclesiastico præcipere non posset, ne excommunicaret sine licentia, nec prohibere a citando et condemnando. v. Ne imperator, rex, aut quisvis princeps, edicta aut statuta sancire posset, ad causas aut personas Ecclesiasticas quovis modo pertinentia, neque se corum causis, personis, etc. immiscere, sed brachium sacerolare judicibus Ecclesiasticis prestare tenerentur. vi. Ne temporalis jurisdictionis Ecclesiasticorum aliquo modo turbaretur; neque eorum subditii in causis temporalibus ad sacerularia tribunalia traherentur. vii. Ne quis princeps aut magistratus promitteret scripto, aut spem faceret obtinendi aliquod beneficium: et qui ea ratione aliquod obtineret, privaretur et inhabilis fieret. viii. Ne manus injicere possent in fructus beneficiorum vacantium quocumque praetextu, neque in iis œconomos aut vicarios constituere: et qui ejusmodi officia et custodias acciperent, excommunicarentur; clerici suspenderentur et beneficis privarentur. ix. Ne Ecclesiasticos adstringerent ad solvendos census, vectigalia, decimas, subsidia, etiam appellatione doni aut commodati, sive de bonis Ecclesiæ, sive de patrimonialibus, exceptis iis provinciis, ubi ex antiquissima consuetudine Ecclesiastici in publicis comitiis interveniunt ad subsidia, tam laicis quam Ecclesiasticis imponenda, contra infideles, aut ob alias urgentissimas necessitates. x. Ne manus injicere possent in bona Ecclesiastica mobilia aut soli vassallos, decimas aut alia jura, neque in bona communitatum aut privatorum, in qua Ecclesia aliquod jus haberet; neque pascua aut gramen in terris et possessionibus Ecclesiæ elocare. xi. Ut litteræ, sententiae et citationes judicium Ecclesiasticorum, præcipue vero curiae Romanae, simulatque exhibitæ forent, executioni mandarentur, absque cuiuscumque alterius licentia. xii. Ne principes et magistratus diversari sinerent officiales suos, vel famulos, milites, equos, canes in ædibus aut monasteriis Ecclesiasticorum, neque quicquam ab iis pro victu aut transitu extorquere. xiii. Quod si aliquod regnum, provincia, aut locus prætenderet se ad quicquam supradictorum non teneri virtute privilegiorum a Sede Apostolica; privilegia illa exhiberentur Pontifici infra annum post finem Concilii; quæ ab illo secundum merita regnum aut provinciarum confirmarentur: et anno elapsò, nisi exhibita essent, nullius vigo-

ris intelligerentur. Epilogi vero loco admonebantur principes, ut ea, quæ essent juris Ecclesiastici, haberent in veneratione, nec ab aliis ladi sinerent, omnesque Constitutiones Summorum Pontificum et sacrorum canonum in favorem immunitatis Ecclesiasticae renovabantur: et sub pena anathematis prohibebatur, ne vel directe vel indirecte sub quovis praetextu aliquid statueretur, aut executioni mandaretur contra personas et bona Ecclesiastica, non obstantibus quibuscumque privilegiis et executionibus, etiam tempore immemorabili, coepitis.

Quæ omnia, cum Ludovici Avilæ et Varga oratorum opera accepisset Philippus Hispaniarum rex, apud Pium IV conquestus est<sup>1</sup>, in eo decreto gravamen regiae majestati inferri. Pontifex oratoribus respondit nil a legatis et Patribus constituendum, quod minus justum et honestum foret, Conciliumque liberum esse ea libertate quam ipsi procurarant, nec propterea leges se illi dare posse, verum res Catholice majestatis a se legalis cardinalibus commendanda, ut in justis honestisque regi Catholico gratificantur, promissaque opere complebs effecit, ut tranquille Philippi regis querelæ componerentur.

Verum instaurandæ disciplinæ, in qua principes continendi erant, ne potestate tradita abusi ad illicita se effunderent, atque Ecclesiasticos a suis consiliariis illisi opprimerent, caput militatum fuisse ob infelicem temporum, in quibus refixerat charitas, Ecclesiæque auctoritas apud plures obsolescebat, calamitatem Quinqueclesiensis episcopos confirmat in litteris<sup>2</sup> ad Vegliensem episcopum datis:

164. « Reverendissime domine, ac frater observandissime.

« Caput de principibus dilatum est ad aliud tempus propter maximos respectus immunitatis Ecclesiasticæ. Si cuiquam, mibi certe perplacent omnia, tamen in his calamitosis temporibus, cum sale et zelo qui est secundum scientiam, agenda existimo. Cavendum est, ne vel minimam suspicionem prebeamus populo, nos cum principibus secularibus, iisdemque Catholicis dissentire. Sed hæc quoque, ut aliae controversiæ, sopiaenda erit; ego pro mea virili ad hæc peragenda annitar ».

Hæc litteræ cum in manus Caroli Borromæi cardinalis venissent, carum exemplum ad legatos cardinales Concilii praesides misit, ut prudentissimum viri consilium ponderarent, eoque uterentur. Ea porro scripserat Quinqueclesiensis episcopus pro Hungarico regno orator Cesareus, mandatis a Ferdinandus imperatore, ac eorum, quæ in Concilio agebantur experientia apprise instructus, nam Ferdinandus Cæsar de restringendæ principum licentia comprimen-

dæque grassationis in Ecclesiasticum ordinem consilio agitato in Synodo scripserat cardinali Morono, se æqui accipere tractationem de redigendo ad æquitatis normam civili magistratu, nec velle episcoporum auctoritatem imminutam, vel labefactalam, cum a Cæsareo munere id abhorret, ac summopere divinam iram in se concilare vereretur, modeste tamen subjecrat, non videri æquum et honestum, ut Ecclesiasticus magistratus in civile magistratum, eo non auditio, ac in propria causa, sententiam ferret; tum eorum quæ Romanum tangerent imperium, rationem reddidit: vetustale temporum confirmalam esse consuetudinem, ut in comitiis ordinum imperii principes Ecclesiastici partem onerum reipublica subeant, quæ deinde in ordines inferiores partienda sint, nec sine causa, cum gerant fiduciarias toparchias et vecrigales principatus; nonnullos etiam interdum casus occurre, in quibus oblique a laicis in Ecclesiasticos juris dicundi auctoritas exercatur, propterea decreti Synodalis sententiam non ita late diffundendam, ne major rerum perturbatio, consurgentibus laicis in Ecclesiasticos, oriatur; se quidem in votis maxime gere, ut omnes corruptelæ delectantur, exscindanturque omnia vitia, tam in civili quam in Ecclesiastico magistratu, sed cum praesentium temporum infelicitas omnes nèuos ad vivum resecari non feral, mitiore modo articulum de constituenda civilis magistratus sanctiore norma attingendum, cum in provincialibus synodis pro diverso provincialrum statu plura accusati emendari possint, atque ab anathematismis adversus summos principes temperandum videri<sup>1</sup>:

165. « Ferdinandus, divina favente clementia, electus Romanorum imperator, etc. reverendissimo in Christo patri domino Joanni S. R. episcopo Prænestino cardinali Morono, S. D. N. ad sacrum Concilium legato.

« Paternitatem vestram amice requirimus, ne sibi persuadeat, nos decretum illud reformationis, de quo modo quæstio orta est, unquam in malam partem accepisse, sed certo sciat, quidquid super eo admonuimus, non factum esse animo impediendi reformationem in principibus et ordinibus sæcularibus, quam etiam in propria persona nostra subire parati simus: multo minus id egimus, ut alios reges vel principes contra hoc decretum concitaremus, vel eis malum exemplum præberemus, nec quod Ecclesiasticam immunitatem violatam, vel dignitatem episcoporum exenuatam, vel sacri Concilii libertatem imminutam esse cuperemus; nec quod prius decreta in dubium convertamus, aut quod pralatos a residentia deterritos esse vellemus; quia non præterit nos, si tale

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3216. p. 5. — <sup>2</sup> Ib. p. 113.

<sup>1</sup> EXL. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3226. p. 29.

quippiam ageremus, nos non solum facturos esse rem ab officio pii et Catholicorum imperatoris valde alienam, verum etiam gravem Dei offenditionem incursuros, sed quidquid in hac parte monuimus, id candide ac sincere factum est.

« Deinde novimus de iis rebus, quae in decreto ito continentur, ante centum annos et ultra, adeoque illo adhuc tempore, quo omnes Catholicos vivebant, graves fuisse questiones et rixas inter Ecclesiasticos ex una, et saeculares ex altera parte, que in hunc usque diem nondum sunt decise, id quod infiniti libri et litterarum monumenta, quae etiam nunc extant, abunde testantur; e quibus etiam configitur, quod saeculares tunc intentionem suam forte non minus quam Ecclesiastici omni juri et honestati consentaneam esse conati sunt demonstrare. Quod ergo modo illa omnia unius quodammodo mensis spatio ita ex abrupto, nec auditis saecularibus determinentur, et quasi unico bipennis ictu decidantur, id nobis etiam, si nostra non interesset, valde tamen durum videretur, presertim cum soli Ecclesiastici sic in causa propria judices futuri sint.

« Quod vero ad nostrum interesse pertinet, res ita se habet, quod praefati sacri Romani imperii ab immemorabili tempore per contributiones et collectas non solum contra infideles, verum etiam alios imperii hostes rebettes, vel bannitos, imo etiam ad alias imperii necessitates, ut puta, ad refinendam pacem et justitiam, ad exterminandum grassatores, ad intertenendum judicium cameræ, etc. contulerint, quodque iidem praefati in ea re ab inferiori ipsorum clero, ut par est, fuerunt adjuti, et quod idipsum etiam fecerint praefati nostri provinciales, ac reliquorum principum saecularium, in omnibus iis, que necessitates earumdem provinciarum concernunt.

« Et quavis viae sunt ordinariae per quas hujusmodi negotia tractantur, nempe per conventus publicos, non tamen sunt ii auctoritatis tam modice quin ea, que ibi per plura vota obtinentur, alii, etiam inviti, sequi teneantur.

« Præterea, quod ad jurisdictionem attinet, manifestum est, quod praefati sacri Romani imperii, non solum ex consuetudine omnem hominum inmemoriam excedente, verum etiam ex publicis imperii constitutionibus et ordinationibus, (quibus conficiendis ipsi sim operam suam adhibuerunt) in certis quibusdam causis, vel coram nobis, vel coram imperialis camera nostræ judicio, aliisve debitibus ac competentibus tribunalibus comparere, ac se et sua defendere debeant.

« Idem sane observari solet cum praefatis, qui immediate sunt in provinciis nostris, quoad judicia provincialia, nec fere quisquam illorum est qui talia judicia vel minimo verbo declinet.

« Quæ quidem omnia sunt ita clara, ut nemo rerum Germanicarum vel mediocriter peritus diversum dicere possit.

« Quod tanto minus mirabitur paternitas vestra reverendissima, quando consideraverit, quod praefati Germanie, non solum rebus ac bonis in Germania existentibus, verum ut plurimum insignibus, regaliis, feudis, jurisdictionibus et dignitatibus temporalibus plus quam in ulla alio totius Christiani orbis regno dotati sunt, que etiam, vel a nobis ipsis et sacro Romano imperio, vel ab aliis principibus saecularibus, absque omni controversia recognoscunt.

« Taceamus interea, quam multi sunt casus, in quibus etiam ex mente jurium, ac eorumdem excellentissimorum interpretum, magistratibus saecularibus potestas non modica in personis ac rebus Ecclesiasticis attributa sit.

« Nos in praesentiарum duos duntaxat articulos memorati decreti attigimus, nempe contributionis et jurisdictionis, qui nos admodum anxios reddunt; nam de aliis, qui supersunt, pauci sane, et vel nos ipsis, vel regna provinciasque nostras concernere possunt, nondum plane deliberare potuimus, quare illos jam in medio relinquimus.

« De cæteris, quæ nos adeo non concernunt, uteosdem etiam, ne satis quidem assequi valeamus, cum quoquam ne verbum quidem communicabimus.

Consideratis autem omnibus supradictis manifeste liquet, quod verba decreti adeo generaliter et absque omni distinctione, vel saltem cum tali distinctione, que universo huic negotio non satisfaciat, non solum non permanerent, verum etiam nec a nobis expresse acceptari deberent, non tan in proprium nostrum, quam aliorum principum et statuum saecularium praedium, saltem illorum, qui nobis subjecti sunt, nihil certius futurum, quam ut inde in Germania extrema rerum omnium confusio inducatur, et ut saeculares odium suum, quod alias plus nimium contra Ecclesiasticos conceperunt, ita exaequant, ut tandem ad evertendum penitus omnem ordinem Ecclesiasticum, quamcumque occasionem, qua jure quave injuria, sint arrepturi.

« Hanc tam insignem tempestatem, cum nobis videamur quasi e specula quadam prospicere, omnino existimamus neminem esse debere, viros præsertim tante auctoritatis, prudentiae, ut est paternitas vestra reverendissima, cum reverendissimis suis collegis, qui vitio nobis verlat, quod ingenue ac libere proferamus id quod de hujusmodi rebus sentimus, quin potius arbitramur non aliam ob causam oratoribus nostris permisum fuisse, ut de hoc negotio diligenter ad nos referrent ». Et paulo post :

« Probe equidem agnoscimns, quam pio et ferventi zelo hæc et multa alia a reverendissima paternitate vestra, reverendissimisque collegis suis proposita et tractata sint, nihilque posset nobis optabilius accidere, quam ut perditissimi hujus sæculi nostri conditio ita ferret, ut in his omnibus apud utrumque hominum statum rigor antiquorum jurium in omnibus et per omnia servaretur, adeoque pro hoc ferro aureum quoddam nobis reduceretur sæculum. Sed cum ita ferat hæc ætas, non considerato præsenti tam hominum quam temporum vitiis, non possumus non vehementer in hac parte de eventu universi negotii esse solliciti, et censemus diligenter et omnino cavendum, ne dum nimium urgemos ea, quæ hoc tempore executioni demandari proculdubio nullo pacto queunt, non modo oleum et operam perdamus, verum ansam et occasionem præbeamus, ut et alia multa in hoc Concilio sanctissime definienda prorsus evanescant, et ita denique omnis fructus, quem hucusque expectamus ex hoc Concilio, plane pereat, quod malum Deus optimus Maximus pro sua immensa benignitate clementer avertere dignetur.

« Ignoramus quidem an et qui episcopi his de rebus querimoniam aliquam contra nos ad sacrum istud Concilium obtulerunt : at persuasum habemus, si qui tales sunt, illos hujusmodi querimonie non adeo magnam causam habuisse, vel posthac habituros esse ; licet interim nolimus inficias ire, et nobis et inclitis genitoribus nostris variis aliquando contentiones cum ordinariis locorum super jurisdictione ac immunitate Ecclesiastica incidisse, et adhuc nonnullas subsistere, dum hi forte illam nimis extendere, illi vero intra cancellos suos coercere nituntur.

« Verum per nos nunquam stetit neque etiam nunc stat, quominus illæ contentiones tolerabilibus quibusdam remediis, et cum bona utriusque partis gratia, sive in Conciliis provincialibus, sive in Synodis episcopalibus, seu quibuscumque aliis convenientibus hinc inde celebrandis componerentur ». Et infra :

« Nobis certe vehementer probatur, quod conclusio totius illius capituli, quod de principiis secularium reformatione tractat, breviusculis verbis concepta, quodque in ea omissa et mitigata sint illa fulmina, quæ in priori formula continebantur, et quod vice illorum successerit admonitio quædam paterna et generalis, juxta quam principes sæculares scire debeant libertatem et immunitatem Ecclesiasticam sibi summopere commendatam esse debere.

« Quamobrem, etsi nunc in specie de articulis particularibus in capite contentis propter præmemoratas causas tam exakte loqui non possumus, attamen paternitali vestræ reverendissimæ ac collegis reverendissimis sancte

recipimus, tantum abesse a genio ac voluntate nostra, quod sanctorum Ecclesiarum Dei iura et privilegia violata, seu labefactata esse cupimus, ut potius eorumdem (prout nobis pro ratione muneris nostri Cæsarei incumbere agnoscimus) fidelis ac diligens advocatus, atque acerrimus protector ac defensor esse, Deoque volente ad extremum usque vitæ spiritum permanere intendamus, etc. Dat. in arce nostra Posonii die xii Septemb. anno Domini MDLXIII, regnorum nostrorum Romani xxxiii, aliorum vero xxxvii ».

166. Cum his Ferdinandus imperator Moronus cardinalem certiore fecisset modestissimis usus verbis<sup>1</sup>, non multos post dies Raynaldus Ferrerius Parisiensis praeses unus ex Gallicis oratoribus, petita acceptaque dicendi potestate, quasi ordinaria tractaturus, asserendæ regiae dignitatis specie in rabiem efferatus, quod reformato civili magistratu leges fermentur in Concilio, regia transgressus mandata, prolixam orationem habuit in congregazione generali, quæ xxii Septembbris die coacta est, cum jam cardinalis Lotharingus Romanus versus discessisset. Questus est in primis, se non postulasse tot dogmata fidei sanciri, nec tot anathemata adversus contraria sentientes torqueri, sed morum disciplinam instaurari. Objecit Synodo per calumniam, ipsius decretis occasionem rebellionum adversus reges injici, cum tamen omnium deterrimarum rebellionum exempla in Gallia non ab Ecclesiastico ordine, sed a Calvinistica factione manarent. Civilis magistratus de causis Ecclesiasticis et sacerdotiorum iure cognoscentis temeritatem propugnavit; contendit etiam spectare ad regem Gallie, tam civium, quam Ecclesiasticorum opes, ut iis pro republica utar; demum debacchatus est adversus Patres, qui anathematis pœnam principibus, quos nolebat Ecclesiæ esse filios, sed dominos, intentarent, si decreta Concilii infringenter, protestationemque suam edidit adversus trigesimum quintum caput reformationis. Licit vero, que suam dedecebant personam ac provinciam loqueretur, summa tamen patientia a Patribus auditus est, ut cardinalis Moronus praeses in litteris<sup>2</sup> mox eodem matutino ad Delphinum Apostolicum internuntium in aula Cæsarea datis testatur : « Quod (inquit) in Conciliis omnia patientissime audienda sunt, et mansuetissime agendum sit, spectando tantum bonum publicum unius Dei causa, a quo prosperi successus sperantur » : addiditque, Ferriuum consecrandæ inanis gloriole gratia suscepisse defendandam principum causam, ac velle, ut reges sint Pontifices in Gallia, contentisse regem divino jure dominum esse om-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3213. p. 14. Astulph. Serv. in Actis Conc. Trid. Ext. in Ms. Fr. card. Ilar. sig. num. 1109. p. 143.

<sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3213. Ep. xiv.

nium Ecclesiasticorum honorum, ut iis pro reipublicæ necessitatibus, sine cuiusquam venia utatur, movisseque gravem suspicionem, agitari in Gallia a nonnullis impiis consilia dissolvendi Tridentini Concilii, ut Concilium nationale apud ipsos cogatur ad religionem evertendam: ceterum præsules Gallos et alios asserere, nec reginam, nec proceres Gallos hæc sentire, qua Ferrerius sentiat. Postremo hæc omnia Ferdinando Cæsari referre jussit, illisque hortari majestatem, ut perversissimis his temporibus pietatem suam in tuenda Ecclesiastica auctoritate expleret.

167. Cum hæc expensa fuisset atque excussa oratio præsidis Ferrerii, illam pravo animo acerbe ac mendaciter in Ecclesie contemptum fuisse compositam observatum est<sup>1</sup>, atque animadversiones editæ ea de re fuerunt in singulas ejus sententias ac periodos, atque inter alia, non decuisse virum Catholicum, ut quereretur, fidem Catholicam invitis Gallis promulgatam fuisse hæresesque condemnatas; male effutisse disciplinam Ecclesie decretis Concilii non sancitam, male iis intercessisse. « Præterea si ad hoc (inquiunt) debita est sancta Synodus, ut ad Ecclesie reformationem leges condat, certe etiam illorum debitum erit illis parere, non autem intercedere, aut reclamare ». Male assuruisse Gallia reges de rebus sacris, deque religione constituere posse, spiritualemque potestatem magistratui civili concessisse: « Hanc potestatem (inquiunt) non agnovit Constantinus, cui cum in Concilio Nicæno episcopi libellos obtulissent, respondit, Deus vos constituit sacerdotes, et potestatem dedit de nobis quoque judicandi, judicari autem ab hominibus non potestis ». Non recte illum consuluisse, cum nulla ratione velit vim hæreticis adhiberi, sed tantum morum exemplo et verbi prædicatione cum eis agatur, cum illi parti viribus sævire in Catholicos consueverint, ac Donatistæ olim idem repetentes a S. Aug. ad Bonif. comitem confutati sint; anathematum vim ab eo male spretam, ac Philippum imperatorem fuisse anathemata e Fabiano percussum; dum dixit episcoporum auctoritatem magnam esse in ministerio verbi Dei, tacuisse de sacrificio, exemplo Calvinistarum, qui nil aliud quam ministerium verbi Dei agnoscent; dumque jacitavit, a pluribus diligenter sacras litteras lectori, suspicionem injecisse, ne iis adhæreat, qui putant privato sensu intellectores esse verbum Dei, atque hæresi se irretiri patiuntur, dum sensum Sathanæ pro divino sensu stulte adorant.

168. De eadem Ferrerii oratione xxiii Septembris plura cardinales legati ad cardinalem Borromæum scripsere<sup>2</sup>, Gallos oratores pri-

mum significasse conceptam a Gallica aula lætitiam ingentem ex tractatione constituendæ emendatoris discipline Christianæ, ac circa eam aliquæ propoundeda accepisse, deinde Ferrerium exposuisse, tercentorum annorum flexu Gallis regibus reformationem in Concilii Constantiensi, Basileensi, Lateranensi, Tridentino, jam ter congregalo, expetilam, nec tamen obtentam, cum magis dogmatibus quam reformationi data sit opera. Addidit<sup>1</sup> (quod vulgo effutiebant hæretici) non tantam esse dogmatum necessitatem, quantum reformationis, cuius defectu tanta mala in Gallia exorta essent. At licet cleri populi mores corrupti hæresim aluerint, tamen tot malorum scaturiginem fluxisse ex Protestantium clientela correpta, repudiatoque Tridentino Concilio, ac sublata inquisitione, a nobis ostensum est. Subiecti audacius reformationis formulam, quæ Patribus excutienda era data, non esse eam, quæ expectatur, vel quæ Dei Ecclesia indigeat, sed emplastrum videri, non quale Esaïæ, quo sanentur vulnera, sed quod exulceret, profundioresque sinus efficiat: dein exposuit, quam reformationem vellet, nimirum, ni tollerentur annatæ, dispensationes, reservationes, regressus, sacerdotiorum in uno capite numerus, exemptiones, et alia, quæ oratoria arte exaggeravit.

« Digressus circa caput trigesimum sextum invectus est acerbis verbis, ea decreta confecta ad populos ad defectionem adversus principes incitandos, addidique regem Gallia fundatorem esse omnium Ecclesiarum Gallicanarum, atque expresse de jure divino esse dominum omnium bonorum atque vectigalium Ecclesiasticorum, ac nullius alterius media concesione vel indulgentia iis uti posse pro Reipublice necessitate.

Quam vero hæc falso jactata sint, constat, cum plures Gallicane Ecclesie conditæ essent et vectigalibus auctæ, antequam Galliae reges baptismalibus sacris essent initiali, atque a privatibus plures locupletatas etiam constet.

169. Cum perorasset Ferrerius, cardinalis Moronus significavit illi, ut e cœtu discederet, quo de dando illi responso consilium sumeretur: atqui ille subiecti, se non egere responso. Cum itaque egredi nollet, legatus Patres affatus est, ut in conferendo suffragio, vel alia ratione, ut ipsis visum foret, responderent. Dimisso cœlu, Moronus Ferrerium allocutus dixit, fecisse illum, quod tribuni plebis facere consueverant, qui legibus consulum intercedebant, cui Ferrerius, se nil nisi res optimas poscere respondit: mox legatus, se quoque nil, nisi optima postulare. Acerbissima atque ingrata Patribus accidit hæc Ferrerii oratio, cam enim habitam, ut discordiam sereret, fœdusque om-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3229. p. III. — <sup>2</sup> Card. leg. in lit. ad card. Borr. datis xxiii Sept. Ep. CDXXVII.

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Bar. ib. Ep. CDXXVIII.

ne cum Ecclesia abrumperet, Concilii præsides significarunt Borroinæ card. xxiii Septemb. Cum vero communis omnium esset opinio, nulla illum regia mandata ad hæc dicenda accepisse, sed præcipiti animi impetu ea effusisse, Ferrerius subjunxit, protestationem suam conditionatam esse, si quid contra libertatem Ecclesia Gallicanæ diceretur. Verum ille Ecclesiæ Gallicanæ, non liberam, sed servam instar Anglicane esse affectabat, quare monuit illum legatus, quod abhorrentia a ratione et æquitate dixisset, ac simul flagitavit, ut postrema regis mandata exhiberet, quæ collegis vel eliam Synodo ostenderentur : cumque de intermittendo, sive suspendendo Concilio, vel ejus impediendo sine ageretur, censure legati, interruptionem Synodi extrellum malorum, quod maxime defugiendum erat, paritaram, nec præsidis Ferrerii consilium admittendum, a quo manifeste concilium Gallicanæ nationis expetebatur, ubi rex caput Ecclesiæ Gallicanæ instar Anglicanæ pronuntietur, fôdere initio cum Michaeli Hospitalio, Gallici scrinii præfecto, cum quo abrumpendæ veteris cum Romana Ecclesia conjunctionis occasionem quærebatur, ac simul Ecclesiasticæ ditari spoliis, Gallosque a Sedis Apostolicæ obsequio divellere. Hinc occasionem ex cap. quinto et trigesimo sexto nuncupanda protestationis capitam, quæ quoniam ipsum etiam pudit auctorem, cum postea scripto exaratum legis tradidisset, in multis immutata palam omnes sunt opinati.

Præcipua porro illius pars ex Ms. Valicano afferenda visa est, ut pateat hominis passionibus suis obnoxii infelicitas, ac mox responsum<sup>1</sup> nomine cardinalis Moroni præsidis Concilii illi redditum annexemus :

« Verba prolatæ a Domino Raynaldo Ferrerio oratore regis Christianissimi in congregatione generali die xxii Septemb. Mlxiii, super reformatione.

170. « Centum quinquaginta anni sunt, et amplius, ex quo reges Christianissimi petierunt a Pontificibus Romanis Ecclesiastice discipline jam tum labentis restitutionem, eamque ob causam tantum, nullam præter eam, miserunt oratores ad Synodum Constantiensem, Basileensem, Laleranensem, Tridentinam primam et hanc secundam, in quibus, quæ fuerunt eorum petitiones scripsit in primis doctissimus theologus Joannes Gerson, regis Christianissimi orator, in Concilio Constantensi, deinde testantur eruditissimi Petri Danesi antistitis Vaurenensis, oratorisque in prima Synodo Tridentina, et in hac secunda clarissimi et eloquentissimi oratoris collegæ nostri, qui hic est, Guidonis Fabri, illustrissimum principis et reverendissimi cardinalis Lotharingi orationes, nihil enim

in illis actum est, quam de ministrorum Ecclesiasticorum emendandis moribus ». Et infra :

« At, inquit, abunde nobis satisfactum est quator sessionibus, cum tot canonibus, decretis et anathematibus. Certe, Patres, si aliud pro alio solvere invito creditori est satisfacere, fatemur satisfactum : sin minus, credores adhuc sumus, quos nunquam anathemata, aut dogmata, vel doctrinæ Catholicæ definitionem postulasse sciunt manes illustrissimorum legatorum, quorum memoria sit in perpetuam benedictionem, Mantuani et Seripandi, vosque qui adhuc superstites estis, illustrissimi Osi et Simoneta, quibus septuages seplies hoc ipsum prædiximus ». El infra :

« Kursus dicunt habendam fuisse rationem eorum, qui dogmata, canones doctrinæq; Catholicæ certam definitionem petierunt. Hæc certe illis concedimus, si modo etiam nobis concesserint, in iudicio familie Erciscundæ semper habitam fuisse rationem in primis filii præmogeniti, hoc est regis Christianissimi, quem pro primogenito agnovit Ecclesia Romana ante octingentos annos.

« Postremo aiunt hoc magno et ingenti reformationis libello superiori mense proposito, de quo nunc vos sententiam dicitis, omnia contineri, qua ad disciplinam Ecclesiasticam restituendam necessaria esse videntur. Audite, Patres Sanctissimi, nam hic est status orationis nostræ. Vidimus libellum illum, parvis additis et brevibus nostris animadversionibus, quas jamdiu dedimus, quæ de illo esset nostra sententia, significavimus : ac ne videremur in re tanti momenti iudicio nostro tribuere, misimus illum ad regem nostrum expeditissimum. Is consultis principibus, et regni proceribus, secrétiorisque consili viris prudentissimis et eruditissimis, nobis rescripsit, sibi quidem gratissimum fuisse, quod omnes animum appulisti ad negotium reformationis adeo exoptata et expectata in toto orbe Christiano : verum pauca in eo libello repertiri, quibus Catholicæ homines in officio contineri, adversari conciliari, et infirmi aut dubii confirmari posse viderentur : pauca etiam in eo esse, quæ sacræ litteris, antiquæ Patrum disciplinæ responderent, multa quæ adversarentur ». Et paulo post : « Quæ vero de principibus indicta causa excommunicandis et anathematandis adjecta sunt, ea esse sine ullo veteris et Catholicæ Ecclesiæ exemplo, atque hujusmodi, quæ in tanto propter religionem per universum orbem dissidio et discordia, amplissima fenestra ad defectionem et rebellionem seditionis hominibus, quorum hodie magna est copia, aperta videatur. Denique totum illud caput de principum reformatione, nihil aliud spectare, quam ut antiquissima Ecclesiæ Gallicanæ libertas convallatur, et regum Christianorum auctoritas et majestas minuatur. Re-

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3196, p. 228.

ges enim Christianissimos, qui semper in fide et obsequio sanctae Romanae Ecclesiae Maximis que Pontificis permanserunt, multa de rebus sacris et religiosis, Constantini Magni, Theodosii, Justiniani et aliorum Christianissimorum imperatorum exemplo constituisse, leges Ecclesiasticas tulisse, easque antiquis Pontificibus Romanis non solum non displicuisse, sed etiam plures illorum inter sua decreta retulisse, et praecipios auctores Carolum Magnum et Ludovicum, neconon reges Christianissimos divisorum nomine dignos censuisse. Autistites autem Gallie et totum ordinem Ecclesiasticum ex illarum legum prescripto pie et Christiane Ecclesiam Gallicanam multos annos rexisse et gubernasse, idque non tantum post Pragmatica Sanctionis aut concordatorum, ut quidam falso existimant, tempora, sed et octuaginta annos et amplius ante editum librum Decretalium : has deinde leges partim succedentibus, et in earum locum substituti Decretalibus antiquatis, partim magno Ecclesiae Gallicane studio, editicis Philippi Pulchri et Valesii, Caroli V, VI, VII et aliorum Christianissimorum regum tutatas et defensas; se quoque regem, et Carolum, cuius nominis regibus singulari Dei providentia religio Christiana semper praecepit curae fuit, nunc maiorem factum vehementer cupere leges libertatesque Ecclesiae Gallicanae, proxini temporibus, ambitionis quorundam hominum importunitate immutatas, posteris suis sartas et teclas relinquere, nihil tamen continere, quod repugnet, inmo omnino consentire cum dogmatibus Ecclesiae Catholicae, antiquis Pontificum et Conciliorum decretis. Et post nonnulla, quibus episcopos imperitiae sacrarum litterarum perstrinxit, carpsitque Pontifices ob collationem sacerdotiorum, invictus est in decreta Concilii pro tuenda Ecclesiastica immunitate edita, finxitque Gallos reges bona Ecclesiastica iure rapere posse. « Si quis (inquit) de possessione rerum spiritualium coram aliis, quam regis judicibus, de proprietate autem vel quacunque civili aut criminali causa coram aliis quam Ecclesiasticis ordinariis, vel in Gallia delegatis a Summo Pontifice velit litigari, aut antiquissimam appellationem de abusu, cuius in istis capitibus mentio sit, cuique tantum in Gallia locus est, et quo remedio Galli soliti sunt eludere non Summorum Pontificum, quibus semper et honorem quem debent praestiere, sed contra illorum mentem, regisque constitutiones, et Ecclesiae Gallicanae libertatem, impetrantes obreptiones et subreptitias litteras impedire, aut quo minus regibus Christianissimis omnifere Ecclesiarum Galliae fundatoribus et patro-nis, qui primum Gallorum, deinde totius Galliae reges et domini sunt, omnia Gallia bona et redditus etiam Ecclesiastici, instante et urgente reipublicae necessitate, qua nulla major neces-

sitas, aut paupertas excogitari potest, subsidio esse possint, ii sciant antiquissimas regum Christianorum leges, libertatemque Ecclesiae Gallicanae impedimento fuisse ». Mox prorupit Ferrerius in virulenta verba, quibus eversam voluit Ecclesie auctoritatem, ut anathema regibus decreta Concilii violaturis, intentare non posset, contenditque, quanlacunque patrarent mala, illis parendum ab Ecclesiasticis, quibus tantum imperatum esset pro illis orare, non in eos animadvertere, quasi idem esset status Ecclesiae sub regibus Christianis, quos filios habet, non dominos, quosque in capessendo regno legibus obstringit, ac sub ethnicis Caesaribus, quos non filios obsequentes, sed adversantes tyrannos passa est. Demum probaturus nullas leges imponendas regibus pro Ecclesiastico jure asserendo hac ironia usus est :

« Vultis, Patres sapientissimi, reges et principes reformare ? Vultis adversarios vestros, ac potius nostros ad resipiscendum cogere ? » et infra, « usque ad maiores ascendendum est, Ambrosium, Augustinum, Chrysostomum, et illius temporis episcopos Catholicos, quibus idem fuit olim negotii cum Donatistis, quosque, licet plures numero, non attamen armis, aut reduvias curando vicerunt, sed orationibus, bona vita exemplo, et assidua puraque verbi Dei prædicatione, sic boni illi Patres, cum se Augustinos, Ambrosios, et Chrysostomos formassent, haeresibus Ecclesiam purgariunt, et principes Theodosios, Honorios et Arcadios effecerunt, idque vos facturos illorum exempla speramus, atque ut brevi facialis, oramus Deum omnipotentem Patrem Domini nostri Iesu Christi ».

Hac habita oratione, Ferrerius nunquam amplius Congregationibus interfuit, sed paucis clapsis diebus Venetias concessit.

Hanc Ferrerii orationem, cum non sine stomacho Patres pene omnes accepissent, quam et plures ex ipsis etiam Gallis detestabantur, in sequenti die Carolus de Grassi episcopus tunc Faliscorum, ac postmodum sancta Romena Ecclesie cardinalis egregie refutavit, quem et alii quoque sunt secuti. Illam vero<sup>1</sup>, quæ cardinalis Moroni nomine in Vaticano Archivio assertatur, juvathic in medium adducere, quæ sic habet :

« Cum te ad dicendum assurgentem sancta Synodus, clarissime orator, vidit, universa laetari coepit, sperans ab oratore Christianissimi regis nil nisi rectum, et tanto tamque Christiano principe dignum audiri posse; eademque laetitia initium orationis tuae prosecuta est, in quo dixisti, a multis saeculis Christianissimos reges reformationem ac discipline Ecclesiasticae restitutionem expetivisse. Quid enim

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3229. p. 137.

laetius poterat sanctissimis Patribus accidere, quam ut audirent Christianissimorum regum vota cum ipsorum desiderio consentire, et quod ab ipsis tanto studio, cura ac diligentia tractaretur, id quoque Christianissimo regi optatissimum esse? Itaque tota illa de reformatione oratio ipsi sanctae Synodo quam juvendissima fuit. Verum cum tua prolabi cepit oratio, et a te, quæ non sperabantur, neque tanto consessu digna, audiri cœperunt, tum vero laetitia in magnum quemdam mororem cœpit mutari. Cumque a te multa sint dicta, non solum regis Christianissimi oratore, sed homine quovis Christiano indigna, illa ita sancta Synodus accipit, ut ea a te ipso, ac sine ullo regis mandato prolabatur. Nam quod esse potest mandatum ut ea, quæ a te præter regis causam parum modeste ac parum Christiane dicta sunt, excusari possint?

« Quodcumque vero sit istud tuum mandatum, cum puer ac minor rex sit, benignitate, qua deceat, sic sancta Synodus accipit, ut rei male gestæ culpa non regi puer, sed ejus consiliarii, tibique in primis attribuenda sit; quamvis in ea oratione multa, ut diximus, tua propria fuerint, ita ut nullius mandati ratione defendi possint. Nam, ut demus tibi regis consiliarios mandasse, ut sanctam Synodum de illo capite, quod ad imperatorem cæterosque reges ac principes pertinet, admoneres, num propterea mandarunt, ut cum tot sanctissimis ac gravissimis Patribus tam immodeste ageres, ut in ipso orationis exordio eam ipsorum reformationem nullam esse diceres? Num ut leges nobis quasdam describeres, quæ nobis aliqua in parte ita contra jura omnia divina atque humana facere visas sunt, ut nunquam ab ullo Christiano principe putemus eas latas fuisse? Quid cum ea numerasti, quæ legibus iis non prohibentur? Nonne haec tantum numerasti, non impediri illis legibus episcopos, quominus perpetuo in suis Ecclesiis resideant et purum verbum Dei predicent (quæ sane tua verba fuerunt, a quibus abstinere debueras, cum satis superque hæretorum sermone terantur) et ut orationi ac prædicationi incumbant, atque huiusmodi multa numerasti? Alia vero cum facueris ea maxime, de quibus nunc agitur, videris illa, tanquam nulla sint, omisisse. Itaque nullam esse Ecclesiasticae jurisdictionem, nulla esse Ecclesiastica jura isto tuo silentio significasti: quæ sane quorum sit opinio (ne pessimos homines nominare cogamur) nemo est, qui ignorat.

« Quid vero cum in illis, quæ prohiberisti tuis legibus dixisti, post multa illud adjunxisti: « Prohiberi, ut nullus episcopus possit « regi contradicere, si velit omnibus bonis Ecclesiasticis uti »? Nonne id plane impium ac Christiano homine indignum cuivis videri pos-

test? Quod sane nos nullis Christianorum regum legibus contineri credimus, cum non leges illæ Christianissimorum principum (quales semper Galliæ reges fuerunt) sed tyrannorum censendæ essent. Itane jus canonicum ignoras, vel ignorare te simulas (nam ignorare illud non potes, cum illius scientiam profitearis) ut legibus civilibus ac regiis personas Ecclesiasticas, atque adeo episcopos, et eorum omnia bona omnino subdenda esse contendas? Nos vero non negamus magnam esse habendam regum, atque aliorum omnium principum rationem ab omnibus Ecclesiasticis viris ac Pontificibus; et in primis ab iis, qui in eorum regnis habitant, a quibus etiam, cum res postulat, sui reges, non tantum consilio, sed opibus quoque Ecclesiasticis juvari debent: sed impia vox est, ut sacerdotum ac Pontificum, ac honorum ipsorum rex dominus aut habeatur, aut nominetur; quanto enim major ac potentior rex fuit, tanto se magis divinis beneficiis obstrictum atque obligatum debet cognoscere, ut filium se Ecclesia intelligat esse, non dominum, a se sacris initiatum, ac præceptis Christianis imbutum esse recordetur. Sanctissima illa vox Constantini Magni in Niceno Concilio edita: *Vos Dii estis, et a nemine judicari potestis*, tuam istam totam orationem, quam in hac sancta Synodo protulisti, et leges istas, si que essent, (quas tamen sat scimus nullas esse) omnino refutaret: quam enim dissimiles illius Constantini tua oratio fuerit, non potest sine gemitu Sancta Synodus commorare. Neque vero ignoramus, quas tu antiquissimas leges velis dicere. Scimus etenim capitula quædam, (nam sic ab illis appellata sunt) a Carolo Magno, Lothario aliisque Galliæ regibus edita fuisse, quæ ad res quoque Ecclesiasticas pertinenter. Verum scimus quoque illis capitulis optimos illos reges nunquam in rebus Ecclesiasticis usos fuisse, nisi postquam, vel a Synodis Provincialibus, vel a Maximo Pontifice fuerant confirmata. Quod cum opus fuerit, ex antiquissimis scriptoribus iisdemque Gallis docebimus.

« Ac sane tota oratio tua ea fuit, ut ostentare nobis tuam antiquitatem ac legum doctrinam, quam profiteris, volueris; in qua paucula quedam, quæ ad regem perlinarent, fuerunt. Ad regem enim illud solum ex multis, quæ a te dicta sunt spectabat, cum dixisti, providendum esse sanctæ Synodo, ne Christianissimum regem anathemate (quod cuivis homini Christiano horrendum est) facile involveret, atque impliaret: quod tamen ita a te dictum fuit, quasi anathema ipsum parum curares; cum tamen consiliarii illi regi hoc unum maxime curavisse videantur. Paulò etiam antea questus eras, tam multa anathemata ab hac sancta Synodo edita fuisse, quasi doleres hæreticos hisce Ecclesiasticis telis percuslos ac prostratos fuisse;

simulque te creditorem, apto sane vocabulo, hujus sanctæ Synodi appellavisti, cui non alterum pro altero, hoc est anathema pro reformatione solvi posset; quasi vero tu is eses, cujus leges sanctam Synodum, tanquam ex præscripto quodam sequi oportet.

« Sed his missis, ad id quod ad regem pertinet sancta Synodus respondet : sibi maximæ curæ fore, ut leges, quæ ab hac sancta Sede emanabunt, tales sint, ut per eas Christianis regibus ac principibus nulla injuria inferatur. De rege vero Christianissimo eo majorem curam suscipiet, quia pueri et pupilli, et a Christianissimis regibus geniti cura non ad alium magis, quam ad sanctam Ecclesiam spectat. Itaque bono animo, et rex ipse, ac sui omnes esse possunt, nihil ab hac sancta Sede profecturum, quod unquam regiae dignitati officiat. Sed id vero, quod dixisti, si quid hic contra libertatem Ecclesie Gallicanæ statueretur, te regis nomine intercedere, hac tu re quidem ac nomine ipso furem nobis quemdam tribunitum ostendisti, ac Patres omnes novitatem rei ac vocabuli, quo ad concitandos popularium animos tribuni utebantur, commovisti: quidquid vero tu eo vocabulo significare volueris, nostra parum refert. Hoc unum atque ultimum responsum damus, sanctam Synodum omni conatu curaruram esse, ut reipublicæ Christianæ pristina disciplina restituatur, et non solum Gallicanæ, verum etiam omnium Ecclesiarum liberias, quantum fieri possit, conserveatur».

**171. Card. Lotharingus per honorifice Romæ exceptus.** — Dum hæc gererentur Tridenti, cardinalis Lotharingus Romam advenerat, atque summo a Pontifice honore exceptus in tantum fuerat, ut præter Rom. Pont. consuetum morum, in propriis ædibus ab eodem visitaretur. VIII vero idus Octobris, cum fuisset consistorium apud S. Petrum<sup>1</sup>, ac Lotharingus ipse interesset, cum de rebus Concilii ac Patribus magnifice ac veraciter elocutus esset : « De me (subjecit) non dicam aliud, nisi me agnoscere quantum debeam Deo, Sanctitati Vestrae, huic ordini, atque Sanctæ Sedi. Scitote me divino cultui ac dignitati vestrae, nullo unquam tempore defulatum. Postremo polliceor, me totis viribus semper acturum ac curarum, quæ Sanctitas Vestra mihi sancte jusserit. Scio autem S. V. omnia sancte et juste semper jubere.

« Ad ea Pontifex », pergit Acta, « benigne atque honorifice respondit; Quæ ipsi jusserit ac Patribus, qui in Concilio adessent, ea fuisse, ut affectibus omnibus exulti, et privata omni moda ratione remota, libere divino cultui ac reformationi Ecclesiae deservirent; Dei gloriam tantum præ oculis habentes, idque unum res-

picientes, ad finem cum decenti maturitate properarent, quem et Dei voluntate, atque ipsius cardinalis auxilio et diligentia satis uberem ac fructuosum se expectare aiebat, neque unquam serum sibi visum, modo is esset, quem oportebat : maturandum vero omnino esse, tum ob detrimentum, quod Ecclesiæ ob prælatorum absentiam patiuntur, tum ob periculorum instantium metum, ne scilicet, aut sua ipsius morte, aut aliorum principum, aut temporum vicissitudine, aut finis Concilii differetur, aut executio impeditur». Et post multa : « Sperare, inquit, cardinalem ipsum sua virtute ac diligentia viam inventurum, qua hujus modi moderetur; in eo se spem habere. « In te, « inquit, domus inclinata recumbit ». Reformationem se omnino velle; se aliis exemplo fulurum, a semetipso inchoationem inchoaturum, mox in collegio, atque aliis principibus curatur. Sperare se Patres illos, tametsi de privatis ipsorum commodis agebatur, omni affectu seposito, ita se gesluros, ut de ipsis dici non possit: onera insupportabilia imposuitis nobis, quæ nec tetigistis digito ». Denium, subdunt Aeta, multis verbis amoris ac benevolentiae nolis insignibus cardinalem Lotharingum laudavit. In cuius viri laudes cumulatius etiam Pontifex effusus est, cum altera ab ejus discessu die, quæ fuit xix Octobris, ad Tridentinos legatos litteras dedit, queis Lotharingum admirando amplificandi divini honoris studio ardente commendavit, ac præcipua erga Sanctam Sedem ac Concilii terminationem voluntate prædictum extulit.

**172. Pius IV claudendo Concilio studet, quamvis principes obices ponant.** — Concilii itaque conclusionem, quam, cardinali Lotharingo adnidente, propediem fieri posse sperabat Pontifex, acrius etiam apud legatos urgebat, quos etiam per card. Borromæum admonuit, ut nequaquam a proposito animi protestationibus in contrarium editis flecterentur. Sat sibi esse, majorem presulum partem pro se stare. Sessionem proinde, si res in promptu sint, ne different, promulgatis decretis sacramenti Matrimonii, et viginti et uno articulis de reformatione conclusis, ut minor rerum moles versanda supersit. Statuant igitur cum Patribus, quod justum simul ac honestum visum fuerit, nec recipiente jam dilationem re, pensi multum habent adversantia impedimenta, cum jam eæ controversiæ ab aliis Conciliis essent definite, atque ipse eisdem posset prospicere. Quibus hæc Pontifex ipse sua subjicit manu : « Perspicimus maxime referre ad cultum Dei et bonum Christianæ reipublicæ, ut quantocius absolvatur Concilium : omnes itaque ingenii vires intendite, omnia impedimenta abrumpite, moras ac dilationes contrahile ».

**173. Aliis insuper arcanis litteris xv Octo-**

<sup>1</sup> Act. Cons. car. Gambaræ Ms. apud car. Flavium Chisium lit. G.

bris exaratis legatos monueral Pontifex, ut principibus semper respectus in rebus constitutendis haberetur, et modo aequum simul ac honestum servetur, occasiones omnes querelarum, quas tantopere fundunt, praecidant, satisque haberent, generali sanctione sacros canones, veteraque Concilia ac Christianorum imperatorum leges confirmare, nec novas superaddere censuras, novaque anathemata promulgare. Se quidem prae sulum patrocinio iurique tuendo nunquam defuturum. Quanta vero benignitate atque honestate Ecclesiasticae libertati cautum sit, nec tamen principum læsa dignitas, aperte ex capite vigesimo reformatio- nis in sessione ultima promulgatae deducitur.

174. At cum piis Pontificis studiis Ferdinandum se opponere conari fama esset, ipse datis ad card. Moronum litteris objectam culpam facile diluit, cumque accepisset, quos motus apud Gallos in Concilio suscitaverit reformationis principium negotium, eo fidentius rem exactius considerandam, nihilque novi quod ipsos a filiali erga Sedem Apostolicam obsequio averteret, inducendum suadebat<sup>1</sup>.

#### FERDINANDUS etc.

« Reverendissimo in Christo Patri domino Joanni sancte Romana Ecclesie episcopo Praenestino, cardinali Morono, et sanctissimi domini nostri ad sacrum Concilium legato, etc.

« Quia hoc negotium summi est momenti, (nempe de reformatione principum) quod pro minima quidem parte (uti nos judicamus) ad personam nostram specialiter pertinet, sed sacrum Romanum imperium, regnaque et dominia nostra, et aliorum regum et principum ditiones, neconu libertates, immunitates, privilegia, consuetudines et iura eorum concernunt, pro ratione numeris nostri Cesarei ac regii nobis incunabit, ut in hoc negotio caute et prudenter agamus, et priusquam certi aliquid statuamus, de iis rebus, que rarissime in aula nostra tractantur, eo quod immediate ad regna et dominia nostra spectant, ut sunt illæ, que continentur in dicto capitulo, ab iis, qui in regnis et provinciis nostris vices nostras gerunt nostroque loco jus reddunt, exactam informationem accipiamus, ne forte vel imperio, vel regnis et dominiis nostris sine scitu et consensu eorum aliquid prajudicii seu detrimenti inferamus: ideoque nec Paternitas vestra reverendissima, nec quisquam aliis nobis vitio vertere debet, si forte videmur in hac parte difficiiores esse, quam forte nonnulli expectabant. Relinquimus autem Paternitas vestra reverendissima prudentia et integratiti expendum, an deceat, vel etiam expediat, nos quipiam acceptare vel spondere, quod incerti

sumus, an per nos praestari et executioni mandari queat, nece? » El paulo post: « Ne quisquam eorum sinistri aliquid suspectetur, properea quod super hoc reformationis capite cupiamus audiri, et quod nobis non relinquatur sufficiens deliberandi spatium, nobis reservatas et salvas esse velimus excusationes et informationes nostras, et quæcumque nobis amplius necessaria fuerunt, desuper proponere, dicere et agere. Nos certe non perdemus tempus, sed quamprimum unquam fieri poterit ea, quæ nostra, ac regnum et provinciarum nostrarum necessitas postulare videbitur, preferemus. Et quando res ejusmodi esset, quæ nostram duntaxat personam tangeret, et non potius ad universum sacrum imperium, regnaque et dominia nostra spectaret, haud dubie ut pius et Catholicus imperator, ita nos essemus exhibituri, ut neque Sanctissimus dominus, neque Paternitas vestra reverendissima, cum suis reverendissimis collegis, ac universo Ecclesiastico ordine justam de nobis conquerendi causam habere posset.

« Neque existimet Paternitas vestra reverendissima, nos sub'ejusmodi praetextu et artificio moras velle nectere, ut Concilium diutius extrahatur. Alienissimum est hoc ab instituto nostro, tantum enim abest, quod ulla arte velimus impedire et remorari finem Concilii, quod potius manibus ac pedibus adjuturi sumus, ut id sine ulteriore cunctatione felicem et opatum progressum et exitum sortiatur: id quod Paternitas vestra reverendissima de nobis firmiter sibi polliceri poterit, sicuti etiam supradicto reverendo nuntio significavimus.

« Quod postremo loco Paternitas vestra reverendissima nobis etiam benevolè congratulatur de coronatione Hungarica serenissimæ filii nostri regis Romanorum ac serenissimæ reginae conjugis suæ dilectissimæ, nos eam quoque gratulationem ex integerrimo pectore profectam amico et grato animo accipimus, etc. Dat. in arce nostra Posoni die 11 mensis Octobris anno Domini M.DLXIII, regnum nostrorum Romani XXXII, aliorum vero XXXVII ».

175. Nec alia in Concilio fuit cardinalis Moroni mens, qui, quantum negotii apud principes facesseret reformationis articulus, probe compiriens, ad aliud differri tempus consultius judicabat, ideoque, ut habent Acta:

« Octava Octobris die coacta est congregatio generalis, in qua actum de promulgandis in proxima Sessione viginti supra unum canonibus de reformatione jam discussis, atque aliis, quæ principes taugunt, rejectis ad alias sessions, conceptis subjectis verbis<sup>1</sup> a cardinale Morono peroratum est:

<sup>1</sup> Tom. x. de Conc. Ms. arch. Vat. sig. num. 3197. p. 176. Act. Cone. Trid. per Astulph. Serv. Ext. in Ms. Francise. car. Bar. sign. num. 1109. p. 135.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3216. p. 31.

« Si ea quæ magis expedient fieri semper possent, nihil esset eur de iis, quæ nunc dicenda sunt, apud vos ageremus. Saneta enim hæc Synodus nulla re a recto jure suo impediret; sed quoniam ea est conditio temporum deploranda sane, ut non quod magis expediat, sed quod fieri possit, agere quodam modo necesse sit, mirum vobis, sanctissimi, videri non debet si nos quoque a proposito nostro divellimur, et vobis proponimus, non quod prorsus magis expedire, sed quod minus incommodè fieri posse censemus. Nos legati, cum vobis proposuimus triginta, quatuor reformationis capitula, quorum in ultimo agitur de iis, qua pertinent ad amovenda impedimenta, quæ a sæcularibus potestatibus vobis in vestris regendis Ecclesiis afferuntur, ea mente et consilio ea vobis proposuimus, ut in proxima Sessione a vobis decernentur; nunc autem non solum serenissimi imperatoris, sed fere omnes reliquorum principum et regum oratores, tum intercedendo, ut audistis, tum interpellando, ut nunc auditis, nos aliud cogitare impellant. Aiunt hi reverendissimi et clarissimi oratores, quamvis principes sui ea bonitate prædicti sint, ut libertatem Ecclesiasticam nunquam minuere aut labefactare, semper vero tueri et augere studierint, idemque in posterum facturi sint, nullamque occasionem daturi, ut aliquid contra eos decernendum sit, multa tamen in trigesimo quinto illo capite contineri, quæ ipsis principibus nova videri possint, et quæ tranquillitatí totius orbis Christiani, ac præcipue sacri Romani imperii Ordinibus, eminentia, libertati ac juribus non leve afferre possint detrimentum, et quæ sint contra antiquissima privilegia, consuetudines et auctoritatem ordinariam regnum et dominiorum suorum; has ob causas summo studio a nobis petunt justum aliquod sibi spatium dari, quo ob rei magnitudinem ex imperatoris principumque suorum mandato vos edocere possint de his, quæ contra libertatem imperii et provinciarum suarum utilitatem in eo capite contineri existant, sperantes, vos pro vestra æquitate, et hoc justum temporis spatium illis concessuros, et cum rem omnem melius intellexeritis, ea ex illo capite ablatus, quæ contra eorum privilegia, consuetudinem et ordinariam potestatem in eo continentur. Nos vero cogitantes jure quodam, vel saltem æquitate vos, Patres sanctissimi, judicatores, principibus Catholicis id denegari non posse, quod alienis etiam concederetur, videntesque nullum spatium temporis adeo breve concedi posse, quod, si interim nihil agatur, huic sancto Concilio non valde perniciosum sit, censuimus, non indignum vobis fore, priusquam vos, quid vobis agendum sit, deliberetis, si quod magis expedire judicamus, in medium attulerimus. Cum igitur principibus danda videatur aliqua dilatio

ne de vobis jure conqueri possint, dum illi suis de rebus cogitabunt, ne interea cum dignitatis nostræ detimento frustra hic a vobis tempus conteratur, videtur nobis, si vobis ita placuerit, Sessionem haberi posse, in qua de iis, quæ ad Matrimonii sacramentum pertinent, diuque ac diligenter a vobis tractata et disputata sunt, deque uno et viginti reformationis capitibus, quæ itidem vos diligenter examinastis, Deo vobis propitio decernatur. Hæc est sententia nostra, quæ, nisi fallimur, multis innititur rationibus. Quod si idem vobis, prudentissimi Patres, videbitur, eam sequi poteritis, sin minus, nos meliori judicio vestro acquiescemos.

« Prima igitur, quæ nos movet ratio est, ut diximus, quod principibus Catholicis de re Christiana benemeritis, et spatium aliquod temporis ad vos edocendum potentibus, sine injuria denegari non posse videtur; quod si negaretur, multa inde oriri possent incommoda, ut quisque vestrum pro sua prudentia facile cogitare potest. Quod si danda est hæc illis dilatio, nullo modo convenientius dari potest, quam si trigesimum quintum illud caput et reliqua reformationis pars in proximam alteram Sessionem rejiciatur. Deinde si interea loci Sessio a vobis, de qua nunc tractatur, ante diem destinatum habebitur, profecto consultissimum fuerit huic sanctæ Synodo, si quam sue existimationis jacturam ex dilatione præterita Sessionis persessa est, eam facile ex hujus anticipatione recuperabit. Videbunt præterea vos omnes Ecclesiæ reformationis vere esse studiosos; quod si fortasse aliter de vobis opinati sunt credentes illud trigesimum quintum ad impediendum reformationis caput esse confitum, quasi principes, qui ab illo sibi capite cavendum putent, vestræ quoque reformationi parere cogantur, hi profecto falsam de vobis suscepit suspicione deponent, deque pietate vestra quod æquum est judicabunt. Neque illud interea reticendum putamus, quod si in proxima futura Sessione tot præcipue reformationis capita statuantur, septimo Matrimonii sacramento suprema imponatur manus, certe maxima dogmatum, et ejus, quæ ad nos pertinet, reformationis pars erit absoluta, et ad finem Concilii maturius deveniri poterit, quod præcipue vobis procurandum est. Quod si aliena rursus impedimenta et procurationes vobis injiciantur, ne ad reliquam reformationis parlem accedere possitis, ea vos honestius, ac majori eum vestra, tum Ecclesiæ auctoritate rejicere poteritis: et quod hujus deliberationis caput est, bona, quando fieri possunt, ea nunquam sunt differenda; ejusmodi enim dilationes divinæ voluntati repugnant, et omissio rei bene gerendæ occasiones raro solent reverti; quod ne vobis contingat, in haec jam examinata reformationis parte, quæ mille in se bona continet, etiam atque etiam

cavendum censemus. Atque hæ sunt rationes, quæ nobis persuadent, ut sessionem habendam censemus. Quod si vobis prudentissimis Patribus idem probabitur, nos eas rationes bonas esse judicabimus, sin vobis secus videbitur, nos, ut diximus, meliori judicio vestro acquiescemos, existimantes id Spiritui sancto probari, quod vobis probatum fuerit. »

176. Hac pollicitatione, cum subtulatus fuisset qui maturando Concilio opponebat limes, Ferdinandum imperatorem suis autographis litteris<sup>1</sup> incitavit Pontifex, ui qui tam egregiam pro Concilio prosequendo hucusque navaverat operam, eamdem modo pro illo feliciter absolvendo, ne gravaretur, impendere:

« Charissimo in Christo filio Ferdinando in imperatorem electo.

« Charissime fili, salutem, etc. Ex litteris nuntii nostri Delphini intelleximus, quantopere majestas vestra promoverit negotium boni progressus et finis Concilii, quando et dogmata erunt resoluta, et honestæ reformationes factæ, id quod propediem futurum est, quam rem certo sciimus ab eximia ejus pietate, ac religione, et simul a devotione et charitate, qua nos et hanc Sanctam Sedeni prosequitur, processisse: nos hujus rei perpetuo erimus memoris, et parati pares gratias et maiores, si poterimus, Majestati Vestre referre, quandocumque se occasio obtulerit: quam rem cupimus magis factis quam verbis comprobare. Rogamus majestatem vestram, uti totum hoc negotium suscipiat, et ad finem debitum perdueat: nos enim illius pariter causa omnia cupimus, neque unquam illius honori atque exaltationi deerimus. Reliqua ex nuntio nostro cognoscet. Deum rogamus, ut majestati vestre salutem et felicitatem omnem donet. Roma xxii Octobris MDLXIII ».

177. Joannes quoque Moronus cardinalis primus Concilii preses studium suum contulit ad sollicitandos litteris reges, ut suam auctoritatem pro perducendo ad finem optatissimum Concilio adhuc liberet, quo argumento extant ejus litteræ<sup>2</sup> ad Maximilianum Romanorum regem, cui summam necessitatem exposuit, ut pro decerpenda ex Concilio expedita utilitate, felici fine clauderetur, ne graviora ex illius prorogatione mala securirent :

« Regi Romanorum.

« Serenissime rex, etc. Jucundum mihi est, cum audio ipsum quoque cardinalem Lotharingum ad eundem finem cogitatus curasque suas dirigere: nihil enim, ut sæpe serenissimo imperatori scripsi, consultius esse potest, nihil utilius reipublicæ Christianæ, nihil optatius, neque magis necessarium, quam finis Concilii, qui si, ut spero, successerit, illum serenissimum

imperatori ac majestati vestræ in primis acceptum referre debebimus, eisque gratias habere et referre maximas, tanquam hujus Concilii maxima ex parte auctoribus et perfectoribus; atque hoc tempore, nihil sane est quo de Sede Apostolica magis promerer possint. Ego præter reliqua, que hac in causa me summopere delectant, illud vere et solide gaudeo, quod video jam tantam Summo Pontifici cum serenissimo imperatore, cumque majestate vestra charitatem et conjunctionem intercedere, ut vix major intercedere possit; ex qua præsentibus orbis Christiani calamitatibus maxima remedia nobis polliceri et expectare certo possumus. Ipsam vero majestatem hortor et obtistor, ut quam de pietate sua expectationem dedit, hanc sustinere et superare in dies magis magisque studiis omnibus enitatur. Nihil regia majestate dignius, nihil ad omnes felices successus, optatasque imperii accessiones a Deo impetrandas efficacius efficeri poterit, etc. Dat. Tridenti die xxv Octobris MDLXIII ».

178. Sed quoniam a nullo magis timebantur moræ, quam a Catholico rege, cum ejus orator comes a Luna novas quotidie necere non desisteret, placuit Pontifici ad ipsummet regem Carolum Vicecomitem episcopum ad se a Patribus Tridentinis missum submittere, dataeque sunt discedenti a Carolo Borromæo card. variae præceptiones ac monita<sup>1</sup>, quibus ille, prout opus esset, consilia aptaret. Iussus est in primis, Pontificis paternum studium in regem ut in filium amantissimum honestis verborum officiis illustrare, utque Tridentinum Concilium, tanquam remedium salutare adversus haereses, quæ Ecclesiae membra dilacerant, in hodiernum diem pro divino honore nullius incommodi, vel sumptuum, vel laboris et periculi habita ratione provexerit, ac pro sacrorum ministrorum instauranda disciplina nihil prætermiserit, adeo ut etiam ipsa cardinalium reformatio, sue Sanctitatis imperio, Concilii Patribus permissa sit. Præterea suam Sanctitatem Concilii arbitrio et potestati permisso, ut Patres Concilium, vel protrahere, vel contrahere, ac prorogare, vel claudere possent, prout a Spiritu sancto iuncti forent, nec voluisse, aut Concilium retardare, vel præcipiti celeritate absolvere, atque adeo omnium operum suorum æquitatem in luce collocasse, ut speret principes suas omnes vires collatueros, ut ad optimum finem perducatur, eoque maiorem spem de Catholica Majestate concepisse, quo præ ceteris principibus singulare publici boni studium semper prætulit, studiisque tuendæ veteri religioni, regnique sua ab haereses lue vindicavit. Jam vero Pontificem præviso Concilii fine de

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3216. p. 11. — <sup>2</sup> Ibid. sign. num. 3215. p. 274.

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sign. num. 3216. Ep. xvi et xxxv. Ext. in Ms. card. Spada sign. num. 31. p. 352.

tanti tamque gravis negotii conclusione, et constabiliendis decretis, ac necessariis rebus serio cogitare, nec his recte posse consuli, quin conjuncto principum Catholicorum patrocinio, inter quos maxime de Majestate Catholica maximam fiduciam foveat, tum ob optimam regis mentem non minus opere pii et boni publici studiis flagrantissimi, quam nomine, Catholici, adeoque interprete Vicecomite, sua consilia ad divinum cultum ac religionis Catholicae decus pure spectantia illi pandere, concepta optima spe, Catholicam majestatem omni animi alacritate atque ardore ad tuendam, augendam illustrandamque Dei Ecclesiam vires suas, auctoritatemque adhibituras, cum pluribus litteris ac legationibus obtulerit, si opus foret, se non modo ditiones suas et regna, sed etiam vitam pro Ecclesia discrimini expositaram. Primum ergo, et gravissimi ponderis illud esse, ut ratio ineatur, qua principes Catholici animis viribusque sint conjuncfissimi ad decreta Concilii mandanda operi in iis provinciis, quæ hodie sub eorum ditione sunt constitutæ, et in quibus haec tenet, favente Deo, observantia erga Sedem Apostolicam conservata est, licet aliquibus hæresibus sint infectæ, atque hac de re primo cogitandum esse laborandumque antequam de aliis ad viam veritatis traducendis agatur. Itaque conversis a Sanctitate sua oculis ad res Gallicas, his maxime videri oportulandum, cum aliarum vicinarum provinciarum periculum ac ruinam secum trahant, atque adeo maximo desiderio incensam Beatitudinem suam, ut illud regnum in fide Catholicæ integre confirmatum constansque in obsequio Sedis Apostolice, ut olim, conspiciat. Necessarium proinde ducere, ut in fine Concilii modus ad id debitus capessatur, in quem finem videtur agitata in eo regno cum Hugonottis concordiae actio, ac si bæc res proteletur, grave imminet periculum majoris alterius novitatis in causa religionis, exitialisque omnibus aliis provinciis. Maxima queque dicta fuisse Sanctitati suæ, ac promissa de optimo regis Christianissimi, reginæque ejus matris animo erga religionem Catholicam, adeo ut collato sermone de suscepto a regina desiderio ineundi colloquii in aliquo loco cum majestate Catholicæ, Pontificiæque Sanctitati a majestate Christianissima significato desiderio, quo tenetur, ineundi cum sua Sanctitate colloquii, ac sequendæ in rebus gravissimis pro asserenda religione, saluteque, Pontificiæ sententia ob singularem observantiam, qua veluti amantissima filia Sedem Apostolicam prosequitur, se ea consilia et præfata colloquia maxime commendasse, atque in eam etiam venisse opinionem, futurum utilius si ea duo colloquia in unum coirent, in quo optima consilia expediri possent: nulla itaque ætatis aut valetudinis vel sumptuum habita ratione,

se pro salute et conservatione nobilissimi regni quosvis itinerum labores suscepturni, cum sine eo colloquio non modo religionis res in meliorem statum non sint restituendæ, imo in pejorem collapsurae videantur. Caeterum, nisi adfuerit majestas Catholicæ, nolle Pontificem inire colloquio cum Christianissimo, cum absente Catholicæ nullius utilitatis spes affligeret.

Significantum etiam Catholicæ Majestati, Pontificem, efflagitante id regina Christianissima, sollicitasse internuntiij opera imperatorem ac regem Romanorum, ut vel ambo, aut saltem eorum alter ad id colloquium accedere non gravarentur, non modo pro asserenda regni Galici salute, sed etiam pro ditionum suarum commodo, tuendisque Catholicis, qui in Germanico imperio supersunt. Caeterum in hujus rei serie purissimis ac sinceris studiis Dei gloriam et publicam Christianorum salutem affectari, nec unquam assensurum Pontificem, ut quipiam in causa religionis novelur. « Ultima Octobr. MDLXIII ».

#### « CAROLUS cardinalis BORROMEUS ».

179. Addita est secunda instructio<sup>1</sup>, cum Lotharingus cardinalis Tridento Pontificem salutatus Romanum accessisset, jussusque est Vicecomes significare Catholicæ regi, illum tantum egisse de progressu Concilii, deque memorato colloquio, enjus disturbandi causam anticipitem esse dixerit Protestantum et aliorum hæreticorum principum terrorem, ne illi sibi diffisi multam inter se armorum societatem coeant adversus Catholicos, atque adeo ad eos demuleendos posse iis significari a Cæsare non adversus eos ullum armorum fœdus in eo colloquio sanciendum, sed tantum de compescendis iis, qui religionem prætexentes seditiones in ipsorum regnis concitant, tum pro tuenda Christiana republica adversus Turcam communem hostem, qui æque hæreticis ac Catholicis infensus est, agitari.

Quod ad locum colloqñii attinet, non gravatum iri Snam Beatitudinem, si Nicæam et Villamfrancam accederet, aut si Catholicæ majestas in Italianam se transferret, Vercellas deligi posse, quo imperator, vel rex Romanorum posset accedere. Egisse etiam cardinalem cum Pontifice de regina Scotia nepte tradenda nupti Carolo Archiduci, affirmasseque, non alia ratione religionem in Scotia restitui posse; nolle enim pati Scotos, ut regina regno discedat, ac si discesserit, redeundi retinendique ejus regni spes evertendas; eo quoque connubio Anglorum Catholicorum res fulciendas, alioquin omni spe restituendæ unquam in Anglia religionis destitutum iri, atque hos sermo-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. pag. 356. fin. extract. ex Ital. Ib. p. 358. extr. ex Ital.

nes a Lotharingo cardinale cum sua Beatitudine collatos fuisse. « Romæ ultima Octobris MDLXIII.

« CAROLUS cardinalis BORROMEUS ».

Tertiis præterea mandatis instructus est Vicecomes, ut Catholicœ regi, vel ejus administris significaret, Tridentinos Patres nelle longiores in ea urbe moras trahere, tum quia sumptibus sunt exhausti, tum quia eorum Ecclesiæ graviora damna patiuntur, ac nonnullos nulla petitia venia abeundi discedere, tum ob ingra-  
vescentes maximas bellorum suspiciones fluctuare, ex quo Heribopolis occupata est, ac legitimus episcopus ejectus : pestem propagatam, atque in Tirolensis comitatus partibus serpere, ex quibus gravis conceptus sit terror ; atque uti-  
nam repentina metu ne diffugiant. Ingratissi-  
mam accidisse Pontifici legationem majoris Commendatoris Castelle qua ita expositus Con-  
cilium apertum esse pro dogmatibus definien-  
dis, instauranda disciplina ac revocandis in  
viam salutis aberrantibus, ut visus sit queri  
regiam majestatem Catholicam nihil vel parum  
ex his tribus adhuc gestum esse, atque institutum,  
ut lento passu, ac exacta temporis mora, et cir-  
cuitu longo hæc peragantur : ad quem ita res-  
pondent Pontifex regiorum commodorum ac  
votorum summam haberi rationem, deque ea  
re explorationem fieri posse, pariterque anima-  
adversurum ; Pontificem totius mundi compa-  
randi causa nullam rem Pontificio gradu indig-  
nam admissurum, qua utique fieret, si Concilii  
læderet libertatem, cui cum summam semper  
permiserit, non decere, ut jam ulla arte vin-  
ciantur illi manus, nec credendum est Patres  
Concilio finem imposituros, nisi omnes dogma-  
tum controversiae definite fuerint, et sacrorum  
ministrorum populique disciplina instaurata  
sit, ut jure atque honestissime Catholicæ majes-  
tas efflagitat.

Jussus etiam est gratias agere Catholicæ  
majestati, quod rem Avenionensem Gallorum  
regi commendarit, verum non permitti, ut ex-  
terni milites per regnum iter habeant. Aurasiæ  
principem, cuius ditio in medio Comitatus  
Avenionensis jacet, permisso Calvinisticas con-  
ciones, ac ditioni præfetiisse pestilentem hære-  
ticum dominum de S. Albano; monitum fuisse  
Auracum, ni his medeatatur, ditionis sue jure a  
Pontifice exauktoratum iri, atque primo occu-  
panti eam adjudicandam. Joannamque reginam  
Navarre in jus vocatam proposito publico edic-  
to, lapsoque sexmensium fluxu in eam judicia-  
riam severitatem exercitum iri, usque ad pri-  
vationem : Pontificem divini amoris ergo susti-  
nendi muneris Apostolici, asserendæque reli-  
gionis causa diutius rem differre non potuisse,  
qua jure regio exauktorata, illius regnum  
ditionesque in primi occupantis jus translatum  
iri.

Noluisse hactenus Pontificem permittere

Concilio, ut quid decerneret contra reginam  
Angliæ, licet ea non minus rea sit quam altera,  
idque datum precibus Catholicæ majestatis ;  
verum in hanc quoque tandem aliquando, ni  
emendetur, animadvertisendum ; saltem debere  
majestatem Catholicam permonere, ne epis-  
cos et ceteros Catholicos divexet, verum illis  
libertatem colendæ exercendæque sanctissimæ  
sue religionis permittat, aut certe libere et regno  
abire patiatur.

De quinquennali subsidio pro instruenda  
classe in aliud quinquennium prorogando, si  
postuletur ; respondere jussus pecunias pro ea  
classe ornanda attributas, male collocatas, nec  
promissam a rege opem pro absolvendo utili  
Concilio, ut testis est ipse Vicecomes, fuisse  
suppeditatum. « Datum ultima Octobris MDLXIII.

« CAROLUS cardinalis BORROMEUS ».

180. *Coutra fidei desertores infracto se ostendit animo Pontifex.* — Sub hæc ferme tem-  
pora, quibus Pontifex pro salute totius Ecclesiæ  
consequenda, spiritu discretionis et consilii  
cuncta perageret, atque Ecclesiastice aretæ  
censura nervos cum principibus ita remitteret,  
ut exinde Catholicæ veritati, Concilium absolv-  
endo, plene consuleret, doctus nimirum<sup>1</sup> *Tempus acquirendi, et tempus perdendi; tempus custodiendi, et tempus abiciendi;* in iis tamen,  
quaæ ad fidem Catholicam tuendam arcendosque  
ab ovibus lupos spectabant, constanti infracto-  
que semper animo, nihil remittere aut negligere omnino studebat. Cum autem pseudoepis-  
copi illi Galliarum, qui Apostolica fuerant nota-  
ti censura, causam suam in Galliis cognosci  
exposcerent per hos ipsos dies, nullis neque  
suspitionibus, neque privilegiorum praetextibus  
a suscepta actione est deterritus, quamvis poten-  
tiorum principum auxilio fulcirentur ; nam  
ut habent Acta consistorialia, cardinalis a Bur-  
desia se a rege ac regina litteras<sup>2</sup> accepisse  
dixit, « quibus ei mandabant, ut Summo Ponti-  
fici ipsorum nomine supplicaret, ut hanc epis-  
coporum causam in Gallia judicari pateretur.  
Ea esse illius regni privilegia, quibus salvis extra  
Galliam de his episcopis judicium ferri non  
posset ; sed de his egisse cum Sanctissimo do-  
mino, atque hujusmodi responsum reportasse,  
ut ad regem et reginam scripserit, Summi Ponti-  
fici rationibus ita persuasum, ut quid contra-  
diceret, non haberet, itaque obmutuisse. Quare  
petiisse, ut earum majestates Summi Pontificis  
voluntati acquiescerent, aut se docerent, quo  
pacto ipsorum postulata tueri posset. Hæc se  
pridie scripsisse, supplicare, ut judicium diffe-  
ratur, donec a rege suo responsum accepiret ;  
idque eo magis, ut rege huic judicio consentiente,  
executio etiam sententiæ obtineretur.  
Nemo censuit dilationem hujusmodi conceden-  
iri.

<sup>1</sup> Ecol. c. 3. — <sup>2</sup> Ms. apud card. Chisium. lit. G.

dam. Summus Pontifex dixit, sibi non esse in animo infringere Gallie privilegia; has tamen causas in Gallia cognosci nolle etc. » et post multa subdidit. « causam hanc nullo pacto dissimulandam, aut ferendam illorum hominum negligentiam, neque haereticam pravitatem in episcopis cum tanta animarum eis creditarum tactura et pernicie tolerandam ».

184. Cum vero cardinalis Lotharingus, qui jam Roma excesserat, Epistolam ad Pontificem misisset, qua reginae Navarrae, Odetti Castillio-nei, et pseudoepiscoporum causas diligenter commendabat, Pontifex subiecto responso<sup>1</sup> gestorum omnium rationem assignavit :

« Dilecto filio in Christo Carolo cardinali tit. S. Apollinaris, de Lotharingia nunenpato,

« Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Praefiximus reginae Navarrae semestre tempus, bimestre primum pro primo termino peremptorio, secundum pro secundo; ac tertium pro tertio: ita ut plurimum temporis concederimus, ut ad sese redeat, si resipiscere velit: quod vero factum est, revocari non potest. Neque vero id egimus permoti a rege Catholico, vel ab alio, sed purissimo divini cultus tuendi studio, defendendaque religionis sacro ardore, in quam illa infensissimum et hostilem animum profitetur. Si ad Ecclesiæ gremium reverti illa velit, clementiae brachia ad eam ream- plectendam explicabimus: at si in profundo malorum, ut hactenus haesit, haerere velit, Deus his malis consulte.

« Quod ad acta judicaria adversus Castilio-næum, et alios episcopos edita spectat; pro explorato habeat, nihil aetum contra Constitu-tiones regni Gallie, quia cardinalium et episco-porum causæ reservatae sunt Pontifici ex ipsis concordatis cum Gallis regibus, causæque ma-jores et graviores semper Sedi Apostolicæ reservantur. Si Castilionæus se lœsum putat, in jus veniat, tum enim in eodem statu, in quo ante primam citationem erat, redintegratum iri atque excipiendum humanissime pro sui gra-dus dignitate: si insons fuerit, absolvetur: si reus, ac resipiscere velit, redirequie ad sanctam inatrem Ecclesiam puro corde et fide non ficta, erga eum misericordia et clementia uteatur.

« Quod ad episcopos attinet, pronuntiatum a nobis, prout in cedula, nec cedula subscripi-simus. Majori ex parte notorii sunt heretici: alii maxima suspicione haereseos laborant; om-nes in pœnas monitorio edicto contentas incur-rerunt. Nos interea ex puro in dominationem vestram studio subscriptionem cedula extrahe-mus, donec ab ipsa responsum sit: precamur-que ut interea expendat, quid tuta conscientia agere possimus, nec consentaneum esse, ut hi

haeretici Ecclesias Gallicanas administrent, nec posse permitti eas Ecclesias iis, qui diœceses earum ac populos haeretica peste sunt infecturi. Consilere quidem volumus quieti et paci Gallici regni, sed salvo divino honore salvaque con-scientia. Misimus episcopum Sanctæ-Crucis, qui de his omnibus ad regias majestates referet; ac si regina Navarrae ab injuriis Deo inferendis abstisat, detque operam, ut filius ad sacram audiendum se conferat, munusque principis Christiani impletat, justius iras nostras placabit; exploratumque habeat, aperitionem Concilii nobis non officere, quin adversus ipsam, ac memoratos episcopos, si comparere velint, ut criminis se expurgent, non defuturam erga eos misericordiam, quam Castilione sumus polli-citi: at si in pertinacia obdurescant, perpendat ipsa, quid nobis imperet conscientiae religio, nec illi a nobis expectent alia, quam optimi Pontificis optimique Christiani officia.

« Quod ad Aquensem episcopum attinet: maxima ille suspicione apud inquisidores nos-tros laborat, nec antequam se purgaverit, nobis-cum tractare ulla negotia potest, nec alia sacer-dotia et monasteria sperare a nobis potest nisi illius infamie maculam exterscrit. Ut vero ipsa pio adducta studio haec proposuit, ita æqui responsa nostra excipiat. Datum Romæ die xx Novembris MDLXIII ».

182. Pii IV litteræ congratulatoriæ ad Nemureensem ducem. — Sed qui tam districtum ac severum judicem contra desertores Catho-licæ fidei se exhibebat, quam se blandum ac pro-vidum erga ejusdem fidei pugiles ac propaga-tores se ostenderet, docent litteræ, quas ad Jacobum de Sabaudia Nemureensem ducem immisit; qui velut alter Josias directus divinitus, ut tolleret abominationes impietatis, in diebus peccatorum corroborabat pietatem<sup>1</sup>, cuinque sacerdotes, predicti nempe pseudoepiscopi, facti essent populo suo in lapidem offendisionis, et in petram scandali<sup>2</sup>, in laqueum et in rui-nam, ipse stabat pro domo Dei<sup>3</sup>, ut prælia Domini præliaretur<sup>4</sup>.

« Dilecto filio nobili viro Jacobo de Sabau-dia duci Nemursensi.

« Ex venerabilis fratris Prosperi episcopi Chisamensis nuntii nostri, et ex multorum aliorum prædicatione cognovimus singularem zelum, quo sanctam Catholicam fidem prosequeris, ac pia officia, quibus fungi non desistis ad eam pro tua virili parte in isto regno tuendam et conservandam; qua de re testimonia jucundi-sissima fuerunt; nihil enim solemus audire, quod majore solatio animum nostrum recreet, quam cum de nobilium virorum tui similium studiis hujusmodi in religionem Catholicam

<sup>1</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3216. p. 12. et in Ms. sig. n. 3297, pag. 78.

<sup>2</sup> Ecel. LXIX. — <sup>3</sup> Is. VIII. — <sup>4</sup> I Reg. XXV. — <sup>5</sup> Pius IV. t. II. brev. sig. 2897. Ep. XLV.

audimus. Gratulamur, dilecte fili, nobilitati tuae de isto divinae clementiae munere; non parvum enim habes a Deo aeterna salutis tuae pignus ac signum, istam, quam dedit tibi, tam bonam, tam rectam et piam mentem. Magna vero tibi a nobis et a Catholicis omnibus debetur laus, quod in tanta perturbatione religionis, quam humanæ salutis hostis in isto olim omnium religiosissimo regno excitavit, ipse pro tua virilis parte tam constanter veram et orthodoxam religionem defendas. Facis quod pium Ecclesie filium decet. Plane te similem atque ænulum ostendis hac in re majorum tuorum, qui in primis Catholici semper fuerunt. Non eges tu quidem cohortatione nostra, sed tamen paternus erga te noster amor, qui nos, ut tibi gratularemur, his litteris impulit, etiam impellit, ut hortemur nobilitatem tuam, ut quantum potes studii atque officii, conferre perseveres in religionem Catholicam. Nihil Deo gratius facere potes, nulla re melius de rege et regno isto mereri, nulla denique ex re, vel ubiorem a Deo mercedem, vel solidiorem ab hominibus laudem consequi: etc. Die v Novembris MDLXIII ».

183. *Aliquot principes a Sede Apostolica defcere tentant.* — Coulatam esse hoc tempore nefandissimam eoitionem in Gallia inter Hugo-nottos et impios, solo nomine Catholicos, qui ardentes avaritia Ecclesiasticis bonis inhababant, ut Concilium Tridentinum dissolvetur, ad Galliam ab Apostolicæ Sedis coniunctione divellendam, constat ex subjectis Bracharensis archiepiscopi litteris<sup>1</sup> ad Pontificem exaratis.

« Beatissime Pater.

« Non possum non significare Sanctitati tuæ unum, quod secreta, sed certa relatione nunc hic didici, videlicet, quod Ilugonotti qui in Gallia sunt, faventibus quibusdam magnatibus fictis Catholicis, sumnopere euipunt, ac totis viribus et mille artibus hic laborant, ut Concilium dissolvatur vel suspendatur, ut sic in sua Gallia celebretur nationale Concilium, ubi simul cum Catholicis episcopis locum habeant ipsorum ministri (ministros Sathanæ intelligent lector). Et si nil aliud possint, saltem viam aliquam inveniant discedendi a Sede Apostolica et Ecclesiastica unione. Quibus scelestis conatibus quantum contranitendum sit, felici consummatione ac confirmatione sacri Concilii, novit Sanctitas vestra, et nos pro nostro virili operam dabimus, ut celeriter et feliciter omnia compleantur, etc. Tridenti iv Novembris MDLXIII.

« Humillimus Sanctitatis vestrae.

« Archiepiscopus BRACHADENSIS primas ».

184. Ex his agnoscat lector, quam exagge-rata prudentia Pontifex ad absolvendum Conciliu-m tam studiose incubuerit, ac salubre hoc

antidotum, quo sanitas Christianæ Reipublicæ conservata est, probet atque suspicat; quod profecto plenius cognoscet, si qualis, non in Gallia tantum, sed in omnibus pene Christiani orbis partibus misera esset Catholica veritatis facies, oculis circumlustrat; nam et in Belgio diffusum virus præclaras multas civitates inficerat<sup>2</sup>, ac ni Margarita Austriae, ac card. Granvellani sollicite vigilauta ad districtus judi-ciorum terror adfuisse, hereticae novitatis sor-dibus regio tota illa fuisse inquinata. In Germania vero superiori, velut torrens latius exum-dans, Heribopolim civitatem occupaverat, ac sensim per alias provincias Italiae finitimas excurrens, postremo Villaceum Carinthiæ oppi-dum Caroli Saxi apostolæ ministerio deprava-terat. Quin etiam intra ipsam Italiam in Subal-pinis, nova quedam in perniciem animarum hereticae pravitalis semina latius manabant, quæ tamen Pontifex Apostolica sollicitudine evertere, datisque opportunis litteris<sup>3</sup> penitus excindere satagebat.

#### 185. *Varia in Polonia de religione dissidia.*

— Sed ceteris omnibus luctuosior erat Polono-rum Ecclesie status. Defuncto namque Sigis-mundo Primo Augustus filius, qui ei in regno successerat, cum parem patri nec animum nec consilium in tuenda Catholicâ religione haberet, hæreticeis in omnem occasionem illuc pervadendi excubantibus, latum aditum patefecit, continuoque omnis errorum ac perditarum opinio-nuum cohors irrupit; ac, quod maiores excu-fiebat lacrymas, ipsi episcopi, qui intenta sollicitudine a caulis Domini lupos arecre tene-bantur, mutuis inter se dissidiis altercantes, quicquid irarum et simultatum cum hæreticeis esse debuerat, in se ipsos vertebant, ac sanctum ac venerandum antistitutum nomen, quod sum-mopere sua quoque etate Nazianzenus<sup>3</sup> deflebat, privatis contentionibus distrahebatur. Cum-que in dies Tridentini Concilii absolutio extra-hæretetur, hæretici hac arrepta occasione, incre-dibile dictu est, quot convicia et ludibria in illud ingererent, quamque continentibus pio-rum votis illius conclusio exposceretur. Jamque gravius imminere malum, Cameriuensis epis-copi litteris compertum est, nempe, quod per-muti hæreticorum fautores summa molieban-tur ope, ut Concilium gentis, quod Nationale vocant, cogeretur, in quo sine ulla auctoritate Pontificis Maximi de universa religione, prout ex ipsorum usu atque republica visum esset, constituerent. His avertendis malis sollicite excubaus Pontifex dissidenteis inter se animos per epistolæ primo compondere adiunxit<sup>4</sup>, mox immisso Jo. Francisco Commendone Apostolico

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vatic. sign. num. 3217. Ep. LXXXVIII, cxxv, cxxv. — <sup>2</sup> Pin. lib. brev. num. 2847. p. 105. — <sup>3</sup> Oral. t. — <sup>4</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3217. p. 404, 732 et 75.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3216. p. 38.

nuntio grassantem latius morbum, si non penitus extinxit, feliciter multum repressit<sup>1</sup>.

« Venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnesensi, regni Poloniae primati, episcopis per Poloniam constitutis.

186. « Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam benedictionem. Ad aures nostras nuper præter opinionem nostram, nec sine maxima nostra admiratione pervenit non parvas vigere inter vos simultates, dissensiones atque discordias : qua ex re ingentem animi doctorem cepimus : etenim cogitantes nobiscum quanto in periculo Catholica fides ac religio in regno isto, et Ecclesiarum vestrarum salus hoc tempore versentur propter tot haereticorum sectas, quae ibi jamdui corroboratae atque auchæ sunt, et in dies augentur, nihil videmus alienius ipsius regni tempore, nihil religioni et Ecclesiis perniciosiusesse posse, quam eos inter se dissentire, quos summa charitate concordiaque conjunctos tantis patriæ malis, et religionis ac fidei periculis obviam ire deuercat, itaque non possumus noui magnopere miserari istius regni statum, et de salute tot Ecclesiarum et populorum vehementer pertimescere ; proinde pro pastorali officio et pro paterno amore, quo regnum istud prosequimur, hortandos vos vehementer in Domino esse duximus, et monendos, ut vestri officii et Christianæ professionis memores odia et simultates omnes depoñatis, charitatem nobis a Christo Domino et Redemptore nostro tantopere commendatam, et pacem ejus testamento reliquam colatis atque servetis ; meminensis vos Dei sacerdotes, vos animarum esse pastores, vestrum esse officium oves dominicas, de quibus rationem reddituri estis, non exemplo minus quam verbo pascere. Nolite, quæsumus, quibus charitatis, pacis atque concordiae exempla præbère debetis, vestris discoriis, vestris dissensionibus offendere. Nolite hanc haereticis dare letitiam ut vos inter vos dissentire ac dissidere gandeant et exultent. Quid illis jucundius, quid optatius accidere potest, quam ut inter vos querelæ, controversiæ, lites et contentiones maneant? Annon majores spiritus sument et vehementius confident propugnaturos se, et confirmaturos esse hæreses et sectas suas? Dum pastores inter se dissentiant, gregibus majori audacia insidias comparabunt. Memento quid Dominus noster illis interminatus sit, per quos scandala veniunt. Quod si tantopere Deo displaceat, et tam periculoso est, vel unum pusillum scandalizari : tot populis, qui in nos pastores et præsules suos oculos conversos habent gravissime offensis, quanto vehementius offendi censetis Deum! Et quanto magis id esse animabus eorum quorun culpa id acciderit, periculosum! Quocircum etiam etiam hortamur unum-

quemque vestrum, ut Apostolici verbi memor accipiat potius et patiatur injuriam, quam cum fratre contendat et litiget. Condonat Deus libenter ipsum injuriam, si quam factam sibi existimat, quem quotidie, ut peccata et debita nostra nobis dimittat, oramus reipublicæ causa depoñat inimicitias et odia, sicut non paucos gentiles maxima olim cum laude sua fecisse memoriae proditum est. Quod si adduci non potestis, ut ita faciatis, quod sane vobis esset dignus, at vos saltē hoc facite, ut arbitros, qui de vestris controversiis cognoscant, et ex aequo et bono statuant, eligatis. Habebitis etiam nuntium nostrum virum probum et integrum, cui tuto et fideliter poteritis controversias ipsas amice componendas committere. Te, frater archiepiscope, appellamus; tu quo magis honore et dignitate antecellis, eo magis in hoc sanctum opus incumbe, etc. Die i Octobris MDLXIII, anno iv.

187. « Datas Epistolas subsecuta est Commendoni profectio », quem, scribit Gratianus<sup>1</sup>, « Patavio, quo se ille tum contulerat, atque privatarum rerum cura excitum, in Polonium protinus Pontifex jubet proficisci. Commendonus, quanquam peregrinum ad se comparandum spatum Pontifex concedebat cupiens mature illius gentis conventui, quem tum maxime indictum Varsoviam acceperat, intervenire, tamen magna adhibita diligentia, paucioribus, quam quos Pontifex præficerat diebus, cum reliquis rebus splendide instructus, tum egregio comitatu viæ se dedit. Semper quidem ille magnam curam in comitatu atque familiae delectu habuit, ne quem secum duceret non temporibus, non moribus suis congruentem. Sed tum eo majori quam antea studio, quo in longinquorem et perturbatiorem provinciam iterum erat, insignes ascivit viros, nulli in ea re impendio aut sumptui parcens ». Antequam Italia excederet, datus ad cardinalem Borromæum litteris<sup>2</sup>, absolutam sibi impertiri facultatem circa duo postulavit, que dicebat, « duo in istis regionibus experientia me docuit esse admodum necessaria, et in quibus liberam et absolutam habere potestatem multum utilitatis potest conferre. Primum est, haereticorum, schismaticorum, simoniacorum absolutio, et ipsorum omnium rehabilitatio. Alterum, ut nimirum fructus quacunque mala causa percepti condonari possint, vel aliquod pium opus in eodem loco illis injungendo, in quo bona Ecclesiæ possederunt. Circa quæ duo capita suppliciter dominationem vestram illustrissimam exposco, ut quænam sit Pontificis mens, explorare dignetur, cuius profecto mandatis adamussim obediens ero, ac potius, sicut

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. ccclxxxvi.

<sup>2</sup> Grat. Vit. card. Com. I. II. c. 4. — <sup>2</sup> Reg. Ep. Com. apud car. Bar. Ep. sub. xxv Octob. data Conclavio. Grat. Ib.

solemne mihi fuit, facultates semper concessas magis contraham, quam extendam». Præcesserat Commendoni in Poloniam adventum magna de prudentia ac virtute illius fama, cum multorum gentis ejus hominum, quos ipse antea amicitia et consuetudine devinctos habebat, sermone et litteris celebrata, tum maxime prædicatione Stanislai Hosii cardinalis Varmiensis, unius e Conciliis præsidibus, cui cum Commendono plurimus usus et familiaritas intercedebat. Itaque et advenientem Chelmensis episcopus et Plocentium Palatinus primarii homines perornato ac frequenti comitatu ad tertium ferme lapideum obviam, regis missu, egressi, cum omni humanitatis ac benevolentiae significatione accepérunt, et apud regem ipsum singulare in honore atque dignatione fuit. Quam vero impigre provinciam obierit, anno insequenti referemus.

188. *Nonnullis causis pendentibus providet Pontifex.* — Is erat status fidei Catholicae in Gallia, Germania et Polonia. Res vero Concilii, quæ ad illam reparandam agitabantur, ne prospero carerent successu, ac simul principibus ac præsulibus in discuso illo de reformatione principum articulo fieret satis, cum maxime oratores Veneti intercessissent, asserentes, nil aequæ ac illud felicem Concilii exitum disturbaturum, Carolus cardinalis Borromæus, decretum a Pontifice conceptum ad legatos transmisit, in quo antiqui aliquot canones, atque imperiales simul constitutiones renovabantur, ut eo pro opportunitate uterentur; monens insuper legatos<sup>1</sup>, circa causas Ecclesiastici fori probari a Pontifice, ut eæ apud ordinarium judicem referrentur, exceptis tamen causis episcoporum, principum, fiduciariorum honorum, Matrimoniorum, ac maxime hæreseos.

189. Aliis quoque Epistolis eos ad constantiam ac cœpta perficienda incitavit. Si Patres inter se dissentiant, majoris partis sententiam sequi, vel rem extrahere jussit; caput circa dispensationes intelligi in occultis, non de adductis in forense contentione. Addidit, ut in ultima Sessione decreta sub Paulo III et Julio III edita repeterentur, ac darent operam, ut oratores principum Actis Concilii subscribeant, antequam eorum confirmatio postuletur, quam absissa mora concedendam est pollicitus. Si qui ex improbitate adversentur, Pontificem in ea re consulturum. Circa Matrimoniorum clandestinorum controversiam conciliari inter se Patres jussit, nec propterea sessionem differri; aequæ accipi a Pontifice ut episcopi in causis matrimonialibus canonicas leges solvant in conscientiæ foro; ut expectatiæ gratiæ, reservationes ac similia abrogentur: vetitum Pontificem, ne legati e latere conferant sacerdo-

tia iis mensibus vacantia, quibus ab ordinariis conferuntur: velle quoque ut Concilium constitutæ castigationem disciplinam cardinalium, quæ ab omnibus commendanda sit, necnon inutiles disceptationes ascindat, ut ad optatum finem Concilium perducatur. Quod si comes e Luna ad Concilium extrahendum protestationem nuncupari, conjunctis sibi presulibus contraria promulgant, vanosque timores pelant; iterumque xxv Octobris edixit, ut quando comes Lunensis ea, quæ sunt æqua non admittat, haudquaquam attendatur, atque ad claudendum Concilium incumbant, modo major presulum pars ipsis adhæserit, eoque citius absolwendum Concilium, quo adversi Heribopolis et Bambergæ rumores accelerandum ostendant.

190. Inter canonum disponendorum, ac propediem finitorum curas intercedebat antiqua illa controversia<sup>1</sup> denuo recrudescens super illa verba *Proponentibus legatis*, quæ Lunensis comitis studiis in magnum certamen excesserat; eoque apparebat aerius, quod ipse in suam sententiam Cæsaris regumque oratores adducere studebat, jamque protestationem suam edere meditabatur. Cæsareus quidem orator humaniter ac modeste se excusavit, quod de his a Cæsare mandatum non acceperit. Gallicus vero, qui in jussis se habere dicebat, ut cum Hispano conjunctissimus esset, quid rei esset edictus, hoc dumtaxat se curaturum responderat, quo protestatio impeditur, atque illud aequi bonique accipiat, quod a legatis dari potest; verum quando is obstinato perduret animo, se juxta regis imperium illi adhæserum. Lusitanus pariter orator hanc Lunensis comitis contentionem ingratam sibi maxime dixit; si quando autem insistat ardentius, nec suis a concepta deliberatione suasionibus recessat, non posse ex regis prescripto ab illo se-jungi. Jamque comes legatos ipsos conveniens longo orationis apparatu, quam nova sit hæc verborum formula *Proponentibus legatis*, demonstrare pertentat: Philippum Catholicum regem, qui pro majori parte Christiano imperat orbi, nunquam passurum, ut inusitata cunctis seculis formula suo tempore addatur Concilio. Se, quod oratoris erat munus, si quando legati a sententia recedere nollent, suo non defuturum ministerio, a quo tamen omnis esset abfutura immodestia, ut nimis regis erga Pontificem ac Synodus observantia servetur, omnibusque innotescat, ad hæc non sponte, sed invitum, ac legatorum culpa descendisse.

Tunc Moronus narrationem ab exordio instituens Lunensi ex fide retulit, quæ hucusque in illa disceptatione fuerint peracta, modo

<sup>1</sup> Ep. cxliv et cxlvii, Ms. arch. Val. sig. 4.

<sup>1</sup> Legati ear. in cit. ad ear. Bor. Ms. ear. Barb. sig. num. 1344.

nihil superesse reliqui, quam ut a Patribus, qua mente ea fuerint inserta verba, et an ipsam explicare vel expungere velint, postuletur, eorumque sententiae, quaecumque tandem illa fuerit, ab utraque parte stetur. Quam conditionem cum orator respire non posset, antequam tamen admitteret, seiscitatus est, num Patres ea verba essent declaratur? Cumque omnis se de alterius opinione vadet constitutre posse negaret, rem in longas et incertas disceptationes extrahebat, se quidem suo muneri non defuturum, ingeminans. Ob haec, cum saepius de protestatione minaretur, lepide cardinalis Moronus absolum dixit maxime fore, ut sine causa protestantem ageret, qui Catholicus regis omni officiorum genere Pontifici conjunctissimi esset minister, magnanimum suo nomine perpetui dedecoris notam comparare, cum faustum emendatioris disciplinæ progressum inutili hac quæstione dissolveret. Plurimum in eam rem adjuit, quod Cæsar nunquam oratores suos his disceptationibus immisceri permisit, quin potius jussa dederit, ut Concilii absolutionem promoverent, ipsi autem ad res componendas intercessere, ut ea aliquando verba declararentur, ne aliquod futuris temporibus praejudicium Conciliis nasceretur. Nec obstitere legati, quin enata, quæ agenda expedire censemantur, ingenue sponderent. Jamque ad Pontificis controversia delata, Pontifex edito Diplomate verba illa *Proponentibus legatis*, nitida interpretatione illustravit, ac rex ipse Philippus oratoris sui pertinaciam datis ad eum litteris compescens, Concilio feliciter terminando viam stravit.

191. *Concilio finis manet imponendus, reluctante licet Comite e Luna.* Itaque in Novembris legatos cardinalis Borromæus monuit, ut absciso comitis Lunensis oratoris Hispani omni respectu, ad claudendum Concilium omnia compararent, bonis quidem verbis eum ducerent, sed ad divinam gloriam et ad promovendum Dei cultum unice spectarent: non illum regiam voluntatem sequi, sed privata studia; acceptisse enim se litteras ab Alexandro Crivellio Apostolico internuntio apud regem Catholicum Montitione datas xxiv Septembri, quæ referant, tremium Hispaniæ præfectum ac doctorem Velascum ipsi significasse, præsules Hispanos objurgatos a Philippo rege, quod non supremam auctoritatem in omnibus rebus, uti convenerat, Pontifici detulissent, vetitosque intercedere decreatis, eave retardare, ex quibus Concilium in longius tempus differri possit.

Censemantur quoque Ferdinandus Cæsar publicæ Christiani imperii utilitatibus conducere, ut citius Tridentinum Concilium absolveretur, datisque ea de re Possonii litteris<sup>1</sup> in Novembris,

de eo absolvendo mandata suis oratoribus dedit. Pariter Maximilianus II eadem consilia ursit flagrantissimo studio, constabat enim, teste experientia, quod a prudentissimis viris expensum fuerat, Concilii diuturniore prorogationem, nullam spem revocandorum in gremium Ecclesiæ hereticorum attulisse, plura vero damna principibus et populis Catholicis peperisse; ac Delphinus apud Cæsarem internuntius datis ad cardinalem Moronum litteris ix ac xi Octobris indicarat, comitem e Luna, licet relincketur, cognita Cæsaris constantissima voluntate, assensurum, fallique eos, qui Cæsarem instar heliotropii ad hispanorum cupiditates converti opinantur.

192. Hispanus orator comes e Luna, regis acceptis litteris<sup>1</sup>, cum legati cardinales insinuassent, videri Catholicum regem in eam sententiam inclinare, ut Concilium non protraheretur, profatus est. In ipso Concilii exordio Philippum regem, cum de eo instaurando rogatus esset, non propensum ad id fuisse, cum regna Hispani imperii eo non egerent, nec res in eo statu versarentur, ut optatus finis ex eo attingi posset, verum Pontificia voluntati se accommodasse, atque apud Cæsarem reginamque Gallie Concilii rem promovisse, ut commodo totius imperii Christiani verteretur, atque in ea re principis Christiani partibus perfunctum, ut dici non possit Concilii ipsi ingratum nunc finem, verum eo modo, quo conveniat, et qui ab omnibus bonis expectatur, et Christiano imperio utilitatem afferat, efflagitare. Quod ad episcoporum, Ecclesiarum damna vel incommoda ob diutinam absentiam spectaret, respondebat rex Catholicus, id omnibus rebus maximis commune, ut gravibus sint difficultatibus implicitæ, atque in iis bonum publicum anteferendum privato. Subiecti deinde ad ea, quæ scripta erant, de gravibus periculis quorum impendebat terror, si res Concilii ambigua fluctuant, omnium maximarum agendarum rerum id affine, ut maximis periculis sint obnoxia, verum lamen in incerto eventuum astu divinae Providentia seruendum, atque ab ejus manu, qua fuerint ipsi collibita, expectanda. Delapsus dein ad litterarum cardinalitarum calcem, quibus rogabatur, ut finem Concilii regia opera promoveret, dixit omni studio pronum ferri, ut optimo fine claudatur, et fructus ab universa Ecclesia expeditus decerpatur, qualis ab OEcumenicis Conciliis expectetur, ac mandata ea de re amplissima ad comitem Lunanum data, qui suo muneri non esset defuturus.

Subdidit mox orator, Catholicum regem percupere, ut circa dogmata, consueta Conciliariorum forma religiose servaretur, ut in disceptationem controversa capita adducerentur, ne

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3217. Ep. CLVI. IX Nov. MDLXII. Ib. Ep. CLX. Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. p. 81. Ib. Ep. XX et XXII.

<sup>1</sup> Ms. Fr. card. Bar. sig. num. 344. Ep. CDLXII.

cuiquam nova disceptandi ansa relinquetur, utque in pangendis reformationis capitibus summa prudentia adhiberetur, cum inde publica tranquillitas et Christiani imperii salus affulgere deberet.

Ad hæc respondere cardinales, Concilium a Pontifice, ut communi Christianorum parente indictum, ut fluctuanti circa religionis dissidia Galliae consulere. Percrebuisse certam famam, regem Catholicum prorogationem Concilii laudare, quasi hereticis frœnum injiceret, camque opinionem administratorum operibus confirmatam. Ad secundum articulom subjecere, licet privato bono publicum præponendum sit, tamen ob præsum diutinam absentiam hæresim latius per Ecclesiæ serpore, ac bonum illud commune cum tot Ecclesiæ malo non adæquare. Ad tertium subdividere: licet divinæ voluntati parendum sit in eventibus adversis, tamen eventus adversos prævisos, si fieri possit, avertendos. Demum habitis regia Catholicæ majestati de optima voluntate gratias comitem ursere, ut ad Concilium absolvendum operam industriamque conjungeret. Cardinalem enim Lotharingie dissertis verbis dixisse, Gallos præsules extrema necessitate ad repetendas suas Ecclesiæ, in quibus hæresis effuse grassatur, urgeri, ac præterea sumptibus exhaustos; Gallicana vero natione e Concilio abeunte, disceptatum iri, an Concilium, quod subsisteret, foret OEcumenicum, tum pertimescendum, ne in Gallia nationale cogeretur, atque a Sedis Apostolica obsequio discederet: divulsa vero Gallia, etiam Hispaniam Italiamque periclituras. Inculcarunt etiam comiti legali cardinales, regem Catholicum, si præsentem Concilii statum inspicere, omnino ad promovendum illius finem studia regia collocaturum, etc. viii Novembris MDLXIII.

« Illustrissimæ et reverendissimæ dominationis tuae servi humillimi Jo. cardin. Moronus, Stanislaus cardinalis Warmiensis, Ludovicus cardinalis Simoneta, B. cardinalis Navagerius ».

193. *Sessio octava: decreta, canones et motu de Sacramento Matrimonii.*—Tunc cardin. Lotharingus inter Patres Concilii communem sermonem sparsit<sup>1</sup>, necessario claudendum esse absolvendumque Concilium, non modo propterea quod absentibus episcopis hæresis latius diffunderetur, sed quia etiam præsules Galli sumptibus exhausti diutius hæcer non possint, de quo legali cardinales undecima Novembris cardinalem Borromæum fecere certiorum<sup>2</sup>, atque addidere, se inextricabiles difficultates tolerasse in componendis rebus ad habendum proximam sessionem, tuum commendavere Hydruntinum archiepiscopum (is erat Petrus

Antonius Capuanus) qui pro tuenda dignitate Sedis Apostolicae in omnibus expectationem omnem superasset.

Pridie quam solemnis ille episcoporum consessus haberetur, congregatio generalis coacta est, in qua hæc pertracta fuere<sup>3</sup>:

« MDLXIII, x Novembris fuit congregatio generalis» et infra: « in qua proponuntur firmanda decreta publica in sessione die sequenti celebranda, circa quæ decreta illustrissimus et reverendissimus D. cardinalis Moronus ipsius sacri Concilii primus præsids et legatus inter cætera allocutus est Patres in hanc sententiam, videlicet: Placuisse majori parti Patrum, ut apponenter in canonibus reformationis in hac sessione publicandis clausula, *Salva semper in omnibus sanctæ Sedis Apostolicae auctoritate*, verum visum esse dominis deputatis magis convenisse et expedire, ut clausula ipsa differatur in sequentem sessionem, et apponatur in fine omnium decretorum et canonum reformationis in ipsa sessione publicandis, dummodo ex nunc in hac congregatione hoc statuatur et concludatur. Super qua re votis Patrum rogatis, placuit majori parti id, quod ab illustrissimo domino præsidente propositum fuit, et ita conclusum et statutum est: scilicet, ut dicta clausula, *Salva semper in omnibus sanctæ Sedis Apostolicae auctoritate*, absque alia Patrum vocazione ponatur in alia sequenti sessione in fine omnium canonum reformationis, etc. Confecta sunt ea de re publica documenta ».

Affulgente xi Novembris die celebrata est sessio xxiv Tridentini Concilii, quæ sub Pio IV Pontifice octava fuit<sup>2</sup>, in qua post peracta divina mysteria aliosque ritus consuetos, orationem ad Patres habuit Richardottus episcopus Atrebensis, atque de redigendis ad officium hæreticis his verbis<sup>3</sup> disseveruit:

« Est sane purioris doctrinæ præcipiūus usus in Ecclesia, est cultus et rerum divinarum laus eximia: sed nisi licentiam inter homines disciplina cohibeat, nisi rebelles animos castigatio reprimat, nihil plus proficitur, quam si famelicos leones oratione aut pictis rerum imaginibus lenire contendas ». Et infra: « Spectate quantum haereticorum cause decesserit, quantum nostræ accesserit, ex illa immanissima peccantia; qua suo furore bonorum omnium justissimum odium concitarunt, quod odium quanquam est vi, igni, ferro in nostra viscera sævissime districto conflatum, tamen haec parte et nobis prodest, ut illis obest plurimum, quod ea crudelitate testatum reliquerint, se in ejus Angeli castris militare, quem Joannes Abaddon, id est evversorem, exterminatorem, vastatorem nuncupavit ».

<sup>1</sup> Ext. Ms. arch. Vat. sign. num. 3248. Ms. arch. Vat. 3248. —

<sup>1</sup> lib. Ep. CDLXIV, XII Nov. — <sup>2</sup> Gabr. Palæot. in Actis Concil. Trid. & Stulph. Serv. in eisdem. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3199. p. 162.

Doctrina de sacramento Matrimonii adversus novatores, qui libertatem Evangelicam effrenata libertate carnis metentes, publicique omnium ordinum hostes, ut cœlibes ac virgines insectati fuerant, ita conjugatos divino nexu solvere, ac sacramenti dignitate orbare contenderant, polygamiaue inducerant, promulgata est, subiectis<sup>1</sup> concepta verbis:

« Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexus primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit cum dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhæredit uxori sua, et erunt duo in carne una.*

« Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari et conjungi Christus Dominus apertius docuit, cum postrem illa verba tanquam a Deo prolatâ referens dixit: *Itaque jam non sunt duo, sed una caro, statimque ejusdem nexus firmatatem ab Adamo tanto ante pronuntiatum his verbis confirmavit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separat.*

« Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus venerabilium Sacramentorum institutor atque perfector sua nobis passione promeruit: quod Paulus Apost. innuit dicens: *Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea: mox subjungens; Sacrementum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia.*

« Cum igitur Matrimonium in Lege Evangelica veteribus coniubis per Christum gratia præstet, merito inter Novæ Legis Sacraenta annumerandum SS. Patres nostri, Concilia, et universalis Ecclesia traditio semper docuerunt, adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt; sed de more suo prætextu Evangelii libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu et ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena scripto et verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura; quorum temeritati sancta et universalis Synodus cupiens occurtere insigniores prædictorum schismaticorum hereses et errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos eorumque errores decernens anathematismos.

## DE SACRAMENTO MATRIMONII.

### CANON I.

« Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere et proprie unum ex seipsum Legis Evangelie

licet sacramentis a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre; anathema sit.

### CANON II.

« Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, et hoc nulla lege divina esse prohibitus; anathema sit.

### CANON III.

« Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis et affinitatis gradus, qui in Levitico exprimitur, posse impedire Matrimonium contrahendum, et dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere ut plures impediant et dirimant; anathema sit.

### CANON IV.

« Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimenti, vel in iis constituendis errasse; anathema sit.

### CANON V.

« Si quis dixerit, propter haeresim aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a conjugi dissolvi posse Matrimonii vinculum; anathema sit.

### CANON VI.

« Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnam religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.

### CANON VII.

« Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit et docet juxta Evangelicam et Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterii non dedit, non posse, altero conjugi vivente, aliud Matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, et eam, que dimisso adultero, alii nupserit; anathema sit.

### CANON VIII.

« Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus fieri posse decernit; anathema sit.

### CANON IX.

« Si quis dixerit, clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, et oppositum nil aliud

<sup>1</sup> Concil. Trid. sess. xxiv. p. 179.

esse, quam damnare Matrimonium; posseque omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum; anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

## CANON X.

« Si quis dixerit, statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis vel celibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut celibatu, quam jungi Matrimonio; anathema sit.

## CANON XI.

« Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nupliarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam ab Ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, et alias ceremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; anathema sit.

## CANON XII.

« Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad judices Ecclesiasticos; anathema sit ».

His anathematismis promulgatis, perfectum est in eodem solemni episcoporum consessu decretum de clandestinis Matrimonii, ac leges de Matrimonio rite celebrando late, decem capitibus distincte.

194. Non prætermittendum vero visum est, quod dicturus Nicosiensis archiepiscopus sentiam, ad decretum de clandestinis, cum illud improbasset, addiderit<sup>1</sup>: « Peto tamen, ne de recta et orthodoxa Graecorum, qui in regno Cypri sunt, fide aliqua suspicio in hac sancta Synodo, occasione eorum, qua circa vi canonem adducta fuerunt, oriri possit, ut que illi, qui in pluribus provincialibus Conciliis, præsertim vero sub R. P. D. Helia quondam archiepiscopo Nicosiensi anno MCCCXL, que itidem sequentibus temporibus, atque in Concilio a me præsenti archiepiscopo celebrato professi sunt, Concilii hujus Actis appendantur, præsertim autem verba, que continentur in fine Concilii, quod sub præfato R. P. D. Helia celebratum est, ut ex libello Constitutionum insule Cypri in forma authentica constat. Verba in cedula continentur, quam dedit tenoris infra scripti.

« Verba excerpta ex Concilio provinciali regni Cypri celebrato sub R. P. Helia archiepiscopo Nicosiensi anno MCCCXL, que in fine dicti Concilii sunt.

« Memorati Graecorum, Maronitarum et Armenorum episcopi, et premissarum aliarum nationum majores, pro se et subditis suis, intel-

lectis omnibus et singulis supradictis, et super articulis singulis fidei et Ecclesie sacramentis, ac aliis in dicta serie comprehensis singulis singulariter, universaliter universis juxta religionem interpretum clare, aperte, distincte et singulariter explicite recognoverint humiliter, et devote, et spontanea voluntate, et omni timore semoto, et quacumque actione cessante, humili professione confessi sunt, et devota confessione professi, illa omnia et singula firmiter credebat, prout superius explicite comprehensa, vera esse, et quod illa omnia et singula firmiter credebant, prout superius explicite declarantur, adjicientes rationes, quod ita erat ab omnibus Catholicis absque dubietate credendum, et quod sacrosancta Romana Ecclesia erat mater omnium fidelium et magistra super omnes Ecclesias, plenum principatum obtinens, et primatum, et quod Sanctissimum in Christo Pater D. Benedictus divina providentia papa XII successor B. Petri, et in terris vicarius Jesu Christi erat cunctorum fidelium pater, pastor et dominus, cui singuli prelati Ecclesiarum omnium debent reverentiam humilem, ipsique reverentiam eidem et obedientiam promittebant, potentes humiliter, quod eis liceret in suis ritibus fidei non contrariis permanere, ac deprecantes dictum D. archiepiscopum, ut devotionem eorum intimare domino Summo Pontifici dignaretur ».

Addunt Acta, quod Synodus Matrimonia fliorum familias, quæ sine consensu parentum contracta nonnulli irrita sentiebant, rata esse declaravit: rescissa vero sunt clandestina, quia plures, abjecta ea, cum qua prius clam contraxerant, palam deinde contrahebant cum alia, atque in perpetuo adulterio infelicem vitam traducebant. Instauratum vero est decretum Lateranensis Concilii sub Innocentio III, ut premissis tribus denuntiationibus, coram parocho proprio, ac duobus, vel tribus testibus Matrimonia celebrarentur, tum additum est: « Qui aliter, quam praesente parocho, vel alio sacerdote de ipsis parochi seu ordinarii licentia, et duabus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit et annulat ». Postremo Synodus nuptias inituros hortata est, ut antequam contraherent Matrimonium, exhomologeseos et Eucharistie Sacramentis se munirent, deinde cognitionis spiritualis gradus ita contrahit: « Ad summum unus et una baptismatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptismatum ipsum, et illius patrem ac matrem tantum, necnon inter baptizantem et baptizatum, baptizatiique patrem ac matrem spiritualis cognatio contrahatur ». Idem de cognitione ex sacramento Confirmationis constitutum. Additæ

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3248, in Actis sess. vii.

leges de Sponsalibus, de gradibus prohibitis, necnon adversus raptore, vagos et concubinarios, magistratus ac proceres Matrimoniorum libertati vim inferentes, prohibitæque etiam certis temporibus nuptiarum celebritates.

195. *Decreta disciplinam Ecclesiasticam concernentia; Hosius æger suam sententiam scriptam mittit.* — Promulgatum quoque fuit prolatus decretum<sup>1</sup> castigatoriis disciplina circa spectantia ad insignitos sacramento Ordinis distinctum viginti supra unum capitulis, quibus corruptela sublatæ, ac mores puriores induiti, in primis de promovendis idoneis presulibus constituta norma, et cardinalibus doctrina et pietate ornatisimis adlegendis. Ea», inquit Synodus, « omnia et singula, quæ de episcoporum præficiendorum vita, aetate, doctrina et cæteris qualitatibus alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatione S. R. E. cardinalium, etiam si diaconi sint, exigenda, quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri potuerit, prout idoneos reperebit, assument. Postremo eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest non commemorare, nihil magis Dei Ecclesiæ esse necessarium, quam ut Beatusimus Romanus Pontifex, quam sollicititudinem universæ Ecclesiæ ex muneri sui officio debet, eam hic impedit, ut lectissimos tantum sibi cardinales adsciscat, et bonos maxime atque idoneos pastores singulis Ecclesiæ præficiat, idque eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium et sui officii immemorum pastorum regimine peribunt, D. N. Jesus Christus de manibus ejus sit requisitus».

Provincialium Conciliorum antiquum motorem restitui jussit pro excolandis moribus, detergenda vitiorum labo, componendisque controversiis. Patriarchæ, primates, metropolitani, atque episcopi diœceses suas lustrare jussi: data quoque episcopis et parochis imperia, ut per se prædicationis Evangelicæ munus exercant, vel si fuerint impediti, idoneos ad id munus adhibeant. Sanctum, ut cause criminale graviores contra episcopos, etiam heresis (quod absit), quæ depositione aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur et terminentur.

Plures etiam circa absolusionem peccatorum, visitationem atque Ecclesiarum unionem concessæ sunt episcopis facultates. Parochos insuper ad erudiendam plebem incitavit; aet-

tem quoque promovendorum ad dignitates distinxit; quibus et plura tam ad dignitatem exercendam, quam ad vitam honeste peragendam prescripsit. Abusus de expectativis ac mentalibus reservationibus, ac pleraque alia, quæ rosea illa Ecclesiastica disciplina plantaria in carduo spinasque verlebant, antiquavit, sustulit, abrogavit.

Qua reformatione lecta in sessione viii, cardinalis Lotharingus post cardinales legatos sententiam dicturus schedulam his conceptam verbis<sup>1</sup> dedit: « Cum nudius tertius meam de reformationis articulis dicerem sententiam, prefatus sum, ut nunc etiam, me valde quidem cupere, ut prisca illa Ecclesiastica restitueretur disciplina; sed cum his corruptissimis temporibus et moribus intelligam non posse ea, quibus maxime opus esset, protinus adhiberi remedia, interim assentiri et approbare fateor ea, quæ nunc sunt decreta, non quod ea judicem satis esse ad integrum ægrotantis reipublicæ Christianæ curationem, sed quod sperem his prius lenioribus fomentis adhibitis, cum graviora medicamenta pati poterit Ecclesia, Pontifices Maximos, et maxime Sanctissimum dominum nostrum Pium pro sua insigni pietate, et prudentia diligenter curaturum, ut ea quæ desunt implens, et efficaciora inveniens remedia, in usum veteribus jam abolitis revocatis canonibus, et maxime quatuor veterum illorum Conciliorum, quos quantum fieri poterit, observandos esse censeo, vel si expedire videbitur, frequentiori OEcumenicorum Conciliorum celebratione, omnem morbum ab Ecclesia propulsans, eam sue pristinæ restitutam sanitati. Hanc autem meam mentem et sententiam, tum meo, tum omnium Galliæ episcoporum nomine in acta referri volo, et ut fiat a notariis, peto et postulo.

« Ad quintum caput reformationis, si habita ratione temporum, hoc decretum placet Patribus, id mihi quoque hoc nomine magis placet, quod cum eis in Congregatione heri habita visum sit privilegiis principum non esse derogandum. Illoc ita est conceptum, ut nec Christianissimi Franciæ regni privilegiis, iuribusque, et sacris consuetudinibus, quidquam præjudicij afferat, quod quidem mihi placere lubens profiteor, et tum meo, tum omnium Franciæ episcoporum nomine a notariis peto et postulo ut id in Acta referatur (1) ».

196. Cum huic solemnii episcoporum confessui cardinalis Hosius legatus morbo implicitus interesse non potuisset, sententiam suam

<sup>1</sup> Cap. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 10, 13, 19.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. in Actis sess. viii.

1) Numerus Patronum qui sessioni buic interfluerunt ex iis resultat quæ Diarii nostri scriptor contigisse narrat, cum decretum de clavis Matrimonii in publica Concilii sessione legeretur. Reclamasse enim adversus sanctionem illam Patres septem et quinquaginta, assensisse vero ex Patribus centum quinquaginta testatur, ex quo Patres septem et ducentos conficias.

MANSI.

edito publico hoc documento<sup>1</sup> deprompsit : « Quod ad decretum de Matrimonio clandestino attinet, asseruit se sentire quod haecenus sensit Ecclesia Catholica, in qua doctus est, prohibitionem Ecclesiae, ne clam contrahatur, impedire Matrimonium contrahendum, non dirimere contractum; ab illius itaque sententia non discedit. Quamobrem decretum hoc de clandestinis approbat in omnibus aliis, praeter quam quod illi novitas non placet, quod contra doctrinam, quam recepit ab Ecclesia Catholica, non esse debere deinceps rata decernuntur, cum nullam causam videat, quamobrem irrita declarari debeant. Si quid vero secus S. D. N. visum fuerit, ad ejus Sanctitatem remitti causam hanc postulat, illius iudicio, qua par est reverentia et animi submissione, judicium hoc suum submittit. »

« De novo canone dicit: Nonum canonem approbat, sed eo sensu quo scriptus est et a Patribus approbat, quorum hanc mentem fuisse non animadvertit, ut vellent decernere legem cœlibatus esse legem Ecclesiasticam; cum nec proposita fuerit ea quæstio, nec a Patribus disputata, sed verba tantum Lutberi posita fuerint, non obstante lege Ecclesiastica vel voto, cuius error ipsius verbis positus fuit a Patribus ac damnatus, etc. Acta fuerunt præmissa Tridenti, etc. ». »

197. *Disceptatur qua via Concilium quamprimum absolvatur.* — Postridie a celebrata sessione, cardinales legati Carolo Borromæo significarunt<sup>2</sup>, congregatos regum principumque oratores postulatos fuisse, ut de absolvendo Concilio sententiam suam nitide expromerent, et modum etiam tenendum significantur, ac Lotharingia cardinalem exposuisse, Caesarem regemque Catholicum de eo celebrando rogatos initio dissensisse, cum eo non egere pñarent, at a Pontifice certiores factos de extrema necessitate in quam Gallia regnum esset adductum, veluti obsequissimos filios ac principes Christianos Pontificia auctoritatí cessisse, cum nisi OEcumenicum celebraretur, nationale in Gallia conflandum foret, ex quo illud regnum a Sedis Apost. obsequio divellendum esset. Tum addit quam ægre cleris, regnique Ordines Possiaci congregati adducti essent, ut decreta ac finem istius Concilii expectarent, ac ni citius finis illi imponatur, graviora quam antea pericula Gallie impendere, summaque precum contentione nrsit, ut si Gallie salus chara legatis cardinalibus esset, ne abruimpi Concilium suspensive paterneretur. Quicunque enim ex his casus continget, nationale Synodus in Gallia coactum iri, ac res Gallie ad extremum existim pronas futuras. Contendendum itaque

omni opera ac studio, ut citissime absolvatur, ac moram periculo non carere, cum interea temporis concessionatores haereticci eam pestem toto regno latissime diffundant, et quo magis res differatur, eo pauciores futuros, qui ejus decreta sint admissuri, atque ita e Concilio tardiore perniciem orituram, a quo salus expectabatur, cum singuli majus offendiculum paterentur, studiisque a Sede Apostolica magis aversi futuri essent quam forent ab ea alieni, antequam Concilium inchoaretur. Addidit etiam præsules Gallos diutius Tridenti hærere non posse, atque adeo majori ex parte jam dilapsos ob privata et publica regni incommoda; si vero Concilium in proxima sessione claudendum sit, retardaturos iter, ut tanto bono perfri atque patriæ malis medicinam salutarem afferre possint. His persuasi rationibus a Lotharingo allatis cardinalis Madrutius et alii præsules consensere Concilium quantocys absolvendum, tantummodo Legionensis atque Herdensis episcopi insinuarunt, videri necessarium regis Catholici, qui tot et tanta Christiani imperii regna teneret, consensum; at Granatensis archiepiscopus Concilium absolvendum in eo ancipi discribente conclusit, verum alia reformationis capita sancienda atque in eo capite, quod spectaret ad principes, cavendum, ne quid insereretur, quod eorum animos exulceraret, cum Ecclesia eorum patrocinio maxime indigeret. Quod attinet ad dogmata; utilia, que jam a Conciliis devisa erant, omittentur, quæ vero dirempæ non erant controversiae, sine disceptationum ambagibus, pro tollendis corruptelis, dicimenter brevibus decretis ad fluctuantes confirmandos, non quod haereticorum pelliciendorum in eastræ Ecclesie spes affulget, vel quod Catholici novis decretis egeant; jam ad retundendas haereticorum argutias, vel in controversiis de Purgatorio, vel de invocatione Sanctorum, vel de sacris imaginibus plura extare firmissima argumenta. Addunt legati cardinales se ad hæc in opus provocanda studia omnia defixuros, etc. XII Novembbris MDLXIII.

198. Proximo die navata est eidem tractationi de absolvendo Concilio opera, ac gesta in conventu ea de causa habito narrat his verbis Gabriel Palæottus<sup>3</sup>:

« Die XIII Novembbris MDLXIII. Vocantur coram legatis prælati viginti quinque ex diversis nationibus, et Lotharingus, ac Madrueius, cumque illis communicare incipit cardinalis Moronus de finiendo Concilio, et qua ratione facilius ad exilium perducni possit, postquam jam omnia de Sacramentis, et fere omnia de reformatione sunt absoluta, idque et S. D. N. et valde cupere pro communi utilitate, et quoniam multa inte-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 3438. post sess. VIII.

<sup>2</sup> Ms. car. Fr. Bar. sig. num. 1344. Ep. colxvi. card. leg. ad car. Borrom.

<sup>3</sup> Act. Cone. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Barb. sign. num. 24. pag. 507.

rim accidere possent, quæ, pendente Concilio, magnam perturbationem excitarent. Tum cardinalis Lotharingus longa oratione varias non solum rationes, sed etiam necessitates declaravit pro incolumitate provinciæ Gallicanæ, ut Concilium hoc non suspensione, sed extreme fine, et quam celerime claudatur. Exorsus est ab indictione hujus Concilii, quod præcipue pro Gallicana natione convocatum fuit, cætera post subsecuta recensuit, sed id potissimum, quod in extremo illo conventu Gallicano superioribus mensibus habito inter regem et Status regni statutum fuerat, ut Concilium nationale celebraretur, si Concilium hoc Tridentinum finem non sortiretur, a quo nationali concilio mala omnia ac damna expectari possint; igitur, si salvam vellemus Galliam, laborandum omnino erat, ut nunc extremas manus huic Synodo imponeremus. In eamdem sententiam diversis etiam rationibus cæteri omnes discesserunt, cum propter pericula, quæ pendente Concilio ex obitu, aut Summi Pontificis, aut Caesareæ Majestatis imminere poterant, tum ob damna, quæ Ecclesiæ ex pastorum absentia patiebantur, et tandem ut optatum a toto orbe fructum omnes colligere possent; aderant ex Hispanis, Granatensis, Ierdensis; ex Portugallia, Bracharense; ex Flandria, Atrebatense, Namurcensis; ex Gallia, Senonensis et Virdunensis; et ex aliis, tum Italiae, tum aliarum provinciarum locis quamplures prælati, qui idem sunt sectuti ».

De ratione autem absolvendi Concilii jam concluserant, ut quæ supersunt de reformatione et Regularibus proponantur; circa vero reliqua dogmata, videlicet, de Purgatorio, de Imaginibus et veneratione Sanctorum, de Indulgentiis, ea cum satis clara, et superioribus quoque Conciliis fuerint sancta, ideo ad fugiendas disputationes quæ rem nimis in longum traherent, satis nunc esse paucis decretis abusus damnare, qui in singulis irrepererunt. Itaque tres classes constitutas sunt, et in unamquamque distributi quinque prælati<sup>1</sup> et totidem theologi, qui hos abusus notarent, qui super his decreta conficerent.

199. Decima quarta Novembris significarunt cardinali Borromæo<sup>1</sup> legati Apostolici constitutum fuisse, ut indiceretur ad decimam quintam Novembris Congregatio, in qua denuntiaretur præsulibus, absolvendum esse Concilium in proxima sessione, ut damna, quæ passæ sunt Ecclesia ex episcoporum absentia, sarcinatur, cumque aliqua dogmata discutiendi superresseyt, tria selecta sunt, de Purgatorio, de Imaginibus, deque Indulgentiis, et haec non pertractanda scholastico more, cum in aliis Conciliis sint illustrata, sed compendiariæ re-

formationis modo pro tollendis circa ea corruptelis. Quæ vero in ea Congregatione gesta sint<sup>1</sup>, describit subjectis verbis Gabriel Palæottus :

« Die xv Novembbris MDLXIII, habetur Congregatio Patrum, super xiv articulis reformatiōnis primo propositis, quorum alias copia data fuit, in qua cardinalis Moronus incēpit: Postquam tractata ea fuerunt, quæ magis necessaria sunt, et quæ ad dogmata pertinent, hæretici autem, quorum præcipue causa hoc Concilium fuit convocatum, quotidie obstinationes reddi videntur, nec spem illam nobis præbent eorum emendationis, et quod nos jam omnia, quæ dogmatum sunt, videmur perfecisse, et de reformatione tam multa hactenus constituta sunt, quæ vix a multis sperabantur, quæ sane si quis adhuc perfectiora desideret, animadvertisat ille, eos saepè, qui meliora volunt, amittere etiam bona. Supersunt vero adhuc et alia quædam de reformatione, quæ vobis nunc proponuntur, inter quæ extat illud caput ultimum de principiis sacerularibus, quod redactum fuit in breviorem formam, et cupimus, Patres, boni omnia consulere, nam et conditio temporum, et rerum status ita exigit, ut multa etiam relinquantur principiū pietatis et religionis, quos præseruit defensores et executores cupimus esse decretorum nostrorum. Jam vero cum fructus sancti hujus Concilii sunt maturi, tempus est eos colligendi, ne nimium dilati putrescant. Sanctissimus noster, sicut initio sanctam hanc Synodus pro Christianæ reipublica utilitate convocavit, ita nunc re bene peracta optat tandem finem Concilio imponi, rebus ita publicis exigentibus. Idem etiam petunt oratores Caesarei enixe, et cardinalis Lotharingus nomine Gallianæ provinciæ admonet, si salvam volumus illam provinciam, et non penitus interire, ut tandem finem Concilio imponamus, quod et reliqui omnes oratores summo studio contendunt. Quare rogamus vos, ut quam brevissime de rebus agendis sententiam dicatis, atque omissionis omnibus, quæ ad speciem doctrinæ seu ingenii spectent, ea tantum quæ necessaria sunt attingatis, cum ornamenta reliqua satis jam omnibus perspecta sint. »

« Postmodum cardinalis Lotharingus propositionem cardinalis Moroni in omnibus approbat, sicutque fecit, expedire Gallia regno, ut Concilium omnino absolvatur. Duo autem, inquit, non omissam, quorum illustrissimos legalatos et reliquos Patres admonitos esse cupio. Primum est, ut post peractam hanc sequentem Sessionem, in quo puto recte omnia concludi posse, quæ supersunt, post paucos dies legatur publice confirmatio Sanctissimi domini nostri

<sup>1</sup> Legati car. Ep. CDLXVII. ad car. Bor.

<sup>1</sup> Act. Concil. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. card. Bar. sign. num. 24. p. 508.

tri, ut quæ feliciter statuta sunt, etiam in perpetuum ævum stabiliantur. Secundum est, ut concedatur omnibus episcopis, cum ad Ecclesiæ suas redierint, ut possint usque ad certum diem dispensare in impedimentis Matrimonii, et absolvere in foro pœnitentie in omnibus casibus, etc. ».

Consentiebant<sup>1</sup> cum cardinale Lotharingo ad claudendum Concilium Cæsaris, Lusitani regis, Venetorumque oratores, imo Cæsarei id verbum laxarunt, ipsos, ni cito absolveretur Concilium, e Concilio revocatum iri. At comes Luna licet mandatum de ea re ab Hispaniarum rege habere percuperet, tamen se non adversaturum professus est, de quibus legatorum ad cardinalem Borromæum extant litteræ xxu Novembris exaratae. Incumbebant vero Patres scribindis inter alia decretis pro restituenda disciplina monastica, ut refert Palæottus<sup>2</sup>:

« Die xxiii Novembris MDLXII. Cum vota Patrum de restituenda Regularium disciplina exquirerentur, cardinalis Lotharingus haec fatus est:

« Non possum inficiari, me et optime de Regularium Ordine sentire, et erga eos maxime affectum esse, scioque quantum in Gallia nostra ipsi etiam martyrio se obtulerint partim amputatis capitibus, partim etiam abrasa corona, et detracta pelle usque ad ossa, excoriatoque capite morti subjecti sint, hac tantum de causa, quod noluerunt renuntiare papatu, et maledicare sanctissimæ Eucharistie. Igitur sicuti mihi non placent clerici exempti ab episcopo, sic maxime laudo Regulares a nobis exemptiones, et eupio a vobis eorum exemptiones et privilegia conservari ».

200. *Omnes Patres conveniunt ut quam citissime Concilium absolvant, frustra reniente committee e Luna.* — Dum fervent omnia pro claudendo Concilio, Patres universim percepivere, ut Acta Concilii a Pontifice confirmarentur, propterea que legati Apostolici<sup>3</sup> vigesima quinla Novembris cardinalem Borromæum, transmissa etiam ea de re verborum formula, certiori redditore. XXVI Novembris Hispanus orator, qui anteal pluries significarat, se perducendo ad exitum Concilio non adversaturum, mutavit sententiam, prolixoque sermone altius repelito exposuit<sup>4</sup>, que Philippus II pro Concilio Tridentino promovendo tuendaque fide Catholica in Gallia egisset, ut misso in Galliam Priore Antonio Teletano proceres ad retinendam veterem et orthodoxam religionem sollicitasset, ac Vindocinensem principem (is erat Antonius rex Navarre) maximis promissis (scilicet promisso regno Sardiniae, ut anteal a nobis dissertum fuit) adduxisset, non sineret fieri nationale Con-

cilium, sed congregandi Tridentini Concilii finem expectarent, quo corruptelas, quæ in Christiano imperio suborta fuerant, tollendas, disciplinamque sanctiorem restituendam spondebat, ac licet Franciscus dux Guisius, regiomque castrorum praefectus a Sancto-Andrea nuncupatus, et Annas magister equitum, Catholicæ studiisque conjunctissimi, sanctiori regis Gallie consilio interessent, non sine tamen maximis difficultatibus, ut conspicuum est, votis potitus. Misisse præsules ad Concilium, expectare fructum, ob quem Concilium indictum sit, ac licet circa dogmata ac reformationem plura præclare gesta sint, tamen quæ supersint, non prætermittenda, ut quindecim dierum flexu anticipato Concilium absolvatur; eas esse materias, ex quibus natae hereses, que lacerent Ecclesiam: imperfectas non relinquendas, ne iterum ad eas retractandas cogendum foret Concilium, nec hujus Concilii exitum necessitatibus Ecclesie responsurum, nec sumptibus et laboribus tantis dignum futurum. Non prætermisit etiam, si ea ratione precipiti absolvatur, non discussis controversiis, quæ aliquo dierum flexu discutiende sunt, offendiculum publicum omnibus illatum iri, labefactandamque gloriam, quam Pontifex celebrato eo Concilio jam collegerat; demumque addidit, rem tanti momenti, licet cum Cæsare et Gallo agitata esset, inconsulto rege Catholicæ, sine summa injuria, cum tam præclare de Sede Apostolica meritus esset, ad exitum perduci non posse.

201. Ad haec cardinales legati respondere, maximam regis Catholicæ potentiam merito celebrari, atque ab ipsis colli et suspici, verum necessitate extrema ad Concilium absolvendum compelli, nec relictum in ea re deliberandi locum, Gallos enim tamdiu finem expectasse Concilii, ut expectandi amplius patientia ipsis desit, omnesque Concilii sperati fructus corrumptantur: concionatores hæreticos jam per Galliam latius grassari, ac venena diffundere, de pessimis rerum Gallicarum statu a pluribus fide dignissimis, tum a cardinale Granella monitos esse religionem fediis collapsam ab aliquot mensibus, proptereaque ad Concilium claudendum a Gallis ipsis, atque a Cæsare, et aliis principibus, tum a Pontifice urgeri, omnesque in ea versari sententia regem Catholicum, si Concilium interesset, in eamdem omnino sententiam descensurum: dogmata sat jam illustrata, ac pro disciplina restituenda plures etiam, quam expeteret rex Catholicus, sanctiones digestas. Objicienti iterum oratori maximo Ecclesiæ damno immaturum finem Concilio impositum iri, responsum est, nullam majorem plagam Ecclesie imponi posse, nec ullam rem gratiore hæreticis posse accidere, quam si finis Concilii disturbaretur. Post multa demum addidere, se optime sperare, ut Cæsareorum et

<sup>1</sup> Card. leg. Ep. CDLXXV ad car. Borr. xx Nov. — <sup>2</sup> Act. Cone. Tri. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 21. p. 511. — <sup>3</sup> Card. leg. Ep. CCLXXIV. — <sup>4</sup> Ib. Ep. CDLXXVII.

Lusitani oratorum opera Hispanus demulceatur, seque spretis adversis molitionibus Pontificia imperia constanter confecturos. « Tridenti xxvi Novembris MDLXIII.

« Cardinales Moronus, Warmensis, Simoneta, Navagerins ».

202. Jam pridem Carolus Borromaeus cardinalis certiores fecerat legatos Tridentinos<sup>1</sup>, fixum stare Pontificie menti, ne proximam different Sessionem, sed pernplis generosissime difficultatibus ad imponendum finem Concilio connotatur, nec metuendos adversarios, cum Cæsarei ac maxima Concilii pars ipsis adhaerent, graviora damna ex procrastinatione impendere, Christianamque rempublicam hoc remedium saluberrimum ac necessarium confecti perfectique Concilii anxiis animis expectare; controversias de Purgatorio, deque Imaginibus, de quibus cardinalis Lotharingius verba fecit, adeo conspicuas atque illustres, ut ne quidem uno die de his disceptandum sit; itaque cum omnia sint discussa, illustrata atque expedita, firmam spem a Pontifice conceptam esse proxima die ix Decembris exoptatum finem Concilio imponendum, ac si quid circa disciplinæ emendationis restituenda leges desiderari vism sit, illud Pontificem accuratius perfecturum: caueant itaque ne Sessionis diem extrahant, sed eo ipso die præsules ad suas Ecclesiæ dimittantur. Ut vero concepta spe citius Concilium absolutum fuerit ex improviso casu, dicetur inferius. Significavit insuper alius litteris<sup>2</sup> spem bonam, quam conceperat, quod orator Hispanus se intra æquitatis limites contineat, ut antea in ultima sessione egerat, sed si quando eos excserit, sine ulla dubitatione prosequantur, ac si verbis etiam contumeliosis in incœpto persistat, ne tamen ab instituta, vel potius pâne confecta actione desistant. Gratissimum accidisse Pontifici, quod mota controversia circa verba *Proponentibus legatis* in publica sessione dirempta sit, multoque charius accepisse, quam si de ea Diploma promulgatum fuisset; cæteras quoque res magis optare, ut a Concilio definiantur, quam si ad eum referantur, ac licet Synodus velit decretum seorsim edere, quo, uti par est, auctoritas Sedis Apostolice asseratur, sciant tamen sua auctoritate se modestissime usursum, cum divini cultus amplificationem ac publicæ salutis curam ob oculos propositam habeat. Laudasse Pontificem legatorum gravitatem et constantiam, qui aliquorum præsulum in scendis suffragiis indignam proterviam repressissent, item vero, quæ inter archiepiscopos et episcopos intercesserat, ex veterum canonum decretis dirimi jussit.

203. XXVIII Novembris cœtus amplissimi

coacti sunt in ædibus cardinalis Moroni, ut omnium nationum consensu de Concilio claudendo decerneretur, in quibus cardinalis Lotharingius peroravit<sup>1</sup>, in Gallia religionem in dies collabi, ac nisi absoluto Concilio redintegrari posse: extincta vero in eo regno religione alia regna in exitium prona futura; ac tres partes e quatuor in eam sententiam ivere, claudendum esse Concilium: aliqui tamen opinati sunt, ut Sessio ultima ad octo vel decem dies protraheretur, ut res majori dignitate perficeretur; at Lotharingus cardinalis Cesareique oratores expetiæ, ut de Purgatorio, deque Imaginibus, deque Invocatione Sanctorum ageretur, iis enim omissis, maxima offendicula et damna obortura, cum hujus temporis hæreses circa ea conflatae fuissent, aliquos enim suspicaturos properea ea pretermitti, quod firmo fundamento et ratione careren, maxime cum Concilium ea de causa congregatum fuisset, consule tamen ne tempus disceptationibus teratur, sed corruptelarum tollendarum causa decreta optima de iis sancirentur: hæc cardinales legati ad cardinalem Borromeum, quorum litteræ Tridenti xxix Novembris anno MDLXIII consignaltae. Qui vero conatus eodem die in contrarium adhibiti sint ab Hispano oratore describit his verbis Gabriel Palæottus<sup>2</sup> in Actis Ms. Concilii Tridentini.

204. XXIX Novembris MDLXIII, comes Lunensis convocat omnes prælatos Hispanos in domum suam (*et max:*) Suspicio tum erat non levis eos consultasse, qua ratione præsens Concilii finis posset impediri, quod scilicet aiebat, neglectam posse videri regis Philippi auctoritatem, si eo ignorantie tanta res eorum consensu terminaretur.

Postero die idem comes Lunensis prælatos fere omnes Italos, qui subjecti sunt ditioni et imperio regis Philippi, præsertim ex regno Neapolitano accersit, qui fuerunt circiter quadriginta, eisdemque nonnullas exponit rationes, quibus consentiendum non sit, ut finis Concilii in proxima Sessione babeatur, præcipue vero, quia materiae omnes, quæ sunt de dogmatibus, non sint digestæ, nec deceat eas temere præcipitare: deinde quia Philippi regis nec consensus, nec notitia ulla in hac re intercedit. Fuitei ab omnibus responsum, duobus tantum aut tribus exceptis, occasionem banc absolvendi Concilii, discedentibus Gallis, nullatenus esse omittendam, multa supervenire posse, quæ exitum hunc interturbent, veluti obitum Sanctissimi domini nostri, Cæsareae majestalis, et alia his similia.

Replicat comes, in præsenti sibi satis certum esse, hoc Philippo regi suo minime expe-

<sup>1</sup> Ext. lit. Ms. arch. Vat. sig. ... Ep. CLX. xviii Nov. — <sup>2</sup> Ext. ibid. Ep. CLXII. xviii Novembr.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1344. Ep. CDLXXXVIII. —

<sup>2</sup> Ext. in Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 21. p. 543.

dire, propterea que se, quantum in se fuerit, repugnaturum. Inde hora quarta nuntius ex Urbe magna ad eum celeritate missus ab oratore regio in Urbe commorante advenit, qui ei significat, Sanctissimum D. N. gravi et periculo morbo laborare. Eademque nocte hora nona legali sinuiles litteras accipiunt, quibus in magno discriminis salutis Sanctissimum D. N. positum esse significabatur.

203. *Occasione morbi Pontificis comes e Luna a pertinacia se relaxat.* — Ex casu inopinato Pontificii morbi fracta est pertinax durities Hispani oratoris comitis e Luna, qui Concilio ad exitum perducendo obstabat, alque ab impediendo fine Concilii abslitit, cum ad eum impedendum regia mandata non haberet, ut cardinales legati Borromaeum cardinalem de his certiore fecere. Ita Pontificii obitus fama adeo Hispanum oratorem, et alios qui Concilium protrahendum censebant, permovit, ut publicae salutis Christiani imperii causa universi ad claudendam optato exitu Synodus consenserint, ne schisma oriretur, ut refert Astulphus Servantius, et Gabriel Palaeottus his verbis descripti<sup>1</sup>:

Die i Decembris MDLXIIII. Hoc tristi nuntio accepto (scilicet lethalis morbi Pii IV) graviter omnes sunt protestati, quodque cardinalis Moronus saepe praesagiens dixerat posse inopinato interitum Sanctissimi nostri succedere, quodque comes Lunensis aspernari usquequaque solebat, nunc tandem divino iudicio accidisse omnes valde mirabantur. Legati statim convocant omnes oratores, rei statum narrant, ac praesens remedium adhiberi postulant. Oratores Concilium ad deliberandum usque in vesperum petunt. Summa haec erat deliberationis, an Concilium statim, non alio expectato nuntio de obitu Pontificis, finiretur. Videbatur omnibus, si tempus interponatur, posse Christianam rem publicam eo perduci, ut omnia calamitatibus, bellis et certo fere schismate perturbentur. Nam si pendente Concilio mors Pontificis sequatur, periculum erit, ne ejus electio a Patribus in Concilio tanquam ad se spectans vindicetur, aut Galli novos motus hac occasione concident, atque his, qui jus Pontificis eligendi arriperent, resisterent. Verum Dei clementia factum est, ut oratores omnes in eam sententiam unanimes convenerint, ut primo quoque tempore Concilium finiatur. Cardinalis Lotharingius ardens in hac re in primis erat, oratores Cesarci, quos antea dubium erat, ne prius Cesarium consulere vellent, alias potius nunc urgere incipiunt ad opus hoc absolvendum. Orator Portugallensis

nervos omnes intedit, et reliqui omnes, ut quamprimum Concilium claudatur. Solus comes Lunensis Hispanus non quidem obstinatus, ut antea, nec aperte contradicit, sed tamen non facile aliis adhæret, assensumque suum aliis non vult impartiri.

206. *Unanimi consensu decernitur claudendum esse Concilium.* — Die ii Decembris MDLXIII<sup>2</sup>. Legati convocant oratores Ecclesiasticos et prelatos quoniam plures amplius quam quinquaginta ex variis nationibus, ut ab his certius intelligent, quod consilium in hoc periculooso rerum statu sit ab eis capiendum. Omnes respondent, paucis Hispanis exceptis et tribus Italies, statim Concilium esse finiendum, iis propositis materiis, que jam preparatae erant, nec in his amplius immorandum. Itaque statuunt legati eadem die Congregationem generalem habere, ut Patres sententiam dicant super decreto de Purgatorio, de Imaginibus, quod jam multis ostensum fuerat. Item super decretis de reformatione, qua jam emendata fuerant. Similiter etiam de Regularibus, quae emendata erant, licet nondum eorum copia tradita fuisset.

De Indulgentiis aulem, cum materia nimis difficilis et questionibus implicita videretur, interim supersedendum putant; quamvis ex Patribus multi desiderarent, ut de ea obiter saltem aliquid attingeretur, ne prorsus omissa silentio videretur.

207. Incubuere omni studio et contentione cardinales legati Tridentini, ut Concilium absolverent, Caesarisque et aliorum regum ac principum oratores, praesulesque mutua voluntatum consensione conspirarunt pro eo claudendo, adeo ut etiam contestarentur se discussuros, nisi absolveretur. De navata vero a legis diligencia in ea re certior factus a Carolo cardinale Borromeo<sup>3</sup>, ad quem legati scripserant, Pontifex finem Concilii accelerari jussit propter imminens periculum, atque addidit, ut si perficere non possent ea, que spectant ad Imagines, ad Purgatorium, ad monachorum, ad Monialium castigatiorem disciplinam, ac similia, rejiciant illa ad ea, quae in aliis Conciliis et antiquis constitutionibus decreta sunt potiusquam sessionem extrahant, ut vero haec omnia concludantur, praesentibus principum oratoribus maximi referre ad divinam gloriam. Cardinalem etiam Lotharingum discussum suum in Galliam maturare, atque adeo finem Concilii omnino accelerandum. Perducto vero ad finem Concilio, se non defuturum illi confirmando, ejusque decretis in opus provocandis eo ardore pietatis, studioque flagrantissimo, quo divina adjutus gratia illud promovit. Subdidit se quidem gravissime aegritudinis turbine concussum, sed ex

<sup>1</sup> Card. leg. in litteris ad car. Borr. Ep. CDLXXIX. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1344. Ms. car. Pii sig. num. 201. Ext. in Act. Conc. Trid. Serv. Ms. Fr. car. Bar. p. 150. et aliud Ms. car. Pii. Act. Conc. Trid. per Gabr. Palaeot. Ms. Fr. car. Bar. sign. num. 24. pag. 513.

<sup>2</sup> L. car. Bor. Ms. arch. Val. sig. num. ... Ep. CLVI. — <sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3215. Ep. IX. ult. Novemb. XI.

ea procella se collegisse. Contenderent itaque incitatissimis studiis ad finem Concilii, ut cito tissime eorum conspectu frueretur, atque omnia ad divini cultus amplificationem componat. « Dat. ultima Novemb. M.DLXIII ».

Certiorum etiam fecit eadem die Pontifex cardinalem Lotharingum, confirmatum iri a se Concilium, si Synodus confirmari ejus Acta petierit<sup>1</sup>, ut petituram accepit, seque publicae quieti et bono provinciarum consulturum in iis, in quibus Concilium non providit, omnique studio gloriam et cultum divini nominis promoturum, nec partes ulla patris amantissimi optimique Pontificis praetermissurum.

Ad pellicendum etiam in eamdem absolvendi Concilii cessionem Philippum Hispaniae regem, Pontifex eadem die ultima Novembbris Cribellum in Hispania aula Apostolicum internuntium exponere jussit, propediem claudendum esse Concilium, consentientibus imperatore, Galliae et Polonia regibus, Italiaeque principibus: Gallos antea, Julio III Pontifice, nunquam assensisse Tridentino Concilio, minusque pronos ad illud se ostendisse, ut ex inscriptione litterarum constat; iam omnia decreta edita confirmari posse, nec tam eximiā occasionem amittendam; si Concilium semel dissolutum fuerit, non ultra ob graviores sumptus et discrimina congregatum iri, ac modo speratos ex Concilio fructus colligendos. De Hispano oratore queri jussit, qui sine regio mandato iterum vocandos Protestantes intempestive instaret, ex quo Concilii exitus nimium retardandus foret; præsciri quidem non posse statutum diem absolvendi Concilii, non tamen illius perficiendi occasionem omittendam, nec ob vasta locorum intervalla diem Hispano regi indicari, ejusque responsum expectari posse; æquo itaque animo acciperet, si finis Concilio impuneretur.

Consultus Ferdinandus de claudendo Concilio, hæc suis oratoribus mandata<sup>2</sup> dedit:

« Negotio isto in ultimam deliberationem apud nos adducto, cum nobis demonstratum sit facile evenire posse, ut reverendissimi legati posteaquam intellexerunt plerosque Patres optare finem Concilii, ad præcavenda mala et pericula quedam impendentia, quibus merito videtur occurrentum esse, eo condescendant, ut permittant Concilio in proxime fulura sessione finem imponi, nos ex aliis quoque urgenter causis animo nostro occurrentibus ad ducti sumus, ut vobis injungendum esse censemus, quod, quandocumque senseritis id agi, ut huic Concilio (quod Deus optimus Maximus faustum ac felix esse jubeat) finis imponatur, vos id nomine nostro non solum non impedi-

lis, verum etiam omni quo poteritis studio ac fideliter promoveatis ».

Ineunle Decembri recreatus ex ancipiili morbo Pontifex, ad cardinalem Lotharingum, de confirmandis a se Actis Concilii Tridentini, ad dissentias nefarias eorum artes, qui impie serere dissidia annitebantur, hæc scripsit<sup>3</sup>:

« Dilectissime fili. Mente nostram non penetrant, qui male obloquuntur, nos non confirmaturos Acta Concilii, sed vel partem illorum, vel post plurimum mensum flexum. Ea semper fuit mens ac voluntas nostra, ut Concilium frugiferum fiat, cumque divina ope in præsentem statum perductum sit, latet nos, quis fructus colligi possit, nisi confirmetur atque in opus adducatur, atque adeo significamus, si Synodus confirmationem petierit (ut petituram audimus) submota omni mora, alacri animo eam misso concitatissimo cursore transmissuros; quare fini Concilii promovendo acerrime incumbite; nam quod ad confirmationem attinet, cum rogati fuerimus, eam, necon alia, quæ nomine nostro pollicili fueritis, conficiemus: pariterque curam et munus suscipiemus, ut iis, quibus Concilium non providerit, consulamus, pro quiete et beneficio provinciarum et quarundam nationum, geremusque omnia, quæ ad divini cultus Christianique imperii amplificationem conduixerint, nec ullum optimi Patris officium prætermitteremus. Ita spondemus et promissa operibus ornabimus. Datum Romæ i Decembbris M.DLXIII ».

208. Discussi sunt secunda Decembbris die<sup>2</sup> diligenti examine articuli de Imaginibus et de Purgatorio, moxque diremplæ controversiæ, cum tot annis a theologis agitatæ fuissent atque illustrate, atque in diem sequentem tertiam Decembbris indicta est sessio, quæ in ultima sessione ad nonam Decembbris extracta fuerat. Ul vero a cardinale Morono Concilii primo præside consulti Patres fuerint, narrat Angelus Massarellus, qui Concilio a secretis erat, ac ejus orationem subjectis conceptam verbis<sup>3</sup> repetit:

« Tractata jam sunt ea, quæ salis hoc in Concilio magis necessaria tractanda videbantur; nam quod ad fidem spectat, (qui primus erat Concilii scopus) ea sunt conclusa, quæ ad justificationem et ad sacramenta pertinebant, et nostri temporis hæreses certis canonibus damnatae sunt. Ipsi vero hæretici, quorum resipicentiae et saluti præcipue consultum oportuit, saepè a summo Pontifice, et a vobis ipsis, tum litteris, tum certis eliam nuntiis; et fide publica invitati, nunquam adduci potuerunt, ut huc accederent. Actum est prælerea cum principibus, et præserlim cum Cæsarea majestate, cuius ma-

<sup>1</sup> Ibid. Ep. xv. Ext. in Ms. — <sup>2</sup> Arch. Val. sign. num. 3218, Ep. xciv.

<sup>3</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 3249. p. 82. — <sup>2</sup> Astulph. Serv. in Actis Conc. Trid. — <sup>3</sup> Ext. in Actis Ms. Congr. Trid. Ms. arch. Val. sig. num. 3196. p. 42.

xime apud illos debuit esse auctoritas, ut eosdem ad Concilium adeundum persuaderent: sed frustra omnes adhibita sunt persuasiones. Utinam venissent, et se Concilio sententiisque nostris submississent: nullum nobis maius gaudium, nullum illis ipsis et universo orbi Christiano salutarius accidere potuisset. Forte Deus dabit illis mentem sensumque meliorem.

« Interea vos, qui rogando et cunctando pietati vestrae et paternae erga illos charitati satius abunde satisfecistis, quoniam videtis de illorum adventu nullam esse spem reliquam, nihil est quod ultra tempus conferatis: præsertim cum res Concilii in eum jam sint statim deducete, ut quoties vobis collibitum fuerit, extremam illis possitis manum imponere. Nam quod ad reformationem pertinet, (quæ secundus Concilii scopus fuerat) multa acta sunt, et in unoquoque dogmate additum est aliquid semper, atque adeo multum, quod ad ipsam reformatiōnem pertineret, el quasi aſſines illi dogmati abusus tollerel.

« In praecedenti vero sessione tot et tam præclara generalis reformationis decreta sanxistis, ut illa si observetis, restituenda omnino videatur antiqua cleri disciplina. Possunt quidem optari majora; sed homines sumus, non Angeli, et pro ratione temporum satis est id amplecti quod possumus. Forsitan quando haec executioni mandata fuerint, Deus ostendet meliora.

« Pauca vero illa, que restant et jam vobis exhibita sunt, tum doctrinæ, tum reformatiōnis capita, ea a vobis privatis vestris in ædibus ita jam examinata et digesta sunt, ut hoc loco, neque longis indigeant disputationibus. Caput de principiis reformatum est, ac certe, si ipsorum principiū probitatem animadvertemus, sane possumus acquiescere. Quod si eos ad pietatis studium provocare volumus, exemplo pietatis nostræ multo magis provocandi sunt, quam propositis penitus aut anathematismis. Vestrae igitur sunt partes, cum illis pie et moderate agere, et ea qua Christianos Patres decet, charitate et prudentia.

« Ceterum cum nil ultra habeamus, neque de fide, neque de reformatione, quod vobis proponamus, et ea, que nunc in manibus habetis, commode possint unica futura sessione absolvī, cupimus nos, et maxime opportunum judicamus, si idem vobis videatur, ut eadem futura sessione finis Concilio imponatur. Sumimus Pontifex idem valde optat, et probat; idem Cæsarea majestas cupit; idem Galli, ut testatur illustrissimus cardinalis Lotharingus: Germania enim et Gallia, ubi omnia ab hereticis in dubium revocata sunt, eo maiorem quotidie trahunt ruinam, quo vos diutius differtis Catholicorum causas et sententias vestris publicatis decretis confirmare, et veluti ab hostiis insidiis vindicatas in tuto collocare. Concilium vero ipsum ob

Germaniam et Galliam convocatum esse, nemo est qui ignoret; nam regis quidem Catholicæ regna et pacata erant et Concilium non indigebant; imo vero rex ipse Catholicus Concilium oplavit et procuravit, ut Gallorum et Germanorum saluti consuleretur; quod ut jam fiat tempus ipsum monet, oratores principum id omnes exoptant: omnia Concilii finem exposcent, omnia sunt matura; colligendi sunt fructus: oves vestre vos expectant, et diuturniore vestram absentiam ferre non possunt. Quare vestrum redditum ad illas maturantes, expedite ea, quæ in manibus habetis, et finem Concilio imponentes vestris quoque vigiliis et laboribus finem impone, quæ ut maturiore et uberiore fructum vobis ipsis et universo orbi afferant, assidue vestris et omnium piorum precibus a Deo contendendum est ».

His consentanea a Gabriele Palæotto referuntur.

209. *Sessio ultima Concilii: decreta de articulis prius examinatis, sed nondum definitis.* — Assensore legato Apostolico Patres universi, ac sessio vigesima quinta numero a principio Concilii sub Paulo III, nona vero sub Pio IV, incepit tertia Decembris die, quam Astulphus Servantius<sup>1</sup> in Actis ita describit:

« Anno Christianæ salutis MDLXIII, Indictione vi, Feria vi, die iii Decembris, Pio IV Pontifice, celebrata est Tridenti nona eademque ultima sessio, presidentibus in ea illustrissimis cardinalibus Morono, Varmensi, Simoneta et Navagerio. Peracta est divina res ab episcopo Sulmonensi, et habita ab Hieronymo Ragazzon Veneto oratio ». Cujus hæc particula decerpanda visa est :

« Nos, inquietabat, urbem hanc in Germania fauibus, id est, in dominibus illorum, sive limine positam elegimus, nos custodiam nullam nobis, ne suspicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuiimus, nos eam fidem publicam illis concessimus, quam sibi composuerunt, nos hic illos perdiu expectavimus, neque hortari ac regare unquam destitimus, ut ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illis etiam absentibus, satis, ut puto, a nobis consultum est. Etenim cum duo essent, in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda; alterum fidei Catholicæ ac vere Evangelica illis in rebus, que in dubium ab ipsis vocantur, quæque opportuna his temporibus videarentur, explicata et confirmata, disjectis omnibus ac dissipatis errorum tenebris doctrina: alterum disciplina Ecclesiastica, cuius potissimum depravatione illi se a nobis defecisse affirmant, restitutio, utrumque quantum in nobis fuit pro temporum horum ratione cumulate prestitum ».

<sup>1</sup> Act. Conc. Trid. per Astulph. Serv. Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1109. p.

210. Servatis dein consuetis ritibus Sulmonensis episcopus consenso suggestu decretum de Purgatorio perlegit, quod subjectis verbis conceptum erat :

*Decretum de Purgatorio.*

« Cum Catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta ex sacris litteris et antiqua Patrum traditione in sacris Conciliis, et novissime in hac OEcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari, praecepit S. Synodus episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam a sanctis Patribus et sacris Conciliis traditam a Christi fidelibus credi, teneri, doceri et ubique praedicari diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores ac subtiliores quæstiones, quæ ad ædificationem non faciunt, et ex quibus pleruinque nulla sit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur. Incerta item vel quæ specie falsi laborant, evulgari et tractari non permittant. Ea vero, quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe luorum sapient, tanquam scandala et fidelium offendicula prohibeant. Current autem episcopi ut fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiarum instituta pie et devote fiant, et quæ pro illis testatorum foundationibus, vel alia ratione debentur non perfundentur, sed a sacerdotibus, et Ecclesia ministris, et aliis, qui hoc præstare tenentur, diligenter et accurate persolvantur ».

211. Huic decreto adjunctum aliud<sup>1</sup> de invocatione Sanctorum, et eorumdem reliquiis et sacris imaginibus, quo hæreticorum idolatriæ calumniam impingentium Catholicis furor damnatus est.

*De invocatione, veneratione et reliquiis  
Sanctorum, et sacris Imaginibus.*

« Mandat S. Synodus omnibus episcopis el cæteris docendi munus curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ et Apostolicae Ecclesiæ usum a primævis Christianæ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem et sacrorum Conciliorum decreta, in primis de sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, et legitimo Imaginum usu fideles diligenter instruant, docentes eos, sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum atque utile esse suppliciter eos invocare, et ob beneficia

impetranda a Deo per Filium ejus Iesum Christum Dominum nostrum, qui sotus N Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero, qui negant sanctos, aeterna felicitate in Cœlo fruentes, invocandos esse, aut qui assurunt vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orient, invocationem esse idolatriam, vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei et hominum Iesu Christi, vel stultum esse in cœlo regnabitibus voce vel mente supplicare, impie sentire. Sanctorum quoque Martyrum, et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva fuerunt membra Christi et templo Spiritus sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda, et glorificanda, a fidelibus veneranda esse, per quæ multa beneficia Deo hominibus præstantur, ita ut affirmantes sanctorum Reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnandos esse, prout jampridem eos damnavit et nunc etiam damnat Ecclesia.

« Imagines porro Christi Deiparaeque Virginis, et aliorum sanctorum in templis, præsertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in Imaginibus sit figura, veluti olim siebat a gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa representant, ita ut per imagines quas osculumur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus, et Sanctos, quorum illa similitudinem gerunt, veneremur, id quod Conciliorum, præsertim vero Nicenæ secunde Synodi, decretis contra Imaginum oppugnatores est sancitum.

« Illud vero diligenter doceant episcopi<sup>1</sup> per historias mysteriorum nostræ redempcionis picturis vel aliis similitudiibus expressas erudiiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis et assidue recolendis, tum vero ex omnibus sacris Imaginibus magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum et munierum, quæ sibi a Christo collata sunt, sed etiam, quia Dei per sanctos miracula et salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, ut pro iis Deo gralias agant, ad sanctorumque imitationem, vitam moresque suos componant, excitenturque ad adorandum ac diligendum Deum et pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut senserit; anathema sit.

<sup>1</sup> Sess. xxv.

<sup>1</sup> Sess. xxv.

« In has autem sanctas et salutares observationes, si qui abusus irreperserint, eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer exoptat, ut nullæ falsi dogmatis imagines, et rudibus periculosi erroris occasionem præbentes statuantur. Quod si aliquando historias et narrationes, sacrae Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi et figurari contigerit, doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus aut figuris exprimi possit.

« Omnis porro supersticio in sanctorum invocatione, Reliquiarum veneratione, et Imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quæstus eliminetur, omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur; et Sanctorum celebratione ac Reliquiarum visitatione homines ad commissationes atque chrietates non abulantur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum et lasciviam agantur. Postremo tanta circa hæc diligentia et cura ab episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut præpostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, cum domum Dei deceat sanctitudo.

« Hæc ut fidelius observentur statuit sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere vel ponendam curare imaginem, nisi ab episcopo approbata fuerit. Nulla etiam admittenda esse nova miracula, nec novas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente et approbante episcopo, qui simul alque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium theologis et aliis piis viris, ea faciat que veritati et pietati consentanea judicaverit. Quod si aliquis dubius et difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat, episcopus antequam controversiam dirimat, metropolitani et comprovincialium episcoporum in Concilio provinciali sententiam expectet, ita tamen, ut nihil, inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice, novum aut in Ecclesia inusitatum decernatur.

His perfectis, Sulmonensis episcopus<sup>1</sup> hæc verba subjicit: « Illustrissimi et reverendissimi Patres. Placent-ne vobis hec omnia? moxque collecta sunt ab Angelo episcopo Telesino, duobus tabellionibus sociato, Patrum suffragia, necnon ab episcopo Castellanano adjunctis aliis duobus notariis, ut celerius res perficeretur, quibus ad presidem Concilii cardinalem Moronum delatis, promulgavit ille, omnes assensisse decretis, præsilibus duobus exceptis, qui dixerunt, se de ea re plenius non fuisse edoctos.

Perfecta deinde fuere ab episcopo Sulmo-

nensi decreta de monachis et monialibus, deque reformatione, quæ typis eusa omnium teruntur manibus, collectisque omnium suffragiis quibus ea confirmabantur, habita est a cardinale Morono elegans oratio, quæ magnis plausibus est excepta, Patribus lœta voce respondentibus, *Deo gratias*, cumque omnia absolví non possent ea sessione, de ea in sequentem diem protracta sancitum est.

His addit Gabriel Palæottus<sup>2</sup>: « Legati domum reversi curant ut decreta quadam quæ supererant, componantur, ut die crastina (ea erat iv Decemb.) in sessione promulgentur, atque ita omnia absolvantur. In his erat decretum de Indulgentiis, de quo non placebat cardinali Morono ut quidquam ageretur, partim dubitans ne hinc daretur occasio disputandi et rem prolrähendi, partim etiam existimans satius esse rem tantam, tanquam multis capitibus controversam prorsus omittere, quam illam obiter tantum, et leni, quod aiunt, brachio attingere. Verumtamen cardinalis Lotharingius acriter urgebat, et quamplurimi prælati, ut de iis aliqua mentio fieret, ne haereticorum error sic magis confirmaretur, si nihil de his actum esse viderent; tum etiam quia hæc sola res pretermissa facile novo Concilio convocando occasio nem brevi dare potuisset.

« Itaque nocte ipsa conflatum fuit decretum id de Indulgentiis, summoque mane antequam in Ecclesia proderetur, convocati fuerunt et oratores, et quamplurimi prælati, coramque illis lecta omnia decreta, quæ in sessione ipsa promulganda erant cum hoc de Indulgentiis, in quo tamen cardinalis Moronus aperle coram omnibus professus fuit sibi non placere. Verum Lotharingius, Madrucus, oratores omnes, et alii Prælati contra responderunt, approbaruntque formam decreti jam concepti; fuerunt tamen in eo tunc detracta quædam verba, quæ prohibebant expresse, ne pro consequendis Indulgentiis certæ taxarentur summæ, neve darentur illæ quæ suspensiones vocant. Fueruntque hæc verba subtata in gratiam comitis de Luna dicentis, quod videbantur hæc de industria ita expressa ad notandum Cruciatam Hispanorum ». His decretis in congregazione discussis antequam in sessione pronouiliarentur, cardinalis Moronus his verbis præfatus est:

« Illustrissimi domini ac reverendissimi Patres. Nos ad Ecclesiam ibimus eo animo, ut hodie, si paternitatibus vestris placuerit, finem imponamus, et claudamus hoc sacrum Concilium, et audiatis illam dulcissimam vocem, *Ite in pace*, et de confirmatione a S. D. N. nomine sanctæ Synodi petenda, sicuti in Generali Congregatione conclusum fuit ». Quæ omnium con-

<sup>1</sup> Astulph. Serv. in Actis Ms. ubi sup.

<sup>2</sup> Act. Conc. Trid. per Gabr. Palæot. Ms. Franc. card. Bar. sig. num. 24 p. 522.

sensione confirmata sunt. Deinde acclamatio-  
num a Patribus habendarum formulae propo-  
site, quæ ab omnibus laudate sunt. Quibus  
constitutis ad sessionem pridie ceptam absol-  
vendam ad Dei Omnipotentis gloriam templum  
adiere, ac ritibus consuetis usurpati perlecta  
sunt decreta, quorum primum de Indulgentiis  
sic fuit<sup>1</sup>:

212. « Cum potestas conferendi indulgentias  
a Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi  
potestate divinitus sibi tradita, antiquissimis  
etiam temporibus illa usa fuerit, sacrosancta  
Synodus indulgentiarum usum Christiano populo  
maxime salutarem, et sacramonum Conciliorum  
auctoritate probatum in Ecclesia retinem-  
dum esse docet et præcipit, eosque anathemate  
damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas  
concedendi in Ecclesia potestatem esse negant;  
in his tamen concedendis moderationem juxta  
veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem  
adhiberi cupit, ne nimia facilitate Ecclesiastica  
disciplina eneretur. Abusus vero, qui in his irrepererunt, et quorum occasione insigne  
hoc indulgentiarum nomen ab hereticis blas-  
phematur, emendatos et correctos cupiens,  
præsenti decreto generaliter statuit, pravos que-  
stus omnes pro his consequendis, unde pluri-  
ma in Christiano populo abusuum causa flu-  
xit, omniō abolendos esse. Cæteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, aut aliunde quo-  
modocumque provenierunt, cum ob multiplices  
locorum et provinciarum, apud quas hi com-  
mittuntur, corruptelas, commode nequeant  
specialiter prohiberi, mandat omnibus episco-  
pis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus  
Ecclesiæ suæ colligant, eosque in prima Synodo  
provinciali referant, ut aliorum quoque epi-  
scoporum sententia cognita statim ad Sum-  
mum Romanum Pontificem deferantur, cuius  
auctoritate et prudentia, quod universalis Eccle-  
siæ expediet, statuatur, ut ita sanctarum Indul-  
gentiarum munus pie, sancte et incorrupte om-  
nibus fidelibus dispensetur.

*De delectu ciborum, jejuniis et diebus festis.*

213. « Insuper hortatur sancta Synodus, et  
per sanctissimi Domini nostri atque Salvatoris  
adventum, pastores omnes obtestatur, ut tan-  
quam boni milites illa omnia, que sancta Ro-  
mana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater et  
magistra, statuit, necnon ea quæ tam in hoc  
Concilio, quam in aliis OEcumenicis statuta sunt,  
quibuscumque fidelibus sedulo commendent,  
omnique diligentia utantur, ut illis omnibus ei  
iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortifi-  
candam carnem conducunt, ut ciborum dele-  
ctus et jejunia, vel etiam quæ faciunt ad pietæ-

tem augendam, ut dierum festorum devota et  
religiosa celebratio; admonentes populos cere-  
bro obedire præpositis suis, quos, qui audiunt,  
Deum remuneratorem audient, qui vero con-  
temnunt, Deum ipsorum ultorem sentient.

*De Indice librorum, et Catechismo, et Breviario  
et Missali.*

« Sacrosancta Synodus in secunda sessione  
sub Sanctissimo domino nostro Pio IV cele-  
brata, delectis quibusdam Patribus commisit,  
ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis,  
vel perniciose, quid facto opus esset, considera-  
rent, utque ad ipsam sanctam Synodum re-  
ferrent: audiens nunc huic operi ab eis extre-  
mam manum impositam esse, nec tamen ob  
librorum varietatem et multitudinem, distincte  
et commode posse a sancta Synoda dijudicari,  
præcipit ut quidquid ab illis præstitum est,  
Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur, ut  
ejus judicio atque auctoritate terminetur et  
evulgetur. Idemque de Catechismo a Patribus,  
quibus illud mandatum fuerat, et de Missali et  
Breviario fieri mandat, etc.

*De loco Oratorum.*

« Declarat sancta Synodus ex hoc loco assi-  
gnato oratoribus tam Ecclesiasticis quam sœcu-  
laribus in sedendo, incendendo, aut quibuscum-  
que alii actibus nullum cuiquam eorum factum  
esse prejudicium, sed omnia illorum, et impe-  
ratoris, regum, rerum publicarum et principum  
suorum jura et prerogativas illæsas et salvas  
esse in eodemque statu permanere, prout ante  
præsens Concilium reperiebantur.

*De recipiendis et observandis decretis  
Concilii.*

214. « Tanta fuit horum temporum calamitas  
et hereticorum inveterata malitia, ut nihil  
tam clarum in fide nostra asserenda unquam  
fuerit, aut tam certo statutum, quod non humani  
generis hoste suadente illi errore aliquo  
contaminaverint, eapropter sancta Synodus id  
potissimum curavit ut præcipios hereticorum  
nostri temporis errores damnaret et anathematisaret,  
veramque et Catholican doctrinam  
traderet et doceret, prout damnavit, anathematisavit et definivit. Cumque tamdiu tot episcopi  
ex variis Christiani orbis provinciis evocati, sine  
magna gregis sibi commissi jactura et univer-  
sali periculo ab Ecclesiis abesse non possint,  
nec ulla spes restet, hereticos toties fide etiam  
publica, quam desiderarunt, invitatos et tam-  
diu expectatos, huc amplius adventuros, ideo-  
que tandem huic sacro Concilio finem imponere  
necessæ sit; superest nunc, ut principes omnes,

<sup>1</sup> Ext. in Act. sess. ult.

quod facit, in Domino moneat ad operam suam ita præstandam, ut quæ ab ea decreta sunt, ab hereticis depravari aut violari non permittant, sed ab his et omnibus devote recipientur et fideliter obseruentur. Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua incidenter, que declarationem (quod non credit) aut definitionem postulent, præter alia remedia in hoc Concilio instituta, confidit sancta Synodus, Beatisimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis præsertim provinciis unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractante viderit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacunque ratione ei visum fuerit, provinciarum necessitatibus pro Dei gloria et Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

215. *Revocantur et confirmantur decreta publicata sub Paulo III et Julio III.* — Subdunt Acta ab Astulpho Servantio<sup>1</sup> conscripta, post hæc decreta repetita collectis suffragiis cardinalem Moronum his verbis Patres compellasse : « Illustrissimi et reverendissimi Patres : Decreta omnibus placent, in decreto tamen indulgentiarum sunt viginti Patres, qui quadam verba restituí cuperent, et ideo Deo gratia agendæ », et Patres omnes responderunt *Deo gratias*.

Deinde decretum perfectum est<sup>2</sup> de recipiendis decretis sub Paulo Tertio et Julio Tertio Pontificibus in Concilio Tridentino sancitis.

Et successively idem reverendus dominus dominus episcopus Cathaniensis legit alta voce decreta ipsa, que in hoc eodem Concilio sub felicis recordationis Paulo Tertio et Julio Tertio Summis Pontificibus publicata fuere tam ad dogmata quam ad reformationem pertinentia, sed ita, quæ ad dogmata pertinent, lecta sunt integre; eorum vero, quæ pertinent ad reformationem, solum lectum est principium, hoc ordine videlicet :

« Decretum primum sessionis tertiae Tridentinæ sub Paulo III die quarta Februario MDXLVI, a Nativitate celebrata, super professione fidei Catholicæ, quod incipit : *In nomine sanctæ, etc.*

« Decretum primum publicatum in sessione quarta sub eodem Paulo papa III, die septima MDXLVI, super receptione sacrorum librorum Veteris et Novi Testamenti quod incipit : *Sacrosancta œcuménica, etc. Hoc sibi perpetuo, etc.*

« Decretum secundum publicatum in eadem quarta sessione. Receptio Vulgatæ editionis, et modus interpretandi et imprimenti sacram Scripturam, quod incipit : *Insuper eadem, etc.*

« Decretum primum publicatum in quin-

ta sessione Tridentina sub eodem Paulo III, die decima septima Junii MDXLVI, de peccato originali, incipiens : *Ut fides nostra Catholica, etc.*

« Decretum secundum publicatum in eadem quinta sessione delectione et prædicatione sacræ Scripturæ, quod incipit : *Eadem sacro-sancta Synodus piis Summorum Ponti?cum, etc.*

« Decretum primum publicatum in sessione sexta sub eodem Paulo III, die decima tertia Januarii MDXLVI, de justificatione, quod incipit : *Cum hoc tempore, etc.*

« Decretum secundum publicatum in eadem sessione sexta de residentia et aliis ad reformationem pertinentibus, quod incipit : *Eadem sacrosancta, etc. Ad restituendam collapsam, etc.*

« Decretum primum publicatum in sessione septima Tridentina sub Paulo III, die tertia Martii MDXLVI, de Sacramentis in genere, de Baptismo et Confirmatione, incipiens : *Ad consummationem salutaris de Justificatione doctrinæ, etc.*

« Decretum secundum publicatum in eadem sessione septima super reformatione, quod incipit : *Eadem sacrosancta, etc. Incepunt residentia, et reformationis negotium, etc.*

« Decretum primum publicatum in sessione tertia Tridentina sub Julio papa III, die decima prima Octobris MDLI, de sanctissimo Eucharistio, quod incipit : *Sacrosancta, etc. Etsi in eum finem, etc.*

« Decretum secundum publicatum in eadem sessione tertia super reformatione incipiens : *Eadem sacrosancta Synodus, etc. Intendens nonnulla statuere, etc.*

« Decretum tertium publicatum in eadem sessione super prorogatione definitionis quatuor articulorum de Sacramento Eucharistiæ incipiens : *Eadem sacrosancta Synodus errores omnes, etc.*

« Decretum primum publicatum in sessione quarta sub eodem Julio papa III, die xxv Novembris MDLI, de sacramento Pœnitentiæ, quod incipit : *Sacrosancta, etc. Quamvis in decreto de justificatione.*

« Item aliud decretum publicatum in eadem sessione quarta de Sacramento Extremæ Unctionis, incipiens : *Visum est autem sanctæ Synodo, etc.*

« Postremo decretum de reformatione publicatum in eadem sessione quarta sub Julio III, quod incipit : *Cum proprio episcoporum munus sit, etc. Quibus decretis lectis, idem reverendus dominus episcopus Cathaniensis legit decretum tenoris infrascripti videlicet :*

« Decretum super sine Concilii, et confirmationem petent illustrissimi domini reverendissimique Patres : *Placelne vobis petatur ?* »

Et statim Patres omnes interrogati singula-

<sup>1</sup> Astulph. Serv. in Actis Ms. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sign. num. 3248. sub fin.

riter a reverendissimis dominis Thelesino secretario, et Castellanetensi episcopis una nobiscum sacri Concilii, et aliis deputatis notariis suprascripitis responderunt simpliciter per verbum *Placet* exceptis infrascripitis, qui responderunt ut sequitur, videlicet :

« R. D. archiepiscopus Granatensis : Placet quod finiatur, sed non peti confirmationem.

« Reverendus dominus episcopus Dertusensis dixit: Peto confirmationem tamquam necessariam.

« R. D. Pactensis, R. D. Salamantinensis, cum Dertusensi ».

Quibus votis illustrissimis dominis legatis et praesidentibus relatis, illustrissimus dominus cardinalis Moronus primus praesidens prafatus pronuntiavit haec verba<sup>1</sup>:

« Verba primi Apostolici legati.

« Placuit omnibus finem huic sacro Concilio imponi, confirmationemque a Sanctissimo domino nostro peti uno dumtaxat excepto, qui eam confirmationem se non petere dixit. Ideoque nos Apostolicae Sedis legali et praesidentes eidem sacro Concilio finem imponimus, confirmationem vero quamprimum a Sanctissimo domino nostro petemus. Vos autem, Patres illustrissimi et reverendissimi, post gratias Deo actas, ite in pace. Cui omnes laetissimarum vocum consensu responderunt. Amen ».

216. *Patrum acclamationes et subscriptiones.*  
— Mox cardinalis a Lotharingia consurgens altissima voce felicitatem Summo Pontifici comprecatus est his verbis :

« Beatissimo Pio papae et domino nostro sanctae et universalis Ecclesiae Pontifici, multi anni ».

#### *Responsio Patrum.*

« Domine Deus, Sanctissimum Patrem diutissime Ecclesie tua conserva, multos annos ».

Card. « Beatissinorum Summorum Pontificum animabus Pauli Tertii et Julii Tertii, quorum auctoritate hoc sacrum generale Concilium inchoatum est, pax a Domino, et aeterna gloria atque felicitatis in luce Sanctorum ».

Resp. « Memoria in benedictione sit ».

Card. « Caroli V imperatoris et serenissimorum regum, qui hoc universale Concilium promoverunt et prolexerunt, memoria in benedictione sit ».

Resp. « Amen. Amen ».

Card. « Serenissimo imperatori Ferdinando semper Augusto, orthodoxo et pacifico, et omnibus regibus, rebus publicis et principibus nostris, multi anni ».

Resp. « Pium et Christianum imperatorem, Domine, conserva. Imperator cœlestis, terrenos reges rectæ fidei conservatores custodi ».

Card. « Apostolicae Romanae Sedis legatis in hac Synodo præsidentibus, cum multis annis magnæ gratiarum ».

Resp. « Magnæ gratiae : Dominus retribuat ».

Card. « Reverendissimis cardinalibus et illustribus oratoribus ».

Resp. « Magnas gratias : multos annos ».

Card. « Sanctissimis episcopis vita et felix ad Ecclesias suas reditus ».

Resp. « Praeconibus veritatis perpetua memoria : orthodoxo senatui multos annos ».

Card. « Sacrosancta OEcumenica Tridentina Synodus ; ejus fidem confiteamur, ejus decreta semper servemus ».

Resp. « Semper confiteamur, semper servemus ».

Card. « Omnes ita credimus, omnes id ipsum sentimus, omnes consentientes et amplectentes subscribimus. Haec est fides Beati Petri et Apostolorum : haec est fides Patrum : haec est fides orthodoxorum ».

Resp. « Ita credimus, ita sentimus, ita subscribimus ».

Card. « Iliis decretis inherentes, digni redamur misericordiis et gratia primi et magni supremi sacerdotis Jesu Christi Dei, intercedente simul inviolata domina nostra sancta Deipara et omnibus sanctis ».

Resp. « Fiat, fiat. Amen, Amen ».

Card. « Anathema eunctis hereticis ».

Resp. « Anathema. Anathema ».

217. Quanto pietatis sensu haec acclamaciones repetita fuerint, quantave laetitiae significacione effusæ, illustrat Gabriel Palaeottus his verbis :

« His satis explicare non possum, quanta animi laetitia omnes exultarent, vereque Deum tot honorum auctorem agnoscerent, atque ei gratias agerent. Vidi ego in media ipsa sessione permullos gravissimos prelatos præ gaudio lachrymas fundentes, invicemque gratulantes, qui antea inter se alieniores videbantur. Ubi vero ad acclamaciones ventum est, quæ multis ad eam usque horam et novæ et inopinatæ accederunt, tunc ingens omnium admiratio, plausus laetitiae exorta est : nemo erat, qui non vultu, verbis, totoque corpore summam hilaritatem significaret, Deum laudantes, cui honor, virtus et gloria in saecula saeculorum ». His consentanea scribit Astulphus Servantius<sup>1</sup> : « Qui Patrum, inquit, responsa istis acclamacionibus redditia auribus exceperisset, eorum vultus et lachrymas laetitia expressas inspexisset, ille se in beatorum sedes translatum putaret, adornati enim erant omnes Pontificio cultu, quorum alii modulato concentu respondebant, alii sublati in celum manibus vociferabantur,

<sup>1</sup> Astulph. Serv. in Actis.

<sup>1</sup> Astulph. Serv. in Actis id. ib. Ms. Fr. car. Bar. sig. n. 1109.

ali lætitiam, qua circumfluebant, non ferentes, vultum premebant manibus; alii flexis genibus, stupore tremoreque sacro perfusi tacite respondebant: alii læto lachrymarum imbre delibuti Omnipotentis Dei magnificientiam effreabant».

218. Factis acclamationibus præcepit legatus Apostolicus princeps intentata anathematis pœna, ut omnes præsules, antequam Tridento discederent, decretis Concilii subscriberent, ut illa Instrumento publico firmarent, de quo mandato mox publicæ editæ tabulae. Mox idem cardinalis Moronus Hymnum, cuius exordium est *Te Deum laudamus præcincere cepit*, qui Hymnus a cantoribus festo vocum concentu celebratus est. Dein memoratus legatus versus ad Synodum, eam Crucis signo et sacra prece lustravit. Porro Synodi Actis<sup>1</sup> subscrivit legati cardinales quatuor, alii cardinales duo, patriarchæ tres, archiepiscopi viginti quinque, episcopi centum sexaginta octo, abbates septem, procuratores absentium cum legitimo mandato triginta novem, Generales Ordinum septem, quibus maxima theologorum multitudo assensit. Ut vero Tridentina Synodus postulantibus Morono et Simoneta cardinalibus a Pio IV confirmata fuerit, proximo anno dicetur. Cum vero dictum sit prima Decembribus die deploratae valeitudinis Pontificie famam Tridenti increbuisse, addimus die quarta Decembribus, antequam ultima sessio in eum diem extracta absolveretur, recuperatae valeitudinis Pontificie famam perlata fuisse.

219. *Cardinalis Moronus certiorem facit imperatorem de fine Concilii.* — Gratiis igitur primum actis Numinis, cuius benignitate Concilii absolutio bene feliciterque vertisset, Joannes cardinalis Moronus primus legatus Ferdinandum Cæsarum scriptis litteris<sup>2</sup> non est cunctatus certiorem de omnibus facere, illum etiam atque etiam commendans, quod tam egregio operi, tam promptam atque adjutricem contulerit manum.

« Sacra Cæsarea majestas.

« Auctoritate et pietate majestatis vestræ, ipsiusque oratorum fide et diligentia tandem factum est, ut heri huic sacrosancto Concilio finis impositus sit summa omnium cum pace et concordia, et majori cum fructu et expectatione. Præter Sacramentorum doctrinam et canones, præterque generalem reformationem, facta sunt etiam decreta quædam, sed tamen ita pia et explicata, ut facilia esse possint ad docendum, quid unaquaque de re nobis sit Catholicæ sentiendum. Ego quidem tantum cepi voluntatem, ut nullam unquam majorem neque parem habuerim. Credo etiam nullum hoc

tempore, neque majus, neque par beneficium ab imperatore in Ecclesia conferri potuisse. Velle ego quas debo gratias, sed cum pares vix habere possem, quomodo pares referam? Reticebo igitur, et hoc tantum dicam, Sedem Apostolicam debere majestati sue, non modo universum id, quod ab ipso pro fine Concilii effectum est, sed et illud quoque, quod ejusdem impedimento ab aliis non est confectum. Hoc est esse vere imperatorem Christianum, et Ecclesiæ protectorem, cum non tantum Summo Pontifici et Concilii obtemperatur, sed etiam præstatur, ne eorum auctoritas ab aliis impediatur aut parvipendatur. Deus qui istam præclarissimam mentem majestati vestrae dedit, idem eidem det omnibus in rebus felices et optatos successus.

« Cras ego hinc discedam, Romanum profecturus, quo celerius et libenter pergam, ut majestatis vestræ et serenissimi filii negotiis inserviam, tam in his, quæ ad serenissimi filii confirmationem pertinent, quam in reliquis omnibus, quæ cum episcopo Canadiensi aut cum ipsis oratoribus tractata sunt». Et mox: « Reliquum est, ut majestati vestre significem, ipsis oratores reverendissimos Pragensem et Quinqueclesiensem, tanto huic negotio fuisse adjumento; ut illis etiam plurimum debeamus, etc. Valeat serenissima majestas, quam Deus Optimus diu nobis et Ecclesia incolunem servet».

220. *Oratores principum pro sua quisque natione Concilium recipiunt.* — Tum demum, quo major dignitas esset rei, majorque accedebat erga tam sanctum peractum opus veneratio, publicis documentis plures regum ac principum oratores Tridentini Concilii Acta<sup>1</sup> vi Decembribus, hac, quæ sequitur, forma admiserunt:

« Anno a Nativitate Domini MDLXII, Indictione vi, mensis Decembribus», et infra: « Illustrissimi et reverendissimi domini Antonius a Muglitio archiepiscopus Pragensis, et Sigismundus a Thunn sacrae Cæsareae majestatis Ferdinandi Romanorum imperatoris electi nomine imperit, regni Boemie, et Archiducatus Austriae, Georgius Draseovitus episcopus Quinqueclesiensis ejusdem sacrae Cæsareae majestatis Ferdinandi Romanorum imperatoris electi pro regno Hungaria, Valentinus Herburthius episcopus Presmiliensis serenissimi regis Poloniæ, Marcus Antonius Bobba episcopus Augustensis, illustrissimi et excellentissimi ducis Sabaudie, et Martinus Rojas de Portalrubio, reverendissimi domini Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani magni Magistri et totius religionis, ad hoc saerum OEcumenicum et generale Concilium Tridentinum respective oratores,

<sup>1</sup> Legati card. in Id. ad car. Horr. que ext. in Ms. Fr. car. Bar. sig. num. 1341. p. 1732. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3215. p. 15.

<sup>1</sup> De Conc. Ms. ap. h. Vat. sig. num. 3107. p. 81. Et in Ms. arch. Vat. sig. num. 3248. in fin. Actio. Concil.

sponte et ex eorum et cuiuslibet ipsorum certa scientia ac spontanea voluntate omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus magis et melius de jure potuerunt et debuerunt; nomine dictorum principum, omnium principatum suorum, regnorumque et dominiorum suorum, omnia et singula in hoc sacro OEcumenico et generali Concilio Tridentino, tam sub felicis recordationis Paulo III et Julio III, quam S. D. N. Pio IV Summis Pontificibus acta, decreta, gesta, facta, conclusa et determinata, et totum ipsum Concilium, et in eo contenta quaecumque, acceptaverunt et laudarunt, et eisdem Actis subscripterunt, etc. ».

Idipsum pariter preslitere Lusitani ac Veneti oratores :

« Illustrissimus D. Ferdinandus Martinus Mascarenhus serenissimi Portugalliae regis, et clarissimus D. Nicolaus de Ponte doctor et eques serenissimæ Venetorum reipublice ad hoc sacrum OEcumenicum et generale Concilium Tridentinum oratores, sponte, et ex eorum, et cuiuslibet ipsorum certa scientia et spontanea voluntate », et paulo post : « nomine prædicti serenissimi Portugalliae regis, et clarissimus dominus Nicolaus nomine etiam clarissimi domini Matthai Danduli etiam oratoris, et collegæ sui absentis, ac etiam serenissimæ reipublicæ prædictæ, principalium suorum, regnorumque et dominiorum suorum, omnia et singula, tam in hoc sacro OEcumenico generali Concilio Tridentino, tam sub fel. record. Paulo Tertio, Julio Tertio, quam S. D. N. Pio IV Summis Pontificibus acta, decreta, gesta, facta, conclusa et determinata, ac totum ipsum Concilium, et in eo contenta quaecumque, acceptarunt et laudarunt, et eisdem Actis subscripterunt, etc. ».

Orator etiam cleri Quinque Pagorum Helvetiorum Catholicorum Joachimus abbas monasterii Divæ Virginis Mariæ in Alma Helvetiorum nomine cleri et populi, et Melchior Lassius de Stantio orator nomine seplem Pagorum Helvetiorum Catholicorum Acta omnia Concilii pie admisserunt<sup>1</sup> proximo anno, Indictione sexta, die xxvi Januarii, et quarta Martii, editis apud Helvetios publicis documentis.

221. Cum vero a Concilio Galliarum tunc regis oratores abessent, cardinalis Lotharingus regia instructus auctoritate, oratorum absentiam supplevit, regioque nomine Acta Tridentini Concilii pie admisit<sup>2</sup>, quod publico hoc monumento posteritatì commendatum, et in omnium gentium oculis collocatum voluit :

« In nomine Domini, Amen. Per hoc præsens instrumentum, etc. Illustrissimus et reve-

rendissimus dominus Carolus Tit. S. Apollinaris, sanctæ Romanae Ecclesie presbyter cardinalis, a Lotharingia nuncupatus, primas Franciæ et archiepiscopus Rhemensis, qui asserens, se missum ad sacrosanctam Synodum Tridentinam a Christianissimo rege Francorum Carolo Nono, prout constare dixit per litteras, quas illustrissima et reverendissima dominatio sua exhibuit in Congregatione generali ipsius Synodi, et prout factum in Actis sacri Concilii esse registratas, videns oratores Christianissimi regis, ob eorum absentiam et impedimentum, non interfuisse conclusioni ipsius sacri Concilii, quod omnino fecissent, si Christianissimus rex potuisset in tempore scire dicim dictam conclusionis, declarat se ea facere et dicere, quæ predicti oratores, si adfuissent, juxta morem aliorum oratorum fecissent ac dixissent, asseverans id facere et dicere ex mente prædicti Christianissimi regis. Et idem illustrissimus et reverendissimus dominus cardinalis a Lotharingia petiit hanc acceptationem, ac omnia et singula præmissa in Actis ipsius sacri Concilii registrari; necnon a nobis sacri Concilii notariis infrascriptis unum, vel plura, publicum seu publica confici, sibique tradi Instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt præmissa Tridentini in palatio illustrissimi et reverendissimi D. cardinalis a Lotharingia, præsentibus ibidem episcopo Thelesino secretario, episcopo Virdunensi Nicolao Psalme, Gabriele Lenoncourt episcopo Ebroicensi, et Carolo de Angennes episcopo Cœnomanensi ».

222. *Pii IV summa lētitia et litteræ gratulatoriæ pro absolutione Concilii.* — Tam felicis exitus allato ad Pontificem nuntio, mirum in modum gavisus, cum jam Dei beneficio periculum mortis evasisset meliusque haberet in dies, xii Decembri coacta card. congr. sic eos, ut Acta Consistorialia referunt<sup>3</sup>, affatus est : « Visitavit nos Dominus, admonuit nos infirmitatis et mortalitatis nostræ. Morbo gravissimo laboravimus. Dei beneficio parati sumus ad mortem forti animo suscipiendam, Deique voluntati parendum. Placuit Deo incolatum meum prolongari : labore non recusamus, donec ipsi placuerit ». Deinde subdit, eo se præterea nomine Deo plurimum debere, quod sibi dedisset, ut finem videret Concilii Tridentini, quod quando sine ulla ipsius opera impulsive contigerit, Dei voluntate factum existimare. Se in hoc negotio curam liberamque facultatem omnino legislati ac Patribus permisisse, adeo ut interdum nimia videretur, cum neque illius deliberationis particeps esse, neque ulla de re cardinalium sententias exquirere voluisset. Id se effecisse, quod Deo gratius atque acceptius existimasset, cui ut inserviret, si opus esset, Concilium

<sup>1</sup> Ext. lib. p. 87. xxiv Jan. MDLXIV. lib. p. 88. iv Mart. MDLXIV.  
— <sup>2</sup> Tom. xx. Ms. arch. Vat. sign. num. 3267. p. 263. et in alio Ms. sig. 3248. in calce lib. inscripti Act. Conc. Trid. sub Pio IV. Auctore Angelo Massarello Scér.

<sup>3</sup> Act. Cons. Ms. ap. car. Chisini lit. G.

denuo indicturum, nedum Acta Concilii Tridentini confirmaturum, executurum, servarique jussurum, quin etiam, si quid in reformatione omissum fuerit, additurum. Tum, ut Deo Optimo Maximo solemnes gratiarum actiones publice persolverentur, supplicationes impo-sterum decretas, refert Joannes Franciscus Firmanus<sup>1</sup> his verbis :

« Die Dominico XII Decembris MDLXIII, fuit congregatio generalis, in qua S. D. N. proposuit, ut decernerentur supplicationes et jejunia, et redderentur gratiae omnipotenti Deo ob per-ecutum Concilium, et sic fuit conclusum, quod processio fieret a Basilica S. Petri ad Ecclesiam B. Mariae super Minervam pro die Jovis, cum Indulgentiis ». Addunt Acta<sup>2</sup> de pio Pontificis studio, ut Acta Concilii Tridentini in opus pro-vocaret :

« Die Jovis XXX Decembris MDLXIII, fuit con-gregatio generalis, in qua factum fuit verbum a Sanctissimo super confirmatione Concilii, et dixit velle depudare cardinales una cum legatis, qui fuerunt in Concilio, ut considerarent super hoc, declarando intentionem, se omnino velle executionem ».

223. Eximie meruit de Ecclesia Catholica in promovendo Concilio Tridentino, atque ad exitum perducendo Carolus cardinalis Lotha-ringus, quod non modo a Gabriele Palæotto, et Astulpho Servantio vidimus Actis consignatum, sed etiam subjectae ad Nicolaum archiepisco-pum Senonensem, ac postea cardinalem Ponti-cie litteræ<sup>3</sup> illustrant :

« Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Senonensi.

« Placuit misericordiarum Patri et Deo to-tius consolationis paucis post discessum tuum diebus ipsi Concilio optatum finem imponere, tanta quidem consensione omnium, ut divi-num ejus beneficium admodum perspicuum et manifestum fuerit : qua in re ejusdem filii nostri (nempe cardinalis Lotharingiæ) tam egregia opera et tam pia voluntas extitit, ut nou satis digne a quoquam laudari posse videatur, quan-quam et a legatis nostris, et a ceteris omnibus plurimum laudetur et prædicetur; plurimum ei, et nos et universa debet Ecclesia. Nunc en-tendendum est, dilectissime fili, ut suum quisque officium Deo et Ecclesia præstet, quod, ut de te nobis pollicemur, ita alios de nobis expectare volumus. Speramus Dei auxilio nos assecu-turos, ut rectam mentem nostram in iis, que in ipsa Synodo constituta sunt, observandis om-nes agnoscant. XXIX Decembris MDLXIII, anno IV ».

Stanislaum vero Ilosium Polonum cardina-

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sig. 134, p. 369. Et Joan. Franc. Firmian. Biar. tom. XI, Ms. archi. Vat., — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 134, p. 369. — <sup>3</sup> Pius IV. Io. II. brev. sig. num. 2897. Ep. CMLII.

lem Warmiensem, quod tam impigre ad exitum usque laboraverit Pontifex præcipue com-men-davit, cui etiam singulari dilectionis nexu se obstrictum, subiectus litteris, quas integras Rescius<sup>1</sup> Vita card. intexit, professus est :

« Dilecto filio nostro Stanislao S.R.E. presb. card., Warmensi appellato, Sedis Apostolicæ in Tridentino Concilio legato.

« Vehementer nobis optatum fuit, ut post impositum superno favore finem sacro isti Con-cilio ad nos redires, ut te, quem inter fratres nostros eximie diligimus, complecteremur, et tibi etiam gratias ageremus pro tantis labori-bus, quos in ipso Concilio noster et Apostolicæ Sedis legatus suscepisti : ea te vultus animique lætitia, fili, fuimus excepti, quam singularis erga te amor noster postulat; eas vero gratias acturi, quæ tanta tuæ erga Deum pietati, tantæ erga Sedem Apostolicam devotioni et fidei, tanto denique studio, cure, diligentia in commisso tibi a nobis legationis officio adhibita deben-tur ». Et infra : « Sed quando Ecclesia tua, a qua diu abfueristi, primum a felicis recordationis Paulo prædecessore nostro evocatus, deinde a nobis ad Concilium missus tantopere redditum tuum efflagitat, tantopere desiderio et studio flagras commisso tibi gregi præsens tuum pas-torale officium ac sollicitudinem praestandi, pia isti et omni laude dignæ voluntati tuæ mo-rem quin geramus, facere non possumus, etc. v Decembris MDLXIII ».

224. Contulere etiam plurimum ad promo-vendos Concilii progressus, illudque ad opta-tum exitum perducendum sacri Caroli Borromei cardinalis Pontifici nepotis labores, cui virtutes divinis illustratae miraculis sancti Con-fessoris Episcopi nomen cultumque pepere-runt; is enim de singulis gravioris momenti rebus, et controversiis, ac difficultibus in Concilio exortis a legalis Apostolicis monitus omnia referebat ad Pontificem, Pontificiæque vol-untatis interpres singula ad legatos perscribe-bat, ut legatorum ad eum, alque ipsius ad lega-tos litterarum volumina ostendunt, quæ adeo frequenter per expeditos cursores concitatori-bus equis per intervalla dispositis utentes trans-mittebantur, ut Carolus Vicecomes scripsit<sup>2</sup>, quod ob tot difficultates in Concilio exortas opus foret columba, que perpetuo Romanum Tri-dento, Tridentumque Roma devolare. Ut plane Dei consilio factum fuisse apparuerit, quod in manu ejus prosperatum esset Tridentinum Con-cilium, ut clarissima atque altissima voce vir-tutis, nempe gestorum ac mirabilium, quibus in Ecclesia Dei illuxit, plus satis manifestum redderetur, quænam esset vera fides, nempe ea, quam Carolus assiduo labore stabiendi

<sup>1</sup> Cap. 17. Pius IV. Io. II. brev. sig. 2897. Ep. CMLII. — <sup>2</sup> Carol. epis. Vintimil. XVI Januar. MDLXIII. p. 339.

curaverat, et quam jugi postea operatione virtutum comprobavit; ut et hi, qui vel Concilio non credunt, vel de ipso detrahunt, inspecta Caroli conversatione, qui pro illo absolvendo tam strenue insudavit, et qui se totum ad illius normam effinxit, vereantur, nihil habentes mali dicere, sed ipsa rei veritate perstrieti glorificent Deum in isto nomine. Porro quanto in hoc opus ardore incubuerit Carolus, ab ejus Vitæ auctore audiamus :

« Tunc Æcumenica Synodus Pii Pontificis auctoritate jussuque Tridenti habebatur, cuius acta progressionesque, cum antea Carolus magno studio ac pietate curasset, tum eo tempore studiosissime cœpil tueri, atque cum de ea dissolvenda quodam tempore ageretur, pluresque ex principibus assentientur, imo quidam urgerent, ille Pontificis in eo voluntati consentiens, omni auctoratis sue conatu restituit perficiendamque curavit. Ad eorum cognitionem, que Synodi decretis opus erant, Gulielmo Sirleto plurimum usus est, cuius doctrina, cum antiquæ discipline Graecæque linguae cognitione, tum vero eximia pietate conjuncta, adeo est delectatus, ut hominem semper plurimi fecerit, neque destiterit, donec eum postea perduceret ad cardinalatus gradum ».

225. *Dæmoniaca curata a sacerdotibus Catholicis, postquam Lutherani ministri nihil profecerint.* — Hoc anno insigni exemplo ostendit Deus que sit vera Christi Ecclesia, que pellendorum dæmonum potestate implorato Christi nomine pollet, nam cum Lutherani ministri Augustæ arreptitiam curare abacto dæmone frustra conati essent, Catholicus sacerdos malum dæmonem ex obsesso corpore depulit. Rem insigibus circumstantiis instructam his verbis Surius narrat : « Mense Martio hujus anni, in suburbio Augustæ Vindelicorum apud S. Georgium textor quidam habuit filiam annorum vingtia a malo dæmoni obsecram atque dirissime vexatam, adeo ut parentes ejus tantam calamitatem cernere amplius non sustinentes, Augustanae Confessionis Lutheranos concionatores ejusdem urbis (erant enim ipsi quoque Lutherani) consili et opis petendæ causa adierint. Et venerunt quidem nonnulli ex Evangelicis illis præconibus ad puellam dæmoniacam, arbitrati, se virtute et efficacia Lutherici Evangelii Satanam illum expulsuros, sed Satanas Satanam non ejicit. Conati tamen sunt aliquid facere, sed securus eos contempnit teter spiritus, quippe qui Lutheri carnale Evangelium floccipendat. Ne tamen nihil fecisse putarentur, jusserunt parentes diligentem habere puerille curam. Posse enim Deum facile rursus liberare puerilam, si ejus permisso id illi acciderit. Porro virgo quadam Matthie Jurati, ejus urbis quondam chirurgi filia, Anna nomine cum famula Margaritha, ex pia quadam Christianæ pietatis

comseratione ad eamdem puerilam invisendi gratia in hypocaustum venit, perspectaque ejus miseria, cum existimaret, eam non posse unum vivere diem, ægre tantum parentes puerilæ permovere potuit, ut accersitum mitterent D. Simonem sacrae Theologie doctorem, et apud D. Mauritium Augustæ Catholicum Ecclesias tem. Rogalus ille, ut laboranti puella et summis angoribus comprehensa suam præseculiam non negaret, ad iter se accinxit: cumque haud ita procul ab ædibus dæmoniacæ abessel, illa miserandum in modum clamitare, minitari sui præfocationem, ni dimittatur, simul etiam magno impetu velut e lecto se præcipitare velle; seiscitante vero Anna, quam diximus, et quid sibi vellet, didicit, potum ipsam pelere. Tum illa in poculo obtulit illi aquam lustralem sive benedictam, qua hausta, mox cœpit miserabiliter sese agitare, et sursum deorsum movere, adeo ut capul inter pedes adigeretur. Quo viso ii, qui circumstabant, cernere, et re ipsa compere se dicebant vim quamdam sacratæ illi aquæ inesse; nulla enim deinceps requie potilla est puerila, tantamque vim patiebatur ab illo immundo dæmons, qui aquam illam ferre non potuit, ut unus e viris qualuor, qui illam servabant, testatus sit, se ne unam quidem noctem apud illam porro exubare velle, etiamsi urbem Augustam Incurarum se sciret ea opera, nisi parentes illi actulum remedium adferri curarent, adeo nempe tetrum ex ore suo exhalasse factorem, ut omnes sibi pereundum existimat.

« Cum sic illa igitur magis magisque exagitata sœviret et tumultuaretur, memoratus D. Simon theologus ad limen domus, ubi ea jacebat, accessit. Tum vero illa barbaricum in morem immaniter vociferari, furere, bacchari, theolo go atrociter maledicere : Missum me facito, inquit, sacrifice, probe equidem te sentio, præfocare me vis, furcifer, scelste, nequam, perditissime. Iis auditis theologus dixit palri puerilæ, ut eam liberari sinerent, sed cum immodie sœviret, atque ferociret, clamaretque, se anima et corpore cessisse in jus et dominium malii Dæmonis, idem theologus petiit, ut ejus pedibus vincula injicerentur, itaque ipse ejus parens mantili ejus colligavit pedes; percontans interim ex theolo go, vellene eam duriter ligari ? Cui ille : Minime, inquit, siquidem a te frustra vincietur, nisi Deus eam vincitam tenuerit. Tum illa misera horrendum in modum ad tabulatum usque sese efferate intendens, constrictosque pedes supra caput adducens, se expoliavit, tantamque vim præ se tulit, ut quantuor illi viri, de quibus ante diximus, alios duos sibi adjungere cogerentur, quod non possent soli eam tenere, qui simul omnes clamabant, JESUS, JESUS : malus Dæmon eam asportat. Postquam vero theologus sœpedictus Dei cœpit im-

plorare opem, teter spiritus ad quartam fere horæ partem continenter in puella mire furere et maledicere, tum quoque crassa admodum viri voce multa sciscitari, et respondere discretis verbis non cessavit. Initio his usus est vocibus, ha ha he : equidem, sacrifice, non migro ex hoc domicilio. Simil atque vero a theologo dictum est : Præcipio tibi etc. aliquanto post respondit : Compellor igitur hinc egredi ? Ait Theologus : In nomine Iesu regis gloriae præcipio tibi. Tum aliqua interjecta mora, multa nequam Spiritus lugubri voce locutus est, et modo superius, modo inferius emigrare voluit, donec tandem permissum est illi per fenestram abscedere. Antea vero quam id fieret, puella in grabato se pronam invertit, ducensque ronchos, cepit tumultuari et ferocire, tanquam vomitura; atque interim ex ejus ore prælonga immannis alra lingua longissime protensa est, osque carbonum instar nigrefactum est, et collum in capitis amplitudinem intuimur, idque sic aliquandiu perduravit. Deinde sursum mox erectis lumenibus, Deo landes gratesque agens, ita ait : Jam nunc ego agnosco et video Deum meum. Multas quoque theologo gratias egit ; a quo cerebrime interrogata num se sentiret libera tam ? semper illi respondit ; Liberala sum Dei gratia : sed video quendam rubicundum capite, tetro vultu, protensa lingua mihi perpetum innuentem, ut ad ipsum veniam. Itaque docuit eam Theologus, ut ter sibi imprimens Crucis signum diceret : *Iesus Nazarenus rex Iudeorum.* Cui illa morem gerens, rursus ab illo interrogata, respondit : Quoties Crucem exprimo, toties Diæmon evanescit, sed mox revertitur. Deinde in multis theologus eam pie et Catholice instituit, utque abrenuntiaret satanam, et totam se Deo ac Domino suo addiceret, quæ omnia illa se facturam bona fide recepit, et sacrosanctam Eucharistiam accipiens paulatim pristine sanitati restituta est. Hanc historiam quisquis sincero perlegit animo, facile videt, apud sectarios nullam esse dæmonum expellendorum potestatem, eamque apud Catholicos in hanc usque diem permanere, nec erit quisquam tam impudens, qui rei hujus veritatem negare ausus sit, cum graves viri eam apud Augustanos compertissimam esse testenlur ».

226. *Lusitanus fert opem Abyssinis contra Turcas.* — In *Aethiopia* ingentes rerum conversiones excitatae pugnantibus inter se civili bello populis, quos motus Barnagassus princeps auxit. Ex his quidem Pontifex gravem traxit dolorem, cum illud imperium Lusitanorum opera ad Romanæ Ecclesiæ conjunctionem et obsequium pellicere niteretur. Gravioribus itaque curis anxius, ne Turicum imperium inde latius proferretur, ac religionem Christianam in *Aethiopia* atque etiam in India postea extingueret, anclumque immensus viribus Christiana Occi-

dentis regna obrueret, Sebastianum Lusitaniam regem ad ferendam Abyssinis opem incitavit, propositusque ob oculos, quanti referret ad tuendam rem Indicæ Turcicos conatus nature retundere, et quantam gloriam ex præclarissimo facinore collecturus esset<sup>1</sup>.

« Charissimo in Christo filio nostro Sebastiano Portugallie et Algarbiorum regi illustri.

« Non dubitamus, jam in tuam quoque noctiam ea esse perlata, quæ nuper in *Ethiopia* gesta sunt. Ut enim cognovimus ex litteris ad nobilem virum Alvarum de Castro tuae majestatis apud nos oratorem ex *Egypto* missis, ex his, quas dilectus quoque filius noster Marcus Antonius tit. Sancti-Marcelli presbyter cardinalis Amulius accepit, ortis inter Abyssinos de regno discordiis, Barnagassus quidam ex Abyssinorum principibus pravo admodum detestabilique consilio ad Turcarum auxilium confudit ; illius autem præsidii Turcici præfectorus, in spem sciœt ingressus ejus regni per intestinas dissensiones, alias Turcarum cohortes ad se primo quoque tempore mittendas accersivit. Quo numerio accepto, ad alias gravissimas curas nostras non parva sane sollicitudo accessit ex tanto illius regni discriminis ; etenim nisi impiorum hostium conatus impediatur, verendum esse magnopere intelligimus, ne illa tanta et tam nobilis natio, quæ Christianam religionem jam inde ab Apostolorum temporibus suscepit, et usque ad haec tempora retinuit, quamque speravimus, divina cooperante gratia et tuae pietas auxilio, aliquando ad Ecclesiæ Catholice unitalem redactum iri, tetricam Turcarum dominatione opprimatur. Itaque vicem ejus toto ex corde dolentes, et pro pastorali officio tanto in periculo subveniri ci cipientes, in te potissimum, fili, oculos nostros convertimus, qui illi auxilium ferre potes et debes. Majores tui, pia memoria reges, cum Abyssinorum regibus jam pridem amicitia instituta minime eos unquam deseruerunt, sed variis temporibus auxilia illis adversus ipsorum hostes subministrarunt, et cum socialem eis fidem egregie præstierunt, tum pro sua egregia erga Deum pietate maxime studuerunt Christianæ fidei cultum in illo quoque regno augere et propagare. Hoc autem tempore non solum agitur ejus regni salus, sed si (quod Deus avertat) tetricimi hostes tantum illud et tam opulentum regnum in potestatem suam redigerent, ad eorum vires, quibus tam ægre jam resistimus, magna admodum fieri accessio, et prater commune Christiani nominis in his Occidentis partibus disserimen, tuae ipsius in India res non parvo in pericolo futura essent. Abyssinorum enim natione subacta, alque ita Maris Rubri liberam possessionem adepti hostes classium tuarum navigationem in Iudiam,

<sup>1</sup> Pius IV. to. II. brev. sig. 2897. Ep. CCCXXV.

et redditum inde in Occidentem quotannis impediare haud dubie conarentur, et te utique in necessitatem adducerent tuendi portus illos Indiae, quos tenes, multo majoribus sumptibus atque praesidiis. Quantopere vero cupiant et quanti sua interesse intelligent impedire classes tuas, quominus in Indianam navigent, st̄epius jam ostenderent. Moveat igitur te, charissime fili, periculum ejus Christianae nationis, quae jampidem est in fide Portugalliae regum, et tuum auxilium vehementer expectat. Moveat disserimē, quod hæ reliquæ Occidentis provinciæ subitura essent. Moveat vero etiam proprium et peculiare periculum tuarum classium, et imperii, quod in Indiis obtinet, tanto fortissimæ nationis tuae sudore et sanguine, et tam admirabili majorum tuorum virtute ac felicitate paratum et comparatum. Potes etiam nunc imperium illud Abyssinorum ex immanissimorum hostium fauibus eripere, si firma illuc primo quoque tempore auxilia, cum fortibus et rei militaris peritis duabus miseris. In majoribus quidem tuis tantus pietatis ardor, tantaque animi fuit magnitudo, ut ad infideles ab idolorum cultu ad veram religionem convertendos nullis sumptibus parcentes, maximas et instructissimas classes in Indianam usque miserint, et prolati feliciter fidei Christianæ finibus summam sibi in cœlo et in terris gloriam comparant. Tu ab illis ortus, tam præclara indole præditus, tantis jam Dei beneficiis usus, Abyssinorum gentem Christi cultricem, et cum familia tua tam vetere amicitia ac tam sancto fœdere conjunctam, Christo et Ecclesiæ surripit, et nefando Mahometi servire patieris? Minime. Nos vero hoc de te vereri aut suspicari non possumus, sed tamen præter officium pastorale, quod nos cogit, ut salutem ejus nationis tibi tam diligenter commendemus, paternus erga majestatem tuam amor noster non minus nos commovit, ut cum hæc res tantopere pertineat ad fidem, ad officium, ad existimationem tuam, et ad tuarum rerum in lucta tutelam, te ad obviam eundum hostium conatibus horrentur, excitemus et moncamus. Tempus etiam nunc opportunum habet majestas tua; id si, quod tamen non veremur, prætermitteres, frustra esses poslea requisitorius. Cave, quæsumus, tam pii, tam necessarii officii fungendi, caye tante laudis et glorie parienda, tanti denique a tuis classibus periculi depellendi tempus amittas. Datum Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo Piscatoris die vi Februarii MDLXIII, Pontificatus nostri anno IV.

227. Gessit morem Sebastianus rex Pontifici ac proregem Indiæ instructa classe contra Turcas. *Ethiopibus auxilia ferre jussit, in quo pietatem ejus commendavit Pontifex xxvi Novembris* <sup>1</sup>, *stimulosque addidit, ut eam contra*

Turcas expeditionem conficiendam curaret

“ Charissimo in Christo filio nostro Sebastiano Portugalliae et Algarbiorum regi illustri.

“ Charissime in Christo fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Litteras tuas die vigesima Junii datas a nobili viro oratore tuo nobis redditas libentissime legimus; perspeximus enim quantum apud te ponderis habuerit paterna illa hortatio nostra de ferendo Abyssinorum nationi auxilio adversus immanissimos hostes religionis nostra, qua in re præclarum illum animum majorum tuorum, qui nulla oratione satis laudari possit, tuendæ ac defendendæ Christianæ religionis, et impiorum hostium conatibus in omnibus orbis terrarum partibus obstanti, singulari Dei beneficio in te redivivum esse suminopere letamur. Majestatis tuae tam plium istud in religionem studium, firmissimum est, fili charissime, regni tui præsidium. Regiam dignitatem et gloriam tuam et tuebitur et augebit, cuius tu honorem et cultum tantopere cupere te et paratum esse ostendis tueri, atque omni studio propagare. Quod igitur, et tua sponte gravissimis de causis, quas ipse commemoras, facturus fuisti, et nostra hortatione commotus studiosius te facturum esse confirmas, ut ipsis Abyssinis auxilia mittas, id, quæsumus, quamprimum poteris, effice, cum sicut accepimus, majori illi in dies in discrimine versentur propter novas copias, novosque Turcarum duces illuc cum novo tyranno submissos, ut eo celerius ac maturius auxilium eis ferre necesse sit. Habetus alias duas epistolas abs te die xxvii mensis ejusdem datas, quarum in altera laudas multis verbis consilium nostrum de iis, quæ ad mores pertinent, corrigendis; eo quidem animo sumus, eo ab initio Pontificatus tuimus, ut hominum licentia in sacris canonibus negligendis obviam ire statuerimus, id quod multis jam in rebus fecimus, sed nullam deberi nobis laudem putamus, cum id agimus, quod officii nostri ratio postulat, etc. Dat. Romæ apud Sanctum-Petrum sub annulo Piscatoris die xxvi Novembris MDLXIII, Pontificatus nostri anno IV ».

228. *Maximilianus rex Romanorum oratorem ad præstandam obedientiam Pio IVmittit.*

— Exegit a Maximiliano Secundo delecto Romanorum rege Pius Quartus, ut veteri more Sacramentum fidei Romano Pontifici præstaret, at ille aliquandiu non assensit <sup>2</sup> subiectisque eum morem obsoleuisse, non illud præstissette Ferdinandum, non Carolum V, atque ad exempla Ottonis Quarti, Frederici Secundi, Rodulphi, Alberti Primi, Henrici Quarti, et Caroli respondit aliam fuisse rationem temporum, nec se iis legibus teneri, quibus Carolus Quartus pro im-

<sup>1</sup> Pius IV, lo. II, brev. sig. 2897. Ep. CCCXCV.

<sup>2</sup> Brev. Pii IV, lo. II, sig. num. 2897. Ep. CCCXCV. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3218. Ep. XXXII.

perio adversus Ludovicum Bavaram obtinendo se Pontifici astrinxerit, nec ejus rei exempla ostendi in Maximiliano Primo, in Carolo Quinto, in Ferdinandino Primo; nec obsoletum morem instaurandum videri, ut Maximilianus Secundus oratorem ad praestandum Romæ Pontifici fidei sacramentum mittat, de quibus plura Delphinius internuntius ad Carolum cardinalem Borromaeum datis Viennæ decima quarta Augusti litteris scripsit, additque, dixisse sibi Maximilianum Francordiaæ consueta juramenta nuncupasse. Porro Pius Quartus rem honestissimam atque Cæsare dignissimam exigebat<sup>1</sup>, ut rex Romanorum sacramento fidei insereret paratum se pro fide Catholica mortem oppettere, Cæsareumque responsum contrariis argumentis elisit, ac veterum Cæsarum, qui maxima gloria ac potentia effluerant, litteras et publica Monimenta, que in Annalibus suis locis inserta sunt, transmisit, quibus victus Maximilianus Secundus oratorem ad Pium Quartum misit, qui regio nomine demissa obsequia protectionemque Pontifici spopondit. Quæ vero præterea exigebat Pontifex, ut Maximilianus nullum cum haereticis vel hostibus Ecclesie fœdus jungere posset, non admisit Ferdinandus ob infelicem conditionem temporum, seque ac filium subjectis litteris<sup>2</sup> ad cardinalem Moronum datis honeste excusavit.

FERDINANDUS etc.

« Reverendissimo in Christo Patri domino Joanni sancte Romanæ Ecclesia episcopo Praestino, cardinali Morono, et sanctiss. D. N. ad sacrum Concilium legato, amico nostro charissimo, salutem ac benevolentiae nostræ affectum.

« Cum superioribus diebus paternitas vestra reverendissima nobis per litteras significaverit, que ejus sit sententia in negotio legationis, quam a serenissimo principe domino Maximiliano ac Bohemiæ rege filio nostro charissimo, ad sanctissimum dominum nostrum instituta est, ejus officii praestandi causa, quod nos, ac divi prædecessores nostri Sanctitatis ejus antecessoribus felicis recordationis et Sedi Apostolice præstimus ». Et mox : « tandem in eam sententiam seu resolutionem descendimus, quæ rationi et æquitati adeo est consona, ut omnino confidamus, Sanctitatem ejus illi benigne ac paterne acquicturam esse,

et inde perspecturam nobis in hac parte, nibil esse propositum, nisi quod sit rectum, justum et consuetum, neque profecto nobis dubitandum arbitramur, quin paternitas vestra reverendissima (posthabita prorsus memoria eorum, quæ ut frustra nobiscum fuerunt attentata, ita nulla ratione a serenissimo filio nostro extorqueri permittemus) ejuscmodi nostram deliberationem et resolutionem non solum sit approbatura, verum etiam solito studio, quo pro sua præclarissima et integerrima in nos voluntate cetera omnia negotia nostra amplectitur, apud Sanctitatem ejus promotura, nec quidquam eorum prætermissa, quæ possunt ac debent a viro in amplissima ista dignitate constituto expectari : licet enim natura a supervacaneis contentionibus et quæstionibus abhorremus, ac filialem nostram observantiam Sanctitati ejus quovis loco et tempore contestari studuimus, sic etiam in hac justa et æquissima sententia nostra, Deo volente, persistere decrevimus, etc. Datum in civitate nostra Vienna die xviii Augusti anno Domini MDLXIII, regnum nostrorum Romani xxxiiii, aliorum vero xxxvii.

229. *Oranum recuperatum*. — In Africa hoc anno Oranum, nobilissima Christianorum arx, non semel contra barbaricos impetus divina virtute defensa; a rege Algerii et Draguto archipirata validissima obsidione pressum est, atque impressionibus hostilibus post sevissimas tormentorum bellicorum diverberationes oppugnatum, sed mira præsidioriarum Hispanorum militari virtute atque constantia propugnatum est, donec regis Catholici classis munitissima suo terrore hostes in fugam compulit adeo præcipitem, ut tormenta bellica abjecerint et multas naves amiserint, de qua Victoria Romæ solemni ritu actas Numini gratias a Pontifice refert Joannes Franciscus Firmanus<sup>1</sup> sacrorum rituum magister : « MDLXIII, vigesima secunda Julii in Ecclesia Sancti-Marei missa pro gratiis agendis Deo de liberatione Orani, loci maximi momenti, ab obsidione ». Depulsis ab obsidione Orani Numidis a classe Catholici regis, triremes Melitensium equitum ac Genuensis reipublicæ, et ducis Sabaudie Carthaginem apputisse, ac se classi Hispanæ conjunxisse ad expeditionem aliquam conficiendam, referunt litteræ<sup>2</sup> Alexandri Cribellii, in Catholici regis aula internuntii Apostolici, vigesima Junii exaratae.

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 321. Ep. cii. Jun. MDLXIII. Jo. Fr. Firman. Ms. arch. Vat. Diar. tom. xi. Natalis Comes hist. l. xiv. Joan. Hapi. Adrian. l. xvii. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. sign. num. 3216. p. 28.

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 321. Ep. cii. Jun. MDLXIII. Jo. Fr. Firman. Ms. arch. Vat. Diar. tom. xi. Natalis Comes hist. l. xiv. Joan. Hapi. Adrian. l. xvii. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3215. Ep. cxvi.

## PII IV ANNUS 5. — CHRISTI 1564.

1. *Pius IV de cœlum Tridentini a se confirmata promulgat, et prohibet ne quis superdictis decretis audeat glossas addere.* — Anno redempti humani generis millesimo quingeniesimo sexagesimo quarto, Indictione vii, post absolutam sacrosanctam Tridentinam Synodum Jo. Card. Moronus, qui summa cum omnium approbatione legatum Apostolicum ac præsidem egerat, Pontifici in cardinalium senatu expousuit, communī Patrum decreto sancitum fuisse, ut Actorum, quæ Paulo Tertio, Julio Tertio et ipso Pio Quarto Pontificibus confecta fuerant, confirmatione<sup>1</sup> a Sede Apostolica flagitarellur, eamque a se et Patribus, quorum in ea re personam gerebat, postulari, ut etiam ante arcano colloquio expelierat:

« Die Mercurii », habent Acta, « xxvi Januarii, reverendissimi DD. cardinales Moronus et Simoneta, ut prius privatim pettisse asseruerunt, ita et in sacro Consistorio ordine petierunt a S. D. N. confirmationem omnium decretorum et definitorum in sacro Concilio Tridentino nomine ipsius Concilii, prout in cedula tenoris infrascripti, videlicet :

2. « Beatissime Pater, in decreto super fine Concilii OEcumenici publicato pridie nonas Decembribus statutum fuit, ut per Sanctitatis vestrae et Sancte Sedis Apostolice legatos et præsidentes peleretur nomine dicti Concilii a Sanctitate vestra confirmatione omnium et singulorum, que tam sub felicis recordationis Paulo Tertio et Julio Tertio, quam sub Sanctitate vestra in eo decreta et definita sunt; quapropter nos Ioannes cardinalis Moronus et Ludovicus Simonetta, qui tunc legati et præsidentes eramus, volentes exequi quod in dicto decreto stabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilii OEcumenici Tridenti, ut Sanctitas vestra dignetur confirmare omnia et singula, quæ tam sub felici-

ris recordationis Paulo Tertio et Julio Tertio, quam sub Sanctitate vestra in eo decreta et definita sunt.

« Sanctissimus cum quædam dixisset super necessitate reformationis morum, et de ejus animo propenso ad confirmationem decretorum in materia fidei et reformationis, et ad executionem eorum, et multa de ejus officio pastorali et sollicitudine erga honorem et servitium Dei et hujus Sanctæ Sedis, commendata diligentia DD. RR. legatorum, et pietate Patrum qui in dicto Concilio interfuerunt, habitis votis RR. DD. meorum cardinalium de eorum consilio et assensu omnia decreta et definita in materia fidei et reformationis in dicto Tridentino Concilio confirmavit per verba infrascripta, prout in cedula, quam mihi tradidit, tenoris infrascripti, videlicet :

« Petitioni nomine Concilii OEcumenici Tridentini super ejus confirmatione per dictos legatos nobis factæ annuentes, omnia et singula quæ in dicto Concilio, tam sub felicis recordationis Paulo Tertio et Julio Tertio prædecessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tempore decreta et definita sunt, auctoritate Apostolica, et de venerabilium fratrum noslrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu confirmamus, et ab omnibus Christi fidelibus recipi, et inviolabiliter observari, litterasque super his ad maiorem notitiam expediri mandamus, in nomine Patris, et Fili, et Spiritus Sancti. Amen.

« Deinde subdidit<sup>1</sup> multas se difficultates in executione habiturum, eas se tamen velle superare, et difficultates omnes cardinalium auxilio superaturum.

« Postremo se velle dixit, ut episcopi omnino ad suas Ecclesiæ proficiantur, neque se eorum opera usueros, nisi in iis locis, ubi suis etiam in Ecclesiæ residere possint; revocat-

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 370.

1 Act. Cons. Ms. card. Chis. lit. G.

rum nuntios, qui episcopi essent, nullo denique episcopo in suis ministeriis usurum, ac ne rei quidem familiari praefecto usurum.

3. « Dixerat etiam placere sibi, ut causa in prima instanlia in partibus cognoscerentur, et modo justitia administraretur, empere se nullam omnino litem in Urbem deferri. Optandum sibi esse omnia onera et labores nimios, modo id cum Dei gloria fieret; damnum vero hujus curiae multo levius fore, quam prima facie visderetur, tamen quantumcumque esset pro universali bono Christianæ Republicæ negligendum ». Et quamvis aliqui essent in curia, qui magis que sua sunt, quam quæ Christi, querentes, incommoda et detrimenta aliqua ex instaurata Ecclesiae disciplina sibi timerent, Pius tamen divina tantum gloria sibi ob oculos proposita omnem questus privataque commodationem obrivit, subiectoque Diplomate<sup>1</sup> decreta Tridentini Concilii a se confirmata promulgavit, dedicavit imperia omnibus presulibus, ut ea summa religione observanda curarent, tum Cæsarem regesque ac principes alios horlatius est, ut eos publica auctoritate contra protervientes fulcirent; ne etiam ea decreta adulterinis interpretationibus corrumperentur, vettuit, intentuo anathemate, ne quis in ea ullos commentarios, aut glossemata ederet, sed si quæ dubia occurserent, Sedem Apostolicam consulijussit :

« Ad perpetuum rei memoriam.

« Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui respicere dignatus est Ecclesiam suam sanctam tot procellis et tempestibus agitalam, atque vexatam, et gravins in dies laborantem, apto tandem ei subvenit opportunus remedio ad plurimas et perniciosissimas haereses extirpandas, ad corrigendos mores et restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem et concordiam Christiani populi procurandam. Indictum jam pridem in civitate Tridentina Oecumenicum et Generale Concilium a piæ memoria Paulo Tertio prædecessore nostro, et sessionibus aliquo habitis cœptum fuerat, ab ejus autem successore Julio in eamdem urbem revocatum post alias sessiones celebratas varis impedimentis et difficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermissum fuerat non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium ac salutare opus, sicut pastoralis sollicitudo monebat, divina misericordia fiducia perficie aggressi, adjuti pio studio charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum imperatoris electi, et alio-

rum Christianorum regum, rerum publicarum ac principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis labore destitimus, quodque e Patre luminum assidue precali sumus. Cum enim eam in urbem, undique ex Christiani nominis nationibus convenisset nostris convocata litteris, et sua etiam ipsorum pietate excitata, episcoporum et aliorum insignium prælatorum maxima et Oecumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, et sacrarum litterarum scientia, divinique et humani juris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi Synodo Sedis Apostolicæ legatis, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus Sedis Apostolicæ proprie reservatis libere ipsi Concilio arbitrium per litteras ad legatos nostros scriptas ultra permiserimus, quæ de Sacramentis et aliis rebus, quæ quidem necessariae visa sunt tractandæ, definitæ et statuendæ restabant ad confundandas haereses, ad tollendos abusus et emendandos mores a sacrosancta Synodo summa libertate diligentiaque traclata, et accurate ac mature admodum definita, statuta, explicata sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium qui interfuerunt concordia peractum fuit, ut consensum eum plane a Domino effectum fuisse constiterit, idque in nostris atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in hac alma Urbe indiximus, quæ magna cleri ac populi pietate celebrate fuerunt, laudesque et gratias divinae majestati merito persolvendas curavimus, cum ejusdem Concilii exitus spem magnam et prope certam attulerit fore, ut majores in dies fructus ad Ecclesiam ex ipsis Decretis Constitutionibusque proveniant.

« Cum autem ipsa sancta Synodus, pro sua erga Sedem Apostolicam reverentia, antiquorum etiam Conciliorum vestigiis inhærentes, decretorum suorum omnium, quæ nostris et predecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem a nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto : Nos ex legatorum litteris prius, deinde post redditum eorum ex iis quæ Synodi nomine diligenter retulernunt, postulatione ipsius Synodi cogniti, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus deliberatione matura, sanctifice Spiritus in primis auxilio invocalo, cum ea decreta omnia Catholicæ et populo Christiano utilia ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei Omnipotentis laudem de eorumdem fratrum nostrorum consilio et assensu in Consistorio nostro secreto illa omnia et singula auctoritate Apostolica hodie confirmavimus, et ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus, sicut harum quoque litterarum tenore, ad clariorem omnium notitiam confirmamus et suscipi observarique decernimus.

<sup>1</sup> Ext. in Bul. Cons. et post Acta Conc. Trid.

Mandamus autem in virtute sancte obedientie, et sub preciis a sacris canonibus constitutis, aliisque gravioribus, etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis et singulis venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis Ecclesiarum prelatis, cuiuscumque status, gradus, ordinis et dignitatis sint, etiam si cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem decreta et statuta in Ecclesiis suis, et diaecesisibus, et in iudicio, et extra iudicium diligenter observent, et a subditis quiske suis, ad quos quomodolibet pertinent, inviolabiliter faciant observari, contrafactores quoslibet et contumaces per sententias, censuras et penas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione posposita, compescendo, invocato etiam, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum imperatorem electum, ceterosque reges, respublicas, ac principes Christianos monemus, et per viscera misericordia Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut qua pietate Concilio per oratores suos affuerint, eadem pietate ac pari studio divini honoris, et populum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolice et sacra Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda et observanda decreta, prelatis, cum opus fuerit, auxilio et favore suo adsint, neque adversantes sanæ ac salutari Concilii doctrinæ opiniones a populis ditionis sua recipi permittant, sed eas penitus interdicant.

«Ad vitandum præterea perversionem et confusionem, quæ oriri posset, si unicuique licaret, prout ei liberet, in decreta Concilii Commentarios et interpretationes suas edere, Apostolica auctoritate inhibemus». Et infra: «Ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, admonitiones, scholia, ullumve interpretationis genus super ipsius Concilii decretis, quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis aut executionis, aliove quæsito colore statuere. Si cui vero in eis aliquod obscurius dictum et statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam omnium fidelium magistrum, cuius auctoritatem etiam ipsa sancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates et controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas et decidendas, quemadmodum ipsa quoque S. Synodus decrevit, reservamus, parati, sicut ea de nobis merito confusa est, omnium provinciarum necessitatibus, ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere: Decernentes nihilominus irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igno-

ranter contigerit attentari etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini, etc. MDLXIII, VII kalend. Febr. Pontificatus nostri anno v».

*4. Carolus Borromæus sanctioris vitæ disciplinam in se suaque familia instituit.* — Adiecte sunt viginti sex cardinalium subscriptiones, non enim plures Romæ præsentes erant. A dato etiam Diplomale præfixit kal. Maii pro temporis principio, quo decreta emendationis morum normæ restituæque sanctioris disciplinæ universos obstringerent. Octo etiam cardinales, inter quos Carolus Borromeus Tit. S. Martini in Montibus adscriptus est, decretis Tridentinis in communem usum adducendis in publicis omnibus tribunalibus ac iudiciis præfecit.

Is cum probe nosset, nihil ad revocandam Ecclesiasticam disciplinam, sanctionesque Concilii in opus perducendas salubriss atque efficacius, quam si ipse, ex alta veluti, in qua positus erat, specula, sanctitatis ubique radios diffunderet, ad quod, ut Nazianzenus<sup>1</sup> aiebat, «Se velut spiritualem quamdam statuam ad optimæ cujusque actionis pulchritudinem expolitam imitandum proponeret». «Ad sui ipsius», scribit Novariensis episcopus, «suorumque meliorem vitæ rationem multa cum instituisset, sanctis demum anno MDLXIII Tridentinas Synodi decretis, ea studiosus est assecutus, adjecitque etiam sanctiora. Circiter octoginta de domo sua missos fecit uno tempore, eos fere omnes, qui clericali vitæ minus apti videbantur, quos benigne admodum liberaliterque tractatos dimisit. Serica indumenta, non sibi solum, sed familiaribus omnibus interdixit, qui neminem ex eis antea sine sericis splendidisque vestibus admittebat. De corpore suo nihil adhuc severius statuit, quam ut uno die singulis hebdomadis pane tantum et aqua vesceretur. Molesta caput esse gravissimarum occupationum assiduitas, quibus ne a divinarum rerum contemplatione abstraheretur, in aediculam quamdam, quam sibi remoto loco ad id constituerat, sese abdere certis horis coepérat, paulatimque se prorsus a rebus agendis subtrahere velle videbatur, nisi quem vehementer observavit, Bartholomeus archiepiscopus Brachbarensis ex Ordine Dominicano magna sanctitate præsul admonouisset, Ecclesiæ Carolique ipsius conscientię periculose sum sibi videri, diffugere munia, occupationes illas, que facile in homines longe diversæ sententiae recidere possent. Quæ res fecit, ut consuetos labores atque onera pergeret sustinere». Ille et alia plurima hujusmodi sanctiss. cardinalis instituebat ad dandam scientiam salutis plebi Dei, et ad sacros. Tridentini Concilii decreta, non tam verbis quam moribus in opus perducenda.

<sup>1</sup> Or. xix.

*5. Congregationis Oratorii primordia.* — Sed divino prorsus consilio factum est, ut cum in ipsa Pontificia aula Pontificius nepos, S. R. E. cardinalis, tam illustribus sanctitatis radiis resplendere cœpisset in orbe, in ipsa pariter Urbe Roma S. Philippus Neri sanctitate ac necessitudine Carolo conjunctissimus hoc ipso anno, quos Christo dudum pepererat filios, ac spiritualibus quotidie exercitationibus ad profectum virtutum exaltabat, in unum cogi alque exactius perfectionis iter arripere disposuerit; cui quidem operi, cum primarium veluti lapidem Caesar Baronius posuerit, justum profecto est, ut ad Ecclesiasticae Historiae Patris ornandam memoriam, et quo cœperit anno, et quo etiam modo, in Annalibus Ecclesiasticis demonstretur. Rem gestam commemorant Petrus Jacobus Baccius in Vita S. Philippi, quam fidelissime descripsit, ac Hieronymus Bernabeus, tum in Vita, quam edidit Cœsaris card. Baronii, tum in ea, qua Ms. asservatur apud nos de gestis S. Philippi, quam propediem ab amicissimis itemque eruditissimis Soc. Jesu sacerdotibus Godefrido Henschenio et Papebrochio in præclarissimo illo opere, cui Titulus *Actu Sanctorum* mensi Maio<sup>1</sup>, quem præ manibus nunc habent, inserendam præstolamur. Nos autem ab Antonio Gallonio, qui præsens tunc aderat, et quorum postea pars magna fuit, acceptam hic damus, qua sic habet:

« Philippus interim, ubi e morbo, de quo nuper est dictum, convalusit, nuntios ad eum confestim Florentini cives mittunt, qui postularent, ut ipsorum Ecclesiæ, qua S. Jo. Baptiste nomine celebris habetur, regimen susciperet. Ad huc Philippus, qui res arduas nonnisi consulto Deo aggredi conuseverat, que visum est respondit. Sed cum ille rem jam Domino diutius commendantesset, annuit tandem, sibique id placere dicit, cupere tamen aliquot e suis discipulis sacerdotio primum initiari, seque præterea e templi S. Hieronymi haudquaque recessurum significat. Acepiunt Florentini conditionem, domum ad habitandum attribuunt, stipendum, unde vivant, offerunt.

« Interea Philippus tres e suis alumnis sacris initiari facit: Primus sociorum, qui ad apicem sacerdotii evelitur est Cœsar Baronius toti jam orbi oeruditissimum Annalium Ecclesiasticorum editionem notissimus. Alter fuit Jo. Franciscus Bordinus. Tertius Alexander Fidelius. Convictus cœpitus est anno MDLXIV. Principio, etsi ad Ecclesiam S. Hieronymi iretur quotidie, quisque tamen privatim sine certis tum propriis legibus ad Philippi nuntum vivebat. Primi ex patribus, qui una esse cœperunt, fure Cœsar Baronius, et Alexander Fidelius, aliique postea.

« Vivebant patres eodem tecto, quibus cor unum erat, et anima una, mutuo se ardenteque amore diligebant, Deoque rem gralam facere omni ope nitabantur. Alumnos Philippus mira dulcedine benignitaleque regebat, omnia enim ille factus omnibus, eos, quibus parentis loco erat, consiliis paternisque adhortationibus potius quam auctoritate imperioque ad munera obeunda inducebatur: illudque mirandum in eo simulque imitandum cernebatur, ipsum nullum ferme unquam imperio aut præcepto ad aliquid agendum impulsisse, sed lenitate magis affabilitateque sermonis: facilius enim ille blanditiis, lenibus adhortationibus, modestiaque, rogantis instar potius quam jubentis, eorum quæ agenda erant, ardua magnaque, obedientiam impetrabat, quam alii auctoritate extorquere soleant; ita autem singulorum animos lenebat, ut eos, quoquo vellet, impelleret. Cæterum, ut religiosæ vita ritum formamque introduceret, constitutiones quasdam communī consensu condendas curavit, quas alacri fronte promptisque animis suscepserunt omnes. Illud vero sapienter monebat, nullam aliam esse certiorem tuloremque rationem recta via, quo quis intendit, perveniendi, quam gnarum itineris ducentrum sequi: contra, nihil periculosum magis, quam suo arbitratu, præpositorum auctoritate posthabita semet regere.

« At revertamur ad patres, qui manimes in Domino ambulantes, magno cum animorum fructu in Christi vinea excolenda apud Florentinos pro viribus laborare cœperunt: accedentium confessiones audire: Eucharistiae Sacramentum, qui per sacerdotium poterant, ministrale: a prædio ad Ecclesiam S. Hieronymi se recipere, ut ubi de more sermones de rebus piis ad multifidinem facerent. Dominicis diebus præter Oratorii sermones quotidianos, modo Baronius, modo Bordinus in æde sacra, Florentinorum populo qui aderat cupidissime audiēt, e suggesta concionabatur, quibus rebus factisque brevi factum est, ut tam sacerdotum numerus, quam confluentum ad eum locum multitudine mirifice augeretur.

« Dictis factisque populum ad omne officium alque virtutem vehementissime accedebant, multos a turpi et flagitiosa vita non ad sobrietatem solum et continentiam, sed ad contemptum etiam rerum fluxibilium, atque ad salutaria Christi consilia, et frequentem sacramentorum usum suaviter compulerunt». Pergit auctor enarrare de salutari familiarium sermonum quotidiano usu, quem, cum satis abunde card. Baronius primo Annalium suorum Tomo descripsit, non est hic animus ulterior repetere, cum jam longa digressione ab historia detlexerimus, non tamen omnino, ut credimus, inutili, vel injucunda, atque ab instituto aliena, ut in restauracione Hierusalem, quæ per san-

<sup>1</sup> Gall. an. 1563. Vita S. Phil.

ctiorem a Concilio inductam disciplinam præparabatur, illud, quod Nehemia c. iv legitur, impletum fuisse innotescat. *Una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium*<sup>1</sup>, ut nimis dum ex una parte sacrosancta Synodi decreta veluti gladii ex utraque parte acuti tenerentur in manu, atque simul evaginarentur ad faciendam vindictam in nationibus hæresi infectis, et inerepatones in populis moribus dissolutis; ex altera probatio sacerdotum vita, atque disciplina Ecclesiasticae exactior censura in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, quod est Ecclesia, instantius incumbebat.

6. *Pius studet ut omnes principes Concilium recipiant.* — Sed jam ad ea, que Pontifex displicerat, ut non in Urbe tantum, sed in universo terrarum orbe Concilii decreta promulgarentur simul ac custodirentur, inspiciamus.

Habita iam ante fuerant plura consilia de gerendis rebus, postquam OEcumenica Synodi Tridentina Acta fuissent a Pontifice confirmata, atque post collatas sententias, maximaque prudentiae maturitate expensas, hæc in opus provocanda decretum fuerat, ut ex Ms. Vaticanis<sup>2</sup> constat :

« Hæc sunt, quæ in presenti firmando esse dictum fuit. Primo : facta confirmatione mittantur a Sanctitate sua legati, seu nuntii idonei et graves ad omnes principes quibus deferant confirmationem factam a Sanctitate sua, et current ut auxilio ac etiam favore ipsorum principum ea, quæ in Concilio statuta sunt, debitam in provinciis executionem consequantur.

« Secundo : significetur archiepiscopis confirmatione Concilii facta a Sanctitate sua, et mandetur illis, ut omnia et singula decreta Concilii observent et exequantur, omnesque suos suffraganeos, etiam exemptos, moneant auctoritate Apostolica ad ea similiiter obtinenda et exequenda.

« Tertio : cardinales protectores provinciarum scribant ad illorum reges et principes, ut nominandi seu transferendi ad regimen Cathedralium Ecclesiarum sint prædicti omnibus qualitatibus requisitis.

« Quarto : in promovendis episcopis antequam fiant synodi provinciales, hæc observentur. Primo, ut quorun notitia nulla aut recens in curia fuerit, eorum sumatur instructio a nuntiis seu ordinariis, de omnibus qualitatibus requisitis a jure communi, et a sancta Synodo juxta cap. 2, sess. v et vi sub Pio. Secundo, ut promovendus faciat professionem fidei, juxta formam que nunc prescribetur. Tertio, ut cardinales faciant relationem, eo modo, quo continetur cap. 3, sess. viii sub Pio : et in his statuat

sua Sanctitas, qui debeant esse hi cardinales, an capita ordinum an vero alii. Quæ autem de promovendis episcopis dicuntur, eadem etiam in transwendis observentur. Quinto resignationes præteritæ, sive signatae, sive cum data sola usque ad diem confirmationis Concilii expediantur secundum morem antiquum : idemque servetur in dispensationibus matrimonialibus petitis ante confirmationem Concilii in tertio et quarto gradu, aut aliis casibus consuetis. Sexto etiam post confirmationem Concilii, antequam fiant synodi Diaecesanæ, provideat in forma dignum, cum clausula, donec fiant synodi Diaecesanæ ».

Hæc vero in opus provocata fuisse a Pio ostendunt ejus litteræ<sup>1</sup> ad archiepiscopum Gnesensem date xxviii Martii, quibus eum certiorem fecit de confirmatis a se Tridentini Concilii decretis, jussitque, ut provinciale synodus celebraret, atque ad commendanda operi ea decreta, studium omne atque operam intenderet, quo etiam argumento ad Sigismundum regem Polonie, ut regiam in ea re auctoritatem adhiberet, extant<sup>2</sup> litteræ, Philippus quoque Hispaniarum rex<sup>3</sup> ad ejus operis laudem inflammatu est, Helvetique toparchiarum Catholicarum magistratus Pontificis hortatibus<sup>4</sup> concitatit.

Cum vero ad Gallorum postulata, apud quos Huguenotta hæresis sive Calviniana suæ impietatis virus diffuderat, ingentesque controversiarum seditiouumque motus concitarat, Tridentinam Synodum coactam viderimus, propterea Pius ad restinguenda hæreseos incendia, legationem Pontificio, Cesareoque, et Philippi II Hispaniarum regis, ac Philiberti Sabaudiae ducis nomine ornandam sategit, qua rex Carolus rogatus est<sup>5</sup>, ut religionem Catholicam in Gallia assereret, Tridentinaque decreta amplectere, totoque regno servanda ediceret. Quia etiam superiore anno regii ministri hæretica licentia invaserant, ac distraxerant bona Ecclesiastica, addidere oratores, ne posthac ea publica auctioni addicceret. Hortali quoque sunt, ut Gallici nominis proditores, qui Anglos et Lutheranos in auxiliu exciverant, meritis puniis afficeret. Monuere etiam, non esse in terreni regis potestate ac jure illatas Numini injurias remittere, atque adeo templorum eversores, prophanaatores sacrorum sacerdotum interfectores, sacra supellectilis raptiores legibus coercendos. In autores etiam eadis Guisiani dueis, adeo de re Gallica et religione Catholicæ bene meriti, animadvertisendum consuluere. De qua legatione, redditoque a Carolo rege responso, hæc refert Franciscus Belcarius<sup>6</sup> episcopus Metensis.

<sup>1</sup> Pius lib. brev. an. v. Ep. cxvii. — <sup>2</sup> Ib. Ep. cxviii. — <sup>3</sup> Ib. Ep. cx. — <sup>4</sup> Ib. Ep. cxvii. — <sup>5</sup> Ext. ib. post Acta. — <sup>6</sup> Belc. Comment. rer. Gal. num. 26. Jac. Aug. Thuan. l. xxxvi.

<sup>1</sup> Esdr. I. ii. c. 4. — <sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sign. num. 3196. pag. 7.

*7. Pontifex tam suo quam principum nomine legationem instituit ad Gallum regem, ut eum edoceat quæ agenda sint. — » Sexagesimi quarti hujus saeculi anni initio Pius IV Pontifex Maximus, Ferdinandus imperator, Maximilianus Romanorum, Philippus Hispaniae rex, Philibertus Sabaudie regulus de communi consensu legatos ad regem Carolum miserunt, veriti, ne propter infirmam ejus aetatem, ad novam Calvinianorum persuasionem, qua bona Galliae pars infecta erat, sectarum omnia deterrimam, deficeret, et late patentem reipublicæ Christianæ perturbationem nullum sua defectione augeret: major enim Germaniæ pars Lutherianam, imo vero fere tota Germania Lutherianam, quæ Augustana dicta est, sequitur, nisi quæ Gallis et Helvetiis vicinior est, quemadmodum Argentinienses et quædam Palatini septemviri provinciæ, quibus Anglia et pleræque ex Flandricis accesserunt, atque ex nostris hominibus, Gallis, inquam, quotquot a veterè persuasione sive religione defecerunt, hi omnes Calvinianam voco, quam Joannes Calvinus libris suis, tam Latinis quam vulgari sermone scriptis propagavit, cuius OEcologadius ac Zuinglius a Martino Luthero præceptore suo dissentientes auctores fuerunt, quibus successit Bucerus omnium hujus sectæ professorum eruditissimus, a quo sua dogmata fere omnia Calvinus sumpsit, nec multum de suo, nisi verba addidit.*

« Igitur horum principum legati Februario ineunte ad regiam Fontis-Belandi sive Bellæ-Aquæ domum, ubi rex tum erat, appulerunt, ac mandata sua exponentes, primum, ut Concilii Tridentini nuper finiti decreta in toto suo regno, terrisque suis et provinciis observentur, institerunt; tum ne quid de sacris bonis, quod propter teneram suam aetatem permisit, deinceps venum cat. Neque vero Philippus Hispaniae regem, neque Philibertum Sabaudie regulum pecuniam suis uxoribus ab Henrico ejus patre in dotem promissam sibi inde exsolvi passuros, ne veluti aurum Tolosanum suis possessoribus, sibi exitio sit. Tertio ut seditiones, qui exteriores nationes Gallis infestissimas in patriam suam immiserunt, puniat. Quarto nec in regis, nec in enjusquam alterius principis potestate fuisse, ut crimen divina læsa majestatis remittat, quod postrema pacificationis tractatu remissum est, ne Dei ipsius munus usurpare videatur, qui unus sue majestatis læse vindicta et moderator esse debet. Postremo ut jus suum unicuique reddat (id enim primum regis officium est) nec Guisani legati sui de republica Christiana latopere meriti multam mortem esse patialur, ex actis judicij, quo sicarius Mereus damnatus est, et aliis argumentis cædis auctores salis nosci, nisi in tanto crimine pœnas dent, magnum sceleratis ad impia facinora audenda exemplum

polliciti sunt. Rex summis illis principibus ipsum de officio suo, ac regni procuratione prudenter admonentibus, ingentes gratias egit. Ut Galli cæterique suarum ditionum populi in velere religione perseverent, nec ullam aliam admittant, suum scopum esse declaravit; pacem, qualem potuit, iniisse, ut externi milites e Gallia pellerentur; cupere, ut suum jus cuique reddatur, idque et religionis causam sedulo curaturum. Precari ut amplius responsum expectent, quod ad illos scripto mandatum brevi missurus est, ubi unumquodque caput, cum regia stirpis, ceterisque sanctioris consilii proceribus communicari.

*8. Carolus IX sui regni provincias lustrat. — Non sine causa sollicitatus est Carolus Nonus Gallorum rex, ut in Gallici regni proditores Huguenottos animadverteret, cum illi nunquam pacem culti essent, sed effundenda conceptæ nequitia ac furoris opportuniora tempora expectarent, atque ad nova bella civilia conflanda arcanis artibus se compararent, quos quidem præterito edicto insolentes, illud etiam aperte infringere non veritos, multis in locis sediciones excitasse, refert Franciscus Belcarrius<sup>1</sup>, quas rex Carolus mitiore industria sopire studuit, utque populorum benevolentiam sibi conciliaret, parta jam cum Elisabetha regina Angliae pace, quæ tertio idus Aprilis Trecis promulgata est, regni provincias lustrare constituit. Lingdunum itaque, quod pacis legibus receptum fuerat ex haëreticorum manibus, adiit, atque in ea urbe arcem, ne iterum a seditionis occuparetur, extrini jussit, nec inde donec munimentis perfectis defendi posset, pedem movit. Concepit propterea Pontifex spes optimas de rebus Gallicis<sup>2</sup>, quas in senatu xiv Julii cardinalibus exposuit. Dum Lugduni rex ageret, Crepanti in agro Antissiodorensi tumultus concitatuit, quod Calviniani conventus suos armati peragerent, contemptis regiis edictis, ex quo Catholici, cum graves suspiciones conceperint, ad arma ventum erat; verum missis qui de causis seditionis inquirerent, belli semina sunt præfocata, redintegratumque pacis edictum, additumque (inquit Belcarrius<sup>3</sup>) «Ne in regio comitatu, aut in urbibus, in quibus suos ritus exercere Calvinianis permisum erat, tantisper dum rex ibi esset, iidem ritus exercebantur, sed sola, quam rex profitebatur, religio locum haberet». Digrillus Lugduno Carolus rex in Delphinatum provinciam descendit, Phocensem deinde prefecturus. Quo tempore subiit gravis cura Pontificis animum, ne rege Avenionem ingressuro una cum eo haëretici urbem ingredherentur, atque ad eam urbem invadendam conjurarent; nec sine causa suscepit eæ curæ, cum circum-*

<sup>1</sup> Franc. Belcar. I. xxx. num. 24 et seq. — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sign. num. 134. p. 381. — <sup>3</sup> Belc. I. xxx. num. 28.

jecta regio hæreticis infecta esset, atque etiam pseudoarchiepiscopus Arelatensis ad Calvinis-  
mum defecisset. De his vero consultum fuisse  
cardinalium senatum xxviii Julii narrant Consistorialia Acta his verbis : « Dixit Sanctissimus ob Avenionem et ejus statum tuendum , nec sumptibus, nec ulli rei pepercisse, et ob id in-  
gentes curas subiisse, a quibus nondum libera-  
tus est, cum rex Christianissimus eo profectus  
sit, nec adhuc certum esse, an Hugonotti  
sint cum illo profecti : Sanctitatem suam jus-  
sisse eosdem honores regi præstari, qui sibi  
præstarentur, rogasse tamen ne Hugonottos et  
Sedis hujus rebelles secum ire permitteret, et  
ut hanc fugiamus indignitatem, et ob dubium,  
ne exente rege, ipsi remanerent, et turbent  
urbem, et illam ditionem, hoc Sanctitatem  
suam omnibus viis curaturam, sed nullo modo  
regi portas claudendas, id enim nec deberi,  
nec si velit, fieri posse. De rege nihil dubitan-  
dum, et sperandum rem bene successuram, sed  
si illi Hugonotti Avenionem irent, non posse  
Sanctitatem suam quieto animo esse donec  
exiissent ».

Exceptus est magnifice Avenione Carolus  
rex a Borbonio cardinale legato, tranquilleque  
transactis rebus Massiliam se contulit, indeque  
Narbonensem provinciam adiit. Non sine causa  
auxiæ eure in Pontificio pectore conceperæ erant,  
nam turbida hæreticorum ingenia non quietura  
videbantur<sup>1</sup>, necon Catholicon asperata  
erant adeo ut in Cœnomania, Turonia et Ande-  
gavia non leves exorirent motus, et Guillelmus  
Rambulleus Cœnomanensis episcopus ,  
cum ad asserendam religionem optime esset  
affectus, hæreticorum, qui rapinis Ecclesiasti-  
carum opum assueverant, insolentiam ferre non  
poterat.

9. In Aquitania etiam recrudescebant pri-  
ores inimiciiæ, cum Calvinistæ sacras posses-  
siones rapere conarentur et Catholicis infensi  
essent : quare nonnulli proceres Catholicæ ar-  
morum fœdus, permittente provincia präfecto,  
ad retundendam impiorum vim sanxere, parti-  
que hæretici provolarunt in arma, at regio  
imperio ab utrisque arma extorta fuere. Licit  
vero Aurelia munitiones disjectæ fuerint, et  
Montis-Albani propugnacula solo æquari jussa  
sint, quod hæretici in iis rebellionis vexilla de-  
fixissent, atque eversa nonnulla castra essent,  
arcesque in opportunitate locis exædificatae, non  
tamen omnia seditionum semina evulsa, cum  
multi magnates inclinarent in Calvinianos, et  
Catharina regina atque Hospitalis regii scribini  
magister hydram hæreses blanda manu palpa-  
rent ; hinc manavit edictum illud promulgatum  
tum Russillion Turnonii comitatus oppido ,  
quo pax confirmata est, velutumque Catholicis

atque hæreticis rituum suorum causa mutuo  
se lacessere, vel in iis obeundis impedire, jure  
tamen Calvinianis pena capitalis indicta , si  
vasa sacra diriperent, vel cruces aut sanctorum  
imagines confringrent. Vetus etiam nobiles in  
aliis locis edicto designatis impiam suam su-  
perstitutionem exercere, ministris Calvinisticis id  
ausuris exilio pena proposita ; si in crimen re-  
ciderent, morte muletari jussi : sacerdotes, mo-  
naehi vel monachæ, qui vota solemnia nuncupata  
contractis injustis nuptiis violarant, vel ad  
sua cœnobia redire, vel migrare e Gallia jussi :  
publici quoque Calvinianorum conventus inter-  
dicti, cum ea specie plures conjurationes initas  
esse adversus regem constaret. Haec fuit Aure-  
lianensis edicti interpretatio, quam Calvinistæ  
egerrime tulerunt, necnon Montisalbani mu-  
nitionum eversionem, que tamen ita dirutaæ  
sunt, ut facile instaurari potuerint, pluresque  
ab excindendis bellorum reliquis alieni erant.  
Cum vero Tolosanae civitatis Capitolini magis-  
tratus his turbidis temporibus studium fla-  
grantissimum erga religionem Catholicam, ac  
singularem fidem erga regem præ se tulissent,  
Pontifex<sup>2</sup> datis xiv Novembribus hujus anni litte-  
ris eos amplissimis laudibus commendavil, nec-  
non alius etiam primo Junii die antea exaratus<sup>3</sup>  
canonicos Parisenses ob fidei constantiam in  
præterito ab hæreticis illato bello laudibus ex-  
tulerat. Cum vero tunc plura Gallicani cleri  
nobilia prædia vel oppida pro conficiendis belli  
sumptibus fuissent abalienata, pro iis redimen-  
dis hanc rationem iniit, quam proposuisset car-  
dinalibus referunt<sup>4</sup> Acta Consistorialia: « V Aug-  
usti fecit verbum de duabus petitionibus regis  
Christianissimi et cleri Galliæ de facultate alien-  
andi de rebus immobilibus vilioribus Eccle-  
siarum usque ad trices centena millia francorum  
pro recuperatione aliorum bonorum Eccle-  
siasticorum de facto alienatorum pro neces-  
sitatis regni, et tutiōne fidei, quia bona quæ  
fuerunt alienata sunt castra, feuda , et jurisdic-  
tiones, ita quod vix quartam partem justi preti-  
ti habuerint ». Tradunt eadem Acta<sup>5</sup> xii Maii  
concessa fuisse a Pontifice vetera indulta regi  
Carolo ea lege, ut reciproce ea observaret præ-  
decessorum more.

10. *Cardinalem Lotharingium occidere ten-  
tant Hugonotti.* — Dum in Narbonensi provincia  
immoratur Carolus rex<sup>6</sup>, periculosisima con-  
juratio conflata est adversus cardinalem Lothar-  
ingum, ejusque nepotes Henricum et Carolum  
ducis Guisiani in obsidione Aureliae religionis  
Catholicæ odio trucidati filios, ut Guisana stirps  
fidei avile studiosissima deleretur. Subornavit  
ea de causa Gaspar Colinius consobrinum suum  
Franciscum Momorantium provinciæ Lutetianæ

<sup>1</sup> Belcar. l. xxx. num. 29.

<sup>2</sup> Pius lib. brev. an. v. Ep. LXV. — <sup>3</sup> Ibid. Ep. CLXXXIII. —  
<sup>4</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134, p. 389. — <sup>5</sup> Ib. p. 377.  
— <sup>6</sup> Belcar. l. xxx. num. 30.

præfectum a paternis virtutibus degenerem, procliviorumque in partes hæreticorum; is editi regii recentis, quo prohibebantur scloperti longi aut breves deferri, tuendi specie Carolum cardinalem et Concilio Tridentino reversum, venientemque ad Sancti-Dionysii cœnobium, cuius administrationem gerebat, circiter decem et octo militibus sclopetariis, quos a Francisci Secundi morte ad custodiam sui corporis contra hæreticorum insidias stipatos delegerat, succinctum, opprimere in agro Parisiensi meditatus est; sed ejus nefaria consilia discussa sunt a divina providentia, cardinale citius, quam pularunt hæretici, Lutetiam ingresso, itaque armatis succinctus copiis aggredi illum in domo civis Parisiensis, in quam se receperat, ausus est, sed a sclopetariis cardinalis egregie repulsa, tumultu quo orto, cum Catholici in cardinalis subsidium concurrent, Momorantius abscedere coactus est, atque Aumalius dux tunc injuriam ullurus, equestres copias comparat, et Gaspar Colinius hæreticorum turmis instructus Lutetiam provolavit, ut belli redintegrandi occasionem captaret, sed utraque factio regio imperio Lutetia exire jussa est, donec rex ad eam rediisset. De Gaspare Colinio Castilione, harum seditionum incentore atque signifero, qui inter Huguenottos tyrannidem corripuerat, ac Ludovici Condæi principis facilitate, ut nefariis suis consiliis iter muniret, abutebatur ad constabiliendam suam tyrannidem, violatis pacis legibus et contemptu rege plura hoc anno novasse, atque Huguenotte reipublicæ formam seditionum altricem, hæresosque propagatricem constituisse, refert Guillelmus Rossæus <sup>1</sup> his verbis :

11. *Forma quedam reipublicæ Hugonottæ in Gallia constituitur a Colino, et decreta Concilii oppugnantur.* — « Proximo, post edictum illud et pacem Aurelianensi obsidione soluta confectam, anno, quam maxime cluxere in homine isto pacis studium ejusque erga regem obedientia, que erant pacificationis antegressæ primaria capita. Ille statim regni sui fundamenta ponens distribuit totam Galliam, ut alias annotavimus, in provincias sexdecim, unamquamque rursus provinciam in præfecturas, et harum quamque rursus paritus est in Ecclesiæ, quas vocabat, quarum unaqueque suum habebat consistorium quasi separatum judicium consessum, ex ministro et certis fratribus Evangelii promovendi studiosissimis compositum; in singulis præfecturis instituit rursus aliud concilium, quod unoquoque mense coibat, et de communibus Calvinianæ cause rebus consultabat. Quod illic tiebat referebatur ad concilium provinciæ, ab hoc rursus ascendebat ad grandius concilium provinciarum omnium, in

quo pauci homines ex omnibus provinciis delecti communia negotia tractabant, et fratribus erat instar Parlamenti cuiusdam Parisiensis. Sed quarum adhuc supererat concilium reliquorum omnium supremum et caput, quod secretum dicebatur, cui Admiralius non modo tanquam rex, sed etiam quasi pontifex præsidebat, ubi de bello, de pace, de religione, de federibus principum, sine provocacione statuebatur. Regno Calviniano ad hunc modum in suos ordinés distributo, proximum erat commune aliquod ærarium stabilire, sine quo nec in pace, nec in bello aliquid præclare poterat administrari, cum pecunia sit nervus rerum gerendarum, sine quo frigeat in pace consilium, et in bellis expeditio. Ergo statim ab Ecclesiis (Calvinianis) exigit quadraginta librarium millia, quibus collectis, emittit in omnes partes suos exploratores, eosque in omnium principum aulæ habebat vigiles. Cum principibus Germanis coibat fœdera, pensiones dabat militaribus quibusdam præfectoris, qui semper ad nutum præsto essent, ut si quando de urbe, castello, aree, aut quovis loco magis alicujus momenti capiendo admonerentur, subito injunctum munus caperent. Ex his autem consistoriis, et conciliis, et exploratoribus præter alia commoda id capiebat utilitatis, ut (quod in regno novo stabiliendo potissimum habetur) adversariorum suorum acta et molitiones, non solum in magnis principiis aulis, sed etiam in civitatibus minimisque Gallia pagis intelligeret. Consistoriis præterea hoc officium injunctum erat, non ut disciplinam Ecclesiasticam curarent, non ut verbum Domini Paulique Epistolas tractarent, sed ut in disciplinam militarem incunberent, verba et jussa Admiraliæ exequerentur, ad eum, de incremento fratrum, de numero peditum equitumque et armorum statis temporibus referrent, si quis ditior esset et imbecillior, is fenuorem, sed robustiorem et rebus gerendis acriorem suis pecuniis armaret, si quis atale defecta, is juvenem suo loco sufficeret, omnes semper in procinctu starent, ut si qua repentina contra infideles, sic appellabant regem et Catholicos, suscipienda esset expeditio, sine mora efficerent, quod a ducibus præcipiebatur ».

12. Ita nefandissimo patriæ proditore, et conjurato Gallice corona hostile Hugonotta disciplina constituebatur in Gallia, cum Pontifex disciplinam Christianam arctioribus et sanctioribus legibus a Tridentino Concilio sancitam Galliæ restituere omni contentione annitebatur, de quo extant ad Carolum Lotharingum cardinalem Tit. S. Apollinaris Pontificie litteræ <sup>1</sup> iv Aprilis ut omnem operam pro decretis Concilii Tridentini in opus perducendis navaret, necnon alia xxv Octobris repetita <sup>2</sup>, quibus etiam

<sup>1</sup> Guill. Ross., p. 377. Disp. 4. p. 61.

<sup>2</sup> Pius IV. lib. brev. sig. num. 2904. Ep. cxxxiii. — <sup>3</sup> Ib. Ep. xix.

Metis, et Tulli, ac Viroduni intra legationis sue fines eadem decreta Tridentina observanda curaret : quo etiam argumento aliae xxii Julii consignatae sunt<sup>1</sup> ad Antonium Albonum designatum archiepiscopum Lugdunensem. Misit vero ad Prosperum Santacrucium<sup>2</sup> internuntium plura exempla Actorum Concilii Tridentini, ut ea singulis regni præsulibus distribueret, quod regina Catharina impia depravata consiliis regre tuit, admittendoque per regnum Tridentino Concilio reluctata est, quanquam illud potente Gallo rege indictum ac celebratum esset. Obten-debat illa geminas diffugii causas. Prima erat, quod vereretur exasperare Hugonottos, quod eorum doctrina toties in decretis fidei anathemate percelleretur. Altera quod Regularium sacerdotia, commendationis nomine tradi atque ab alienari prohiberentur, quæ rex in præmium navatae opera conferebat; quæ res regii sigilli praefecto Hospitali ab omni religione alieno integrata adeo extitit, ut diceret internuntio, cardinalem Lotharingum saturato ventre alitis jejunia indixisse, imo et Carolus Molinæus jurisconsultus impiam consultationem edidit, qua ob multas causas Concilium Tridentinum nullum, vitio indictum, habitum, terminatum contra antiqua Patrum decreta, et regni Francici dignitatem ac libertatem contendit. Hunc Thuanus<sup>3</sup> hæreticos elogiis ornare, Pontificesque, et de Catholica fide bene meritos maledico dente carpere solitus, magni nominis jurisconsultum ac priscæ libertatis refinentem vocat.

43. Qualis vero et quantus esset hic Molinæus, ex fatuis et blasphemis ejus dogmatibus constat; non enim tam hæreticus quam hæresiarcha fuit: primum Calvinista, ut constat ex ejus scriptis, quibus Joannem reginam Navarræ hæreseos propagatricem, fautricemque ministrorum Sathanæ laudat de flagrantissimo studio vivifici verbi Dei, que ad se doctos et pios viros, puta Bezam, Viretum, et alias hujusmodi pestes, quæ Beneariam et Aquitaniam polluerunt, advocaverat. In Germaniam vero profectus<sup>4</sup>, ob quam profactionem superbe Franciæ et Germaniæ jurisconsultum se appellabat, Lutheranus evasit. Sed non stetit hic impictas Molinæi: cum Joviniano enim blasphemavit, Jesum nascentem Mariae vulvam aperuisse; effutuit etiam, errare doctores Ecclesiæ, qui merita incarnationis, nativitatis, tentationum, afflictionum, ac laborum totius vite commendant, solam enim mortem pro expiandis sceleribus admissam. Addidit etiam cum aliis hæreticis, Petrum nunquam Romæ fuisse, ut non mirum sit, tanta impietate infamem adversus Concilium Tridentinum scri-

psisse, a quo ejus scripta prohibita fuerant. Non tulit vero omnino impune flagitium, nam qui in religious causa Tridentino Concilio adhærendum pie sentiebant, illum ut seditionis in carcere trudi a senatu Parisiensi curarunt, quem denum in extremo vitae actu excitis Catholicis theologis resipuisse tradunt<sup>5</sup>, in quo adoranda est Redemptoris potestas, « cuius fusi sanguinis tanta fuit », ut ait D. Leo, « efficacia, ut latro in morte justificatus statim cœlum intraverit ». Scriptural etiam autem Calvinus hæresiarcha adversus Tridentinum Concilium pestiferum libellum, cui *Antidotæ* nomen inscriperat exemplo Sathanæ, qui Babylone in templo Aesculapii<sup>6</sup>, loco in quo teterrium venenum condiderat, nomen *Thesauri* insculpi jusserset, cujus thesauri avidus miles, dum locum scrutatur, mox peste extinctus, pestem decennalem in totum orbem effudit. Ausus etiam est nefarius apostata ex-episcopus Petrus Paulus Vergerius in Tridentinum Concilium inveli, postquam resipiscentiæ spem dederat, sed superbia fascinatus resilicerat, cum dicere, sibi viro honorato indecorum fore palinodiam canere. Superiori vero extremo anno<sup>7</sup> ministri Lutherani circiter viginti impiam protestationem adversus Tridentinum edidere, cum tamdiu expectati humanissime fuissent, ut ad Synodum accederent, propositisque suis argutis de Catholicæ fidei veritate instruerentur.

44. *Protestantium argutias adversus Concilium diluit Cardilius.* — Cum vero impia illa protestatione imprudentium oculis densissimas tenebras offunderent, Gaspar Cardilius Hispanus theologus<sup>8</sup> singulas Protestantium argutias et objectiones confutavit eruditissimo libro, quem Carolo Borromæo cardinali sanctorum numerum ac decus aucturo inscripsit :

« Superioribus, inquit, diebus post Vergerium improbum hominem, et Christianæ religionis desertorem, Joannes Fabritius Montanus adversus sanctam Synodum Tridentinam convitiis, maledictis et blasphemis refertissimam orationem in vulgo dedit. Cæterum cum intellegeret parum eam ad veritatem, cui parabat insidias, evertendam valere per se, collegit hæreticorum copiosam manum, et quod ejus infamis libelli initio faciendum innuerat, junctis copiis Concilium Tridentinum est aggressus, ut quod ratione nullo modo efficere poterat, turba saltet assequeretur atque præstaret. Etenim communi, ut apparel, consilio, a triginta Evangelii Martini Lutheri ministris, aut verius mancipiis Sathanæ, magnis scilicet viris, protestatio quedam composita est, in qua, dum se excusare volunt, quod Tridentum non accesserint, pestilens animi virus, quo plurimum constare vi-

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. sig. num. 2904. Ep. CLXXXIII. — <sup>2</sup> Palavic. card. I. XXIV. c. 11. ex litteris Prosperi Santacrucii ad card. Borr. hoc anno a VII Jan. ad XXII Jul. — <sup>3</sup> Jac. Aug. Thuan. hist. I. XXXVI. — <sup>4</sup> Sander. her. 219. Rescius in Seclis Evangelicis.

<sup>5</sup> Papyr. Massonius in ejus Elog. — <sup>6</sup> Baron. in tom. II. Annal. — <sup>7</sup> Hieronym. Bagazzon. in oratione habita in ult. Sessione. — <sup>8</sup> Gaspar. Cardili. in Ep. ad Carol. Borr. card.

dentur, in Pontificem Maximum evomunt ». Et infra :

« Quoniam protestatio longissima est et horrendis conviciis maledictisque tota secat, rationes tantum exploramus singulas, quibus adversarii nostri nituntur, tum ne liber, si singula velimus excutere, in immensum abeat, tum vel ea causa maxime, ne qui nostra legerint viri boni, blasphemis haereticorum, quibus protestationem infarciant, offendit possint : et quoniam me illa Augustini sententia magnopere delectat, cum ait, ego, quando cuique dicendo vel scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminacionibus lacesitus, quantum mihi Dominus donat, frenatis atque coercitis vanæ indignationis aculeis, auditori lectorive consuls, non ago ut efficiar homini convitiando superior, sed errorem convincingendo superior : a convitiis et maledictis regerendis in adversarios, quantum in me situm est, linguam temporo, quod Christianis semper scriptoribus, sed præsertim hoc tempore faciendum existimo, ne cum hereticis de maledicentia contendere, et quod in iis improbamus, maxime probare videamur, etc. Tridento idibus Novembbris MDLXIV ».

Discussurus deinde auctor subdolas Protestantium sententias, demonstrat<sup>1</sup>, eos in ipso principio defecisse ab Evangelio, cui velle adhaerere falso contestantur :

« Honesta sane oratio, profiteri, protestarique, velle constanter adhaerere Evangelio Iesu Christi, cum sit Evangelium, auctore Apostolo, virtus Dei in salutem omni credenti, nisi quod his verbis (aut) proximis statim haeretici inficiarentur, pro ingenio suo, quos ob eam rem, et merito, mea quidem sententia, Epiphanius gravis in primis auctor Polypos, Camaleontas et Protheos appellat ». Et infra :

« Se solos Evangelicos putant et appellant adversarii edicti a magistro suo, qui Christiani appellatione prorsus abjecta, ab Evangelio, cuius auctor atque inventor Martinus fuit, se atque suos Evangelicos nominavit, ut vel hac ipsa voce, quod prudenter, uti cætera, vir omnibus numeris absolutus Osius cardinalis animadvertit, palam faceret hominibus, a Christo ejusque corpore, Una, Sancta, Catholica et Apostolica Ecclesia discessisse, neque cum ea quidquam habere commune, que quatuor tantum agnoscit et predictat Evangelia, consensu antiquitatis fideliter explanata ».

Pancis interjectis auctor demonstrat, hanc Lutheri doctrinam ab ipsis haereticis nuper damnatam Heidelbergæ, in qua residet elector Palatinus, hoc decreto : « Lutheri et Brentii Catechismi extra Ecclesiam ejificantur, et eorum scripta nullam habeant auctoritatem ». Et post nulla demonstrat auctor, quam inique respuant

haeretici Concilium : « Violentum appellant Concilium adversarii, quoniam pravis opinionibus impiusque sententiis vim magnam infert, confutat easdem dissipatque Spiritus sancti gratia, qui Synodus moderatur, et Pontificem Maximum in his, quæ sunt fidei labi aut errare non sinit, haeretici suspectum habent, in eumque turpiter et periculose delinquunt, dum provocant ab eo, qui summus in Ecclesia Christi judex in terris est : a judicio patriarcharum, primum, archiepiscoporum, episcoporumque, quorum ex officio interest, tum de rebus fidei judicare, tum etiam disciplinam Ecclesiæ constitutere, stabilireque perinde ac si dicerent: nolumus a quopiam judicari, sed docere libere quidquid nostro palato arriserit : si enim justos et legitimos judices accusas et a tua causa excludis, nullos habere vis, qui de doctrina tua judicium ferant. Sed repellatis licet hominum judicia, et ab eis, quo jure quave injuria vos eximatis, nonquam, Paulo credit, vel potius Christo, effugere judicii Dei severitatem poteritis ». Et multis interjectis :

« Neque satis esse putant dammare Concilium Tridentinum magno quodam consensu totius Christiani orbis coactum, admunt etiam, quantum in se est, cæteris omnibus sacrosanctis et vetustis Conciliis auctoritatem, etiam iis quatuor, que instar Evangeliorum suscepit et servavit Ecclesia, et quorum est ac semper fuit, ut Augustinus testatur, in Ecclesia Dei saluberrima auctoritas : norunt acuti hac parte haereticorum errorum impiarumque opinionum, quas illi mordicus tenent, partem, gravissimo olim sanctarum Synodorum calculo damnatam.

« Nunc illud unum obiter admonere lubet, ut haereticorum impudentiam orbis terrarum agnoscat, me non satis assequi posse, qua isti fronte Martinum Lutherum, apostamatam fidei, religionisque insignem haereticum, emissi voti violatorem, perturbatorem reipublice Christianæ, pacis juratum hostem, vicarii Christi capitalem inimicum, osorem strenuum Apostolicæ Sedis, fidefragum, incontinentia atque libidine perditum, levem admodum prestatigatoremque, et qui se gloriat Dæmonem preceptorum habuisse, in summa a capite ad talos omni genere flagitorum scelerumque cooperatum, quod universo hujus temporis loquuntur historiæ, virum Dei audent dicere : nisi, quæ istorum insania est et mentis emotio, Deum Optimum Maximum diis Ethnorum persimilem esse putant, qui flagitiis et pravis facinoribus oblectetur, et perditis ac deploratis hominibus gaudeat. Ego quidem multos homines egregie iniquos audivi, sed qui tam esset, quam Martinus fuit, novi neminem ».

Inter alias argutias objecere Protestantes, non legitimum fuisse Concilium, quod vellent illud subjici suo conciliabulo, seque illius accu-

<sup>1</sup> Gaspar. card. p. 1.

satores, conjectis in id multis criminibus, constitutere, quae argutia<sup>1</sup>, cuius fuerit roboris, ita expenditur :

« Tametsi largiamur (inquiunt) istis Romanis, (sic Catholicos vocant,) adfuisse Pontifici hactenus vim et facultatem cogendi Synodum, profecto huic Pontifici jus adimendum est, quoniam est ille quidem altera litis pars, cum ab hereticis multorum et gravissimorum criminum reus agatur.

« At vero si rem altius expendamus, facile comperiemus nullum ab his hominibus argumentum contra hanc sententiam fuisse excogitatum quod minus sit cum veritate et ratione conjunctum, tum quia illud est commune omnium haereticorum, qua jure quaque injuria Pontifici Maximo, ceterisque, qui Ecclesiam gubernant, intendere, et flagitia pessima objecere, quod Augustinus eleganter demonstrat in Ep. 138, ejus vitam insectari, criminari mores, auctoritatem dignitatemque pro viribus immunuere, ut codem velut capite debilitate facilior atque expeditior aditus patere possit ad membra Ecclesiae tentandum concutiendumque. Hac via ingressi sunt Manichaei, Ariani, Hussites, hoc fecit Dioscorus, fecit Photius, sed maxime Lutherani atiae nostra, ut existimare debemus, potius consuetudine quadam aut animi morbo, quam ulla honesta justaque ratione ita evenire; neque mirum id videri debet, cum nullum haereticorum habeant adversarium graviorem, atque hostem haereses, quam Pontificem Maximum; tum etiam, quia obscurum non est, quorum criminum Pontificis reos agere soleant et agant, modo prodiderunt scriptis mentem suam orbi terrarum, sed quam omnia illa vana sint, quae Pontifici velut gravissima crimina obiciunt, quam levia et prorsus veritatis inania, omnes proculdubio noverunt, qui proprius rem ipsam erunt contemplati.

« Si quis autem usquam fuit eorum Pontificum qui Ecclesiam Dei his trecentis annis gubernaverunt, quibus ab hereticis aguntur rei, qui minime abusus sit facultate, is est profecto maxime Pius IV. Irrepererunt in Ecclesiam sensim, non dubium est, abusus aliquot, qui rempublicam Christi, innocentiam et puritatem vitae Christianae aliqua ex parte lacererunt, et turpi quadam infamia macula ejus egregiam formam infecerunt perturbaveruntque, quod partim hominum culpa accidit, qui libidini sua atque usui omnia parere voluerunt, partim temporis vitio, quod universa in pejus mutare solet: id hereticorum clamant, id Catholicorum predicant, Hieronymus, Bernardus, atque alii, mente tamen atque spiritu plane diverso: haereticorum enim sumpenumero corruptos mores, et collapsam Ecclesiam disciplinam commemorant Die-

monis spiritu agitati, ut abscedant, separant, denique, ut odio istarum rerum schismata faciant: sancti vero homines, dum haec exaggerant, spiritu Dei aguntur, ut pessimis moribus abjectis conjugant cum capite membra; sed hos abusus, haec vita, hanc denique Christiani regni depravationem, tantum abest ut Pius IV aut auxerit, aut forcerit quoquo modo, ut neque tolerare ullo pacto potuerit: cum primum enim Summum Pontificatum est adeptus, tum private tum publice adhibere tantis malis remedium conatus est: edidit multas Bullas, quibus Romanæ curiae antiquum nitorem aliqua ex parte restituit: publicis vero querelis et haeresibus, quae totum pñne orbem Christianum occupabant, ire etiam obviam studuit generali Concilio indicto, quod instar praesentanei antidoti summique remedii semper habitum est, neque hactenus labori, sumptibus aut saluti pepercit, ut sacrosancti Ecclesiae conventus Tridenti celebrarentur, quod ipsis etiam heretici agnoscant et fatentur non inviti: sic enim disserit Fabritius Montanus in hanc sententiam in illa sua pestifera et turbulenta oratione: Quis cœtus istos indixit? Romanus utique Pontifex, qui nihil diligentiae in hoc toto negotio pretermisit, nullis denique sumptibus, nullis laboribus pepercit.

« Cum igitur bonorum virorum judicio Sanctissimus Pius IV pure atque innocenter vitam instituat atque agat suam, cum strenuam impedit operam profligandis haeresibus, viis extirpandis, abusibus denique tollendis, cum publicis, tum privatis remedii et curationibus adhibitis, inique profecto facere adversariividetur, cum jure et facultate vocandi Synodum hoc tempore Pontificem spoliare volunt, praesertim, cum idem ipse sua sponte, huic sacrosancta Synodo liberam copiam fecerit corrigendi Ecclesiam suam, curiam suam seque ipsum, si ita res postulare videretur, tanta animi propensione promptitudineque, quantam vix quispiam requirere aut optare potuit. Hujus rei testis oculatus sum ego, testes Patres omnes, quotquot Tridenti adsunt, testis Romana curia, testis Ecclesia universa, testes denique ejus hostes et inimici jurati, quorum ego non lingam, quam venalem habent et mendacis plurimum assuetam, sed mentem potius appello, ut jam merito adversus eosdem Pontificem de judicio cum illis contendens possit dicere: Quid debui facere vineæ meæ, et non feci? Quorsum amplius abusus jaetatis, o adversarii, atque his dicitis impediri et retrahi vos, quominus Ecclesiam sanctam, quam turpiter et magno vestro malo deseruistis, repetatis? »

13. Obganniebant etiam heretici Pontificem praesidere non debere Concilio legatorum opera, sed Cæsarem, quorum sophismata a Cardillio in disputatione secunda dissolvuntur, ex quo haec

<sup>1</sup> Gasp. card. in disp. 8. p. 35.

breviter delibamus : « Est usque adeo verum, imperatorem non esse Concilii præsidentem, ut in octava Synodo generali, cui interfuit Basilius imperator, damnatus sit, quicumque Concilia generalia dixerit sine præsentia principis sæcularis celebrari minime posse : credibile autem non est Basilium imperatorem sponte sua juri suo hac parte cessisse, aut ulla ratione passurum esse, ut invito sibi ac repugnanti haec eximia prærogativa adimeretur, quod sine injuria fieri non potuit, sed quoniam constitutissimum habuit, has partes non esse principis sæcularis, quicumque is sit, ut cœperat vulgo eo tempore circumferri, proprium id esse officium imperatoris, non modo patienter tulit, ut decretum de hac re a Patribus in Concilio OEcumenico conscriberetur, sed existimare licet, hortatum fuisse sanctissimos Patres, ut Ecclesiæ honori et dignitatí hac parte consularent ». Multisque interjectis :

« Iluc spectat, quod Athanasius scribit in secunda Apologia, volens infringere auctoritatem ejus Synodi, quam Constantius imperator convocaverat, et in qua damnaverat quosdam ex Catholicis viris : ita enim ait : Qua fronte talem conventum, Synodum audet appellare, cui comes præsedit ? Et ad calcem Epistolæ ad agentes vitam solitariam eundem reprehendens Constantium, et Synodum adulterinam confutans, Constantium, ait, induisse imaginem Antichristi, quoniam sine auctoritate Romani Pontificis Synodum convocavit, et eidem præsedid. Quis enim, inquit, videns eum in decernendo principem se facere episcoporum, et præsidere judiciis Ecclesiasticis, merito non dicat eum illam ipsam abominationem desolationis esse, quæ a Daniele prædicta est.

« Præterea actione prima Synodi octavæ sic est scriptum : Synodus exigit a legatis Romanæ Sedis litteras, quibus notam facerent protestationem suam, ut præsiderent in Synodo ». Et post alia multa :

« Sunt episcopi velut membra ejus corporis, cuius Pontifex caput existit. At superior inferioribus natura præsedit, et caput membris ceteris præficitur, atque ea gubernat; imperator vero neque Pontificis caput est ulla ratione, neque superior eodem, sed vel ordinis diversi est, alter enim summum est in republica Ecclesiastica et spirituali, alter vero in corporali, ita loquamur, aut civili, imo vero, cum Ecclesiastica gubernatio spiritualis sit, civilis corporata, sicut corporatum natura sua spirituali subditum est, ut imperfectum quodvis perfecto, ita quoque necessarium est, ut imperator Pontifici subditus sit, atque ab eo gubernetur ».

16. Præterea Protestantes Concilium Tridentinum liberum non fuisse autumabant, quod episcopi sacramento Pontifici essent obstricti, quasi non liberi sint ordinum conventus, quod

sacramento principi suo devincti proceres sint, qui iis intersunt ? Quam vero absone fuerit ea objecio ita a Cardilio<sup>1</sup> in disputatione quarta, utrum Synodus Tridentina fuerit libera, illustratur.

« Cum juramentum, quod Pontifici Maximo episcopi exhibent, nobis objiciunt adversarii, et tanquam novitium inventum, aut tyrannidem potius derident, faciunt sine dubio præter rationem; nam cum Pontifici Maximo, tanquam Vicario suo Christus Jesusabiturus ad Patrem; omnes suas oves commiserit illis verbis : *Pasce oves meas : pasce agnos meos*, ille vero boni Pastoris more cæteros omnes episcopos in partem sollicitudinis vocet, quibus curam committit privatrum ovium, quod inter cæteros accuratissime exposuit Nicolaus I in Epist. ad Michaellem imperatorem ». Et mox : « Qua de re Paschalis Pontifex ad archiepiscopum Panormitanum : « Significasti regem et regni majores « admiratione permotos, quod pallium tibi ab « apocrisiis nostris tali conditione oblatum « fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum « detulerunt, exhiberes; mirentur in hac causa « Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum « ovium suarum curam Petro committeret, con- « ditionem posuit dicens : *Si diligis me, pasce « oves meas* : Si conscientiarum factor, et cogni- « tor secretorum conditione hac usus est, neque « semel tantum, sed et secundo, et usque ad « contristationem, qua nos sollicitudine oportet, « Ecclesie prælationem imponere fratibus, « quorum conscientiam non videmus ? Aiunt « omne jusjurandum in Evangelio esse prohibi- « tum, neque ab Apostolis post Dominum, ne- « que in Conciliis inveniri posse statutum ? quid « est enim, quod Dominus subsequenter ait : « *Quod amplius est, a malo est*? hoc enim am- « plius, ut exigamus, malum, nos, illo permit- « tent compellit. Nonne malum est ab Ecclesiæ « unitate, et a Sedi Apostolice obedientia resi- « lire et contra canonum statuta prorumpere ? « quod multi etiam post sacramentum præsti- « tum præsumperunt. Hoc nimirum malo ac « necessitate compellimus juramenta pro fide, « pro obedientia, pro unitate requirere. Aiunt « in Conciliis statutum non inveniri, cum omnia « Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, « et facta sint, et robur accepérint, et in eorum « statutis Romanii Pontificis patenter excipiatur « auctoritas. Cum igitur a Sede Apostolica ve- « stræ dignitatis insignia exigitis, qua a B. Petri « tantum corpore assumuntur, justum est, ut « vos quoque Sedi Apostolice subjectionis de- « bilæ signa solvatis, qua nos cum beato Petro « tanquam membra de membro habere, ut Ca- « tholici capit is unitatem servare declarant ». Hactenus Paschalis.

<sup>1</sup> Gasp. Cardill. disp. 4. p. 61.

« Ex quibus verbis duo colliguntur adversus apertos istos hostes veritatis. Unum est mentire eosdem, cum aiunt, antiquis temporibus episcopos, non Romano Pontifici, sed potius episcopis comprovincialibus adstringere se et obligare solitos esse, nusquam enim hujus rei vel tenue vestigium in Ecclesiæ historiis indicare mihi poterunt: sed dumtaxat obligabantur addicebanturque Pontifici Romano, exhibito juramento interdum comprovincialibus epis copis.

« Alterum est, quod haec consuetudo exhibendi juramentum Pontifici novitia non est et tyrannice excogitata, quod haeretici impudentermenti mentiuuntur, sed antiqua potius nimiumque vetusta. Nam Paschalis, cuius paulo superius testimonium citavi, Ecclesiam rexit anno salutis octingentesimo decimo nono, ut jam octingentis ferme annis ea forma in Ecclesia servata sit, ne Gregorii Magni tempora commemo rem, cum iste mos in Christiana republica servabatur. Sic præterea legimus can. 10, Conc. Toletani Secundi: Pontifices omnes Ecclesiarum rectores, quo tempore ordinandi, sub cau tione promittant, ut fidei Catholice sincera cor dis devotione mandata custodientes juste et pie vivere debeant, atque ut debitum per omnia honorem et obsequium reverentiam præminentib si dependant. Hactenus Concilium quod cele bratum est ante annum fere millesimum.

« Tyrannice vero factum minime potest existimari, quod a Summis Pontificibus et Synodo magna auctoritalis, postulante ratione, et divina consentiente lege, introductum atque servatum est. Illud est autem, ut obiter admoneam, quod in hac formula juramentum haereticos pessime habet, et torqueat mirabiliter quod audiunt, Pontificem maximum simul cum reliquis episcopis conceptis verbis fide data et solemniter exhibito juramento, adversus haereses omnes ipsarumque autores conspirasse. Quam obrem non stulte modo, sed etiam admodum inique Poutifex faceret, si episcopos suos aliqua ratione solveret juramento, quod haeretici magnopere contendunt, ut mitiores in se fortasse hostes experiantur, et negligentiores efficiant ». Post multa alia Protestantium argutias<sup>1</sup> dissolvit auctor.

47. « Concilium Tridentinum non fuisse liberum jactabant, quoniam mox initio constitutæ actionis, bellum adversus Lutheranos a Carolo V imperatore invictissimo atque admodum religioso excitatum sit: non eo quidem nomine in eos instructum est quod haeretici essent, sed potius quod res novas molirentur adversus Cæsarem, arma caperent, periculosos tumultus ac seditiones in Germania moverent, pellerent suis sedibus alios, cursum Concilii impedirent, om

nia denique confunderent perturbarentque. Hanc ego sententiam eisdem omnino testimoniis convincam, quibus contra principes Christianos hoc loco haeretici agunt, ut intelligent omnes, quam sint adversarii mendaces, inepti et judicii nullius, qui arma etiam nobis suppedient, quibus supererunt.

« Primum hoc docemur protestatione Cæsareæ majestatis, quam citant adversarii, nam post illa verba: magna impensa, magno labore inchoatum est, petitum ab omnibus Christianis Concilium, et causa reformationis morum in eo tractari cœpta, sequitur: eodem quoque tempore bellum imperator gerebat; sed adversus quos, inquit? adversus hostes et sacri imperii violatores, hostes vero Cæsarist orator eos appellat, qui rempublicam perturbant, atque adversus suos principes arma movent, violatores autem sacri imperii, qui fidei data imperatori, et juramento exhibito reluctantur, et ab obedientia resiliunt, contra hos (inquit Mendoza) ab imperatore Carolo Quinto bellum tunc temporis cæptum esse, atque ea causa, quam dixi, non quod illi essent haeretici, sed, quod ait, adver sariorum.

« Illo præterea nomine bellum a Cæsare eo tempore excitatum est in Germanos, ut via ad Concilium cogendum tenendumque aperiretur, quam vestra iniuntas aut impietas potius armata præcluserat, quod ex verbis responsi dati a Pontifice Cæsaroris oratori plane colligi possit, quod vos etiam memoratis. Ita enim Pontifex ait: Educite vestra scripta diligenter, nulli principi me socium adjunxi, præterquam ipsi Cæsaris. Docet quo tempore, in eo scilicet bello, quod videbatur viam munire celebrando Concilio. Quemadmodum autem ii, qui impedimento sunt quominus ethnicis atque infidelibus Evangelium prædicetur, aut rectum Evangelii cursum impedian, bello a nobis, si vires suppetant, a proposito diuoveri possunt, ita quoque, qui rationem et normam a Christo in Ecclesia relictam damnandi haereses, et reducendi haereticos homines impedire student, omni vi cogi et castigari debent.

« Illa præterea causa castigari armis tunc omni haeretici jure potuerunt, quod cum multum diuque Concilium proclamassent, cum urgenter vehementer, ut cogeretur, cum ad illud semper provocarent, neque de suis dogmatibus alibi, quam in Concilio OEcumenico, deliberari aut tractari aliqua ratione paternerunt, quo tempore eis oblatum est, convocatum atque cœptum, non modo Tridentum venire recusaverunt, sed tunc maxime Pontificem maximum, omnes episcopos, atque etiam totam ipsam Synodum libris contumeliose editis, seditionis et male dictorum plenis insectabantur et proscindebant: quod Epistola Pontificis docet ad episcopos Germaniæ, quam adversarii, cæci omnino

<sup>1</sup> Gaspar. Cardill. in disp. 4. p. 67.

et ignari veritatis citant in præsentia; ita enim ait: Protestantes usque adeo hujus Concilii auctoritatem contempserunt, ut cum Tridenti fere ad biennium episcopi manserint, non modo ad illud accedere recusaverint, sed publicis concessionibus et libris contumeliosissime editis palam prædicare ausi sint, nequaquam illud liberum et Christianum esse Concilium, ejusque decreta se esse repudiaturi renuntiaverunt, idque incredibili sane et inaudita verborum petulantia, properea quod ex auctoritate nostra indictum esset, et ex Ecclesiarum episcopis congregatum ». Subjungit: « Quæ quidem eorum pertinacia causam et necessitatem eidem Carolo imperatori et nobis attulit ineundi inter nos sanctissimi fœderis, ut illos, quando juris ratio et levia remedia nihil proficiebant, armis ad sauitatem redire cogeremus.

« Neque id est ullo modo ab executione inchoare, quod tantopere jactant adversarii inculcantque, sed naturali, divina et humana ratione postulante atque cogente ita factum est ». Et paulo post: « Quanquam ea quoque causa, quod hæretici essent, et Catholicam Ecclesiam deseruerissent, jure optimo castigari et domari bello poterant. Primum quidem quoniam post secundam admonitionem (quam rationem vocandi rebelles servat Ecclesia) non unus, aut alter, sed quatuor potius Romani Pontifices Martinum Lutherum, ejus doctrinam, et doctrinæ studiosos, quo tempore bellum excitatum est a Cæsare, excommunicaverant jam, denunciaverant, et proscriperant Leo Decimus, Adrianus Sextus, Clemens Septimus, Paulus Tertius. Et si nihil simile Sanctissimi Pontifices adversus hæreticos nostri temporis decrevissent, satis movere potuit Christianissimum imperatorem, ut contra eos arma caperet, quod veteres hæreses damnatas ab antiquis Synodis, atque extenebris excitatas erulasque, mordicus illi defenerent, et docerent alios ».

18. Non veriti etiam sunt sanctuli Protestantes objicere, Tridentinos Patres nulla pollere potuisse auctoritate ad celebrandum Concilium, cum aliqui ex iis nonnullis flagitiis contaminati fuissent, quorum argumentum, quam insulsum sit, et quam falsa sit hypothesis, qua sibi arrogant sanctitatem, in luce collocat Cardillius<sup>1</sup>: *Præter rationem (inquit) hæretici faciunt, dum volunt propter peccata quorumdam, episcopis omnibus divino jure concessam copiam adimere tenendū Concilium, ac de rebus fidei judicandi: præsertim cum sint ipsi multo gravioribus criminibus obnoxii, et carere debat omni vitio, qui in alterum dicere paratus est, ne illud Pauli merito ei objici posset: Qui alios doces, te ipsum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris; qui dicas non marchandum,*

*mœcharis; qui abominaris idola, sacrilegium facis: ut enim cætera hæreticorum hujus ætatis sceleræ et flagitia prætermittam, quæ numerari sine fastidio lectoris non possunt, et sunt a multis fide dignissimis scriptoribus in historiam relata, quis ignorare queat, horum patriacham Martinum, dein cæteros omnes, qui impium et sacrilegum istum doctorem sunt consecuti, dum iracundie atque indignationi obsequuntur, auram popularem captant, dum eruditioñis atque eloquentia ambiant nomen, denique dum student haberi aliquo loco, Cœlum terre misere non dubitasse; neque mirum est sic vivant, qui vulgi auribus doctrinam instillant terram, animalem, et Dæmoniacam, ut Paulus ait, videlicet: non ad opera juncta fidei, sed ad fidem dumtaxat vim justificandi pertinere; si fides adsit, nullis peccatis hominem damnari; omnia sceleræ momento absumi; contritionem, confessionem peccatorum, castigationemque corporis non esse modo inania, sed etiam efficere hominem infeliciorem; operum pompas nihil faciendas, esse humanas traditiones et majorum in Ecclesia leges atque instituta vivendi concuplicanda: necessitate compulso, non voluntate, nos facere onia: cœlibatum sacerdotum esse abrogandum: tollenda monastica vota; jejunia et ciborum delectum obesse potius quam prosint, atque alia insuper multa, quæ licentiam vivendi laxant, ab obedientia principum retrahunt, et bestiam ex homine faciunt.*

« Illud vero inter viros bonos et adversarios nostros interest, quod cum illi tetris abominandisque flagitiis toti coinquinati et cooperati sint, innocentiam nihilominus suam orbi terrarum jactant, magnis clamoribus predicanterque. Viri autem boni, quales proculdubio Pontificii sunt, cum sint humano more vitiis aliquot infecti, agnoscunt peccata, et cum se suppicio dignissimos arbitrentur, culpam, quacumque ratione possunt, deprecantur, et tum suis, cum sanctorum precibus divinam clementiam implorant, etc. »

19. Obrusere etiam Protestantes eam argutiam, Tridentinum non fuisse OEcumenicum Concilium, quod totius orbis episcopi ad illud non confluxerint. Vocatos certe omnes a Pontifice ex remotissimis oris, *Ethiopia, Armenia, Egypto, Græcia, Moscovia, ostensem est suo loco, licet non accesserint, quanta vero dignitate inclaruerit Tridentinum, Cardillius in disputacione quinta<sup>1</sup>, utrum Synodus Tridentina fuerit generalis, ostendit:*

« Nullus fere est toto orbe Christiano princeps sæcularis, qui ad hauc sacrosanctam Synodum oratorem suum non destinari. Adest orator Ferdinandi imperatoris, Philippi regis Catholici, regis Galliarum, regis Hungariæ, Bohemia,

<sup>1</sup> Gaspar. Cardill. disp. 4. p. 66.

<sup>1</sup> Gaspar. Cardill. disp. 5. p. 75.

Lusitaniae, Poloniæ, ducis Sabaudiæ, Bavariæ, Florensiæ, Helveticorum, dominii Venetorum, Equitum militiae Hierosolymitanæ, regiæ Scotie cardinalis Lotharingus in Concilio partes agit, atque ii omnes prudentia et rerum gestarum gloria clari », et paulo post : « ut jam turpiter mentiri videamus hæreticos, dum aiunt paucos Hispanos adesse, paucissimos Gallos, Polonos et Anglos nullos. Ergo cum ex toto orbe Christiano episcopi vocati sint, atque in Synodo adsint, quod ex copia ea episcoporum, quæ mandata typis vulgo circumferuntur, non obscure patere possit, præter rationem, aut inepite potius faciunt adversarii, dum Tridentinam Synodus, neque OEcumenicam esse, neque generalem ferunt.

« Cætera vetusta Concilia, Nicænum videlicet, Ephesinum, Constantinopolitanum et Chalcedonense, non continuerunt omnes episcopos, quotquot erant eo tempore, imo, neque ex toto orbe terrarum collectis episcopis, et paucioribus, quam adsint Tridenti, constiterunt; nihilominus tamen citra ullam controversiam OEcumenicorum nomen, definitionem, et auctoritatem adepta sunt. Quemadmodum vero Athanasius asseruit totum Christianum orbem in Concilium Nicænum coivisse, in quo tercenti octodecim episcopi adfuerunt, quoniam illud Concilium universalem Ecclesiam repræsentabat et exhibebat, ita quoque de Tridentina Synodo nobis censendum est.

« Rursum, sicut Magnus Leo inquit, canones Concilii Nicæni a totius mundi episcopis esse confitos, quoniam tametsi trecenti octodecim dumtaxat corpore adesserent, cæteri omnes cum illis erant spiritu congregati, ita quoque affirmare oportet, canones Synodi Tridentinæ a totius mundi episcopis conditos esse, qui simul cum his spiritu in Concilio adsunt, quod exhibet Universalem Ecclesiam. Cæteri namque omnes, qui legitima causa impediuntur, ne condendis decretis intersint, condere se illa spiritu jure possunt asserere, sicut Paulus ad Corinthios de illo fornacatore disserens, inquit : *Ego quidem absens corpore, præsens spiritu jam judicavi* ».

Jactantibus hæreticis non fuisse universale, quod soli episcopi, non laici in ea Synodo suffragia ferrent, responsum est : « Si cui laicorum ea suppeteret facultas, is esset imperator maxime, qui supremus omnium est in civili gubernatione magistratus, at imperator, ut ostendi, solum assistit Synodo, ut causæ ordine agantur, tranquillitas adsil, et exemplo suo ad observationem decretorum cæteros provocet, quare, ne imperator quidem hanc habet facultatem. Neque ullius Concilii Generalis lege aut exemplo prohibari queat, id præstari debere, aut posse a quoniā laicorum ». Plura ita in hanc sententiam congerit auctor, argutiasque hæreticorum doce confutat.

20. Objecerunt quoque, temnendas esse Patrum sententias, quod illi interdum inter se pugnant, quibus eruditæ responsum : perpendendum esse, qui et in quibus et quamdiu inter se dissentiant, secundum enim totius Ecclesiæ in omnibus locis, omnibusque sæculis ita sentientis consensum, quem qui spreverint, spiritu vertiginoso omnia habente incerta fuisse agitato, recentissimo ipsorum novatorum exemplo in disputatione sexta, utrum Tridentina Synodus Christiana sit, demonstravit.

« Si qua parte pugnare videantur, difficile non est pugnantiam componere; nusquam tamen pugnant, ubi illos explicant locos, quibus Christianæ vite documenta continentur ». Et mox : « Non tam exquirimus, quid unus aut alter pularit, quam quis Patrum de ea re fuerit consensus, et quamdiu, ac quibus locis; ex his enim tribus illud proculdubio efficiimus, quod Catholicum appellamus. Quanto vos gravius reprehendendi estis hæretici, qui sententiam, non in mensem modo, sed in dies etiam singulos mutatis ». Et paulo post : « Evolvite, quæso, vos tabulas illas, quæ ex scriptis Wilhelmi Lindani Drodaceni desumptæ vulgo circumferuntur ». Et mox : « Patriarcha vester Lutherus lib. i contra Zuinglianos, a Sathanâ ortam esse inquit, quod spiritus ille vertiginis ipse sibi contradicit: unde libere concludendum esse ait, Diabolum omnium dissensionum patrem Zuinglianorum esse doctorem. Zuingiani vero de Lutheranis in hunc modum disserunt. In te tuisque retorta, Luthere, de te ipso tuisque plus inter se, quam nobiscum pugnantibus pronuntia, et verissimum dixeris.

« Utrique vero hac parte verum dicunt: hæc est enim potissimum hæreses nota, si pugnantia in his insit capitibus, quæ sunt ad salutem hominum necessaria, ut vere assurerit Hilarius lib. vii de Trinitate, hæreticorum esse incerta omnia et vana: invicem dissidere: non eadem de eisdem dicere, cum sint, vel duo, vel tres, semetipsos arguere: de eisdem verbis non consentientes, differentia dicere: in idem tamen blasphemiae concurrere propositum ».

21. Arrogabant sibi iidem novalores fallacem gloriam, se dogmata sua e divinis hausisse Scripturis, quas in depravatis sensus distorquabant, at eam jaclantium communem ipsi fuisse cum veteribus hæreticis atque impiis Judæis, ita ostensum est<sup>1</sup>:

« Quod hæretici Scripturas citare soleant, atque eisdem adversus Catholicos agere, testantur plane, tum veterum, tum etiam recentiorum scripta plena sanctarum litterarum locis perpetram explanatis, et in pejorem raptis partem, sed quoniam res aliquo modo per se obscura non est, Tertullianum loquentem audiamus; is etc-

<sup>1</sup> Gaspar, Cardill. disp. 6. p. 118.

nim de præscriptionibus hæreticorum disputans, sic ait: « Hæretici de Scripturis agebant, « de Scripturis suadebant, Scripturas ostendebant, et hac sua audacia quosdam movebant, « in ipso vero congressu firmos quidem fatigabant, infirmos capiebant, medios dimittebant « cum scrupulo ».

« De Scripturis probare studebant Judæi Christum Jesum, neque Prophetam esse: <sup>1</sup> Scrutare, aiebant, et vide, quia Propheta de Galilæa non surgit. De Scripturis morte dignum esse persuadere conabantur: <sup>2</sup> Nos, inquit, legem habemus, et secundum legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit.

« Neque mirum videri debet, si servi dominum moribus reddant, si discipuli imitantur præceptorem. Diabolus adversus Jesum Scripturis contendebat dicens, <sup>3</sup> Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Nihil igitur mirum est, si hæretici Scripturas quoque obtrudant, Scripturas producant et Scripturis adversus Catholicos agant.

« Verum est etiam illud, quod hæretici nobis objicunt, ex sacris Litteris hæreses natas esse atque occasione copisse; quod vel patriarchæ Lutheri verbis convincam, qui, ut scribit Osius card. lib. i contra Brentium, testatur Scripturam canonican illud esse nomen consecutum, ut liber hæreticorum appelletur, rationem reddit, quoniam ex eo originem ducunt hæreses omnes, quandoquidem Scriptura testimonio omnes hæretici, ut ille ait, præsidio utuntur; illo tamen sensu hæc verba usurpamus, ut culpam omnem non in Scripturam sacram, sed in eos potius, qui Scripturam prave interpretantur, et ab Ecclesiæ sensu recedunt, rejiciamus.

« Hilarius lib. i in *De Trinitate* adversus id genus hominum agens; « De intelligentia (inquit) hæresis est, non de Scriptura; sensus, non sermo, fit crimen ». Cyrilus Ep. xxviii: « Omnes, inquit, hæretici de Scriptura divinitus inspirata colligunt erroris occasionem, ea qua sancto Spiritu recte dicta sunt, sua malitia corruptentes, et super capita sua flamman inextinguibilem excitantes », quæ verba legimus recitata actione 6, Syn. vii generalis, et Act. 4. Synodi Chalcedonensis, cui est ea Epistola inserta. In libro rursum ad Constantium Hilarius: « Scripturae, non in legendis sunt (inquit) sed in intelligendo, non in prævaricatione sunt, sed in charitate ». Nemo enim nostrum hæreticos damnat, quod Scripturis utantur, aut Scripturas carent, sed potius, quod præter Scripturas recipiendum esse putant nihil, quod pravam interpretationem sequantur, quod sensum Ecclesiæ atque consensum con-

culcent, penes quam solum lux est atque intelligentia Scripturarum, quod vel Calvinus teste convincam, et etenim Commentariis in Epist. ad Hæbreos: « Peculiariter notandum est (inquit) quod non est extra Ecclesiam sana Scripta plurarum intelligentiae lux ». Ipse etiam Martinus Lutherus, in Ecclesia sola, quam Papatum appellat, adesse dixit verum sensum atque interpretationem sanctorum Scripturarum. Nam quemadmodum si illa recte intelligentiarum, maximum momentum habent ad veritatem docendam, ita quoque si perperam, ad perdendam veritatem, atque hæreses excitandas plurimum valent; et sicut sacra Scriptura, si, ut par est, accipiatur, fons veritatis est, ita quoque, si contra quam decet ac par sit, certissima erroris occasio. Quod enim ad Pharisæos Christus inquit: Erratis nescientes Scripturas, et quod in veteri Lege scriptum est: Populus meus perit sine scientia, non ad verba, sed ad sensum Scripturarum haud dubie referendum est. Verbum Crucis, hoc est, Evangelium, Paulus ait, perenitibus stultitia est, his vero qui salvi sunt, Dei virtus, et Dei sapientia. Scriptura sacra, quo sensu a Catholicis profertur, verbum Dei est, quo autem ab hæreticis, Diaboli verbum, ut enim habet Christus ministros suos, ita habet et Sathan; utrisque autem communis sacra Scriptura, neque earum vis in legendis posita est, sed potius in intelligendo versatur ».

Pergit idem auctor diffuse enarrare, quo pacto ad veritatem assequendam Concilium sapienter prius inquirendo, postea assistricem cælitus sapientiam invocando, se gerent; quod quoniam alibi a nobis dictum est, repetere modo supervacaneum ducimus.

Refellit deinde auctor calumnias hæreticorum fingentium duos episcopos inique occisis, alterum venabulo transfixum, ut feram, alterum præfocatum laqueo, atque ad fenestram suspensum. Fabulabantur pariter nullam tolerabilem iis concessam subditis fidem publicam. « Citant in suam sententiam Sleydani historian, et testem suum omnium suorum mendaciorum faciunt, neque vident jurati hostis et sesquihæretici spurcissimi, qualis Sleydanus est, testimonio neminem virum bonum, aut opprimi aut gravari posse: cuius historiæ quanta fides habenda sit, qui nosse velit, historiam evolvat de rebus Ecclesiæ, quam proximis his annis evulavit Robertus Pontanus, non tam eloquentiæ flosculis, quam veritate conspicuam, facile noverit, quo Sleydanus loco haberijure debeat, quem tantopere nobis hæretici objicunt, cum nihil aliud scribendo prestiterit, quam quod hæretici, hæretici Dorpii Germanicam historiam latinitate donarit, et comprobarit nugas. Hic est enim ille, cuius ex Roto superiori mentionem fecimus, qui aiebat, omni arte nobiscum esse agendum, cum accusaretur, quod mugas

<sup>1</sup> Jo. xix. — <sup>2</sup> Jo. vii. — <sup>3</sup> Matt. iv.

plurimas historiae inseruisset. De hujus nugis et apertis calumniis a Latomo historia conscripta est, cuius est titulus, *de undecim milibus mendaciorum Sleydani*; hujos præterea historiam, hujusque mores in historia Ecclesiastica Fontanus Gallus Gallice suis cotoribus adamassim depinxit, quæ nuper Italico sermone donata est ».

22. Protestantis ipsos Christiana charitate hortatur auctor<sup>1</sup>, ut ad errorum magistros respicientes, hinc etiam quales habuerint doctores intelligent, ut quando prius discendi ardor nobilitas est magistri, ex ipsa doctorum suorum obscuritate admoniti discant contemnere, quod ab auctoribus tanta suffracinatis malitia acceperunt.

« Agnoscite (Protestantes alloquitur) unde excideritis, quem doctrinæ vestræ auctorem habueritis, hominem, ut cætera faceam, qui diabolo magistro usum se dicere non erubescit, sed magnopere potius gloriat, qui ut corpori serviret et carnis oblectamenta persequeretur, omnes disciplinæ Ecclesiastice et fidei Catholice nervos doctrina atque exemplo suo pro virili portione infregit. Evolvite, quæso, vos ab iis initiis, quonam pacto vestra doctrina progressa sit? quibus tumultibus creverit? quibus adoleverit flagitiis? neque enim felicem ullo modo exitum habere possunt, quæ ex malis principiis orta sunt ».

23. Edidit idem auctor egregium libellum de Ecclesiæ traditionibus, in quo demonstrat eas temni non posse<sup>2</sup>, nisi Scripturam Sacram, quæ traditione nititur, contemnant.

« Omnia quæ sacris litteris continentur vera esse firmissime credimus: hoc neque hæretici inficiantur, atque non aliunde habent, ut illis firmiter credamus, quam ex traditione Ecclesiæ; summe igitur necessaria est Ecclesiæ traditio. Ego cum Lutheranis, qui Ecclesiæ sanctionibus atque statutis auctoritatem admirare conantur, in hunc modum contendeo, et quero in primis, quibus armis velint agere contra Ecclesiam, ut ejus decreta subvertant? Dicent, sat scio, canonicas Scripturam; nam ad omnia, his hominibus scilicet, expressum Dei verbum facile suppetit. Tunc ego: unde credam Evangelia, sacram et canonicam esse Scripturam? Non poterunt alius dicere, quam ex Ecclesia, traditione, quod, inquam, ita sint ab Ecclesia edicti atque instructi; Evangelio enim Marci (verbi grafia) credimus, quia divina Scriptura est, cui per se ipsam summam fidem habere necesse est. At scimus Evangelium Marci sacram esse Scripturam, non Bartholomaei, quoniam ipsa Ecclesia Marci nobis tradidit Evangelium, cætera rejectum. Hoc est enim,

quod Augustinus scribit: Evangelio non credere, nisi me Ecclesiæ auctoritas compelleret, ergo traditionis Ecclesiastice maxima auctoritas est, et maximus usus ».

24. *Lutherani frustra tentant conciliare suas opiniones cum opinionibus Zwinglianorum et Calvinistarum.* — A fidei igitur unitate, quæ in Concilio stabilita fuerat, cum obstinata perfidia exulare vellent hæretici, quasi vascula quedam laxata, mirum, quam diversas inter se ac pugnantes sectas influentes receperint, ita ut videre esset Germaniam pœne totam schismatis dilaceratam, ac dogmatum varietatibus constupratam in tantum, ut quot urbes, tot pœne hæreses peculiares esse, funestissime cernerentur. Quæ religionis dissidia, cum novatores componere admiterentur, inter Lutheranos et Zwingianos colloquium statuere; cui quamvis Witembergæ dux ac Palatinus interessent, pax lamen inter impios ac superbos eōre non potuit, imo Lutherani, dum Zwingianos, sive Calvinianos ad se omni arte allicere conantur, novam hæresim Ubiquetiariorum conflarunt, ac tam in popina corpus et sanguinem Christi distribui, quam in Lutherana Ecclesia asseruerunt, dum Corpus Christi ubique divinitati conjunctum impie affirmarunt, ut refert Surius<sup>1</sup> his verbis:

« Mense Aprili anni hujus Mulbrunnae habitum est multis diebus colloquium inter Lutheranos et Zwingianos, vel Calvinistas. Interfuerunt colloquio principes duo Palatinus elector et dux Witembergicus. Theologi utriusque principis diu multumque inter se disceptarunt, sed nulla ratione, neutrī alteri parti cedere volentibus, ullam concordiam inire et conciliare potuerunt. Defendebant Witembergici theologi, quorum principes facile erant Brentius et Jacobus Smidelinus, una cum pane et vino in cena Domini, sic enim illi loquuntur, adesse substantialiter et realiter Corpus et Sanguinem Domini, et nedum a bonis, sed etiam a malis ore percipi utrumque: contra Palatini, tam corporalem presentiam, quam quod ab impiis sumeretur Eucharistia, pernegarunt. Ibi tum multum sudatum est a Smidelino ut persuaderet Christi humanitatem perinde atque divinitatem, non modo in cena, sed etiam locis omnibus, id est, ubique praesens adesse. Eam stultissimam et haec tenus inauditam opinionem hausisse videtur ex Brentio symmista, vel potius præceptore suo. Nam isti homunciones dum suis fidunt ingenii, ex aliis in alios labuntur errores, quantoque acerius in id incumbant, ut Ecclesiam Catholicam oppugnent, eo deterius obsecrantur, longiusque a luce veritatis in inexplicabilium errorum tenebras recedunt. Nituntur quidem Brentius et Smidelinus docere Christum corpo-

<sup>1</sup> Gasp. Cardill, disp. 9. p. 142. — <sup>2</sup> Gasp. Cardill, in lib. de Traditionibus p. 149.

<sup>1</sup> Surius in Comm.

raliter in Eucharistia præsentem, sed cum id comprehendere nulla ingenii vi possit, sed simpliciter et incunctanter credi oporteat, sub panis et vini speciebus revera Christi Corpus et Sanguinem adesse, isti prodigiosum dogma confingunt, Christi Corpus tam esse ubique præsens, quam est divinitas. Sed humanæ cæcitatibus figuratum est, non doctrina Christi ».

23. Cum pugnantibus et contrariis adeo sententiis in re gravissima ad fidem spectante inter se dissiderent novatores, atque a Lutheranis Calvinistæ tanquam hæretici haberentur, tamen Calvinistæ, qui se Protestantes falso appellabant, eamdem cum Lutheranis religionem colere fingebant, nec deficit, qui ad perverendos Catholicos diceret impudentissime inter Calvinistas et Catholicos de rebus levissimis controverti, quem Guillermus Rossæus<sup>1</sup> acriter confutat :

« Consideret quisquis, vel hæreticus est, non plane excors et amens, an ipsa impudenteria possit esse magis graviter impudens, quam iste Calvinista<sup>2</sup>, qui asserit Catholicos et Calvinistas ejusdem esse fidei, et Ecclesiæ domesticos et fratres, quando ipsi Lutherani, cum quibus quoad plurima convenient Calvinistæ, propter multas tamen eorum infandas blasphemias, eos tanquam plane atheos ex Ecclesiæ sue communione ejicant; sic enim in Synodo quadam admodum celebri scribunt : Quod Calviniste se a nobis pro fratribus agnitos scribunt, id tam impudenter tantaque vanitate ab illis confictum est, ut illorum impudentiam satis mirari nequeamus. Nos vero sicut locum illis in Ecclesia nullum concedimus, ita pro fratribus minime agnoscimus, quos spiritu mendacii agitari reprehendimus et in Filium Dei contumeliosos esse. Quibus postremis verbis Lutherani arguunt Calvinistas, illos impie cum Ario de Filio Dei sentire, quod adeo verum est, ut hoc blasphemum mendacium ex ore Hugonottorum frequenter eliani hodie audiatur, Christum unius hominis suffragio in Concilio Nicano superante Deum esse ; quod in contemptum sacrosancti ejus Concilii effluitnt adeo mendaciter, ubi non modo uanitatem divinitatem Christi prædicarunt, sed etiam duo episcopi, qui e vivis ante finem Concilii abierant, divinitus decreto nomina sua adscripserunt. Ille porro Mulbroniensis colloqui dissensiones tantæ et tam' conspicuae fuere, ut ipsi colloquatores toti orbi publicis scriptis testatas esse voluerint, ut narrat Surius. De colloquio Mulbroniensi ingens scriptum Palatini, et aliud Witembergici ediderunt, ut lotus orbis sciret, quam præclare inter se consentiant fratres Evangelici, et vel manibus palpare possent, qui velint, quam nihil cum illis commercii habeat Spir-

tus Christi, qui facit ut sit creditum cor unum et anima una in Domino ».

26. *Ex dissidiis novatorum reducitur junior theologus ad fidem Catholicam.* — Quanta porro esset in Germania sectarum, tamen instar vulpis aversa facie, conjunctiarum caudis fraudulium suarum ad incendendas agri dominici segetes, varietas et confusio, describit Staphylus, relata historia unius junioris concionatoris Lutherani, qui Germaniam peragratar constabilienda alicubi suæ cathedrae, sed demum, animadversa horrenda sectarum confusione Babylonica, ad Catholicos digressus veram fidem orthodoxam et uniformem suscepit, quam historiam Surius ita narrat :

« In Apologia sua Staphylus, de quodam juvencu concionatore Lutherano commemorat historiam lectu dignam, quam hoc loco inserere paraphrasticos non gravabor, ut norit posteritas, quam monstrosos ediderit dogmatistas aetas nostra. Juvenis quidem concionator Misnensis (est autem Misnia pars Saxonie) cum esset aliquandiu concionatus in Misnia, voluit in Saxoniam profici (ampla est enim Saxonia, et late patet) idque spe oblinendi alicujus ministerii Evangelici. Erat autem ipse quidem Adiaphorista, id est, Melanchtonicus : porro ea Saxonie regio, quo se contulit, Illyricum habuit superintendentem. Quamvis autem Matthias Illyricus discipulus fuerit Melanchtonis, tamen in quibusdam acerrime dissidet a suo præceptore, sicut et Melanchton a suo magistro Luther. Interrogatus igitur hic juvenis ab Illyricano superintendenti, quam religionem profiteretur, respondit, se sentire cum Melanchtone et Georgio majore. Ergo, inquit superintendent, Mamalicha es tu, et apostola hæreticus ? tanquam jam intererat inter Melanchtonis et Lutheri doctrinam. Porro sciscenti superintendenti, num crederet bona opera esse perniciosa saluti ? ille quidem respondit, non se id credere, sed potius prodesse ea saluti. Mox vero tanquam Evangelii hæreticus jussus est ex ea urbe totaque regione discedere, jam enim Melanchtonis discipulus Illyricus Melanchtonem ferre non poterat.

« Passus igitur hic miser repulsam, e Saxonia se translulit in Prussiam, opulentam et ubereum regionem. Ibi tum regnabat Osiandrinum Evangelium. Petrit vero ab Osiandrinu quodam Ecclesiasticum ministerium : Sed illo percontante, num crederet hominem essentiali Dei justitia justum fieri oportere, et num eos, qui diversum sentiant, non alio quam hæreticorum loco habere? istoque respondente, alter docere Melanchtonem atque Illyricum, nec se ita posse de hominis justificatione sentire : illico cu[m] hæreticus rejectus est, et ex Prutenici principiis ditione profligatus.

« Venit igitur in Poloniam ad Calvinianos,

<sup>1</sup> Guill. Rossæus. — <sup>2</sup> Colloquium Mulbroni. p. 12. au. 1564.

sed cum nolle eamdem cum eis cantilenam canere, nec a Lutheri Evangelio deficere ad Zwinglianum, ab illis itidem haud secus atque haereticus repulsus est.

« Itaque exclusus a Calvinistis ad Picardos se contulit, sperans ab illo hominum genere, se in eorum sectam et confuernium receptum iri. At illi votabant, ut reliquis sectis omnibus abjuratis, unicam Picardiam, tanquam optimam complecteretur. Quod cum illi non esset integrum, miser ab illis, ut a superioribus, compulsa est fugae se committere.

« Inde ad Silesianum quendam nobilem venit, a quo interrogatus, eequidnam de Suenfeldii Evangelio statueret, an crederet exterrnum ministerium esse supervacaneum, internum verbum, seu verbi prædicati energiam esse ipsum Dei filium, respondit sibi eam videri antiquam haeresim, quae ab Illyrico, Philippo et Calvinio, et aliis multis palam editis scriptis oppugnata sit, quod responsum moleste ferens nobilis Suenfeldianus hominem a se repulit, atque ita rursus ille in pedes se conjiceret compulsa est.

« Tot igitur locis repulsam passus ad Anabaptistas in Moravia non infrequentes profugit, non tamen apud eos permanendi animo, sed ut eorum mysteria et institutum exploraret. Verum ab illis callide sane preventus, fidem eis suam exponere jussus est, quæ cum illorum placitis non valde concordaret, nihil morali quod ille longos suos circuitus prætexeret, non aliter quam haereticum eum a se ejecerunt. Et tamen haec omnes sigillatim sibi vendicant puram Evangelii doctrinam, eamque cæteris omnibus detrahunt. In tanta autem doctrinæ varietate fieri quin potest, ut vera sint, quæ docentur ab illis? quid, oro, tandem facient miseri mortales, qui in hos errorum labyrinthos precipitantur, vel potius sua levitate induci se sinunt? Tam diversis ex orbis nostri angulis clamant certatim pugnantissimi dogmatistæ, novi Evangelii buccinatores: Ecce hic est Christus: et tamen simul mentiuntur omnes, cum non possit esse Christus, nisi in una Sancta Catholica et Apostolica Ecclesia, a qua isti omnes turpiter defecerunt. Sed ut ad nostrum juvenem concessionarem redeamus, venit tandem ille ad Viennam Austria, ubi in Catholicum quendam incidens, suas illi molestissimas peregrinationes et adversos casus, et in quibus versatus esset haeresibus, enarravit, simul obnoxie orans, ut ad obtinendam solidam certamque doctrinam et Scripturæ divinæ genuinam interpretationem auxilio sibi esset. Fuit hoc proculdubio divinæ gratiæ opus, ut homo tot exagilatus difficultatibus tandem quandoque rediret ad se, et perspecta falsitate quam hactenus pro Evangelii luce esset amplexus, in viam reduceretur. Possunt enim haereses de se

polliceri veritatem, sed exhibere non possunt. Est vero ab illo Catholicæ ei datum consilium, ut eum Scripturæ sensum, qui semper et ubique receptus fuit, amplecteretur, porro privatos omnes et singulares sensus repudiaret; fieri enim non potest, inquit idem, ut privatæ opiniones Catholicum Scripturæ sensum ferant, multo etiam minus, ut inter se consentiant sibique constant. Cum enim non sint isti in eo corpore, quod vivit de spiritu Christi, et ejus perpetuo ductu ac moderamine gubernatur, sed eis aridi palmites a vite Christo præcisi, foras projecti sint, spiritu vertiginis hoc illucque impelluntur et sua commenta venditant cœcis et incautis mortalibus pro verbo Bei ».

*27. Electio Maximiliani in regem Romanorum a Pontifice validata.* — Cum eo progressa fuissent Germaniae mala, ut abdicato Catholicæ dogmate, pleraque provinciæ, nihil jam pene intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil immaculatum refinerent, factumque ibidem esset impiorum ac turpium errorum lupanar, ubi erat castæ et incorruptæ sacrarium veritatis, per opportuno tempore a Deo consultum fuit, ut Catholicus princeps e maxime Catholicæ domo in Romanorum regem eligeretur pridem, quemadmodum alibi retulimus. « Quod Pontifex nominis Februarii coacta cardinalium Congregatione<sup>1</sup> professus est, magno in periculo fuisse, ne Romanorum rex haereticus legeretur, quippe nominatos dicebat, regem Danimarchæ, ducem Saxonie, ac regem Navarræ. Eam rem, si ex sententia contigisset, magnam Christianæ reipublicæ, maximam huic Sedi, cuius Romanorum rex defensor ac tutor esset, ejusque Ensis appellari posset, perniciem allaturam. Dei nos beneficio ab hoc periculo liberatos, electo Maximiliano Bohemia rege ex familia Catholicæ in primis, deque Sede optime merita. Addidit Pontifex, Maximilianum, tum per litteras, tum per oratorem suum polliceri se fidei Catholicæ, hujus Sedis ejusque ditionis defensorem perpetuo futurum, *Præstiturumque debitam subjectionem*, quo verbo in juramento etiam usus est, quod in Moguntini episcopi manibus præstisisset, presentibus haereticis electoribus, eosque eo verbo offensos, neque enim existimarent regem ita juraturum. Quare cum in eo juramento subjectionem pollicetur, multo plus tributum sibi videri, quam si obedientia promitteretur ». Post multa in ejus commendationem expressa, adiecit, misisse ipsum oratorem, qui confirmationem peteret electionis, quæ profecto multis ex causis parum firma validaque censebatur. Primum, quod electores haeretici interfuerint; deinde quod Coloniensis ante suam confirmationem interfuerint, quod ei nullo pacto licet, cum ante confirmationem

<sup>1</sup> Act. Cons. car. Ghis. lit. G.

atque acceptum pallium archiepiscopalem jurisdictionem exercere non possit: quod quedam etiam Coloniensi ipsi circa religionem fuerint objecta, quæ quamvis falsa speraret, ante tamen confirmationem erant cognoscenda. Tertium, ac maximum vitium esse, quod nondum Ferdinandus coronatus esset, atque antehac inauditus esse, duos eodem tempore fuisse reges Romanorum.

Verum hisce omnibus medicabiii dispensatione occurri, longe satis visum est, quod præstaret magis Catholicum habere principem, quam exactam electionis censuram observari, cum majoribus malis amovendis melius subveniret moderatio sinceræ charitatis, quam rigor indiscretæ severitatis. Ideo tum Pontifex ipse, tum ipsi pariter cardinales ad unum omnes censuerunt, ut vitium suppleretur, electioque confirmaretur, ac oratori consistorium daretur: « Itaque sanctissimus », pergit Acta, « mandavit legi litteras Sereniss. D. Maximiliani Hungariae et Bohemiae regis superioribus mensibus in Romanorum regem in oppido Francfordiensi electi ad Sanctitatem suam scriptas, per quas dictam electionem confirmari petebat, quam electionem Sanctitas sua de consilio fratrum approbabil et confirmavit supplendo omnes defecetus; ac insequenti die Lunæ septima Februarii fuit Consistorium<sup>1</sup> publicum, in quo fuit receptus orator Maximiliani in regem Romanorum electi, qui obsequium et reverentiam præstithit quam Sanctitas sua admisit et acceptavit ».

28. *Petitum et laicis conceditur usus calicis in Germania.* — Alia quoque legatio ex arcano gesta est Ferdinando imperatore, atque Alberto Bavariae duce postulantibus, ut usus calicis permitteretur laicis in Germania, utque laici conjugati doctrina et pietate conspicui in iis locis, in quibus cœlibes sacerdotes non sufficerent, ad sacra sacerdotalia Ecclesiæque administrandas admitterentur<sup>2</sup>; ardebat enim laicorum vulgus maxima calicis siti; at quemadmodum hi invidebant calicem sacerdotibus, ita vicissim plures impudicii sacerdotes conjugiis inhabitant, quorum cupiditates magis incendere hæretici adulteratis Concilii Tridentini decretis, quibus finxere datam esse a Tridentino Concilio ducendarum uxorum potestatem, eoque mendacio freti canonici Ecclesiæ collegiati Beate Mariae in emporio Hamburgensi sacrilegas nuptias invere, ac viros duos pios corum impieati resistentes, decanum et alium canonicum, pepulere, quos ab archiep. Bremensi reprimi, atque ad officium redigi xx Julii Pontifex<sup>3</sup> justit, misitque sincera Concilii Tridentini Acta, ut ea typis excudenda curaret. Piissimus vero imperator ac dux Bavariae, et calicem laicis,

conjugatorumque ad sacerdotales ordines admissionem depositabant, cum putarent ex animo, reliquias Catholicorum in pluribus provinciis alia ratione retineri non posse, magnam vero Lutheranorum multitudinem ad Catholicæ religionis castra ex ea indulgentia transvolaturam: quæ postulata<sup>4</sup> ab oratoribus exposita XVI kal. Martii Pontifici fuere. Is vero ingenuit tantam perturbationem temporum inventam esse ab effrenata hæresee licentia, quæ laicorum sacerdotumque munera confunderet, et calicis quidem usum, de quo jam ante in Tridentino Concilio agitatum vidimus, certis legibus indulgeri posse inclinabat Pontifex, qui de eo retulit ad cardinales, ut narrant Acta<sup>5</sup> consistorialia:

« Prima Martii MDLXIV, conquestus est Santissimus Dominus noster de qualitate temporum, referens Patribus imperatorem et ducem petere aliquas concessiones: extant utriusque tum Cœsar, tum ducis gemina litteræ<sup>6</sup> ad Primum Februario mense, et præsertim ut concedatur eorum subditis communio sub ultraque specie, et super hac deputatio facienda est a Sanctitate sua ».

29. Jussit interim, ut omnes invocato Numinе, quid agendum foret a Patre Iuminum exquirerent, ac qui erant presbyteri sacrum de Spiritu sancto per se ipsos, qui vero diaconi, per alios celebrarent, ut missa de cœlis sanctis Dei ipsa sedium suarum assistrice sapientia innotesceret, quid acceptum esset apud illum.

Ferdinandus vero, cum omnem reducendæ Germania spem in eo sitam esse jam crederet, ut et calix permitteretur laicis, et conjugium sacerdotibus non denegaretur, novis etiam litteris<sup>7</sup> Pontificem acrius urgebat, ut postulatis annueret, ac xiv Februarie die has potissimum ad Pontificem scripsit:

« Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine reverendissime: post humilem commendationem filialis observantiae nostræ, continuum incrementum.

« Existimamus supervacancum esse Sanctitati vestre prolixie contestari et comprobare sumnum studii et diligentie ardorem, quo hactenus omni loco et tempore procuravimus, et promovimus commodum, pacem, quietem et unitatem sancte matris Ecclesiæ: siquidem Deus ipse nobis est testis et conscientia nostra, quod in hac parte neque curis neque laboribus unquam pepercimus; imo, et Sanctitati vestre hanc nostram voluntatem optime cognitam et perspectam esse non dubitamus. Eo sane pietatis zelo et honesta intentione moti fuimus, cum proxime celebraretur Tridenti sacram Oœcu-

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sign. num. 134. — <sup>2</sup> Jac. Aug., Thuan. I. xxx. in fn. — <sup>3</sup> Pius lib. brev. sign. 2904. Ep. CLIX.

<sup>4</sup> Jac. Aug. Thuan. I. XXXVI. — <sup>5</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 133. — <sup>6</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3220. Nonæ Febr. et XIII et XIV Febr. Act. Cons. lit. G. — <sup>7</sup> Act. Cons. lit. G. Ms. arch. Val. sig. num. 3221, p. 417.

menicum Concilium, ut ageremus et laboraremus pro concessione calicis, non certe temporalis alieujus commodi aucupandi, seu privati emolumenti et lucri obtinendi gratia, aut etiam quod nos in conscientia nostra, vel minimum scrupulum haberemus de eo quod hucusque, vel in hoc, vel in aliis quibuscumque articulis sensit et observavit sancta mater Ecclesia, sed quia prorsus persussum habuimus, sicuti etiam habemus, hujusmodi concessionem futuram esse utilem in genere, plurimumque momenti allaturam in specie ad reductionem lapsorum et errantium, necnon ad faciendum jam tandem utile principium restauranda unitatis et pacis Ecclesiastice tamdiu frustra expectata et desiderata. Verum quoniam eo tempore nobis relatum fuerat, non deesse qui de hac materia et concessione nonnihil dubitarint, et varia impedimenta injicerent, facile tulimus rem aliquandiu differri, ut possemus interim pro exoneratione conscientiae nostrae de hoc negotio conferre cum nonnullis praecipuis atque potissimum sacri Romani imperii prælatis ac principibus, existimantes, quod præhabito eorum consilio, rectius atque liberius possemus deinde omnibus modis instare et elaborare, ut petitioni nostrae satisfieret.

“Instituta igitur matura et diligentissima deliberatione de hoc negotio, utrum scilicet expeditat hanc concessionem ulterius requirere et urgere, necne, cum dictis prælatis atque principibus Ecclesiasticis, necnon illustri Alberto Palatino Rheni, et utriusque Bavariæ ducis filio, principe et consanguineo nostro charissimo, et dato eis cogitandi spatio, quo et ipsi possent rem cum suis theologis et doctoribus pietate et eruditione prestantibus conferre, prout contulisse non ambigimus, iidem prælati et principes Ecclesiastici, cum intellexissent, nos ad hujusmodi petitionem tam necessariam, tum regnis ac dominiis nostris, tum universæ nationi Germanie inclinatos esse, et statuisse Sanctitatem vestram hoc nomine reverenter interpellare, magnopere collaudato proposito nostro promiserunt, quod et ipsi in hac parte non essent defuturi officio suo, sed obsequenter executuri, quidquid Sanctitas vestra ad filialem et officiosissimam requisitionem nostram dignata fuerit indulgere, concedere atque statuere, et tractaturi, prima opportunitate oblata, hac ipsa de re cum suis provincialibus coepiscopis ac suffraganeis.

“ Posteaquam ergo cognovimus, dictos prælatos et principes Ecclesiasticos a nobis in hac parte non dissentire, et in dies magis ac magis experti sumus, quod summa rei necessitas ulteriori moram non patiatur, ac insper in memoriam revocavimus, quæ reverendissimi in Christo patres domini Joannes sanctæ Romanæ Ecclesiae episcopus Prænestinus cardinalis Mo-

ronus, et Carolus ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiae tit. Sancti-Apollinaris presbyter cardinalis de Lotharingia principes, et amici nostri charissimi, nomine Sanctitatis vestra nobis per episcopum Quinquecclesiensem, tunc Chana diensem, paucis mensibus ante finem Concilii nuntiavere, et quæ reverendus episcopus Pharensis, nuntius Apostoliens, in eamdem sententiam affirmavit, diutius haud cunctandum, sed primo quoque tempore Sanctitatis vestrae benignitatem ac pietatem hisce officiosis litteris nostris implorandam esse duximus, rati non opus fore, quod Sanctitatis vestra molestiam exhibeamus anxia et prolixa enumeratione multarum gravissimarum causarum, (utrumque eas in promptu habeamus) propter quas Sanctitas vestra merito possit pro æterna multarum animalium salute, humili et filiali petitioni nostræ paterne annuere, sed arbitrati sumus sufficere, et gratius quoque futurum Sanctitatis vestrae, alioquin maximis et plurimis negotiis occupatæ, si Sanctitatis vestrae desiderium nostrum simplificiter, et quam fieri posset brevissime proponeamus.

“ Itaque nunc Sanctitatem vestram nostro et prefati illustris generis nostri ducis Bavariæ nomine impensissemus rogamus et obsecramus, ut pro ea auctoritate, quam a Deo Optimo Maximo obtinet, dignetur clementer opitulari tot Germaniae nationis, ac regnum et provinciarum populis, quibus viri Catholici et prudentes judicant, Deo proprio hac concessione calicis optimè consultum iri, quemadmodum nobis plane persinasimus, Sanctitatem vestram pro summa pietate, et juvandæ instaurandæque collapsæ religionis nostræ Catholicae ardentissimo studio, lubenter facturam esse, neque permissuram, ut frustra a Sanctitatis vestra auxilium petitis videamur in re tam necessaria, et ad salutem Christiani populi pertinente, quæ in Concilio tam diligenter ventilata et discussa fuit; præsertim cum jam omnibus constet et manifesta sit ingens utilitas, quæ ex hujusmodi concessione expectanta est. Præterea, habita diligentissima deliberatione cum viris Catholica pietate et doctrina claris ac rerum Germanicarum peritissimis, ex illorum sententia Sanctitatem vestram hac quoque de re certiore reddandam esse censuimus; quodque Sanctitas vestra maximum quoque momentum adferet tam ad conservandas in Germania, ac regnis et dominiis nostris saltem exiguae hasce religionis Catholicae reliquias, quam ad cohendas et extirpandas haereses, et earum auctores, ehucinatores, et propagatores, si non solum modum et rationem aliquam invenerit, qua sacerdotes, qui assertis suis conjugiis se ab Ecclesia separarunt, Ecclesie possint reconciliari, retentis utecumque in contubernio suo assertis illis uxoribus, verum etiam benigne

indulserit, quod in locis, ubi presbyteri in 'eo numero, qui sufficiat, haberi nequeunt, ab episcopis ordinariis viri laici justæ etatis, ac doctrinæ, et vite probatae, ac bona fama ad ministerium altaris et ad alia sacerdotum munia admittantur.

« Quocirca prætermittere non potuimus neque debuimus in tanta rerum difficultate, quin etiam hoc nomine Sanctitati vestrae, omni, quo possumus, studio pro nobis ipsis et pro antedicto illustri et charissimo genero nostro reverenter rogamus et obtestamur, ut postposita omni dilatione, in hoc quoque articulo salutare remedium adhibeat : et cum Sanctitas vestra non ignoret, judicio et sententia tot piissimum hominum tali curatione Ecclesiam Catholicam, divino favente numine, plurimum juvari, et multa animarum millia salvari posse, nequamquam intermitiat eliam Sanctitas vestra in hac parte Apostolicam auctoritatem exercere; hoc ipsum enim tempus est (quod eum debita filiali reverentia dictum volumus) quo Sanctitas vestra id praestare, perficere et assequi poterit, ut nomen ejus in perpetuum celebretur, atque laudetur, ac vere de Sanctitate vestra dicatur : Quid potuit facere, et non fecit vere Pius Pontifex, quo nutantes firmaret, lapsos erigeret, et errantes in gremium Ecclesie reduceret? Profecto Sanctitas vestra in eo factura est rem vocatione et pietate sua dignissimam, quam proculdubio nos ipsi, et omnes pii et Christi fideles in universo Christiano orbe nostris ad Deum Optimum Maximum orationibus pro incolumitate, et felicitate Sanctitatis vestrae jugiter fundendis promerer studebimus; cui, quod reliquum est, filialis nostræ observantie officia reverenter offerimus ac commendamus. Datum in civitate nostra Vienna die xiv mensis Februarii, anno Domini MDCXIV, regnorum nostrorum Romani XXXIV, aliorum vero XXXVIII.

« Quod nos nostro et fratri illustris et charissimi filii nostri ducis Bavariae nomine, a Sanctitate vestra studio unitatis et pacis Catholicæ Ecclesie promovendæ reverenter petimus, id sine negotio et mora concessum iri contidimus: quinimo illis potissimum de causis, quas Sanctitas vestra ex illustrissimo cardinale Morono, et ex oratore nostro intelliget, omnino ita fore pro certo tenemus ».

30. Ad haec postulata ebulandienda a Pontifice, idem imperator Joannem Moronum cardinalem, qui Concilio Tridentino cum summa legali Apostolici auctoritate praefuerat, interpretem adhucuit, ad quem extant haec litteræ<sup>1</sup>:

« Ferdinandus, divina favente clementia, electus Romanorum imperator semper Augustus, etc. reverendissimo in Christo patri, do-

mino Joanni S. R. E. episcopo Prænestino cardinali Morono, amico nostro charissimo, salutem ac benevolentiae nostræ affectum.

« Reverendissime in Christo pater, amice charissime. Posteaquam proximis diebus diuina et matura deliberatione cum viris pii Cathollicis et doctis, adhibita specie a S. D. N. pie ac benignè concessa, tandem, Deo proprio, res in eum locum est adducta quod confidamus, tum Sanctitatis sue voluntati, tum afflictis et turbatis multorum conscientiis probe consultum iri, quemadmodum paternitas vestra reverendissima intelligere poterit: quoquidem rem omnem cum reverendo episcopo Pharense nuntio Apostolico benevole communicavimus, qui haud dubie, quæ acta sunt, ad Sanctitatem ejus referet, adeo, ut nunc in hoc sacro calicis negotio nobis nil aliud restare videatur agendum, nisi quod quædam Brevia nobis a Sanctitate ejus transmissa latius extendantur, et quædam de novo conficiantur: cujus rei curam magnifico, fideli, nobis dilecto Prospero comiti Arehi nostro consiliario et apud Sanctitatem ejus oratori injunximus, eamque nihil plane difficultatis habitaram arbitramur, præsentim si paternitas vestra reverendissima suas quoque partes interposuerit, prout interponi vehementer desideramus.

« Sed alterum illud negotium nobis superest conficiendum de conjugio sacerdotum, quod Sanctitas ejus in ulteriore deliberationem rejectit: est enim illud non minoris momenti, quam concessio calicis, ac diutius nullo modo posthaberi potest nec debet. Quapropter Sanctitatis ejus illud nunc iterum per prefatum oratorem nostrum in memoriam redigendum et reverenter inculcandum duximus, in quo cum paternitatis vestra reverendissimæ opera nobis maxime itidem usui esse possit, paternitatem vestram reverendissimam summo studio benevole hortamur atque requirimus, ut consideratis aquissimis pariter et gravissimis illis rationibus et argumentis quibus ad hanc necessariam petitionem adducti sumus, et pro sua præclarissima erga nos voluntate velit nobis etiam in hac re, tam pia, tamque utili ad recuperandam Ecclesiam unitatem et quietem, auxilio suo adesse, et scienti haec tenet consuevit in rebus omnibus, boni protectoris officium praestare, quemadmodum nobis de paternitatis vestra reverendissime pietate ac benevolentia plane pollicemur. Factura profecto est paternitas vestra reverendissima opus pium et sanctum, Deoque Omnipotenti gratum, atque Ecclesiis in Germania, ac regnis, et domini nostris saluberrimum, quod paternitatis vestrae mutua Cesareæ benevolentiae studiis rependemus, eamdem, quod reliquum est, valere optantes. Datum in civitate nostra Vienna die xvii Junii MDCXIV, regnorum nostro-

<sup>1</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 3220.

rum Romani xxxiv, aliorum vero xxxviii (1) ».

31. Pro Calixtinorum etiam reliquis, que superuerant in Bohemia, in sinum Ecclesie traducendis, idem imperator flagitavit, ut Pontifex permitteret Pragensi archiepiscopo eos ad sacerdotalem ordinem provehere<sup>1</sup>, subjectis legibus in libello supplice descriptis :

« Que postulat a Sanctissimo D. N. Caesarea majestas, tria sunt. Primum quod archiepiscopo Pragensi concedatur, ut Calixtinos, qui antiqua conventa et compactata se servaturos spoenderint, omnibus prius haeresibus abjuratis et ritibus ab Ecclesia Romana dissidentibus, dempto calicis usu, Ecclesia reconciliare possit.

« Secundum est, quod eidem archiepiscopo Pragensi detur, ut Calixtinos jam reconciliatos ad sacros ordines promovere possit.

« Tertium, quod illis consulatur oppidis, in quibus cum unicus tantum sit sacerdos, diversi tamen sunt communicandi ritus ». Et interjectis pluribus de adiungendis Calixtinis, ut profiteantur totum Christum sub qualibet specie contineri, nec utramque speciem necessariam ad salutem, subdit :

« Quod Bohemis id concedi possit, hæc nos persuadent; quia a centum viginti quinque annis in ritu atque more nutriti sint et educati, ut opus per difficile sit ipsos ab instituto more divellere. Diversa autem esset ratio, si denou hæc sibi concedenda peterent. Differunt enim hæc duo ad invicem, si quempiam natura non malum in antiquo more permanentem toleremus vel vetustiorem consuetudinem nulla certa ratione mutari sinamus ».

32. Re igitur a Patribus ac sapientibus viris discussa, consultius visum fuit petitioni calicis assentiri, ut hoc veluti obice submoto, in angulare lapide Catholicae veritatis conveniret Germanorum natio, quamvis istis proprietatibus distinctius emineret. Igitur episcopos nonnullos auctoritate instruxit Pius, ut certis legibus, laicis calicis usum efflagitantibus permitterent; hoc ipsum per oratorem suum postulante Ferdinandum, quod diceret, nolle se ea, quæ juris ecclesiastici, temere attingere, ut ex subiecta formula<sup>2</sup> manifestius comprobatur :

« Sacra Cæsarea majestas dominus noster clementissimus, posteaquam intellexit instantem petitionem suam, quam fecit primum per suos oratores in sacro Tridentino Concilio, deinde vero apud Sanctissimum in Christo patrem

ac dominum D. Pium S. R. et universalis Ecclesia Summum Pontificem, jam tandem exauditam esse, sacrisque calicis usum iis, qui dignæ illum in communione sanctæ Catholice matris Ecclesie petent, posthac minime esse denegandum, existimavit, nunc summam adhibendam esse curam ac diligentiam, ne quod suprema ac legitima Ecclesia auctoritate jam licet, illicito ullo modo ad usum proxime redigatur; quinimo, ne ipsa concessio in sensu non veros a quoquam trahatur, ac ne quod a majestate sua Caesarea pia mente procuratum fuit, et ejusdem Ecclesie ob eam præcipue causam concessum, ut diu frustra exoptata fidelium concordia fieret, schisma majus deterioresque pariat contentiones. Quare tametsi majestas sua Caesarea nihil minus cogitat, quam faciem in messe in S. D. N. cæterorumque episcoporum mittere, quandoquidem probe novit, ac lubenter et aperte profiteretur, quod minime ad principes seculares pertineat de rebus fidei statuere, sed ad Ecclesiasticum ordinem pertineat de rebus fidei statuere, gravioresque religionis et fidei causas ad Apostolicam Sedem sacraque Concilia divina Dei dispositione esse reservatas; verumtamen, ut majestas sua Caesarea, tanquam primogenitus Ecclesie filius, supremusque ejus advocatus ac defensor, omnem suam promptitudinem, assistentiam et auxilium pro legitima executione piæ hujus sacri calicis concessionis seu permissionis ita exhibeat, ut fructus inde, Deo auspice, animabus fidelium salutaris proveniat, visum est majestati sue Cæsareae negotium dare piis aliquot et doctis, pacisque studiosis viris, qui in

Dei nomine ac sancti Spiritus, gratia Dei invocata, diligenter cogitarent, perpenderent, examinarentque omnia; quæ juxta formam jam emanate concessionis sacri calicis, usum illius (quantum humana discrecio, cautela diligentia que assequi potest) fructuosum reddant, deque tandem omnibus, super quibus unanimiter eos convenire contigeret, Cæsaream suam majestatem commonefacerent. Cum itaque ab iisdem Cæsareae sue majestatis mens ac voluntas diligenter fuerit executioni demandata, placuit sue Cæsareae majestati, quæ ab illis sic proposita sunt, cum reverendissimis archiepiscopis et episcopis, quorum provinciae ac diœceses majestatis sue regna, ac inferioris Austriae dominia patrimonialia attingunt, pro sacri calicis dispensatione delegatis tenore praesentium benignè conferre.

« Quoniam vero in hac tota actione unicus majestatis sue scopus est, ut sacri calicis rectus

<sup>1</sup> To. xiv. de Cone. Ext. iu Ms. arch. Vat. sign. num. 3201. —

<sup>2</sup> Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3229. p. 14.

(1) Ferdinandi imperatoris postulationes de usu calicis laicis concedendo non promis tantummodo auribus excipere Pius visus est, ut narrat hic annalista, sed et Bullam dedit in qua re ipsa usum illum permittebat. Itas litteras, desumptas ex schedis cardinalis Granvela additas legimus in opusculo *De la Tolérance des Religions* excuso Parisii apud Anissonium MDCXCI, in-12, pag. 77 addition. Cuinam dirigantur, quanquam ibi non legitur, facile tamen ex eorum serie intelligitur ad cardinalem ipsum Granvellanum Mechlinensem archiepiscopum transmitti; et forte Encyclica erant litteræ ad alios pariter per Germaniam archiepiscopos destinatae, etc.

Hanc deinde Bullam Pius V et Gregorius XIII peculiaribus litteris revocandam censuerunt, ut scribit annalista hic num. 36. MANSI.

usus instituatur, piaque Ecclesiae intentio votum sortiatur effectum, antequam ea exponantur, quæ servanda pii viri consulerunt, nonnulla, sine quibus institutum hoc utiliter executioni mandari minime posse videtur, præmitenda esse duxit.

« Concessioneis hujus fructum, ex confessorum et concionatorum diligentia in primis pendere plane constat: licet autem de salutari peccata confitendi more, quo ab initio Catholica Ecclesia unanimi sanctorum antiquorum Patrum consensu usa est, et modo etiam utitur, non sit presentis instituti ex professo disserere, maxime cum presupponendum sit, sacerdotes conscientiarum presides ac judices divina ordinatione institutos, a confidentibus sacramentali confessionem semper requirere, ac potestate dimittendi refinendique peccata divinitus eis tradita nequaquam abutit, tamen quæ hoc tempore, quo calix populo laico exhibebitur, præcipue introducta et promovenda, ipsiusque confessoribus diligenter observanda videntur, hæc sunt:

« Primum Dei populus ita docendus, exhortandus atque admonendus videtur, ut intelligat sentiatque, Romanam Ecclesiam, sub qua matre ac magistra divisim Ecclesiæ fides Catholica tradita est, nequaquam esse ideo reprehendam, quod in Sacramentorum dispensatione salva illorum substantia ea statuat vel mutet, quæ suscipientium utilitat, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate magis expedire judicari, quinimo potestate sua rectissime et piissime usam esse.

« Videtur insuper populum ita docendum, exhortandum atque admonendum esse, ut in sanctissimo Eucharistiaæ Sacramento sub qualibet specie totum et integrum Christum contineri et sumi conformiter credat, et quod ad fructum sacramenti attinet, nulla gratia necessaria ad salutem defraudari eos, qui unam speciem solam accipiunt, ideoque asserentes sub una panis specie integrum Christum non sumi, quæ ac docentes, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiaæ communionem, a piis fidelibus Ecclesiasticae unitatem servantibus esse rejiciendos. Piisque pariter ac prudentibus confessoriis faciendum erit pro viribus, ut quisque sentiat, quod si ad communionem accedet, nisi integrum atque inviolatam eam teneat et credit fidem, quam Sol Justitiae Christus Deus docuit, Apostoli, et Beatus Petrus, ejusque legitimi successores tradiderunt, et prædicta Catholica, Spiritu sancto suggesterente, Ecclesia perpetuo retinuit, reum cum esse Corporis et Sanguinis Domini, judiciumque sibi manducare et bibere.

» Et quoniam Cæsarea majestas non sine dolore intellexit, esse in dominiis ac regnis

ejus, et præsertim in Austria, qui conquerantur, nesciut qua incuria, sacerdotes in aliquibus locis, ut plurimum, omnes qui ad confessionem accedant, publice et illorum facta, quasi in corona audire, ac mox deinde absolvere, ideoque non posse singulos omnia peccata mortalia, quibus si conscientiæ sue latebras diligenter prius explorant, Deum suum mortaliter offendisse animadverterent, apud solum sacerdotem secreto confiteri, salutaria super inde consilia querere, ac per absolutionem postmodum a peccatis relevari, arbitratur majestas sua, Catholicum apprimeque pium contentum zelum fovendum esse.

« Quare ut sacerdotum omnium, in primis autem dominorum ordinariorum hac in re diligenter merito requiritur, remediumque ab eis sedulo expetitur, ita etiam confessores omnes in ejusdem sua majestatis dominio degentes seriose videntur præmonendi, ut in privatis secretis confessionibus audiendis prudenter se gerant, iuxtaque captum confidentium, quorum omnium et singulorum una atque eadem non est ratio, procedant, tandemque cui vel lac vel solidus cibus convenient, lac solidumve cibum pie prebeant, caveantque perdiligenter, ne theologalibns difficultibus aliisve occultis mysteriis captum confidentium excedentibus (quæ omnia inutilium disputationum, unde haereses etiam, proh dolor! ortæ sunt, multorumque deinceps discordiarum causa et fomentum extiterunt) confidentes deterrent, vel a sacra communione, quæ digne sumentibus medicina semper est salutaris, arecant aut expellant, sed rite omnia tractantes, incorrupteque disponentes, Dei gloriam atque animarum salutem dumtaxat se querere ostendant.

« Et postequam legitima Catholicae Ecclesiæ auctoritate provisum quoque est, ut in recipiendis ad Ecclesiae unitatem et gremium lapsis vere pœnitentibus de rigore canonum remittatur, videtur, tam reverendis ordinariis, quam ceteris sacerdotibus prudenter maximaque cum circumspectione agendum esse, ut non modo præstanter atque exigantur (ubi tamen de lapsis notoriis ac scandalosis agetur), que in ipsa concessione pro disciplina Ecclesiastica conservanda pie sunt expressa, verum etiam cum promiscua plebe, quæ ignorantiae vitio, vel errorum tenebris obducta, vel in erroribus nata atque hactenus educata fuït, tanta cum charitate procedatur, ut ea ipsa erroris sui a confessore suo diligenter admonita, ac desuper munere sacramentalis absolutionis accepto, in foro conscientiæ plane tuta, et in unitate Ecclesiæ constituta ad communionem admittatur: efficientaque pii sacerdotes, ut quæ pro rerum, locorum, personarum et temporum conditione ad Dei honorem pœnitentiumque utilitatem expedire cognoverint, ea ipsos prudenter im-

plevisse constare possit. Denique in confessio-  
nibus et in concionibus ita se gerant, ut obser-  
vantiam conditionum, quæ Sanctissimi domini  
concessioni, pro sublevandorum conscientia-  
rum studio insertæ sunt, Christianis exhortatio-  
nibus et sua doctrina efficaciter ac suaviter in-  
troducant.

« Superest de illis loqui, quæ suæ Majes-  
tati a sæpe nominatis viris pro sacri calicis  
administratione pientissime proposita fuerunt.

« Sanguis Domini nostri Jesu Christi, non  
aliter ex calice præter formam in Ecclesia per-  
petuo usitatam administrandus esse videtur,  
calicesque plures et capaciores antea conse-  
cratos omnibus rite illum appetentibus exhibi-  
beant.

« Ac ne schisma inter fratres ullum oria-  
tur, quinimo, ut ex hac sacri Concilii et Aposto-  
licæ Sedis gratia et concessione illud obtineat-  
ur, quod pii viri jam multum diuque in votis  
habuerunt, nempe, ut vinculum charitatis sar-  
ciatur ac conservetur, atque ut omnes in sancta  
unitate unius Catholice et Apostolice Ecclesiae  
unitale, non modo uno et eodem ore Deum glo-  
rificant, sed unum atque idem esse exterioribus  
quoque signis dignoscantur, pie arbitrali sunt,  
sincereque consuluerunt, ministrorum, tem-  
plorum, et altarium differentiam prorsus tollen-  
dam esse, pariter etiam prius et posterius in  
re tanti momenti, omnino esse evitandum :  
quare omnes tam sub una, quam sub ultraque  
specie communicaturi indiscriminatim ad com-  
munionem accedere debere, hoc tamen ordine  
omnino observato, ut sacerdoti Catholico, qui  
Corpus Domini sub specie panis præbet in me-  
dio altaris existente, levita, vel alius sacerdos  
Catholicus ministrans et dextro altaris cornu ca-  
licem sacram, et sinistro vero et infra altaris  
gradus æditus, vel aliquis alius honestus lai-  
cus meram ablutionem vini non consecrati,  
quemadmodum hactenus in usu fuit, porrigit,  
ita ut ii qui unica specie contenti esse volent ad  
illum, puta ædituum solum, qui vero sub ultra-  
que communicare maluerint, etiam ad sacram  
calicem sese conferre queant.

« Ne vero Christi oves esuriant neve par-  
vuli panem pelant, et non sit qui frangat eis,  
præmitendum consuluerunt piam aliquam po-  
pulo exhortationem, præsertim in publica et  
frequenti, communione in lingua vernacula,  
verbis tamen ejusmodi conceptam, ut populus  
summatim ex ea de essentialibus ad doctrinam  
fidei sanctissimæ Eucharistiaæ sacramenti atque  
ejus fructum instruatur doceaturque, tum illos  
qui sub altera, quam qui sub ultraque communi-  
ciant, utrosque Carne et Sanguinem Domini  
integre ac rite sumere, atque, ut juxta, Pauli  
sententiam, manducans non manducantem con-  
temnere non debet, ita bibenti, ne contemnat  
non bidentem, cavadendum erit : et quemadmo-

dum per varietatem hujus ritus fides aut re-  
ligio minime variatur, ita debere omnes sol-  
licitos esse servare unitatem spiritus in vinculo  
pacis.

« Simili modo, quandoquidem rudes homi-  
nes mentem a terrenis haud facile evocant ad  
animos in gratiarum Dei actionem et laudem  
exitandos, possent post communionem, hymns  
aliquis vel psalmus, cum responsorio in-  
stituendo convenientes, et ab episcopo diligentie  
examinatione premissa approbat, vulgari lin-  
gua decantari.

« Super his autem omnibus expressa domi-  
norum ordinariorum diligentia requiritur in  
visitacione bis aut semel saltem in anno per  
universam diœcesim per Catholicos prudentes,  
doctos et Dei gloriam querentes, non avaros,  
non in fide dubios imperitosque homines, insti-  
tuenda executione demandanda. Certe alio-  
quin in die tremendi judicii de manibus eorum  
animæ sibi subditorum requirentur, sentiente  
que se hominibus et Deo potissimum discipli-  
cuisse.

« Hæc sunt pia illa salutariaque consilia,  
quæ ut Cæsareæ suæ majestati sincere exhibita  
ac proposita sunt, ita sæpenominatis reverendissimis prælatis, concessioni tamen Apostolice  
Sedis sacrique Concilii innitendo, benigne signi-  
ficanda esse duxit; non ut eorumdem munus,  
quemadmodum etiam superius tactum est, sibi  
usurpare, aut quidquam contra boni imperato-  
ris, ac privilegiorum Ecclesiasticorum defenso-  
ris officium attentare unquam cogitaverit, sed  
ut protectionis atque assistentia suæ Cæsareæ  
studia, cum Apostolice Sedis sacrique Concilii  
studii pie conjuncta esse sæpenominati reverendissimi episcopi omnino sentiant, ac quid  
eis liceat pariter, et quid expediat perpendant,  
certumque habeant, majestatem suam Cæsarea-  
ram in executionem premissorum ita effectu-  
ram, ut favor et auxilium majestatis suæ eis  
nunquam desit.

« Hæc omnia majestas sua Cæsarea, tum  
reverendissimo domino Zachariæ Delphino episco-  
po Pharense Sanctitatis sue nuntio, quam  
caeteris prenominatis archiepiscopis et episco-  
pis, benigne significare voluit.

« Copiæ autem majestas sua Cæsarea hoc  
pium et saluberrimum negotium sine omni dilata-  
tione per reverendissimos dominos archiepiscopos  
executioni demandari. Ubi sane majestatis  
sue Cæsareæ judicio curandum erit, ut etiam  
suffraganei episcopi ab archiepiscopis subdele-  
gandi, nihil difficultatis faciant, neque moras  
nectant, sed cum ipsi talia per se soli passim  
per universam diœcesim suam præstare non  
possint, mox hujusmodi facultatem prælatis,  
decanis, ruralibus parochis, prioribus, guar-  
dianis, seu aliis monasteriorum præpositis tri-  
buant, eosque de iis omnibus, quæ supra scripta

sunt copiose edoceri current, et Deo propitio hoc institutum ad Dei gloriam et salutem, quietem et unitatem Ecclesiae, ac Germaniae, regnorumque et dominiorum majestatis sua Cæsareæ, jam tandem perficiatur, quemadmodum majestas sua Cæsarea futurum sibi plane persuasum habet, atque id Cæsarea sua benevolentia pariter ac benignitate lubenter recognoscit. Decretum per majestatem suam Cæsaream die xi Junii, anno Domini MDLXV ».

*33. Legatio Germanie cardinali Morono demandata.* — Ut autem Germanie rebus majori, tum præsidio, tum dignitate consuleret Pontifex, Joauem cardinalem Moronum nuper Tridentina legatione gloriose perfunctum, ac Cæsari maxime acceptum, legatum in Germaniam decreverat<sup>1</sup>, amplaque illum instruxerat facultate, quo validius haereticis posset resistere, eorum fraudes pandere atque argutias elidere, libros omnes haereticorum legeundi et apud se retinendi, jussusque fuerat imperatoris ac Bavariae ducis animum prudenter lenire, ut postulationibus modum ponerent, ne injusta forte conniventia ea populis concedi optarent, que in illorum verterent perniciem, quibusve non erigeretur lapsus, sed in ruinam magis impellereatur, quale propemodum fuisse sacerdotum conjugium, atque alia hujusmodi. Cum autem gravis suspicio esset oporta, ne Protestantes legati Pontificis adventu percursi bellum civile conflarent, ad aliud extrahi tempus legationem visum est, atque ut habent Acta Consistorialia<sup>2</sup>: « XIV Aprilis Sanctissimus fecit verbum de dilatatione protectionis reverendissimi domini Moroni legati in Germaniam, eo quia Ferdinandus serenissimus metuebat, ne tumultus Protestantium oriretur, si id suis litteris peteret; dixit tamen sperare, brevi tempore majestatem suam, non solum legati protectionem non agre latram, sed etiam magnis precibus postularam. Et multa in hanc sententiam locutus est; se quidem, si fieri possit, pro Christiani populi salute centies quotidie mortem appetitum, neque privati commodi rationem ullam, sed publicæ tantum utilitatis habiturum ».

*34. Antistes Germanie ad Concilium Tridentinum recipicendum extimulantur.* — Interea<sup>3</sup>, ut Tridentina decreta a se confirmata per totam Germaniam promulgarentur simul ac recipi rentur, Ecclesiasticos S. R. imperii electores, pluresque alias Germanie episcopos suis extimulavit Epistolis; et quoniam de Friderico designato Coloniæ, archiepiscopo incommoda quedam dubiae fidei spargebatur fama, isque, cognito quod sibi objectum erat crimine, suam innocentiam Pontifici asservare studuisse, Pon-

tifex gravi Epistola illum admonuit, ut publicum intemeratae fidei documentum ederet, Catholicam palam fidem asserendo, ac simul haereticos e sua provincia strenue eliminando.

*35. Caloris concessio videtur dare, saltum ad tempus, aliquam spem fidei redintegrandæ in Germania.* — Jamque latior affulgere spes visa fuerat fidei Catholicæ Ialui in dies per Germaniam propaganda, quod nova illa calicis permissione, plurimi Viennæ ejuratae haeresi, cum Ecclesia sancta in gratiam rediissent, ac Pontifex, cum in Consistorio de Ferdinandi imperatori ageritidine verba esset facturus, mestitiam ilitius nuntii hoc alio consolationis pleno temperavit. Asserunt enim Acta<sup>4</sup>:

« Roma die Veneris xiv Julii fuit Consistorium : Sanctissimus fecit verbum de infirmitate serenissimi Ferdinandi in imp. electi, et mulla de ejus laudibus dixit, et in Christianam religionem pietate.

« Dixit, ipsum maxima cum instantia petiisse, ut Germanice nationi et statibus patrimonialibus communie sub ultraque specie cederetur : id nisi fieret, brevi fore, nt illarum regionum viri, non solum haeretici, sed etiam infideles fierent, hanc concessionem, remedium tanto malo futuram : hanc petitionem factam ab imperatore communicato consilio cum principibus Catholicis Germanie episcopis et electoribus, ideo Sanctitatem suam, quamvis a rebus novis semper abhoruerit, non libenti animo, sed necessitate coactam, ut tantis malis remedium adhiberetur, de consilio quorundam cardinalium secreto per Sanctitatem suam deputatorum, ac quorundam prælatorum, qui Concilio interfuerunt, facultatem dedisse quibusdam episcopis hanc concessionem faciendi, quibus tamen non dederat facultatem præcisam concedendi usum calicis, sed ita demum, si exposita ab electo in imperatorem vera esse reperiantur, et cum conditionibus de quibus in facultatibus; se sui consiliis rationem nunc reddere voluisse, et certiores nos facere. Ex litteris<sup>2</sup> nuntii Delphini accepisse, Viennæ maxima cum laetitia illius populi usum calicis receptum fuisse, et cum laude et gratiarum actione erga imperatorem et Sanctitatem suam, et duas ex tribus partes ex Lutheranis et suspectis illius civitatis post hanc concessionem resipuisse, et se Catholicos declarasse, quodque idem speratur fore in aliis civitatibus ».

*36. Verum brevi spes illa fluorescentis fidei evanuit; ac cum nullus deinceps profectus haberetur religiosus, imo contumaciori animo Lutherani in suis haereticis defigerentur, multaque in dies graviora orirentur incommoda, B. Pius Quintus, qui immediate in Pontificatu Pio IV successit, ac Gregorius postmodum XIII*

<sup>1</sup> Jo. Frane. Firman. Diar. lo. xt. Ms. arch. Val. Lib. brev. sig. num. 2008. Pii IV. Ed. CXXXV. — <sup>2</sup> Act. Cogg. ubi supra lit. G. Pius IV. lib. brev. an. 5. Ep. xl, xli. — <sup>3</sup> Ibid. Ep. xxi et Ep. CXXXVII.

<sup>4</sup> Act. Consil. sig. 131. p. 390. — <sup>5</sup> Aug. Ep. XXXII.

concessionem illam penitus revocarunt, servatumque a pluribus seculis usum sub altera tantum specie communicandi laicos restituerunt.

37. *Pius Ferdinandi obitus: turbido initia imperii Maximiliani successoris.* — Ferdinandus vero imperator, cum morbo, quo aliquantulum fuerat levatus, iterum affligeretur, VIII kal. Augusti placidissime efflativ animau hora 23, cum antea tam liberis quam generis, qui lectulo circumstabant, praelata precepta et consilia dedisset, in primisque Maximiliano, quem hortatus est ac rogavit, ut perennem se religionis Catholicae defensorem ac vindicem præberet. Hoc accepto nuntio, Pontifex<sup>1</sup> cardinales de imperatoris morte certiores fecit :

« Die v Augusti MDLXIV, fuit congregatio generalis, in qua S. D. N. conquestus est de obitu serenissimi D. Ferdinandi regis in imperatorem electi, qui obiit die xxv Julii maxima cum pietate, cum omnia Sacraenta suscepisset, et multa dixit de ejus laude, et de jactura Christianae reipublicæ, quam sperabat per serenissimos ejus filios, et præcipue regem Maximilianum resarcitum iri. Fecit verbum de ejus exequiis peragendis, et quod missa cantaretur per cardinalem, et geret sermo, quanvis non esset de more, et quod illius memorie amplissimi honores haberentur : et deputati fuerunt ad hoc reverendissimi Moronus, de Araceli, Sabellus et Borromæus. Fuit deputatus reverendissimus dominus cardinalis ab Altæimps legatus ad Maximilianum Romanorum regem ».

Explicuisse Ferdinandum in extremo vita actu plurima virtutum exempla scriptis Pontifici Matthias Cithardus Ordinis Prædicatorum, qui morienti adstiterat, ut ex Pii<sup>2</sup> ad eundem religiosum virum responso constat : « Litteræ tuæ, quibus commemorasti singularem Ferdinandi Romanorum imperatoris electi in ferenda diuturni morbi molestia patientiam, tunc sumnam pietatem et religionem, quam is in obitu declaravit, dolorem, quem amissus primogenito nostro cepimus, non parum consolante sunt, etc. xix Augusti MDLXIV, anno v ». Solatus est aliis litteris<sup>3</sup> Maximilianum electum imperatorem de obitu Ferdinandi parentis, quem Deus e mortal vita ad immortalem evocarat, ut illi pro laboribus in asserenda fide Catholica susceptis, felicioris imperii æternitatem conferret. Mariam etiam Hungariae et Bohemiae reginam, neconon Ferdinandum archiducem Austriæ, Albertum ducem Bavariæ, eo eas afflictos sacris consolatoris verbis permulsi. Porro Maximianus a religione ac pietate imperii sui exordia auspiciatus est, ut retulit Pontifex<sup>4</sup> in cardinalium senatu :

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. 134, p. 389. Schard. Ep. rer. gest. sub Ferd. Busaeq. Ep. iv. Istrian. hist. Hungar. l. xxi in fin. — <sup>2</sup> Pius IV. lib. brev. sig. num. 2984. Ep. 32. — <sup>3</sup> Ib. Ep. 101, 51, 100. — <sup>4</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. 134, 387.

« XVIII Augusti MDLXIV, fuit congregatio generalis, in qua S. D. N. communicavit reverendissimus DD. cardinalibus, quæ ex litteris nuntiis habebat de successu rerum Germaniae, post obitum serenissimi Ferdinandi in imperatorem electi, et bonam spem, quam habebat de novo rege Romanorum, qui cum fratribus suis pietatem et religionem paternam imitaturum præ se fererat ».

Turbida fuere initia imperii Maximiliani ob Joannis Transylvaniæ principis in Hungariam irruptionem<sup>1</sup>, qui secum auxiliarem Turcarum exercitum traxit. Pepigerat ille ante a cum Ferdinandando inducias, quo extinto, eas solutas ratus, cum se Solymanni Turcarum imperatoris beneficio et auctoritate Hungariæ regem diceret, contracto raptim exercitu Sachonar oppidum in finibus Pannoniae inferioris munitissimum militari astu cepit; nam vespere qua hora armenta in oppidum reducebantur, submisit milites, qui post terga boum maximam pulveris nubem concilarent, ne ab oppidanis dognoscerentur: ita una cum armentis oppidum ingressi custodes repente adorti trucidarunt, eademque celeritate in apertis arcis portas insiliere, antequam praesidiarii se colligerent; inde Hadandum, Arivanum Pannoniae oppida cepit, ad Unguarum vero cladem a praesidiariis Germanis acceptit, quatuor millibus amissis ex repellente glandium missilium procella, cum proprius ad exploranda moenia accessisset. Submissus vero mox cum copiis a Maximiliano Lazarus Suedius, ut Hungariæ opem ferret, Toccaium et Serenschiūm oppida cepit, desertumque ab hoste Sachamar instauravit. Pellectus est in societatem hujus belli Turca, qui, ut pro comparando exercitu tempus acunparetur, de redintegrandis inducias cum Maximiliano egit, ut pacis expectatione illusum atque imparatum adoriretur, de quo rerum successu Pontifex<sup>2</sup> senatum certiore fecit, seque ad ferendam opem Maximiliano, et conjungendos mutuo fœderare in Turcam principes studia omnia conservarum significavit.

« Die Veneris vi Octobris MDLXIV, fecit verbum de inducias fractis a Transylvano, qui quædam oppida Maximiliani in imperatorem electi occupaverat, et de dubio, quod bellum futurum esset in illis partibus inter Maximilianum et Turcas, quod si hoc occurreret (quod Deus avertat) cogitandum erit de auxilio ferendo eidem regi et uniendis principibus pro Christiana republica, quibus rebus pro viribus Sanctitas sua se non defuturam affirmavit ».

Licet vero Turca<sup>3</sup> de instaurandis inducias missis Marco Zibinensi ageret, tamen Maximianus Turcicarum artium non ignarus, ad bellum

<sup>1</sup> Natalis Comes l. xiv. — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sign. num. 134, p. 390. — <sup>3</sup> Natal. Com. l. xiv.

strenue se accinxit, ac ne auctor belli, vel pacis osor videretur, suis edixit, ut ab injuriis in Turcam inferendis abstinerent, de bellico vero, quem instruebat, apparatu Pontificem fecit certiorem, qui haec retulit in cardinalium senatu: « Communicavit (inquit Acta<sup>1</sup>) Sanctas sua sacro Collegio apparatus, quos comparabat serenissimus imperator adversus vaivodam Transylvaniæ». Addunt Acta<sup>2</sup> de pia Maximilianu erga Pontificem observantia:

« XV Decembbris retulit se habuisse litteras serenissimi imperatoris, et ipsius fratribus, quas attulit episcopus Vintimiliensis, quibus significabant, velle continuare in devotione et obedientia erga Sedem Apostolicam et suam Sanctitatem.

38. *Maximilianus conjugium sacerdotum petit a Pontifice, sed patitur repulsam.* — Refert Jacobus Augustus Thuanus<sup>3</sup> Maximilianum Cæsarem per Prosperum comitem Arcensem dedisse ad Pontificem litteras quarto kal. Decembbris, quibus postulabat, ut de severitate Ecclesiastica permisis sacerdotum conjugii remitteretur in Germania et Hungaria; non enim calicis concessionem optatum fructum afferre posse, nisi penuria sacerdotum laborantibus provinciis ea in re subveniatur: subjungit ille, additam fuisse succinctam argumentorum pro sacerdotum matrimonio contra cœlibatum enumerationem cum mandato, ut brevis ille commentarius cardinalibus communicaretur. Mox argutias hæreticorum agglomerat, utroque Testamento sacerdotibus uxores permitti, Apostolos, paucis exceptis, conjuges habuisse, nec constare post vocationem iis præceptum, ut se ab uxoribus separarent, in prima Orientali et Occidentali Ecclesia usque ad tempora Calixti sacerdotum conjugia libera ac licita fuisse: consuluisse Dionysium Corinthi episcopum Pinyo suffraganeo, ne cœlibatus onus fratribus imponeret; Paphnutium in Nicæa Synodo dixisse, non esse præbendam sacerdotibus occasione scortationis vctito conjugio. Dein digressus ad calumnias addit, vix inter multos sacerdotes unum reperiri, qui castum cœlibatum præstet, omninoque fere esse publicos scortatores cum animarum discrimine et populorum offensione; quæ venena ex rapsodo hæretico exsuxisse videtur, qui semper hæreticorum causa: auctorem hostemque Catholicorum se in suis historiarum libris profitetur. Refelluntur vero facile eæ argutiæ a sanctis Patribus, nam in prunis veteres sacerdotes, quo tempore ministrabant in templo, colebant castitatem, cum itaque augustius sit sacerdotium Evangelicum, in quo non vitulus, sed Filius Dei immolatur, eo magis a sacerdotibus colenda est castitas,

quare Ambrosius<sup>4</sup> sensit in cap. iii Ep. prioris ad Timoth. « Omnes a conventu feminæ abstinere debere, quia necesse est eos quotidie presto esse in Ecclesia, nec babere dilationem, ut post conventum legitime purifcentur». Quod ait Lutheranus in Novo Testamento permitti sacerdotibus conjugia, nullus unquam expressus textus ab hæreticis de ea re asseri potuit, immo contrarium ex Apostolo elicitor, qui enim bigamum non admisit continentem, multo minus conjugali muneri operam dantem: inquit enim Syriacus<sup>5</sup>: « Scriptum est: Unius uxoris virum. Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram», et Hieronym. in Epist. ad Pammachium: « Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes, episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici», et Epiph.<sup>6</sup>: « Ecclesia liberos gigantem unius uxoris virum non suscipit, sed eum, qui se ab una continuit, aut in viduitate vixit». Quis vero usus fuerit utriusque Ecclesie<sup>7</sup>, ex Traditione, et Concilii, et sanctis Patribus constat. Certe Nicæna prima Synodus canone 3. id nitide interdixit. Cæterum Maximilianus non absolute petierat permissi conjugia sacerdotibus, sed ut conjugi ad sacerdotium in iis locis, in quibus penuria erat sacerdotum, admitterentur, quod permisum aliquando refert Epiphanius<sup>8</sup>, « Propter multitudinem, cum non inventiret ministerium». Quod ad Thuanii et hæreticorum calumnias attinet, omnes fere sacerdotes scortatores esse, optandum summopere esset, ut ne unus quidem hujusmodi inveniretur, et quamvis hierarchiam Ecclesiasticam angelica feliciori haudquaquam præsumamus, de qua scriptum est<sup>9</sup>: « Qui serviant ei non sunt stabiles, et in Angelis suis reperit pravitatem, quanto magis hi qui habitant domos luteas et terrenum inhabitant fundamentum? fidentius tamen cum Scriptura dicam: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal, quod cuique intueri probatos tot sacerdotum mores facile apparet. Quod si Thuanii atlate obsoletior fuerit sacerdotum vita in Gallia, in qua tunc ille scribebat, nunc probitate ornatiior est, ut Apostoli verba repelantur sint, <sup>10</sup> Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia, etenim hoc sæculo disciplina Ecclesiastica maxime refloruit in sacerdotali ordine, tenebile sceptrum Gallicum Ludovico XIV, qui cum probe nosset religionem firmamentum esse regnum, flagrantissimo pietatis ardore Jansenistarum hæresim nascentem ab Iunocen. X et Alexandro VII damnatam celerrime præfocavit, tum animum regium ad

<sup>1</sup> Act. Cons. ubi supra. — <sup>2</sup> Act. Cons. sig. num. 134. p. 392.  
— <sup>3</sup> Jac. Aug. Thuan. I. xxxvi.

<sup>4</sup> Ambr. in c. 2. Ep. prioris ad Tim. — <sup>5</sup> I ad Tim. c. 3. Syric. in Ep. ad Iun. Taur. in Ep. c. 7. Hier. in Ep. ad Pammach. c. 8.  
— <sup>6</sup> Epiph. hær. 59. — <sup>7</sup> Baron. in Annal. c. 3. — <sup>8</sup> Epiph. ubi sup.  
— <sup>9</sup> Job. IV. — <sup>10</sup> Ad Rom. xi.

evelendam radicem Calvinisticam hæresim adjectum, mirasque sapientia politica artes in ea extingueda explicit : etenim hereticos honorum, officiorum et nobilitatis titulis exxit, plura tempora perduellibus extructa temere, everti jussit, composita cum externis hostibus pace, exercitum fortissimum ad regios nutus paratissimum, profusis militaribus stipendiis sustentavit, moventes arma impios compescuit, seditionum auctores sustulit; ingentem præcolum Evangelicorum multitudinem, sumptu regio sustentatam, ad fidem orthodoxæ veritatem in luce et omniū oculis collocandam per hæreticas urbes et infecta oppida dispersit, denique pluribus centenis millibus animarum ad religionis cultum snauissima providentia revocatis, adeo ut in aliquibus urbibus conversi recenter ad fidem singulari pietate delibuti in Catholicorum civium amplexus irruerent, ac lætitia lacrymas oculis exprimente felices se profiterentur.

39. Cæterum, ut redeat oratio unde digressa est, objecta ab hæreticis in Catholicos sacerdotes crimina reforquet præclare Surius in hæreticos, ut discant prius trabem ex oculis suis tollere, qui festucam in oculis Catholicorum contemplantur : « Valde offenduntur », inquit Surins<sup>1</sup>, « isti puri Evangelici impura vita quorundam in clero Catholicō, et eam vehementer traducunt apud indoctum vulgus. Sed sunt ex nostris, qui quandoque in tabulas quasdam visitatorum istorum Evangelicorum inciderunt in iisque plura et deteriora a conjugatis concessionatoribus adulteria perpetrata legerint, quam possint apud Catholicos in tam vasto orbe scortatores reperiri. Quidam Lutheranicus sacerdos mirabilis fraude adeptus parochiam quamdam uxorem duxit; ea cum novello marito jam minus arrideret, toxicu ab illo perimitur, ut novis nuptiis via sternetur. Interrogatus cur tantum admisisset facinus? respondit, conjugium in Lutheranis sacerdotibus non restinguere vagas libidines. Lutheranis id posset exemplis doceri, ut maxime quoque reprehendendi videantur, qui hodie Catholicis volunt permitti conjugia sacerdotibus contra omnia omnium sæculorum et ætatum exempla. Non frænatur libido libidinii indulgendo, sed graviter potius reluctando, et piis studiis perpetuo vacando ». Hæc vero est ratio cur Pontifex conjugatos ad sacerdotium non admiserit, quod curis conjugalibus implicit, qua pars est sanctitate munus sacerdotale administrare non possent, cum etiam Apostolus conjugatos abstinere ad tempus jusserit, ut vaccent orationi, eam vero controversiam Concilio Tridentino, petentibus Ferdinando Cæsare et Alberto Bavariæ duce, agitata fuisse, nec aliquid innovandum visum esse diximus. Num vero

spes aliqua conversionis Lutheranorum ex ea concesione affligere potuit? nulla pro rursus potuit, cum hæretici Pontificum et Conciliorum concessiones aspernentur, et in contrarium semper tendere ex cœco furore velint, edociti ab Luther<sup>2</sup>, qui referente Jodoco Coccio ita scribit : « Si Ecclesia per Concilium aliquod, facto decreto Ecclesiastico, contrahendi matrimonii uxori remque ducendi libertatem concederet, tum se potius dissimulaturum et crediturum, quod is homo potius in gratia Dei esset, qui toto vitæ sua tempore unum, duo, vel tria scorta haberet, quam alius quispiam, qui secundum Concilii definitionem uxorem diceret, imo edictorum se ait sub poena salutis amittenda, ne quispiam hujusmodi Concilii permissione uxori diceret, sed tuin primum, vel continenter viveret, vel si id esset impossibile, in sua scortatione, si meretricem haberet, non desperaret ». Quisquis Lutheranus desperatissimi hominis omnia in despectum Ecclesiae molientis, sectariosque in exitium impellentes sceleratissima verba perpenditer, omnino eum, ne sponte in inferos præcipitet, deserturus est.

40. *Concilium Tridentinum opera cardinalium Commendoni et Hosii in Polonia recipitur.* — A Germanicis rebus ad Polonicas digredimur. Cum in Poliam Commendonus, ut anno superiori retulimus, pervenisset, prima hujus anni die ad regium colloquium privatum admissus, animum regis ad pietatem ac in fide Catholica constantiam sedulo inflammavit docuitque : subversa religione regni fundamenta subverti ac labefactari; adim regibus vires, ac tradi multitudini, et seditionissimo ac audacissimo cuique adjungi. Excitabat præterea regem<sup>2</sup>, parentis sui summi viri ac regis in propulsanda hæreticorum peste diligentia ac pietas; interdum vicinæ Germaniæ, et tum maxime flagrantis Galliæ ruinas cladesque memorans, ut ex alienis malis utilia sibi exempla caperet, hortabatur. Jam sex abhinc annis in Varsaviensi edicto pie et prudenter comperisse regem, quorsum hæc errorum colluvies tenderet : nec ambigere Pontificem Maximum majori tum pio ardore pro fide Catholica ipsum urgere, cum et majores in dies seditiones ex reverent in regno, et Ecclesiastici ordinis oppressio in immensum invaluerit, accepta præcipue occasione ex distorta Petricoviensis edicti interpretatione, ex qua inumeros, qui irreperserant, abusus cum Commendonus enumerasset, rex gratiis primum Pontifici actis, magnam ex tunc existimationem de Commendono suscepit, ac multa salubria in republica hortatu atque consilio ejus acta, multa, quæ evertendæ pietati fuissent, rejecta sunt.

<sup>1</sup> Luth. tom. II. Germanico fol. 214. Jodocus Coccius Julian. c. to. II. concil. I. VIII. ar. 6. — <sup>2</sup> Grat. in Vit. Com. I. II. c. 8. Ep. ad card. Bor. III Jan. in Reg. Ep. Com. Ms. Barb.

<sup>1</sup> Sur. in Com.

41. Nolla tamen major Commandonum urebat enra, quam ut Ecclesiasticos præsules inter se dissidentes conciliaret. Res erat maximis difficultatibus implicita, quod externa specie amicitia et benevolentia præferebatur, odium et obtestratio vigerent in occulto: perfecit demum hortando obtestandoque singulos, ut communem causam communibus consiliis agerent: non se, non dignitatem suam pertinaci discordia proderent, ad eamque evertendam gradum aditumque ipsis hereticis panderent. Et quamvis imbutis prava æmulatione atque invidia animis mederi plane non potuerit, id tamen est assecutus, ut alios adjnugeret sibi, alios verecundia obstrictos contineret, aquibuscus et erectioribus ad omnia uteretur.

42. In tam acerba rerum Polonicarum jactura, quando lumina, ut cum Petro Apostolo loquar, qua in calligino loco lucere debeant, muluis inter se obscurabantur dissensionibus, quid putandum de reliquo populi statu? talibus enim ducibus, quænam possit infelix plebs nullis instrueta disciplinis, omnibus exposita erroribus, vel bona capessere, vel mala vitare? cum in regno illo<sup>1</sup>, velut in cœnosō gurgite undequaque confluentes hereticī immergerentur, quorum doctrinis nobiles æque ac plebeis seducti in portentosa prolabebantur flagitia, nec Lutheranam modo, aut Zwingianam, seu Calvinisticam hauserint heresim, sed etiam Tritheitarum, Arianorum, Trinitariorumque, hoc est, in una natura individuae Trinitatis hostium blasphemias seclas autoresque ipsos fovebant, atque impletatis et insania manifesta ediderant documenta, qnemadmodum de palatio Vilnesi, qui et ipse Trinitarius erat, ad card. Borromaeum scripsit Commandonus, quod in sua ditione Lithuanica profanavit Ecclesias, et in aliquibus locis Poloniae prophanaandas affectavit, decretisque regis obsistere ausus est.

Cum vero circa præcipua religionis capita inter seipsos heretici dissidenterent, ac mutuis digladiarentur altercationibus, occasione accepta illorum inpietatem, pugnantiaque inter se dogmata Stanislaus episcopus Warmiensis, idem cardinalis Sigismundo regi patefecit, auctorque fuit, ut regia edita, quæ anteversus Trinitarios tantum, ut pole omnium scelestissimos ediderat, vel rescinderet, vel cateros etiam hereticos isidem editis complectetur, utilius futurum ratus, si hostes religionis Catholicae inter se bella gererent, quam si conjunctis studiis Catholicis religionem oppugnarent, de quibus idem cardinalis<sup>2</sup> atque antea Concilii præses accuratissime scripsit ad Carolum cardinalem Borromeum, ostenditque uti

heretici propriis argumentis convincerentur; tum etiam certiore fecit de iis quæ cum rege Polonia egisset, et quomodo interrogatus ab eo, cur Protestantes ad Concilium oratores suos non misissent, respondisset, illos iniquitatibus sue cause diffisos judicium diffusisse, luceisque edisse:

43. « Reverendissimo et illustrissimo domino meo domino Carolo Borromeo presbytero cardinali tit. S. Martini in Montibus.

« Fui per sesquihoram cum regia majestate Poloniae, semotis arbitris, pluribus egi de gravissimis periculis regno illius inènumbentibus; operam illi meam in propulsandis illis pro virili mea detuli: paratum esse me ostendi vitam etiam cum sanguine profundere, dummodo morte mea salus regni re præservari possit. Vidiisse me dixi edictum contra hereticos scriptum: verum, quod soli fere Trinitarii comprehendantur hoc edicto, mihi probari non posse: hoc enim a Sacramentariis agi, ipsorum ut secta vigeat, a qua cum alienatos esse multos intelligent, et in dies etiam alienari plures proper exortam hanc Trinitariorum sectam, haud extinctam, quo sic viribus conjunctis magis formidabiles Catholicis esse queant. Quamobrem, aut omnes hereticos ex regno simul exterminandos, aut, si ferendi essent aliqui, ferendos esse censui Trinitarios quoque, quo sic mutuus dissidiis ipsis potius ad invicem consumerentur, quam uniti plus aliquid Catholicis negotii exhiberent. Capere me simul, ut omnes expellerentur, ministri salem; nam si nobiles ministri essent destituti, per quos variis et peregrinis doctrinis abducuntur, non magno negotio paulo post eos ad officium sanitatemque reduci posse. Petebam itaque, ne vel hujus, vel illius sectæ fieret in edito regio mentio, sed simul ejicerentur omnes illi ministri, quicumque non essent ab ordinariis episcopis instituti, ne si una aliqua sola secta condemnaretur, approbaro cetera viderentur. Quoniam vero satish illud perspiciebam difficulter oblineri posse, ut omnes ministri simul ex regno ejicerentur, ac si plurima ea de re edicta scriberentur, executioni tamen mandata non erat, dixi majestati sue me cupere quidem omnes ejici, sed si difficulter hoc præstari posset, non improbaro a me consilium hoc sua majestatis, quod externos tantum expelli vellet, sive hi essent Germani, vel Helveti, sive Galli, sive Itali: nam non solum Catholicos, verum et ipsos hereticos queri, quod regnum illius majestatis factum sit asylum improbissimum quorundam hominum, etiam eorum, qui Christum Deum esse negant, quosque ipsi expellunt Geneva, et ex aliis quibusdam Helvetiae civitatibus, eos in hoc regno non solum recipi, verum etiam honores magnos adipisci non sine magna et majestatis illius, et regni infamia.

<sup>1</sup> Rescius in Vita card. Hosli. — <sup>2</sup> Ms. arch. Val. sig. num. 3222. Ep. CXLI.

Legisse me, quæ scribunt ea de re ministri Tigurini, Iuni et Heidelbergenses, quæ sunt a Calvino quoque et a Smidero quodam hac ipsa de re lypis edita: pudere me vehementer, quoties et lego et audio, regnum hoc quod sexcentis annis jam Catholicum semper fuit et orthodoxum, nec nulli ali vera pietate erga Deum et religionem colenda cessit, nunc demum ita traduci per universum orbem Christianum, quasi factum sit asylum impurissimorum quorundam haereticorum. Pertinere hoc etiam ad ipsius majestatis infamiam: sed nec illud me ignorare, quod maxime laborent Sacramentarii Genevae, Tigurini Heidelbergenses, et qui sunt etiam in hoc regno viri nobiles aliquot, ut ejiciantur Trinitarii, quasi propter illos tantum hoc regnum infame sit, cum non majorem illi pariant infamiam, quam Sacramentarii, et Lutherani, et quicunque tandem alii; quamobrem nihil posse statui melius, quam ut omnes externi ministri Ecclesiarum, cujuscumque tandem sectæ sint, exceptis sacerdotibus Catholicis, proscribantur, et exterminentur ex omnibus terris majestatis suæ: sic futurum, ut nulla videatur approbari, sed ex æquo condemnentur omnes. Apud me nullum esse discrimen inter Lutheranos, Zuinglianos et Trinitarios: omnes ex patre Diabolo prognatos esse, nec unum alio meliorem esse.

« Inter alia dixi et hoc majestati ejus; me legisse, quæ Trinitarii scribunt, simul etiam, quæ Sacramentarii contra illos. Reperisse me in quodam Trinitariorum libello quondam admonitionem ad ministros Tigurinos et Calvinum. Hortantur illos, ut respiciant diligentius ea, quæ Dominus nondum illis apernit. « Non dederat, inquit, omnia Luthero, plura dedit postea Zuinglio, et post jam aliis, et nunc cui vult. Non uno centenario annorum Antichristus suum regnum stabilivit, omnia capta fidei corrupti, ut fundamentum illas sum ab illo putaremus». Fundamentum appellant doctrinam de Trinitate. Sed hoc eorum argumentum sic a Tigurinis ministris refellitur, ut negent universam Christianam Ecclesiam tam esse corruptam, ut illis videtur: nam « Si sic sentiendum est, dicunt, rejiciendum Symbolum Apostolicum, Nicenum, hæc enim in suis Ecclesiis legunt et canunt Papistæ». Cæterum omnes haereses, quemadmodum etiam a Cypriano scriptum legimus, non aliunde natas esse docui, quam ex eo, quod unus sacerdoti, qui vicarium in terris agit Christi, non obtemperatur, et ab illo per summum sacrilegium se præcidunt homines se ipsis amantes, et privato suo, quam publico tolius Ecclesiæ iudicio plus tribuentur. Jam inde ab initio, cum per Lutherum seditiones has in Ecclesia Dei Sathanas excitasset, non eum alio specie classe, quam ad hanc Trinitariorum haeresim statuendam, nisi

quod initio non putavit ab his ordiendum, quæ statim, ut audita fuissent, horrorem animis hominum incussissent; quorum lanta fuit aliquando pietas, tanta in religione tuenda pius ardor, ut si quis vel de sacrificio, vel de Sacramentis, et de veritate Christi Corporis in Eucharistia vel minimum ambigere fuisset ausus, statim in eum manus injecturi et igni tradituri fuerint. Itaque facilius, minoreque negotio se quævis impia dogmata posse mentibus hominum instillare putavit, si prius a quibusdam in specie levioribus esset exorsus, quale est calix et conjungium sacerdotum, quæ talia judicantur, ut nihil in illis impietas esse videatur, etiam si privata sibi quis auctoritate usurpet: sed Sathanam hoc maxime spectare, ut assuecant homines in exponenda Scriptura suum sensum Ecclesiæ sensui et consensui anteponere; quod ubi quis ausus fuerit in uno aliquo Scripturæ loco facere, jam impediri non poterit, quomodo idem in omnibus etiam aliis audeat. Verbi gratia, audet quis ita Scripturam hanc interpretari: *Bibite ex hoc omnes*; quasi præceptum sit omnibus a Christo, etiam laicis, ut bibant ex calice, nec aliter salvis eis esse licet, quod hoc sensu clara sit et perspicua: mox audebit ille idem etiam hanc Scripturam, *Pater major me est*, sic interpretari, quasi non sit aequalis Patri Filius, ut creatura tantum sit, non autem Deus, quo sensu non minus clara visa est etiam hoc nostro infelici seculo hæc Scriptura nonnullis, quam videtur quibusdam illa, *Bibite ex hoc omnes*: quamobrem si quis errare non vult, Ecclesiæ ducem sequi debet, non autem sui cordis visiones, cum scriptum sit: *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident*.

« Objiciunt Sacramentarii Trinitariis vetustatem, Concilia, Patres, quod non sit ab illis temere discedendum; sed respondetur a Trinitariis: Cavete vobis a Gabaonitis, qui imponebant populo Dei laceris vestibus, immundo pane, etc. Sub nomine Dei nostri se venire dicebant, et impositum esse ab eis populo Dei, Scriptura dicit, quod non consuluerunt os Iehove. Non imponant nobis Patres, vetustatem, Concilia; vetusti enim sunt isti panni, quos primo vos lacerasti in aliis articulis fidei; unus sit magister noster Christus. Os Iehovæ consulendum, non hominum, sunt enim hic plerique Gabaonitæ, qui vobis imponunt, amicos se profiterunt, et nihil aliud interea optant, quam ut populum Dei Ægyptum reducant, variis modis, et confessione Augustana, quod vobis postea Dominus patefacit. Sic agunt, cum Trinitariis Sacramentarii, opponunt illis Patres, vetustatem, et Concilia, sed respondent illi vetustos esse hos pannos, quos ipsi primi lacerarunt in aliis articulis fidei; nec inepte respondere vindicentur; nam revera si licet hos vetustos pannos,

Patres, vetustatem et Concilia in uno aliquo lacerare, quis prohibere poterit, quominus idem licet et in aliis? Mibi hoc responsum Trinitariorum valde probari dixi, quamvis eorum doctrinam impiam judicem. Sed aptius certe respondere non potuerunt; nam hoc est hereticum esse, et inde manat omnis impietas, cum a Patribus, a Conciliis, a vetustate disceditur, cum isti vetusti panni lacerantur.

« Hæc et alia pleraque in eamdem sententiam dixi, et audivit me majestas sua magna cum attentione: sibi quoque idem visum fuisse, ut omnes potius externi ministri, qui tempora occuparunt, proscriverentur editio regio, quam soli Trinitarii; nam expedire, ut habeant suos etiam alios adversarios Sacramentarii preter Catholicos, cum bellum hæreticorum sit pax Ecclesiæ; itaque sic edictum illud conscriptum iri. De libertate Ecclesiastica non fuit locus agendi cum regia majestate pluribus, sed agi cum Pro cancellario voluit». Et mox:

« Egi etiam cum illius majestate de his, quæ per me fuerunt acta in oppido meo Braunschweigi: nam sparsus erat rumor Dantisci et alibi, quod ego magna vi et auctoritate usus fuerim, quod confiscare bona civium voluerim, cum tamen ab ea cogitatione longissime absuerim. Itaque quibus rationibus cum illis egerim, commemoravi, nulla me vi usum esse; verum persuasionibus tantum, quibus illi tandem locum dederunt». Et paulo post: « Probavit majestas sua factum hoc meum Mihil haec ratio (inquit) plurimum probatur, prius ut homines doceantur, quam ut aliquid in eos durius consulatur, et vellem, ut fieret Synodus Provincialis, ad quam vocarentur etiam Sacramentarii, atque omnes rationes inirentur, quibus de sententia sua deduci et ad unitatem Ecclesie possint aggregari. Tum ego: Absit, inquam, serenissime rex, ut Synodus talis habeatur, nam ego nunquam illi cuperem interesse. De fide nihil statuendum est, nisi in OEcumenicis Conciliis, quale nostris temporibus indictum Tridenti, et viginti fere totos annos duravit, neque tamen quisquam hæreticorum ad illud unquam venire voluit. Catholicam Ecclesiam Concilium OEcumenicum representat: quamobrem in eo, non autem in aliquo provinciali, vel nationali Concilio de his, que pertinent ad fidem Catholicam, statui debet. Nos propterum in symbolo credere Ecclesiam Catholicam, non Polonam, non Lithuaniae, non Germanam: velle autem seorsum aliquid in aliqua provinciali Synodo statuere, quid alius esset, quam hunc articulum fidei tollere: *Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam*, et loco illius dicere: Credo in sanctam Ecclesiam Polonam? Quando autem finis erit disputandi, si quæ toties in Conciliis OEcumenicis decreta sunt, ea nihil minus in controversiam vocari debent? Hoc

potius agendum est ab his, qui summa cum potestate versantur, ut quæ decreta sunt in Conciliis, executioni mandari possint.

« Quærebat ex me majestas ejus (scilicet Polonica) quid causæ est, quod nullos Protestantes miserunt Concilium? Respondi, me nullam aliam videre, nisi quod causæ suæ non fidebant, seque sua impia dogmata minime tueri posse intelligebant; nam ad singulos principes, et non modo ad singulos, verum etiam ad civitates majores missi fuerunt a Pontifice nuntii<sup>1</sup>, quorum etiam unus hic præsens adest, quod responsum tulerint, proculdubio majestas vestra non ignorat. Deinde datus illis erat salvis conductus, quem ipsi cupiebant, nec erat quod ullum periculum reformidaret, sed notum est illud, *Qui male agit, odit lucem*; cum essent sibi concii perversæ suæ doctrinæ, nec se tueri posse scirent, non ausi sunt in lucem prodire. Quærebat ex me, quas tum illi causas adferabant, cur venire nollent, aut suos mittere? Consuetas illas, inquam, quod non esset ab imperatore Concilium indictum; quasi vero sint omnia regna imperatori subjecta, ut ipse possit indicere Concilium, aut quasi ad illum hac indictio pertineat, cum tamen ipse imperator libenter agnoscat Pontificem tamquam superiorem, et jure hoc indicendi Concilium ultra illi cedat. Mirum est, inquam, quod isti homines tam sunt arrogantes, ut quorum judicio se subjicere vident imperatorem suum, ab eis judicari de doctrina sua nolint. Fuisse et alias quasdam ab illis causas adductas, sed eas frivolas. Deinde legisse me libellum cujusdam Sacramentarii, qui inscribitur, VICTORIÆ VERITAS ET RUINA PAPATUT SAXONICI; in quo gloriatur quidam, Lutheri, qui se papam fecit in Germania, tunc Confessionis Augustanae dogmata jam esse proculata. In eo libello pre-scribuntur a Sacramentariis eædem leges Lutheranis, quas Lutherani scribunt Christianis, quos vocant Papistas, nam sicut Lutherani nolunt habere episcopos judices, quod eos actores esse dicant, sic et Sacramentarii primam banc ponunt legem, superintendentes Lutherani volunt absolviri ipsis, Catholicos episcopos intelligit a jurejurando, quo sunt obstricti Pontifici; sic et Sacramentarii statuunt hanc alteram legem, superintendentes et doctores Lutherani laxentur a juramento, quod præstiterunt in nova quatuor Evangelia, in male intellectam Confessionem Augustanam, in Apologiam in articulos Smalcaldicos, in agendas Ecclesiasticas. Tertiam ponunt legem, solum Dei verbum sit iudex, quod etiam in ore est Lutheranus. Quartam, tot numero sint Lutherani quod Zutigliani, et habeant paria decisiva suffragia. Quintam, detur utrisque salvis conductus. Sextam, aboleantur omnes illegitimæ con-

<sup>1</sup> Ms. arch. Vat. sig. num. 3222. p. 145.

damnationes, quæ a tempore Lutheri ad hunc usque diem contra Tigurinos latè sunt; quod idem fieri cupiunt Lutherani condemnationibus contra se latè. Septimam, si partes componi non possint, transactio instituatur Passaviensis, et addunt coronidis loco, quod nobis volumus fieri, etiam alii facere debemus. Hic dixi, quas leges dant Christianis Lutherani, vicemissus easdem illis præscribunt Sacramentarii: quastamen Lutherani non recipiunt. Multus mihi fuit sermo de eo quod episcopos judices recusarent, quod solum Dei verbum judicem esse vellent, cum qui judicium proferre debet, eum voce uti oporteat, quod scriptum Dei verbum facere non potest. Videat autem, dixi, majestas vestra, quale sit hoc si quis dicat: Nolo quod me rex vel ab eo judices instituti jndicent, sed judiceant me statuta, sive leges regni, illas audiam. Poteruntne statuta, sive leges regni proferre sententiam, quæ audiatur et cognoscatur, cum has ipsas leges pro suo quisque commodo interpretetur, nisi fiat id voce illius penes quem est ejus rei potestas, cum præclare scriptum sit a quodam ethnico quod lex est mutus magistratus, magistratus vero lex loquens? Oportet igitur a magistrato sententiam proferri. Tum rex: Certe, perquam simile est hoc; nam superior quam etiam nunc unusquisque vult interpretari statuta regni juxta sensum suum. Sed necesse est, ut penes magistratum sit earum interpretatio, ut quem ille protulerit, is esse legis sensus jndicetur. Ita est, inquam: absurdissimum est igitur, quod isti tantopere contendunt, solum Dei verbum ut sit iudex, cum hoc ipsum Dei verbum quisque pro se trahat, ut necessario illud ab illis, quibus haec a Deo potestas est concessa, explicari et definiri oporteat, cum scriptum sit: *Labia sacerdotis custodian sciencian, et legem requirent ex ore ejus.* Haec fere per tempus cum regia maiestate egi, etc. xv Junii MDLXIV.

44. Haec cum opportune insinuasset regi Stanislaus cardinalis Hosius<sup>1</sup>, viam propemodum aperire Tridentini Concilii acceptationi vi-sus est, quod duobus postea abhinc mensibus ipso et Commendono adnitentibus in Varsaviensi Concilio exceptum est. Ut autem res clariori innotescat, ab Antonio Maria Gratiano episc. Amerino, qui tunc aderat, magna ex parte desumemus: « Pontifex Maximus », scribit ille, « Concilii acta decretaque cum auctoritate sua comprobasset, rataque omnia habuisset, et referri in volumen, edique, atque pareri legibus iis imperavit; hunc librum ad Commendonum in Poloniā misit, ac dare operam jussit, ut publice acciperetur, ex ejusque præscripto res Ecclesiastica administraretur. Ea res magnam Commendono curam incusit, magnæque illi

difficultates proponebantur, qua ab hæreticorum factione prævalida, et regi ipsi formidolosa, qua ab Vangio (era is Gnesnensis archiepiscopus, ac Polonie regni primas) causas publici dissidii atque alienationis querente. Agere cum rege, et ei solum librum tradere, ut tutius, ita neque ex dignitate rei esse, neque satis firma receptum a rege videri poterat, quod unus non de suorum sententia rex accepisset. Reddere porro in senatu, ne res in disceptationem veniret, atque etiam ne contendentibus hæreticis, si dubio alio atque incommodo responso vulneraretur, tenebat. Helsperga in Prussia erat, cum id Pontificis mandatum accepit, eo prefectus ad videndum Stanislaum Hosium cardinalem Warmiensem, tunc maxime Tridento reversum. Cum igitur aut conandum sibi, ut a rege senatuque accepiteretur, aut alter non reddendum eum librum statuisset, particeps consilii sui uno Warmiense habito, prefectus ab eo magnis itineribus ad regem contendit: qui longe inde in Lithuaniae finibus Parzoviae conventum regni habebat. Eo Commendonus cum venisset, priusquam aliud inciperet, aut rem cum ullo communicaret, regem convenit, atque eum eo de tota re diligentissimo egit, quo sibi ex sententia præparato, eum placuisse regi eadem die verba legati audiri, Commendono in cubiculo suo relieto, seque sibi operiri jusso senatum ipsum ipse ingreditur, nec diu moratus ad accersendum eum duos senatores misit, a quibus in senatum, qui frequentissime jam convenerat, est introductus auditusque magno silentio. Porro tanta vi, tanta gravitate atque contentione peroravit, ut non commoverit modo senatum, et maxime seniores, qui et pristinam regni valetudinem optabant, et ejus initia morbi abominabantur, sed ipsos quoque hæreticos obstupefecerit. Ego quidem (verba sunt Gratiani) qui præsens penes ipsum aderam, librum manu ferens, affirmare possum, plerosque lachrymantes me animadvertisse. Cum finem dicendi Commendonus fecisset, velletque senatu abire, manere enim rex jussit. Haud enim, inquit subridens, minus libere apud lingue nostræ ignarum, quam si abesses, sententiæ a nobis dicentur, ac statim exquiri cœptæ sententiæ. Vangius archiepiscopus Gnesnensis, qui primus rogatur, ab ingenio suo non discedens, cum magno honore verborum, et Pontificis Maximi studium, et Patrum Tridentinorum sapientiam extulisset, accipiendum quidem in præsentia librum, sed Commendono respondendum censuit, regem, postquam illa decreta cum suis legit, quid sententiæ habeat, judiceturum. Cum episcoporum et Catholicorum omnium fremitu aspernantium orationem ejus est auditus, qua sub arbitrium regis senatusque revocari Concilii scita videbantur. Tum rex, non expectatis aliorum sententias, quas ex murmure perspexerat,

<sup>1</sup> Lib. II. Vit. car. Com. c. 22.

satis scire se dixit, eam Commendono orationem ex tempore habitam, cum accessu suo ea die in senatum venisset, neque ita futurum divinare potuisset, ut quæ tanta vi atque ordine prouniasset, ea divini numinis instinctu magis, quam præmeditatione, aut facultate sua dixisse, ac monuisse eum existimari posset. Itaque sibi placere, ut Concilii OEcumenici jussa accipiantur, iisque, ut convenit et decet, obtemperetur. Atque in hanc sententiam per vice cancellarium, ut mos regni, responsum Commendono est redditum, deque eo rex senatusque multis inde et gravibus verbis est ab ipso collaudatus ».

43. His ita feliciter expeditis, non est enuntiatus rex Pontificem Maximum de omnibus certiorum facere, qui convocato die vi Octobris cardinalium senatu<sup>1</sup>, dixit, « Regem Polonie in conueniu publico sui regni presentibus principibus sectariis librum Concilii a nuntio Sanctitatis sue, et Concilium ipsum acceptasse, et curalorum se promisisse ut in regno suo servaretur, fecisseque etiam edicta publica contra haereticos et forenses, ut e regno exirent, et aliud contra haereticos ipsius regni, et lecte fuerunt litteræ et edicta publica per reverendissimum de Gonzaga, ut ultimum presbyterum, cum nullus ex diaconis adesset, et Sanctitas sua maximis laudibus prosecuta est regem, dicens ceteros principes illius exemplum sequi debere, et ita protectoribus mandavit, ut scriberent, neminem enim esse, qui regnum magis infectum haberet, et tamen omnibus postpositis Concilium acceptasse ».

46. *Epistola regis Poloniae ad Pontificem de Concilio admisso.* — Porro Epistolam<sup>2</sup> regis ad Pontificem scriptam ex Actis Consistorialibus pariter acceptam inserere visum est, tum ad regis pietatem, tum ad Commendoni Apostolici nuntii prudentiam ac dexteritatem magis ac magis insinuandam; que erat concepta verbis his :

« Beatissime pater et domine clementissime.

« Post oscula pedum beatorum, meique regni et dominiorum meorum commendationem. Jam inde ab eo tempore, quo ad me venit jussu Sanctitatis vestrae reverendus in Christo pater dominus Joannes Franciscus Commendonus Zacinthii episcopus, nunquam mihi visus est deesse tum officio suo, tum dignitati etiam Sanctitatis vestrae, qua in re non solum mihi probavit voluntatem suam, sed etiam prudentiam et dexteritatem, quod cum semper afflatim præstitisset, tum hoc potissimum tempore conuentus regni mei, cum Varsaviam ad me venisset, ita se demonstravit, ut non a me solum, sed a toto senatu meo suarum virtutum laudem referret. Nam cum librum Concilii a Sanctitate

vestra mihi redditurus, a me propterea in senatum quasi ex tempore adductus esset, ejusmodi oratione<sup>1</sup> est usus, ut temporum nostrorum iniquitatem et perturbationem ob oculos posuerit, et Sanctitatis vestrae singularem de regno meo in his perturbatis temporibus causam et sollicititudinem praedicaverit, et me denique senatumque meum ad complectendum arctius rempublicam, cuius salutem religione Catholica dixit contineri, nomine Sanctitatis vestrae diligenter adhortatus fuerit, ita quidem, ut haec ipsius oratio plerosque commoveret, ab omnibus approbaretur. Quamobrem ego, qui studium meum nunquam per Dei gratiam ab hac Sede Sanctitatis vestrae aberrare sum passus, et librum quidem ipsum Concilii, qui a Sanctitate vestra mihi reddebat, animo accepi prorsus gratissimo, et quod superest, omni meo studio ac diligentia curabo ac providebo, ut præcepta ejus libri et instituta non solum in his chartis, in quibus mihi redditia sunt, contineri, sed etiam in Ecclesiis regni mei, ac denique in populi mei mentibus, quam maxime fieri poterit, vigore videantur. Interea me regnumque hoc meum Sanctitatis vestrae etiam atque etiam in protectio- nem commendo. Datum in conuentu generali Varsaviensi die xvii mensis Augusti MDLXIV.

« Sanctitatis vestrae obsequentissimus filius, Sigismundus Augustus rex Poloniae manu propria scripsit ».

47. *Hæretici, et imprimis Bernardinus Ochimus, Polonia ejiciuntur.* — Sed illud etiam egregium Catholicorum principis argumentum Sigismundus Augustus in eodem Varsaviensi conuentu exhibuit, quod omnes haeresiarchas, atque ab unitate fidei extores, regno excedere edicto mandaverit; quod cum præclara referat documenta, quanlibet regnorum quieti consultum sit, ne dissensiones in credendo admittantur, atque ut omnes idem sentiant, justum existimamus hic referre<sup>2</sup>, eoque veluti classico quodam reges ac principes excitare, ut peregrinis atque novis doctrinis populos suos non patientur abduci, Davidicum illud repentes<sup>3</sup> : *Et nunc, reges, intelligite; eruditimi, qui judicatis terram. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa.*

« Sigismundus, etc.

« Universis palatinis, etc. Plerisque veteribus tum recentibus exemplis exterioribus, nunc autem quoque ex domestica ac nostra experientia aperte cognoscimus, consensu quidem et concordia religionis firmari ac stabili responderibiles, easdem autem a communitatis et perlurbanis pro eujusque arbitrio religionibus, plusquam illa alia re dissipari maxime et everti; quod quidem cum omnes omnium nationum,

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ siga. num. 134, p. 390. — <sup>2</sup> Ms. car. Ghisi lit. G.

<sup>1</sup> Exstat hæc Oratio Commendoni edita in Vita ipsius l. ii. c. 11.

— <sup>2</sup> Act. Cons. lit. G. p. 286. — <sup>3</sup> Ps. ii.

quantumvis barbaræ et inanes ac falsæ religiones confirmare videntur, tum in nostra polissimum Christiana verum esse ostendit; qua ut sola vera religio est, ita ubi Catholica Ecclesia..... iisdem studiis ac cæremoniis culta fuerit, ibi præsentem prope et propitium Deum; et e contra, ubi studiis ac libtibus diversis contaminata, ibi maxime facit alienum et aversum: cuius sane utriusque rei nostra et majorum nostrorum memoria facile exempla suppeditare potest. Et enim donec patrum nostrorum memoria, idem de religione Christiana esset nostrorum hominum sensus et consensus, vidiimus quanta esset veritas in legibus et auctoritas in magistratibus, et pudor ac obedientia dominaretur in privatis, tum etiam, quanta omnium rerum prosperitas omnia illorum facta et consilia consequeretur; sic quidem, ut et universus hic imperii nostri orbis, quam longe et late patet, et universus splendor opum quem per Dei gratiam his fere adhuc temporibus intuemur in regno nostro, sola propemodum Christianæ religionis consensione, et ab initio partus, et per sexcentos annos ad nostra usque tempora esse conservatus videatur. Cum intra paucos hos annos, ubi ab ejus religionis concordia oblii muneric officiique nostri discedere cœpimus, et leges elanguerunt, et magistratus dignitatem prope omnem amiserunt, et pudor et obedientia plane interiit, quas res ut privatim quidem confusio, et publice tanta omnium rerum perturbatio est consequuta, ut interdum vix ullis nostris consiliis posse videatur reparari. Quod quidem ira atque indignatione justissima immortalis ipsius Dei non dubitamus evenisse. Cum enim haclenus impunita extiterit in regno nostro hominum quorundam aperta in Dei majestatem et Catholicam religionem petulantia, qui nescimus ex quibus lateribus procedentes non solum religionis nostræ mysteria, sacraque omnia perstringere, sed etiam ipsi Dei Filio palam convitum facere non verentur, et quæ ab hominum, atque adeo Angelorum ipsorum intelligentia remota sunt, ea sub sensu ipsos suos subjicere conantur. Idcirco ab his quoque politicis rebus merita nostra quidem sententia Deus confudit consilia nostra, ut interdum ne satis quidem ipsa explicari videantur. Quamobrem de constanti atque consentiente constituti nostri sententia, quod nobis in hoc Varsaviensi conventu generali adfuit, ita statuimus, et præsentibus litteris nostris edicimus ac severe mandamus, ut omnes externi homines, qui ex aliis religionibus propter supradictam religionis causam huc confluxerunt, et qui a Catholica religione aversi nova dogmata nostris hominibus obtrudere, eaque sive privatim, sive publice tam scripto quam voce viva proferre audent, continuo ex omnibus ditionibus nostris ita emigrent, ut ne quis pror-

sus eorum ad kalendas Decembres intra fines nostros remaneat. Quos nos jam pridem hoc ejusmodi decreto nostro proscribimus, et ex omnibus ditionibus nostris exterminamus, proscriptosque et exterminatos esse et haberi volumus, denuntiantes singulis corum, quod quisquis ejusmodi post tempus designatum intra fines nostros versari visus fuerit, hic utique per officium prefectorum, capitaneorumque nostrorum capi, vinciri, et ut facinorosus ac seditionis in rem publicam plecti ac puniri, et praeterea a privatis etiam hominibus, si quid forte ejusmodi sibi evenerit, ejus rei culpam omnem non in alium quam in se ipsum conferre debet; neque enim sane amplius ferre possumus, ut propter paucorum quorundam exulum et abjectorum hominum licentiam ac temeritatem diutius hæc irati atque infesti bei judicia sustinere omnes in universum, necesse habeamus, etc. » Addit contra remissos executores penas, jubelque publica preconis voce edictum ubique publicari. « In conventione nostra generali Varsaviensi die vii Aug. anno Dom. MDLXIV, regni nostri xxxv.

« Petrus Miscous, Rp. Vices. »

Hæc Sigismundus Augustus non minus pie quam veraciter dixit et edixit, cum non ambiguum sit, eos, qui violaverunt fidem, tutos esse non posse: quod perenne veluti monimentum invictissimæ Polonorum genti hic statuimus, ut cognoscant, consona fidei virtute magis quam militum robore queri solere victoram; nec unquam hostes metuendos, nisi quando, quod Deus avertat, ab Ecclesia Catholica non armentur ad pugnam, tunc enim profecto, quod scriptum est<sup>1</sup>, adimpleretur: *Nec poterit stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemata.*

48. Hujus edicti occasione, quod præ cæteris Comendonus<sup>2</sup> jugi susione ac industria obtinuerat, cum veluti admoto igne latitantes bestiæ et silva diffugerent, magno regni emolumento infamis ille fidei ac religionis desertor Bernardinus Ochinus est ejectus, qui novis ac inauditis blasphemis bellum Trinitati ipsi inferre, aut revocatis antiquis ARII opinionibus, aut deterioribus additis, impudentissime paraverat. Polygamiam insuper evulgata a se libro intrudere conatus, ac Christianam rem publicam susdeince non minus opinionum, quam conjugiorum varietate confundere. Metu igitur supplieiorum Ochinus Polonia excessit, ac omnibus jam terris extorris ac profugus, cum in vili Moraviae pago a veteri amico esset acceptus, ibi (ut scribit Gratianus) senio fessus, cum uxore ac duabus filiabus filioque uno peste interiit. Cui etiam sententia Hosius cardinalis Varniensis sese subscribit. Condigna prorsus retribu-

<sup>1</sup> Jos. vii. — <sup>2</sup> Vitæ car. Commen. l. n. c. 9.

tione, ut qui tot animas pestilentia hæreticarum opinionum infecerat, pestilenta consumptus decederet. Verum de loco mortis ejus inter se disputant auctores<sup>1</sup>, nec desunt qui extremo vita tempore illum resipuisse, fideiisque Catholicam palam extulisse scribant: verum cum parum valido nitanur fundamento, modicam aut nullam repererent fidem apud plerosque, ac Raynaudus in libro de Judæa posteris apostoli a religiosis Ordinibus, Bernardinum ipsum apostolatam periisse deplorat (t).

49. *Concilium in spe a Scotis, et reipsa ab Hispanis et Italìs recipitur.* — Ad asserendam Catholicam fidem, atque Tridentini Concilii decreta observanda Pius Pontifex<sup>2</sup> Mariam Scotiæ reginam transmissis ad eam Synodi Actis xiii Junii per Epistolas inflammavit, quibus etiam illam est hortatus, ut hæreticos vel hæreos suspectos dignitatibus amoveret. Joannem quoque archiepiscopum Sancti-Andreae, Scotiæ primatum, ut ex sacrosancti Concilii prescripto male de fide Catholica sentientes reprimere, est horlatus, illius in fide constantiam commeritis efferens laudibus, quod multos pro ipsa labores suscepit, multasque subierit urumnas; gratulatusque est illi non modicum, cum ex Apostolo passiones hujus temporis cum futura gloria comparate non exiguae laetum, sed nullæ sint. Glasceensem etiam præsulem incitavit, ut ad eadem decreta servanda omni studio incumberet. Id ipsum præstitit cum Sebastiano Lusitanie rege, atque Henrico tit. SS. Quatuor Coronatorum card. ejus patruo.

50. Italicæ etiam principes sollicitati a Pio ut eadem decreta operi mandanda curarent: inter quos Veneti<sup>3</sup> magna prudentia et aliarum virtutum laude exaggerati, cum probe intelligenter, religionem trivissimam esse basim imperii, amplissimo senatusconsulto sanxere, Tridentina decreta sanctissime servanda, cuius exemplum Pius ad Cosmum Florentiae et Senarum ducem misit, ut eorum laudem ac religionem amularetur, necon ad ducem et moderatores reipublicæ Genuensem; ac Pontifex ipse, ut grati animi argumentum erga Venetorum rempublicam, ejusque in Apostolicam Seden obsequia præberet, palatum prope ædem Divi Marci a Paulo II Romæ excitatum, eidem liberaliter est elargitus, amplissimoque Diplomate Venetorum laudibus confero munus ornavit. Philippus quoque Hispaniarum rex Catholicus

<sup>1</sup> Hist. Arian. p. 2. l. xxxi. Theoph. Bayn. lo. xvii. — <sup>2</sup> Pius IV tit. ar. tom. v. Ep. cXL. Ep. cxlvii. Ep. lxI. lxxxv et lxi. — <sup>3</sup> Mauroc. l. viii. hist. Ven. Pius lib. brev. divers. Ep. xvii.

Tridentina Synodi decreta in suis regnis atque provinciis servari piissime jussit.

51. *Armeniorum patriarcha ad unitatem Ecclesiæ reddit, nuntiunque Romanam mittit.* — Cum talia a Catholicis principibus gererentur, ad plenorem fidei atque unitatis Ecclesiastice commendationem, Romanæ pervenit Michaelis Armeniorum patriarchæ internuntius, qui subjectas litteras<sup>4</sup> ad Pium attulit, quibus patriarcha primatum Roinani Pontificis pie agnoscat, atque Romanæ Ecclesiæ conjunctionem supplex efflagitat:

« A Porta Eccimiazin, et ab omnibus Sanctis ibi commorantibus, et a cunctis archiepiscopis et ministris illius loci, et a Michaeli patriarcha, et ab omnibus fratribus dilectis, qui omnes simul devote osculamur reliquias sanctorum Apostolorum, et cum effectu etiam osculamur pedes patris nostri S. pii Quarti, qui vere Petrus est: Pacem quoque damus omnibus reverendissimis cardinalibus, cunctisque regibus ac principibus Christum diligentibus. Amen.

« Certiore facimus Sanctitatem tuam, quod anno Domini MDLXXI, vigesima die mensis Maii de Sebastae civitate ego Michaeli catholicus misericordum ad Beatitudinem tuam Abagaru Benedictum cum duabus litteris, una pro obedientia Sanctitati tuae præstanta nomine omnium nostrum, et ad osculandos devote Beatitudinis tue pedes; altera vero benedictionis nostræ in eum, et meæ procuræ, quam fecimus coram omnibus prædictis, ut legitimus procurator noster sit ac fide dignus apud Beatitudinem tuam, una cum filio suo nomine Sulthan, et pueru suo nomine Alexandro, firmiter sperantes, ac petentes, ut confirmetis et renovetis Condacium nostrum, quod olim Beatissimum bonæ memorie papa Silvester, et S. Constantinus imperator largitus est regi nostro Tartaro, et S. Gregorio primo nostro patriarcha, seu catholicó, quod (obsecramus) confirmate, ac nobis remittite, renovantes veterem illam Inter nos amicitiam, ut fiat *unum ovile, et unus Pastor,* quod ut siat tempus prope est, ut liberemur ab hac captivitate per manus vestras.

« Hæc enim signa eidem Abagaro misso nostro dedimus, ut Sanctitati tue afferat. Miron, crucem auream, annulum benedictum, et reliquias S. Theodori Martyris, paginam quoque omnium locorum ac monasteriorum cunctorum populorum nostræ nationis Armenorum. Exemplum etiam dicti Condacii, quod scriptum

<sup>4</sup> Ext. in Ms. card. Bor.

(1) Ochini obitus isto quidem anno a scriptoribus consignatur; et anno quidem labente, ut ex eorum pariter testimonio constat; sed certus mensis et dies ignoti. Locis ubi fato intercepit est, Stanow Moravia parvum et obscurum opp dum fuit. Grausante correptum eam uxore et duobus filiis scribit Gratianus in Vita Commodoni. Sed errasse illum ad uxorem quod attinet, recte admoneat Nicéron *Mémoires pour servir à l'Historie des hommes illustres.* lo. xix, xbor enim ante aliquot annos obiit: ipse vero cum filiis vulgata pestis morbo implicatus, filii quidem sublati sunt; pater vero ex praesenti quidem morbo convalevit, sed post hebdomadas tres Mansi.

fuit sanguine Christi preloso in eternum inviolabili. Nunc enim morti sumus, ac nimis lacrymabiles, quia de insula Cypri tantum mortuum habuimus de eo, ex alio vero loco non quam habuimus, neque per vocem, neque per epistolam. Speramus quidem, sanctissime Mater, te ob amorem Christi certioreum nos facerum, si idem orator noster cum pace et incolumente pervenerit ad vos, qui quidem est vere orator noster: nos autem omnes obedientes sumus Sanctitati tuae, ac verbo tuo. Quicquid enim ei praecepis, nos devote suscipiemus, usque in diem Christi, velut Condacium prefatum. Manus enim nostra et lingua brevis est inter infideles, propter quos, neque epistolam, neque munus Sanctitati tuae dignum possumus mittere. Hand solum Turcas timemus, sed magis etiam malos Christianos, qui mixti sunt infidelibus, nam boni et mali ubique reperiuntur. Amicitia vero et conversatio nostra cum bonis est semper: si enim ille orator noster salvus ad vos pervenerit, ipse erit clavis animae nostrae, et nos laeti erimus, ac jugiter mittemus epistolas ad vos apertas, scriptas superioribus characteribus, quos nemo nisi ipse solus seit. Et si aliud quoque signum volueritis, duabus manibus suis, veluti dextera sua uitur. Aliud quoque signum: scit superiora elementa prisca, nisi tantum ipse, qui ea etiam docebit. Devote petimus, ut ipsum cum amore suscipiatis, et ostendatis ei omnia loca sancta, ac reliquias universas, quae ibi apud vos sunt. Et quando voluerit discedere, benigne mittatis cum litteris favorabilibus, et cum optimo comite, ut possit veraciter nobis narrare quicquid viderit. Vos, sapientes, nostros ritus optime scitis. Epistola haec scripta fuit Eccimiazin anno a Nativitate Iesu Christi M.D.XIII, prima die mensis Aprilis, die vero quinta feria.

« Pervenial hoc scriptum ad magnam Romanam ad pedes beatissimi papae, Amen, Ainen, Amen.

52. « Jo. Baptista Aetius interpretatus est. Romæ xx mensis Martii M.D.XIV.

« Interrogatus de fidei articulis Abagarus Armeniorum orator, hoc responsum in publicam formam redactum dedit.

« Nos Armeni, qui in captivitate sumus sub potestate Turcarum et Persarum, hanc fidem tenemus et observamus.

« Credimus Patrem ingenitum esse, et Filium genitum, et Spiritum sanctum (ex utroque per modum unius principij) procedentem, et hos tres unum esse Deum.

« Credimus Mariam Matrem Dei esse Virginem ante partum, et post partum.

« Credimus etiam Christum, assumpta humanitate, omnia miracula fecisse.

« Credimus Mariæ salutationem, Christi Nativitatem, Præsentationem in Templo, Baptis-

mum, Transfigurationem, Crucifixionem, triduum sepulturam, Resurrectionem, Ascensionem.

« Credimus sedere ad dexteram Patris et iterum venturam.

« Credimus etiam eum totam humanam natiram, praeter peccatum, perfecte nascendo simplicis. Haec quidem omnium nostrum est fides.

« Habemus libros Veteris et Novi Testamenti septuaginta duos; Prophetas omnes, centum quinquaginta Psalmos, Evangelia quatuor, Epistolas Petri duas, Joannis et Jacobi libros, Epistolas Pauli quatuordecim.

« Habemus etiam septem sacramenta Ecclesie. Scimus septem esse peccata mortalia. Inter Prophetas, majorem esse dicimus Moysem.

« Habemus dundecim Apostolos, et septuaginta duos discipulos, quibus omnibus Petrum esse majorem confitemur.

« Credimus si quis confitetur peccata sua sacerdoti, eum absolvit et ligari auctoritate clavium. Concilia nulla habemus praeter haec tria, videlicet Nicænum, Constantinopolitanum, et Ephesinum. Recitamus singulis diebus Symbolum Nicænum.

« Tenemus Missam, quam S. Gregorius nos docuit.

« In sacrificio Altaris fermento et aqua non utimur. In uno eodemque Altare bis uno die non celebramus.

« Si aliquis Christianus ex alia natione, seu secta venerat ad nostram fidem, iterum eum non baptizamus.

« Omnes monachi nostri sunt casti ac virgines, et nunquam ducunt uxores; clerici vero non regulares ducunt, et postea sacerdotes fiunt.

« Monachi vero nostri auctoritatem baptizandi non habent, neque possunt, presente sacerdote, dare sacramentum Matrimonii populo.

« Centum ac quinquaginta quinque diebus in quolibet anno jejunamus, abstinentes etiam a piscibus et lacticiniis. Alios etiam infra annum quinque dies jejunii habemus, in quibus ova et lacticinia comedimus.

« Nullo die Dominico totius anni de alicuius sancti vel sanctæ festivitate memoria facimus, nisi de Domino nostro tantum.

« In festivitate Epiphaniæ Domini concordes sumus cum Ecclesia Romana, in Nativitate vero minime.

« Sabbatho Sancto post solis oecasum, ova et pisces tantum comedimus.

« Omnes sub utraque specie communicamus.

« Primam et secundam copulam Matrimonii benedicimus ac coronamus, tertiam vero minime.

« Post septimum gradum matrimonium contrahimus. Compares nostri inter se non contrahunt matrimonium, nisi post quartum gradum.

« Oramus et sacrificamus ad Orientem conversi, et quum genua flectimus, terram oscularmur.

« Septem horas Canonicas habemus, quas bis in die in Ecclesiis recitamus.

« Hæc est fides, confessio, jejunium, et oratio omnium nostrum, quæ hoc tempore, et in captivitate, atque igne inter iam multas angustias parva sunt. Nam si palam coram infidelibus dixerimus Christum Deum verum esse, in ignem nos mittunt. Si vero Dens voluerit ut liberemur ab hac captivitate, quicquid præceperris, erit in nostro capite, in presenti enim tempore non est nobis neque gladius, neque virga. Si quem voluerimus corrigerem ex nostris prævaricatoribus, et ad observantiam fidei cogere, is indignatus infidelis efficitur. Ob id igitur humiliter supplicamus Tue Sanctitatia ac paternæ benignitati, ut nostri miserearis.

« Tu quidem quatuor partium mundi Pontifex maximus es : quidquid tu solveris, erit solutum, et quidquid ligaveris, ligatum erit; ne, quasumus, respicias delicta et peccata captivorum, sed absolve nos et numera in gregibus tuis fidelibus, veterem, et devotionem, et obedientiam erga Sanctam Romanam Ecclesiam renovans, nos enim sumus Sanctitatis tuae servi inutiles, ut propheta ait; *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

« Pro Defunctis Missas celebramus, Deum oramus, et eleemosynam facimus; bona autem stabilita Ecclesiis pro animabus nostris relinquimus. Ter in anno commemorationem pro defunctis in Ecclesiis facimus, sacrificia immolantes, eleemosynas facientes, cibum potumque hominibus Ecclesiasticis, laicis ac pauperibus erogantes.

« Omnium sanctorum reliquias devote veneramur, deque eorum reliquiis in crucibus et in nonnullis vasis pretiosis impositis in altari bus venerabiliter ponimus.

« Cruces benedictas ac oleo sancto perunculas valde veneramur, et altari bus superponimus. Imagines quoque tantum benedictas veneramur, et eas etiam in altari bus ponimus. Bis in anno crucem et imagines sacerdotes nostri et viri Ecclesiastici portant domos, ut imbecilles et infirmi, qui ad Ecclesiastis propter senectutem aut ægritudinem venire non possunt, eas venerentur religiose et osculentur, hæc autem imagines et cruces crebro apud nos miracula faciunt.

« Hoc autem tenemus de delinquentibus, ligatis, seu excommunicatis, quod si quis sacerdos, episcopus, archiepiscopus, vel Catholicus aliquem delinquentem ligaverit, vel excom-

municaverit et defunctus fuerit non absoluto delinquente, quem vivens ligaverat, hunc qui ligatus, seu excommunicatus fuit, nullus successor eorum, qui delinquentem ligaverit, seu excommunicaverit, poterit absolvere, nisi solus Summus Pontifex Romanus, ad quem secundum canonem nostrummittimus hunc flentem, quem pœnitel defleti sui cum litteris, quibus excommunicatus fuit, ad absolvendum, et ad scindendas hujusmodi litteras, tibi enim soli licet eum absolvere, et concisis litteris, quibus est ligatus, ad Ecclesiam nostram remittere per doctrinam sancti Gregorii patriarchæ nostri.

« Nos omnes credimus quicquid sancta Catholica et Apostolica Ecclesia credit, et quicquid ipsa anathematizat, nos quoque anathematizamus.

« Tenemus, quod hominis Christiani, qui nolens confiteri peccata sua et agere pœnitentiam mortuus fuerit, anima in manu Diaboli eat ; qui confessus pœnitentiam egerit, ejus defuncti anima in Cælum evolat, qui vero confessus fuerit, et quum Eucharistiam acceperit, defunctus sit absque satisfactione pœnitentia, illius parentes, consanguinei et amici, elemosynis, sacrificiis, orationibus ac aliis piis operibus possunt animam illius eripere, si in Purgatorio versetur.

« Primum quidem patriarcham nostrum fuisse dicimus S. Gregorium, qui primus venit Urbe Romam, quem S. Silvester benedixit ac consecravit tempore Constantini imperatoris et regis nostri Tyridatis.

« Item confitemur Christum dixisse S. Petru Apostolo : *Pasce oves meas, pro quo etiam orasse, ne unquam deficeret fides sua, qui autem ex nobis non confiteret sedem Petri esse majorem, et Dominum Pontificem Romanum caput ac patrem esse totius mundi, claviumque possessorem, is, et Evangelia, et Hierusalem, et sedem Gregorianam Ecclesiacion negat.*

« Paree, beatissime pater, milii peccatori, qui ita breviter fidem Armeniorum scriptis et paucis verbis, predictos septuaginta et duos libros nominavi, quia nunquam decent lucernam ponere ante solem, quia tu es sapiens, omnia sciens.

« Scripta igitur est fides Armeniorum paucis verbis propter lectorem, per manum Abagari et Alexandri presbyteri Armeni, Joanne Baptista Indo interprete in magna Urbe Roma. Tempore Pontificatus S. D. N. papæ Pii IV, anno a Nativitate D. N. Jesu Christi MDLXIV, decima die mensis Novembri, die vero quarta feria,

« Jo. Baptista Aetiops interpretatus est ».

Nuncupatam etiam antea fuisse Catholicæ fidei professionem Roma ab Abdissu Orientaliū Assyriorum patriarcha suo loco diximus, cuius propagandæ latius studio incensus Pius

datis **xxvii** Junii litteris patriarcham Ninives hortatus est, ut ex concepta illa orthodoxe fidei formula Malabares in India erudiret.

**53. Præfocandis hæreseon seminibus, excindendis simoniae veribus et erigendis seminariis Pontifex invigilat.** — Ut autem decreta fidei, quæ stabilita fuerant, ab omnibus firmiter servarentur, neque ulla ex haereticorum lectione librorum haeresis clanculum subreperet illecebria, Pius Pontifex <sup>1</sup> edita Constitutione concessas legendorum librorum prohibitorum facultates abrogavit, cum abunde haereticorum errores confutati essent; adhibuit etiam viros doctrina ac pietate spectatissimos ad librorum prohibitorum pangendum indicem, occupatumque in ea re Franciscum Ferrerium Ordinis Prædicatorum, Henrico Lusitanæ regiae principi eidemque cardinali significavit, quo indice confecto, gravissima censura legentes libros in indice prohibitos perculit; ad comparando vero libros veterum Sanctorum Patrum, qui argendi confutandisque haereticorum erroribus usui esse poterant, Francisco Avanzato neonon Honnphrio Panvino Augustiniano antiquitatum accuratissimo indagatori provinciam dedit, ut velutissimorum monasteriorum et cathedralium Ecclesiarum bibliothecas lustrarent in Sicilia regno et nonnullis aliis provinciis, ut manuscripta Graeca, vel Arabica, vel Latina colligerent, quæ typis excudenda mitterent ad M. Antonium card. tit. S. Marcelli. Cumque Guillermo duci Clivensi instituendi Duyspergæ collegii auctoritatem Pontificio Diplomate contulisset, eum obstrinxit, ut Monheimum hæresiarcham pestilentem, qui corrupisse plurimam juventutem ferebatur, sua ditione ejiceret. Sedulam etiam operam adhibuit Pontifex, ut clericorum seminaria, ex decretis Concilii Tridentini in singulis episcopatibus instituerentur, ut in iis juventus clericalem militiam professura pietate ac litteris imbueretur; de quo ad Joannem patriarcham Venetiarum, atque ad Antonium Albon archiepiscopum Lugdunensem designatum litteræ **xiv** et **xxi** Julii hujus anni exarata extant. Praeluxit in ea re exemplo ceteris Ecclesiarum præsulibus ipsemet Pontifex, ut testantur Acta Consistorialia <sup>2</sup> his verbis: « **XIV Aprilis Sanctissimus fecit verbum de Seminario**, monendo reverendissimos dominos deputatos, ut ejus executionem maturarent». Cum vero Societas Jesu sacerdotes in erudienda juventute et propaganda Christiana pietate magna laude florarent, referunt eadem Acta Seminarii Romani curam illis demandatam fuisse: « **XXVII Julii dixit curam ejus datam illis de Societate Jesu, et Sanctitudinem suam solvisse portionem suam, et mandavit reverendissimo**».

<sup>1</sup> Pius lib. brev. an. 5. Ep. cxxviii. Ext. in Bul. constit. 67. lib. Ep. cxxv, cxxix, cxxx, ccclxxix, clxxi, clxxii et clxxii. — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 377.

vicario, ut curaret quod alii solverent ». Completebatur Pius IV religiosam Societatis Jesu familiam singulari benevolentia studio ob promotam ab iis in orbe universo divinam gloriam, cuius rei testes sunt Pontificia litteræ <sup>1</sup> ad Maximilianum II imperatorem ultima Septembris hujus anni consignatae, quibus Societas ejusdem collegia commendavit hac de causa: « Pro eximiis, inquit, ejus Societatis meritis erga religionem et sanctam Ecclesiam Catholicam, et pro insignibus erga Sedem Apostolicam obsequiis ». Cum vero decanus et collegium Angustanorum canonicorum ejusdem societatis viros inique vexarent, eundem clerum objurgavit, opera Sathanæ ab eadem Societate alienatum fuisse, jussitque iis conciliari, ne haeretici inde Augustæ invalescerent, deque eorum virtute hoc testimonium protulit <sup>2</sup>: « Ad nos et hanc Sanctam Sedem per hosce annos pervenit bonus admodum et gratis odor fructuum, quos ex dilecti filii Petri Canisii et aliorum Societatis Jesu professorum opera Augustana civitas uberes, Domino cooperante, percepit: auditum enim fuit, quam multi haeretici ad Ecclesiam Catholicam eorum doctrina hortationibusque sint reducti, quantumque adjumenti et solatii Catholicis civibus afferre consueverit eorum fidelis opera el diligens ministerium. Ultima Septembris **MDLXIV**, anno **v** ».

34. At non aliter quam rosis cantharides incubant, ita invidia excellenti virtuti adhaerescit, concitatæ sunt ab invidis in eamdem Societatem atrocissimæ calumniarum procellæ, ac libellis famosis, non tam per Urbem, quam per longinquæ etiam regna, maximeque per Germaniam a Lutheranis per summam impudentiam fuerunt diffuse. At Pontifex veritatis indagande sollicitus, nonnullis cardinalibus rei inquirende provinciam demandavit, propositoque edicto accusatores delatoresve hujus causæ argumenta afferre jussit, at nulli comparuere: indagatisque summa diligentia ac libralis suspicio-num momentis compertum est, meras calumnias ab invidis conflatas sparsas esse, quare Pius <sup>3</sup> paterna vere pietate in eamdem societatem incensus, ornatissimam pro ea apologiam texuit exente anno, quam ad Maximilianom II Hungariae et Bohemiae regem, imperatorem Romanorum designatum, ad Albertum Bavariae ducem, ad Danielm archiepiscopum Mogunitum sacri Romani imperii electorem, ad Treverensem, ad Othonem episcopum Albanensem sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalem Augustanum transmisit, atque in ea exposuit, ut ejus Societas viri per ultramque Indiam, atque Orientis regna Evangelium late circumulissent; ut in Occidente in confutandis erroribus,

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. an. 5. Ep. xlxi. — <sup>2</sup> Ib. Ep. L. — <sup>3</sup> Ib. Ep. lxxxv, xcii, lxxxix, xcii, lxxxv. Serap. iu hist. Mogun. Sachin. p. 2. hist. an. 1564.

convertendisque hæreticis, Catholicis in fide confirmandis, Sacramentis sanctissime administrandis, informanda excolendaque juventute litteris ac pietate, et concionibus sacris habendis felicissimam operam collocassent, compertamque atque illustratam eorum innocentiam, ac mera invidorum malevolentia praetare eorum famæ detractum fuisse.

55. Ad excindendas etiam simoniæ pravitatis vepres sordesque avaritiae abstergendas, Constitutionem hoc anno adulto edidit Pontifex adversus confidentiarios, ut referunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia his verbis :

« XVI Octobris MDLXIV, fecit decretum super confidentiaris, videlicet volens abusus, qui ex confidentiis oriuntur, tollere : inhibuit reverendissimis dominis cardinalibus, ne aliquas Ecclesiæ, monasteria et beneficia, tam regularia quam sæcularia in confidentiam recipiant, eaque in hujusmodi confidentiam recepta vacare ex nunc decrevit, prout in Bulla desuper expedienda, absolvens eosdem reverendissimos dominos cardinales de præterito in foro conscientia ». Cum autem aliqui ad abdicando se iis sacerdotio signiores essent, eos Pius ad ea in alias conferenda adegit. Eximie vero meritis est de Ecclesiæ Mediolanensi, cum Carolum Borromæum nepotem, qui virtutum omnium exemplar vel compendium videbatur, archiepiscopatu Mediolanensi, cuius antea administratio illi concreta funeral, præfecisset, titulumque Sanctæ Praxedis eidem contulisset. Nam Carolus, ut habet episcopus Novariensis in Vita ipsius<sup>2</sup>, « Propius jam ad episcopi immus accedens, quod se grave admodum sustinere sentiebat, et ad salutem sui gregis diligenter equi cupiebat, in sacris concionibus publice habendis, de quo gravissime consilium constituerat, se copit exercere, remotioribus tamen locis, fereque ad virginum cœnobia, quanquam et in suas brevi prodiit, tum Sancte Marie, cuius erat archipresbyter, tum Sancte Praxedis, cuius titulum habebat, Ecclesiæ. Inusitata multis sæculis in tali persona muneris functio, concionator haud aptissimus, tali loco, quos in hominum sermones venerit, non est opus explicare, quibus rebus tamen ejus optimum studium superari tardarive non potuit. At vero fecit ea tota morum conversio, constansque in ea voluntas, ut illum tandem vereri quidam, modo summi, modo intimi inciperent, et ipse Pontifex ejus causa quibusdam rebus utiliter abstineret : solidæ virtutis vis hæc est admirabilis, qua plures a vita deterret, et ad quæ recta sunt impellit ».

Permovit ille Pontificem, ut monasticam disciplinam in Humiliatoriis Ordine penitus collapsam in pristinum sanctitatis nitorem re-

stituendam curaret, de quo Pontificie extant litteræ<sup>1</sup> x Augusti ad Marium Averoldum ejus Ordinis supremum magistrum date ; que familia cum in archiepiscopatu Mediolanensi admodum esset propagata, dum illi emendandæ piam daret operam, impios in furorem adeo concitavit, ut in ejus mortem conjurarent, ut suo loco dicetur. Coereita ab illo vita, instaurarique exceptam disciplinam Ecclesiasticam opera Ormaneti hoc anno in archiepiscopatu Mediolanensi ex Tridentini Concilii sanctionibus, testatur Carolus episcopus Novariensis, regemque Philippum regia illum ad id auctoritate fulcivisse : « Nam (inquit) Philippus rex, ac Mediolani dux omnibus provinciarum suarum prefectis jusserset, ut quæ Tridenti constituta erant, omnino servari pro eorum facultate curarent, Ecclesiæ antistites, quibuscumque rebus possent, in iis perficiendis juvarent : et provinciæ gubernator Gabriel de la Cueva dux Alburgherchii, senatusque Mediolanensis, ad omnia in eo genere peragenda pie se paratos ostenderant ».

56. *Philippus rex Hispaniarum in Africa Turcas devicit, et Genuenses Corsicam rebellantem subduxit.* — Confecta est hoc anno a rege Catholico expeditio adversus Afros, qui, parta antea ad Menyngem insulam victoria insolecentes, maritimis excursionibus Christianorum naves intercipiebant, atque Hispaniæ littora continuo grassationibus infestabant; pro quibus retundendis frangendisque monitos a Pontifice cardinales, ut preces Deo funderentur, docent Acta<sup>2</sup> Consistorialia :

« XXVIII Julij MDLXIV, fuit Consistorium : Sanctissimus dominus noster fecit verbum de profectione in Africam classis regis Catholici, pro cuius felici successu monuit, ut fiant Deo preces, cum presertim audiatur classem Turcarum etiam exiisse ». Praefectus est cum summo imperio regis Catholici classi conflata ex centum et tredecim triremibus, quarum octo fuere Lusitanæ, totidem Florentinæ, tres Sabadienses, sex Pontificiæ Caroli Borromæi cardinals, qui postea Sanctorum fastis adscriptus fuit, cura instructe, Garzias Toletanus Petri filius, qui fortissimus copiis succinctus, ususque secundis auris Pegnonem arcem scopolu insidentem terra marique obsidione cinxit, tantusque in eam impressit impetus, tantaque celeritate, ut nullum obsessis spatium quietis relinquaret, quare fessi hostes tertio die, cum nondum Turcica subsidia convenire possent, oppidum ex desperatione deseruere, exceptis trecentis Turcis pertinacissimis, qui resistere temere ausi, partim tormentis laniati, partim contrucidati, partim capti ac vinculis mancipati

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 134, p. 392. — <sup>2</sup> Act. Consist. Marianæ, Natalis Comes hist. I. xiv. Jo. Bapt. Adrian. I. xviii. Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 134, p. 381. Sur. in Comit. hoc anno.

<sup>1</sup> Pius IV. lib. brev. an. 5. Ep. xxvii. — <sup>2</sup> Act. Consist. Marianæ, Natalis Comes hist. I. xiv. Jo. Bapt. Adrian. I. xviii. Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 134, p. 381. Sur. in Comit. hoc anno.

fuere : inde munita Christianis præsidii arce, cum Hispana classis esset discessura, Turcarum auxilia venere, commissoque tumultuario levi prælio, in quo tantum quatuor Christiani desiderati, ac plures Mauri cœsi, victrix classis abscessit, de qua felici Victoria Pontificem retulisse ad cardinalium senatum memorant Acta<sup>1</sup> Consistorialia his verbis :

« Dixit gratias Deo agendas pro Victoria, quam habuerat classis regis Catholici, et felicitate in occupando loco illo, qui dicitur, Il Pegnone, sine sanguine, et cum celeritate, ac rogan'dum Deum, ut feliciter illi deveniat in rebus Corsicæ, ad quam navigare aiebat classem, ut a periculo et tumultibus illam insulam liberaret ». Non classis universa ad pacandos Corsicas tumultus se contulit, sed tantummodo Andræas Auria cum viginti triremibus in insulam Corsicam, quam veteres Cyrum dixerunt, vela direxit. Obori erant ii motus ex levi causa, cum Genuenses inanibus suspicionibus vexassent Sampetrum, olim Galliei nominis studiosum, quod nobile aedificium instar cuiusdam munitionis excitaret, vetarentque perduci ad fastigium, nec tamen sumptus e publico vellent dissolvere, de quorum avaritia, cum Sampetrus questus esset apud Corsos<sup>2</sup>, Genuenses variis locis trucidati fuere, consertisque minutis præliis concissi, deque imperio insulæ periclitati, cum parvis sumptibus rem componere potuissent. Ubi vero Hispana auxilia venissent, ac littora circumcedissent, Corsi ad montium munitiora loca se subduxerit, atque adeo in pertinacia obsfirmati fuere, ut nisi Florentiæ dux, vel Gallus eos in clientelam admitterent, de Turca evocando in ejus insulæ imperium agitaturi viderentur.

57. *Pontifex curis et angustiis quamplurimis impicitus.* — Ob hos et alios tumultus Christiani imperii gravem se traxisse dolorem significavit Pontifex cardinalium senatu, ut referunt Acta<sup>3</sup> his verbis :

« XXVIII Julii MDLXIV. Dixit de tumultibus, qui totam Christianitatem perturbant in Germania inter Danum et Suecum, inter Polonum et Moscovitam, et præcipue de tumultu Corsicæ, ubi prima manus Genuensem fucrat superata et in fugam conjecta : et quamvis rex Christianissimus hic per suum oratorem certiore fecerit Sanctitatem Suam, omnia se inscio et invito facta fuisse, quod pro certo Sanctitas Sua credit, tamen dubitat, ne tumultus ille magnorum malorum sit principium.

« Dixit etiam valde perturbari de peste, quæ fere todas provincias invasit, et quamvis custodias fieri mandaverit, tamen maximis curis urgeri, cum videat imminere bellum, pestem,

famem, signa aperta ire Dei ob peccata nostra, ideo nos debere jejuniis, orationibus et elemosynis placare Deum ».

Auxit Pontificias molestias administratorum Hispanorum importunus fastus, qui cum antea Pium in gravissimum discrimen adduxissent, ne Calliæ regnum a Romanae Ecclesiae cultu abalienaret, dum superiore anno item de honorificienti sede Gallo oratori intenderant, adhuc in eodem molimine obsfirmati varie eum fatigarunt, ut honoris supremum apicem Hispano deferret, sed cum Pontifex, ut narrat Jo. Franciscus Firmanus<sup>4</sup>, oratori Galliarum, vigesima Maii in die Pentecostes primas detulisset, Hispani administristi ita Philippi regisanum iniquis querimonis asperarunt, ut oratorem suum ex aula Pontificia revocariet, de quo Pontifex purgavit se in cardinalium senatu<sup>5</sup>, se nullo modo ab æquitate deflexisse, commendatisque Philippi regis Catholici virtutibus culpam omnem in regios administros derivavit.

« XVII Augusti fecit verbum de revocatione oratoris a serenissimo Catholico rege facta : ob præcedentiam vero cum Christianissimo rege Sanctitatem Suam nihil fecisse, quod juste regi Catholico displicere potuerit, nullam sententiam tulisse, locum tantum solitum oratori Christianissimi regis negari non potuisse, et id sine alicujus præjudicio ; paratum fuisse et esse justitiam ministrare, et causam, si petierint, committere, vel collegio cardinalium, vel auditorum Rotæ; non posse credere regem ægre tulisse id, quod Sanctitas Sua omittere sine injuria non poterat : sperare omnia a regis pietate, quem sibi charissimum filium futurum remotis malis consiliis non dubitabat, et multa dixit in regis laudem, conjiciens culpam omnem, tam factorum quam verborum in hunc oratorem et ministros ». Ornatussum certe regis virtutibus erat Philippus Secundus, ac non modo fidei Catholicae acerrimus vindex adversus haereticos, defensor adversus Turcas, verum etiam apud Indos Occidentales strenuissimus amplificator.

58. *In America novæ Ecclesiæ conditæ : canonizatio B. Didaci postulata : Græcis Catholicis in Sicilia morantibus Græci episcopi dati.* — Propagata enim latius atque aucta inter Americanos re Catholica, pro condendis novis Ecclesiis atque episcopatibus regiam apud Pontificem operam adhibuit, atque liberalitatem in vectigalibus attribuendis pro divino cultu celebrando explicituit, ut narrant Acta<sup>6</sup> Consistorialia :

« XXII Martii MDLXIV, referente reverendissimo Gonzaga. Cum nuper, seu alias Apostolica

<sup>1</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 390. — <sup>2</sup> Natal. Com. I. XIII. Jo. Bapt. Adr. I. XVIII. — <sup>3</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 381.

Diar. to. XI. Ms. arch. Vat. — <sup>4</sup> Act. Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 387. — <sup>5</sup> Ibid. p. 374.

auctoritate translata fuisse sedes episcopalis Ecclesiae Sanctæ-Marthæ ad oppidum Sanctæ-Fidei in partibus Indiarum, ut supra, ad supplicationem regis Catholicæ ibidem Ecclesiam Sanctæ-Fidei in archiepiscopalem erexit et instituit, et fuerunt pro suffraganeis assignatae Pompeiana et Carthaginensis Ecclesia in eisdem Indiis, separata a metropolitana Ecclesia Civitatis-Regum, et Sancti-Dominici, et reservatum jus patronatus serenissimo regi Hispaniarum, et in archiepiscopum præfecit cum usu pallii reverendum dominum Martinum modernum episcopum Sanctæ-Marthæ, et erexit oppidum Civitatis-Imperialis in partibus Indiarum in civitate », et interjectis nonnullis de ducendorum aureorum anno vestigiali attributo, « providit de persona Antonii Sancti-Michaelis Ordinis Sancti-Francisci ».

Inclarescente etiam fama sanctitatis beati Didaci Ordinis Sancti Francisci, ob cœlestes virtutes implorato ejus apud Deum nomine editas, Philippus rex deprecatorem egit apud Pontificem, ut confectis de iis Actis judicariis in Sanctorum Albo eum colloquaret, decretosque in ea causa nonnullos cardinales recenserent memoria Acta<sup>1</sup>:

« XIV Aprilis MDLXIV. Reverendissimus Alexandrinus ad instantiam serenissimi regis Catholicæ, et ejus filii serenissimi principis Hispaniarum, et universitatis Complutensis, et ejus regionis, ac totius provinciae supplicavit pro canonizatione fratris Didaci de Sancto-Nicola professi Ordinis Sancti-Francisci conversi, qui a centum annis in circa in oppido Complutensi ab humanis decepit, et plurimis miraculis clarere dicitur. Sanctissimus Dominus noster, habitis votis reverendissimorum cardinalium, statuit ut forma antiqua in similibus servari solita servaretur, et deputavit reverendissimos dominos Saracenum, Alexandrinum, de Araceli et Vitellium, qui examinarent formam solitam, et referrent Sanctitati sua ».

Extant eo argumento litteræ<sup>2</sup> Pii IV datae prima Maii hujus anni ad nonnullos Hispanos præfatos prudentia conspicuos, quibus partes demandatae erant, ut judicaria Acta de miraculis ad B. Didaci implorata apud Deum suffragia editis conficerent, remque a Philippo rege flagitiatam fuisse significavit. Extracta ea actio fuit in posteriora tempora, donec a Sixto Quinto Sanctorum honores illi solemni ritu decreti fuere.

Ad asserendam etiam Catholicam pietatem errorumque semina evellenda, Pius, cum magna Græcorum, qui Turcicam servitutem diffugrant, multitudo in Sicilia insula agere, humanissime excepta Graeco ritu sub Græcorum

episcoporum rectorumque auctoritate, libertate Christiana potiri permittetur, veterumque errorum laqueis implicita eos etiam in Catholicos transfundet, Constitutione edita<sup>1</sup> concessa iis indulta rescidit.

59. *Tumultus in Piceno.* — Ingentes hoc anno exorti tumultus in provincia Picæni, et præsertim in civitate Asculi, quam perduelles prene exciderant<sup>2</sup>: ad eas coercendas missus est a Pio Pontifice Cincius Capisucus Romanus militaribus expeditionibus insignis, quem idem Pius paulo ante speciali Diplonale sanctæ Romanæ Ecclesiæ militum generalem præfectum creaverat. Is administratione suscepta, ac militibus conscriptis, paucis mensibus provinciam pacatam reddidit.

Ut autem Picæni provincia, ac cætera Pontificiæ ditionis loca, quæ multos ab exilibus et latronibus patiebantur incursus, tuta ac tranquilla permanerent, octavo kalendas Novembris Marcum Sciticum cardinalem ab Altaemps provinciæ Picæni, et omnium locorum status Ecclesiastici ad quæ illum accedere contigerit, legatum declaravit.

60. *Calvinus impoenitens moritur.* — Sed antequam ad hujus extum anni deveniamus<sup>3</sup>, ultricem divinæ virtutis manum super nefandissimo hæresum fabricatore contemplari dignum est, qui justo judicio in vita sua projecti intima sua, et consumptus a vermis, eo quod non dedisset honorem Deo, sed sacrilegis illum blasphemis provocaverit, expiravit. Fuit is Joannes Calvinus, qui hoc anno xxvii Maii infelicissimam vitam fine infelicissimo, pertinax in hæresi, atque in desperationem efferatus, clausit, de quo hæc Laurentius Surius :

« Obiit Joannes Calvinus Genevensium hæresiarcha, vir pestilentissimus et arrogantissimus, divina Majestate in ilnum per extremæ vilitatis vermiculos animadverte: obiit enim morbo pediculari, miser homuncio, qui suo fermento innumeros corrupit, et amplissimas vias Antichristi munivit ». Describit funestissimam ejus mortem fusius Jacobus Laingæus, e quo hæc delibanda duximus : « Quamvis Beza scribat contra eos, qui condemnarunt Calvinum, et dicat eos mentitos esse, qui affirmant impie et misere interiisse, nihilominus certum est, Calvinum impie et misere interiisse, cacodæmones, sive malos spiritus invocantem, jurantem, execrantem, et seipsum tanquam nialum auspicium detestantem et mille modis devoventem, ob immensos infandosque dolores, cruciatus, afflictiones, aliaque infinita tormenta, quæ senserat, ac in corpore suo perpessus fue-

<sup>1</sup> Bull. in Pio IV. Const. 71. — <sup>2</sup> Natalis Comes in hist. Jacobus Serhenchus in Vitis principum. Ex Epistola S. Caroli. Ex Regist. Vatic. — <sup>3</sup> Dicr. 10. xi. Ms. arch. Val. Masson, in Pio IV. Hieron. Bosseus, Jac. Laingæus c. 22 et 26. p. 96. Florim. Raym. Sur. in com. Gill. Rousse. Gualter. in Chroñ.

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spade sig. 134. p. 375. — <sup>2</sup> Lib. brev. Pii IV. sig. num. 2904. Ep. xv.

rat. Deo etiam admodum irato atque offenso, et suam iram, severitatem atque justitiam non modo in vita futura, verum etiam in hoc praesenti saeculo apertissime ostendente, monstrante. Hoc idem etiam testantur, qui cum eo vixerunt, et in iisdem aedibus, donec exterrit duceret spiritum, et ultimus supercesset halitus vitae, habitarunt. Hoc etiam accedit, quod quamvis miserrimus Beza, vel quicunque alias impius negare vellet, attamen notissimum est, Calvinum detestatum, execratum, atque aver-satum fuisse horam, qua unquam studere aut scribere coperat, adeo scatenibus toto corpore verribus ac pediculis; tum denum his malis haec addo, quod omnium miserrimum est, quodque mens meminisse horret; ulcera maxime horrenda ac fætidissima totum occupabant Calvinum, quod non tam aliis quam ipse sibi molestus et odiosus fuerat. Postremo omnium accidit ad hæc, quod propter factorem immensum, fætorem minime ferendum ac pestiferum sui corporis odorem, præceperat servis, ne quem intromitterent in suas adæs».

61. Merito quidem lutulentus porcus toto corpore sic prostratus jacebat in limo, computrue-ratque jumentum in stercore suo, qui immam illam blasphemiam ad cætera sua nefanda dog-mata adjunxit, ut doceret, Christum Dominum desperasse in cruce, qua quidem non Lutheranos tantum, aut Zuinglianos, ex quibus sua conflavit dogmata, sed ipsum etiam Mahometum impietate superavit, quem Laingæus his verbis exagitat<sup>1</sup>, cum ejus confutat blasphemias:

« Tam terribili et horrido timore, dicit Calvinus, Christum perculsum fuisse, quod desperaverat, omni spe destitutus, et dubitaverat se morte absorptumiri. Latine scribit *deglutiri* vel *absorberi*, id quod potuerunt videre, qui legerunt librum Calvini, et in libro suo Gallico translusit *deglutiri*, *Englouty*. Majori blasphemia, sive execratione, maledictione, vituperatione, convictio, infamia aut ignominia, nunquam credo hæreticos Ebionem, Marcionem, Paulum Samosatenum, Arium, ne Mahometum quidem, notasse Christum. Nam primum hic sycophanta negat divinitatem fuisse in Iesu Christo, tanquam ignorante suum finem, neque sciente certo et vere se esse Filium Dei, qui habet totam potestatem super vitam et mortem.

« Impius Calvinus, tam immemor, dissolu-

tus, oblivious fuit, ut non menimerit verbo-rum, que Christus locutus fuerat x cap. Joannis: *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam; Nemo tollit eam a me (scilicet nolente, et necessitate urgente) sed ego pono eam a me ipso: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepia a Patre meo.* Ego istos discipulos Calvini, qui Deum et ejus Ecclesiam Catholicam reliquerunt, libenter interrogare vellem, quomodo sunt tam consitii inopes, omnis rationis expertes, mente intel-lectuque carentes, ut hoc horrendum monstrum informe, cui nulla ratio, nulla unquam sacra-rum litterarum intelligentia fuit, sibi idolum elegerint».

Lapsus est in eam blasphemiam, cum pro insani capitii libidine interpretatur ea Christi verba: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* jam antea praedicta a Davide, quæ Gregorius Nazianzenus naturæ humanæ, pro qua patiebatur, nomine repetita ait. Divus vero Leo Papa ita interpretatur: « Dicit se derelinqui, ut notum omnibus facaret se non erui, non defendi, sed sœvientum manibus derelinqui, hoc est, Salvatorem fieri et omnium fidelium Redemp-torem, non per miseriam, sed per misericordiam, nec amissione auxili, sed definitione moriendi. Quæ vero illic vita intercessio sentienda est, ubi anima et potestate est emissa, et potes-tate revocata; dicit enim Beatus Apostolus Paulus: *Proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et iterum dicit: *Chris-tus dilexit Ecclesiam, et tradidit semetipsum pro ea, ut eam sanctificaret;* unde Dominum tradi passioni, tam fuit paternæ quam ipsius voluntatis, ut non solum illum Pater derelinqueret, sed etiam seipsum quadam ratione desereret, non trepidâ discussione, sed voluntaria cessione, qui enim venerat mortem et mortis auctorem sua morte destruere, quomodo poterat peccato-res salvos facere, si adversantibus repugnaret?» His divi Leonis verbis blasphemia Calvini con-victa est. Refellit eumdem pluribus Laingæus, quod nequierit et imperite corruperit textum Apostoli, *Exauditus pro sua reverentia,* vertens, imo subvertens per hæc yerba, *pro sua formidine,* cum a peritis linguae Graecæ manifesti erroris arguatur, ita ut Christus fuerit exauditus pro sua εὐληξίᾳ, id est, pietate, religione ac reverentia erga Patrem, cuius honorem sua morte provexit.

<sup>1</sup> Jac. Laingæus in Vit. Jo. Calv. c. 24 et 25.

## PII IV ANNUS 6. — CHRISTI 1565.

*4. Pius IV ostendit cælibatum sacerdotum semper in usu fuisse.* — Qui sequitur annus millesimus quingentesimus sexagesimus quintus, Indictione octava, incipit, quo Solimanus Turcarum tyrannus elatior fastu, atque effusior ob religionis dissidia, quæ in Tridentino Concilio componi non potuerant, divulsasque Christianorum vires, cum novatores in pristina pericacia obduruissent, ambitiosa consilia ad subjicienda sua tyrannidi Christiana regna convertit, sed divina potentia, quæ mari Posuit vectem, et ostia, ut inquit Job<sup>1</sup>, dixit, *Usque hac venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos, Turcicos impetus Melitensium equitum virtute fregit; de quibus antequam agamus, quæ tempore præcessere prius delibabimus.*

Maximilianus Cæsar, qui imperii habenas in demortui Ferdinandi patris locum moderabatur, cum ex concesione calieis sub utraque specie rem Catholicam auctiorem factam consiperet, enixe contendit a Pio, ut sacerdotum conjugia permitteret. Pontifex vero ex postulato disciplina Ecclesiastica adeo contrario gravem modestiam traxit, atque ineunte anno senatum cardinalium de eo consuluit, significans, se vocatis theologis ac juris canonici peritis rem in examen adducturum, ut docent<sup>2</sup> Acta Consistorialia his verbis:

« Romæ xii Januarii MDLXV, fuit consistorium, in quo S. D. N. proposuit, quod serenissimus imperator instabat post concessionem communionis sub utraque specie, quam dicebat habuisse a S. D. N. et ab hac Sancta Sede, multum profecisse in suis regnis, ut similiter concederet circa connubium sacerdotum. Narravit perplexitatem animi sui, et qualitates temporum condotuit, et dixit, se velle consulere hoc negotium, non solum cum dominis reverendis-

simis, sed etiam cum multis theologis et canonicis, et quod domini interim considerarent».

Contenderant jamdiu ante Lutherani sacerdotalem cælibatum inter præcipuos abusus, sive corruptelas inductas ab Ecclesia Romana recentendum, atque etiam suggestum Carolo V fuerat a politicis, Lutheranos, sublati cælibatu et jejuniis, ad Ecclesias conjunctionem revocandos, sed gravissimo illi errore irretiti erant, non enim recenter invento humano ac tyrannide sæva, sed a vetere Ecclesia Spiritus sancti instinctu afflata sacerdotalis cælibatus constitutus fuerat, ut Pius Pontifex hoc pio et docto responso<sup>3</sup> demonstravit:

« Ad ea quæ consiliarii electorum et principum imperii reformanda censuerunt in Summo Pontifice et Sede Apostolica.

2. « Quod memorant inabusus cælibatum cleri, et quo pacto sacerdotes eorum uxores ducant, et alios ducere suadeant; res est profecto admiratione digna, quod cælibatum sacerdotalem abusum vocent, cum potius e converso violatio cælibatus, et illicitus ad conjugium transitus in sacerdotibus, pessimus abusus dici mercatur: etenim sacerdotes non debere uxores ducere testatur Aurelius in Concilio II Carthaginensi: « Cum, inquit, quia sie docerunt « Apostoli exemplo, et ipsa servavit antiquitas, « nos quoque custodiamus; et paulo ante talis legitnr Canon: « Placet, ut presbyteri et diaconi, vel qui sacramenta contractant, pudicitia custodes ab uxoribus se abstinent». Ex quibus verbis liquet ab Apostolis receptam esse hanc traditionem, non ab Ecclesia noviter inventam. Augustinus Aurelium secutus in quæstione ultima de quæstionibus Novi et Veteris Testamenti, in hæc sane verba scribit, et interrogat: « Si forte dicatur, si licet et bonum est nubere, cur non licet sacerdotibus uxores habere, id est, ut ordinatis jam non liceat conve-

<sup>1</sup> Job. XXXVIII. — <sup>2</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134.  
pag. 397.

<sup>3</sup> To. x. de Conc. Ms. arch. Val. sig. num. 3202. p. 119.

nire? Quis nesciat, unumquodque suam legem habere? Est enim, quod omnino generaliter omnibus licet, est item quod aliis licet, et aliis non licet, et est quod aliquando licet, aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet; negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet: antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto jam non licet: et Christiano, cum uxore sua convenire, aliquando licet, aliquando vero non licet; propter dies enim processionis, aliquando non licet convenire, quia etiam a licitis abstinentia est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Unde Apostolus: *Ex consenu, ait, abstinendum ad tempus, ut vacetur orationi; nam secundum legem, in jejuno cædere et jurgari non licet, postea licet, nimirum servata legum æquitate, quia major reverentia debetur Dei causis. Numquid omne, quod ante cæteros licet, ante imperatorem licet? quanto magis in Dei causis?* Ac per hoc antistitem ejus puriorum cæteris esse oportet, ipsius enim personam habere videtur; est enim vicarius ejus, ut quod cæteris licet, illi non licet, quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solum huic concubitus non licet, verum etiam ministro ejus, quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrantur. Calixtus papa vir sanctus et martyr constituit ante mille annos et trecentos, ne sacerdotes ducent uxores. Similia leguntur et in sacris Conciliis Næocesariensi, Ancirano, Agathensi, Gerundensi, Meldensi, Aurelianensi. Et ita observatum fuit a tempore Evangelii et Apostolorum quod nunquam licuit, constituto in sacerdotio ducere uxorem.

« Verum quidem est, quod ob ministrorum Dei defectum in primitiva Ecclesia, conjugati admittebantur ad sacerdotium, ut ex canonibus Apostolorum et Paphnutii responso liquet, et in Concilio Niceno; attamen volentes contrahere tenebantur id facere ante ordinis subdiaconatus receptionem, ut legitur cap. *Si quis eorum, dist. XXXII.* Hanc consuetudinem primitivæ Ecclesiæ usque in hanc diem servavit, et retinuit Græca Ecclesia. Cum vero per gratiam Dei cresceret Ecclesia, ut ministrorum in Ecclesia nullus esset defectus, Siricius papa ante annos mille centum et quadraginta omnimodam indixit sacerdotibus continentiam. *cap. Plurimos dist. 82.* quod Innocentius I, Leo Magnus, et Gregorius Magnus Pontifices approbarerunt et confirmaverunt, et in hunc usque diem Latina servavit ubique Ecclesia. Quibus satis liquidum esse existimatur, non abusum esse cœlibatum cleri, a tam sanctis Patribus tanto tempore comprobatum, et ab universa Ecclesia Latina receptum atque observatum. Ad hæc sacerdotes veteris legis tempore officii et ministerii sui in templo separabantur ab uxoribus,

sicut Zacharias tempore vicis suæ *Luc. i.* Cum autem sacerdos novæ legis semper debeat esse in ministerio, sequitur ut semper debeat continere. Amplius, conjuges non debent se fraudare officio conjugalium, nisi ad tempus, ut vident orationi, ut in priore Ep. ad Corinthios scribit Apostolus cap. 7; cum vero sacerdos debeat semper orare, ergo semper debet continere. His rationibus usi sunt viri sanctissimi et doctores egregii, Epiphanius, Ambrosius et Augustinus. Præterea S. Paulus ait in priore ad Corinth. cap. 7: *Volo vos sine sollicitudine esse: qui sine uxore est sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est.* Sacerdos ergo qui jugiter placere debet Deo, fugiat sollicitudinem uxoris, et non respiciat retro cum uxore Loth.

« Porro adumbrata fuit sacerdotalis continentia etiam in Veteri Testamento; nam Moses accepturus legem præcepit, ut in diem tertium non appropinquarent uxoribus. Exod. xix. Sacerdotes igitur accepti legislatorem Christum Dominum et Salvatorem nostrum, multo minus appropinquare debent uxoribus. Similiter jussi sunt sacerdotes portare femoralia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ. Exod. xxviii, quod fuit Symbolum futuræ continentiae in sacerdotibus, ut ait Venerabilis Beda. Eliam Achimelech daturos panem benedictum pueris David, interrogabat prius, an mundi essent a mulieribus, et David respondit mundum se esse ab heri et nudiustertius. I Reg. xxxii. Ergo semper mundi debent esse sacerdotes sumentes panem vivum, qui de Cœlo descendit. Joa. vi. Item manducantes Pascha præcincti erant renibus. Exod. xii. Quare, et sacerdotes manducantes frequenter Pascha nostrum Christum cingere convenient renes per continentiam et munditiam, sicut imperat eis Dominus: *Mundamini, inquit, qui fertis vasa Domini.* Isa. lxi. *Sancti estote, quoniam sanctus sum.* Lev. xix. Serviant itaque sacerdotes Deo in sanctitate et justitia omnibus diebus suis. Hinc sanctus martyr Cyprianus testatur sibi a Domino revelatum, et cum severitate injunctum, ut clericos studiose admonearet, ne cum fœminis commune haberent domicilium. Unde continentia sacerdotalis, cum sit a Conciliis et Pontificibus præcepta, a Deo revelata, proprio voto a sacerdote Deo promissa, non est ullo modo rejicienda; nam hoc exigit sacrificii, quod tractant, excellentia, orationis frequenta, libertas et puritas spiritus, ut curent quomodo Deo placeant juxta sancti Pauli doctrinam.

« Et quia constat hanc fuisse antiquam hæresim Joviniani, quam damnavit Romana Ecclesia, et scriptis convicit Beatus Hieronymus; et sanctus Augustinus dicit hanc hæresim confessim fuisse extinctam, neque pervenisse ad

sacerdotum corruptionem ; hanc sacerdotum corruptelam et abusum principes tolerare non debent, in perpetuum sacri Romani imperii ignoraminam et infamiam ; sed conformiter se potius universalis Ecclesiae. Neque moveantur ab his quae eis suggesturuntur, quod Apostolus inquit, Cor. vii: *Unusquisque habeat uxorem propter fornicationem* : respondet enim sanctus Hieronymus sanctum Paulum loqui de eo, qui non vovit : sicut Athanasius intelligit illud sancti Pauli : *Non peccat virgo, si nupserit*; virginem hic non intelligi illam, quae Deo dicala sit. Idem nota Epiphanius, Basilius Cæsariensis, et Theodoretus. Sic ad illud : *Melius est nubere, quamuri*; acris extat responsio beati Hieronymi contra Jovinianum, nam ille idem sanctus Paulus ait : *Bonum est homini mulierem non tangere*; habet namque sacerdos medium, ut neque uratur, neque nubat, sed per gratiam Dei contineat, quod oratione devota et castigatione carnis, jejuniis et vigiliis a Deo impetrat. Amplius : dum aiunt Christum docuisse non omnes homines ad cœlibatum idoneos esse : hoc quidem verum; ideoque nec omnes idonei sunt ad sacerdotium; sed sacerdos oret, et poterit capere verbum Christi de continentia, sicut sanctus Paulus dixit : *Omnia possum in eo, qui me confortat*, ad Philippien. Est enim continentia donum Dei. Sap. viii. Praeterea cum prætenditur hanc esse ordinationem et præceptum Dei Gen. i, respondit ante mille annos et centum Hieronymus : « Necessæ, inquit, fuit prius plantare sylvam, « et crescere, ut esset quod postea posset ex « cidi ». Præceptum tunc erat de procreatione pro iis, ut repleretur terra, quæ modo repleta, et adeo quidem ut sit pressura gentium; non est amodo tamen præceptum volentibus continere.

« Vane præterea jactant concessionatores mandatum Dei ; ostendant si possunt, ubi Deus præcepit sacerdotibus, ut ducant uxores. At hoc reperitur in jure divino, ut vota semel emissa reddantur. Psal. xlvi, Psal. lxxv, Eccles. v. Quare igitur expressum illud jus divinum noui observant ipsi ? Corrumput quoque sanctum Paulum, quasi præcipiat episcopum eligendum debere esse maritum, cum sanctus Paulus dicat : *Episcopus sit unius uxoris vir*; quod non est intelligendum, quod debeat esse maritus, alioquin Martinus, Nicolaus, Titus, Joannes Evangelista, imo et Christus non fuissernt episcopi. Quare Hieronymus explicat verba sancti Pauli, quod *episcopus sit unius uxoris vir*, hoc est, quod non sit bigamus. Veritas expositionis liqueat non modo ex auctoritate Hieronymi, quæ tamen magna esse debet apud quemque Catholicum, sed ex sancto Paulo quoque, qui de vidua diligenda scribit : *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor*, ad Timoth. v. Quod postremo factum

adducunt Germanorum, factum afferunt novum : dum enim imperatori Henrico IV contentio esset cum Romano Pontifice, atque etiam cum filio et proceribus imperii, iura humana pariter et divina confusa fuerunt, adeo ut laici illo tempore temere atlentarent sacra tradere, sordibus pro sacro oleo uti, baptizare, et multa alia a Christiana religione aliena facere. Simili exorbitantia clerici excessit, quod pro jure jam allegare nequit, neque incivile fuit, sacrilega dirimere Matrimonia, quæ contra vota, contra sanctiones Patrum et Conciliorum nulliter fuerant contraria, quemadmodum et hodie sacerdotum non sunt rata matrimonia.

« Frustra ergo queruntur, mundum senescere, et remedium imbecillitatis laxandum. Nam Deo consecrati alia habent imbecillitatis remedia, utpote foeminarum consortia devitent, otia fugiant, jejuniis et vigiliis carnem emacerent, prohibeant sensus externos ab illicitis, et præcipue visum et auditum; oculos quidem ne videant vanitatem, parvulos denique, id est carnales cogitationes, allidant ad petram, petra autem Christus est : affectus reprimant, Deum frequenter et devote orationibus pulsent. Hæc proculdubio sunt potentissima continentia remedia in Ecclesiasticis viris Deo servientibus. Sanctus Paulus recte daemoniorum doctrinam dixit eorum, qui nuptias prohibent, quales fuerunt Tatianus et Marcion haereticus, quorum Augustinus et Hieronymus meminerunt : sed adeo Ecclesia non prohibet nuptias, ut etiam Matrimonium inter septem sacramenta communaret, cum quo sane stat, ut ob excellens ministerium Ecclesiasticis excellentiore præcipiat munditiam : fatum enim est esse mandatum Dei de contrahendo ; alioquin peccasset Joannes Evangelista, Sanctus Jacobus, S. Laurentius, Titus, Martinus, Techla, Agnes, Catharina, Barbara, et cætera innumerabiles. Cyprianus vero ab eis inductus non loquitur de virgine, quæ solemne votum fecerat, sed de ea, quæ decreverat continentem vivere, ut initium Epistole xi libri primi satis indicat. Certissima etenim est sauci Augustini sententia, virginibus voventibus, non solum nubere, sed velle nubere damnable est. Unde abusus matrimoni et votifragium in clero tolerandum non est ».

3. Inter cæteros, quos Pontifex gravissimo in hoc negotio consultores adhibuit, Fr. Michael cardinalis Alexandrinus, qui proximo anno Pius Quintus Pontifex Maximus evasit, adnumeratur, de quo hac Vitæ ipsius auctor<sup>1</sup> scripta reliquit : « Sub finem hujus Pontificatus Maximilianus Cæsar eo nomine II, et alii plerique Germaniæ principes, graviora scelerata perniciose que exempla hac via cautum iri prætendentes,

<sup>1</sup> Gabut. l. v. Py. v. c. 7.

per litteras ac nuntios Pontificem urgebant, ut Germanis sacerdotibus, Graecorum exemplo, uxores ducendi faceret potestatem. Quod etsi Christianis moribus, Apostolicis preceptis, sacris legibus, atque omni Ecclesiasticae disciplinæ omnino repugnare constabat, Pontifex tamen, ut quid dicto factoque opus esset gravius decerneret, tantorumque principum petitionem haud prorsus contemnere videretur, rem nonnullis cardinalibus ad id selectis ex pendendam ac definendam detulit. In iis ergo cum esset Alexandrinus, sacras leges Deique honorem omnium principum gratiæ, cæteris que rebus humanis præferendum ratus, singulari constantia atque animi libertate ita sese opposuit, ut ejusmodi postulata nemo, aut ardentius oppugnarit, aut acrius rejicienda esse contenderit. Potissimumque ipse auctor fuisse dicitur, ut Pont. id nullo pacto faciendum esse responderet; non enim fas esse mala facere, ut eveniant bona; neque cuiusvis rei gratia contra leges omnes prostitundendum esse, atque adeo prophanandum sacrosanctum sacerdotium, quod sine saneta castitate, aut rite constare, aut Deo placere non posse Catholica et Apostolica semper docuit Ecclesia<sup>1</sup>: atque ita nunquam ab hujus responsi religione discessum est, quamvis imperator politicis argutiis illusus conjugia sacerdotum a Pontifice permitti flagitaret<sup>2</sup>, atque suis oratoribus scriberet: «Etiam nunc in ea sententia firmissime persistimus, si Sanctitas sua pia et benigna mente resperxerit ingentem necessitatem sacri imperii, ac regnum el dominiorum nostrorum, eique auxiliatricem manum præbuerit eo modo, quem nos antehac Sanctitali ejus ostendimus, quod tunc nostri et sacri imperii subditi longe facilius in officio contineri, multaque mala et scandala præcaveri poterunt». Sensit et contra Pontifex longe graviora mala in imperio emersura, atque in aliis regna et provincias, que illibatam fidei puritatem colebant, redundatura, si conjugia sacerdotibus indulgerentur; non enim vitia carni indulgendo vincuntur, sed carnem mace rando profligantur.

Decretos a Pontifice duos internuntios, Lancianensem episcopum theologica scientia excutissimum, et Petrum Guicciardinum juris canonici peritissimum ad Cæsarem, ut illi ostenderent, quam iniqua essent ejus postulata, Cæsareumque Pontificis monitis assensisse, refert Joannes Baptista Adrianus<sup>2</sup>.

4. *Gebennenses Pium IV proditorie occidere tentant.* — Cum ob pœlclarâ gesta in Pontificatu suo Pius immortalitate dignus videretur, Sathanas immani in eum odio satellites suos effe ravit, adeo ut ad violentam illi mortem inferen-

dam ineunte hoc anno conjurarint, ut ex Actis consistorialibus constat, in quibus hæc referuntur: «XIX Januarii MDLXV, fuit Consistorium in quo Sanctissimus Dominus noster narravit conjurationem detectam in personam suam, de quibusdam sceleratis». Horum sicariorum insanæ molitiones e Gebennensi schola profectas creditum est; in ea enim assassinorum palæstra eruditos constat, qui adversus Franciscum Secundum regem et ducem Guisium conspirarunt, sed nefandissima impiorum consilia immisso divinitus terrore discussa refert Natalis Comes<sup>2</sup>:

«Dicuntur vel insania et furore, vel phantasticis spectris, et a maligno Dæmone impulsi Taddæus Maufredus, Eques Pellizonius, et Antonius Canusinus, et Benedictus Accoltus, et Prosper Pictorius, et alii quidam in caput Pontificis conjurasse, quem interficere decreverant, cum publice daret audientiam, simulantes porrigerere chirographum; ac primum percutiendi locum Accoltus sibi depoposcerat, nam sibi persuaserat, sicut reliqui tam fœdæ conjurationis socii, futurum, illo Pontifice trucidato, ut Pontifex divinus, sanctus, angelicus, divino afflato compulsus cum magno Christianorum consensu Romanum convolareb, qui mox esset futurus monarca et totius orbis imperator. His addidit Accoltus, sibi jus esse remunerandi tam pœlclari facinoris conscos et adjutores, nisi haberent pro magno præmio totius Christianæ reipublicæ sanctitatem, et novæ vita reformationem. Descripsit igitur in chirographo suo adhortationem, qua hortabatur Pontificem, ut dignitatem Pontificiam ultra deponeret, quod nisi statim fecisset, atque concepto in sua mente Pontifici ultro cederet, mortem minabatur. Pro tantis ausis singulis adjutoribus præmia ingentia jam nunc promittit, Antonio Ticinum urbem, Pellizonio Equili Aquilam, Taddæo Cremonam, alii consimiliter alia. Sed antequam suscipiatur negotium additur sceleri scelus. Nam cum oportere putarent se prius a peccatis expurgari quam facinus aggrederentur, cætera delicta confitentur sacerdoti, paricidii mentio nulla fit, hoc animo, atque hoc tanto scelere in animo retento, tanquam pio et sancto facinore, Eucharistiam impurissime admittunt. Accoltus postmodo chirographum porrecturus, pallens exorta repentina trepidatione corripitur, neque facinus audet aggredi; ex eo nata est inter conjuratos controversia, donec re a Pelliziano patefacta, omnes capti sunt et in questiones traditi, ut sua consilia, et a quibus impulsu tantum facinus ausi essent, aperirent. Alliciuntur etiam sollicitanturque ingentibus pollicitationibus, ut patet facerent a quo inducti hoc maleficium suscep-

<sup>1</sup> Adrian. I. xviii. Ext. in Ms. arch. Vat. sig. num. 3216. p. 32.  
— <sup>2</sup> Jo. Bapt. Adrian. I. xviii.

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. sig. num. 434. p. 397. — <sup>2</sup> Ms. arch. Vat. Diar. XI. p. 399. auct. Jo. Franc. Firman. Carim. Mag. Natalis Comes I. XIV. Jac. Aug. Thuan. I. xxxvi.

pissent, cum nihil per tormenta extorqueretur, sed neque supplicis, neque promissis induci possent, ut consiliorum rationes et auctores ullos proferrent, neque ullum certum appareret habere suæ temeritatis ac dementiae fundatum, quin etiam Accoltus perridiculum responsum dedit, se locutum esse cum Angelis, qui ad illud facinus essent adhortati. Nam profecto admirabile est tantum dementiae in animos hominum aliquando contingere, et prope prodigia, cum deliria, et furor, et dementia, vel phrenesis omnem rationem atque rectum consilium exterminent. Cæterum impurissimi homines et concisi tanti sceleris extremis suppliciis affecti sunt, ubi per Urbem attracti fuissent ab equis cum alligatis nudis pugnionibus, ut Accoltus inter vel ipsa graviora tormenta semper ridens discrucibatur ». Addit auctor torquendos illos suisse potius per insignem dosim hellebori, quam per solita tormenta; at ignoravit ille, Sathanam habere martyres suos, qui ita ab eo occupentur, ut extrema supplicia hilares ridentesque tolerasse fuerint non raro animadversi.

5. *Perfugia et aliqua privilegia rescindit Pontifex.* — Porro ad comprimentam impiorum audaciam decretum esse a Pontifice, ut centum catapultarii in variis Palatii locis excubias agerent, pro tuenda Pontificia salute adversus improviso hostium impetus, referit Joannes<sup>1</sup> sacram rituum magister in Diariis. Administrandæ vero justitiae studio adductus idem Pontifex, in memorato senatu cardinalium, habitu decima nona die Januarii hujus anni, sustulit perfugia, quæ in cardinalium vel oratorum principum ædibus patuerant reis adversus forense satellitum. « Monuit », inquit Acta<sup>2</sup>, « reverendissimos, ut caverent, ne darent franchitias in dominibus suis, quacumque de causa, etiam in civilibus: idem dixit de oratoribus principum ». Rescidit<sup>3</sup> etiam decima tertia kal. Martii omnia privilegia quibusvis concessa sine discrimine civilis, sive regiae, sive imperatoriæ, sive sacrae dignitatis, que pugnarent cum decretilis in Concilio Tridentino editis non aliter, quam si conceperit verbis repetita Diplomati Poutificio insererentur. Tradunt etiam Acta<sup>4</sup> Consistorialia Pium Pontificem, ut injiceret frumentum internuntiorum, qui ad reges decernebantur, ambitioni, deliberasse de condenda lege, ne internuntii gratia et auctoritate regum pro cardinalatu prensando abuterentur, ac si reges pro eo blandiendo preces adhiberent pro hujusmodi internuntiis, ut infamie nota inusti censerentur cardinales, qui pro iis sua suffragia conferrent, ejus Constitutionis<sup>5</sup> formulæ concipiendæ partes Morono et Amulio

cardinalibus demandatae sunt; eos vero functos suo munere, et eam sanctionem promulgatam fuisse, constat, cum inter alias Pii Quarti Constitutiones inserta sit, in qua etiam hujusmodi internuntiis, qui malis iis artibus cardinalatum exambiverint, proposita est anathematis poena, omnium quoque sacerdotiorum et dignitatum muleta infligitur, tum haec adjecta: « Auctoritate Apostolica harum serie districtius inhibemus, ne deinceps similes imperatorum, regum, reginarum, duorum, aut aliorum principum secularium commendationes, preces, aut alios etiam vocales, aut in scriptis favores, ad aliquas Pontificias, aut alias dignitates sæculares, vel regulares, aut etiam cardinalatus, vel alios honores et officia Ecclesiastica consequendum, aut sibi vel aliis consanguineis et necessariis suis quoquomodo per ipsum Romanum Pontificem conferenda, per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte quonodolibet ambire, seu procurare, neve illis etiam ultra sibi per principes sponte oblatis uti præsumant vel audeant, eadem auctoritate et præsentium tenore, statuentes, quod omnes et singuli in præmissis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, et absque processu desuper habendo, sententias et poenas præmissas irremissibiliter eo ipso incurvant ».

6. *Cardinales creantur.* — Mense Martio auxit Pius cardinalium collegium adlectis in senatum viginti tribus viris insignibus, inter quos exiit Hugo Boncompagnus, qui in Pontificatu Gregorii XIII noinen postea gessit, quorum omnium nomina in Actis<sup>1</sup> Consistorialibus recensentur subjectis verbis:

« Romæ apud Sanctum Petrum die undecima Martii MDLXV, fuit Congregatio Generalis, in qua S. D. N. creavit et assumpsit in sancta Romana Ecclesia cardinales infrascriptos, Annibalem Bozzulum Neapolitanum archiepiscopum Avenionensem, Marcum Antonium de Columna Romanum archiepiscopum Tarentinum, Ptolomæum Gallum Comensem archiepiscopum Sipontinum, Angelum Nicolinum Florentinum archiepiscopum Pisarum, Aloystium Venetum episcopum Palavinum, Prosperum de Sancta-Cruce Romanum episcopum Chisensem, Zacharium Delphinum Venetum episcopum Pharensem, Joannem Franciscum Commendonum Venetum episcopum Zacinthinensem et Cephaludensem, Marcum Antonium Bobba episcopum Augustæ Praetoriae, Uguncem Boncompagnum Bononiensem episcopum Vestanum, Alexandrum Sforziam Romanum episcopum Parmensem, Flavium Ursinum episcopum Muranum, Simeonem Nigrum Pasquam Lunensem episcopum Sarzaneum, Alexandrum Cribellium Mediolanensem episcopum Cariaten-

<sup>1</sup> Joan. Fr. Firman. Diar. lo. xi. p. 393. — <sup>2</sup> Act. Consist. xix Jan. — <sup>3</sup> Bull. in Pio IV. Const. 91. — <sup>4</sup> Acta Cons. sig. num. 134. p. 401. — <sup>5</sup> Pius IV. Bullar. in Const. 96.

<sup>1</sup> Act. Consist. sig. num. 134. p. 460.

sem, Carolum Vicecomitem Mediolanensem episcopum Vintimiliensem, Franciscum Alciatum episcopum Civitensem, Franciscum Abundium Castellionum Mediolanensem episcopum Bobiensem, Guidonem Ferrerum Hipporegiensem episcopum Vercellensem, Antonium Crecchium Ambianensem episcopum, Guillelmum Sireletum Calabrum protonotarium Apostolicum, Gabrielem Paleottum Bononiensem, auditorem Rotae, Benedictum Lomellinum Januensem clericum Cameræ Apostolice, Franciscum Crassum Mediolanensem gubernatorem Bononiæ». Porro de Guillelmo Sireleto hac in sua hist. scribit Justinianus<sup>1</sup>: « Is dignitatem invitus suscepit, quam cæteri mortales ardentissimis votis ambiunt ».

*7. Hugo Boncompagnus in Hispaniam legatus dirigitur.* — Ex his cardinalibus delectus est Hugo Boncompagnus religione ac peritia rerum gerendarum clarissimus, ut in Hispania legati Apostolici et latere munus exerceret, et causam Bartholomæi Miranda archiepiscopi Toletani in crimen hæresos vocali cognosceret, ut memoriabant eadem Acta<sup>2</sup>:

« XIII Julii MDLXV, fuit Consistorium, in quo Sanctissimus Dominus noster deputavit legatum de latere in Hispaniam reverendissimum dominum cardinalem Sancti-Sixti Boncompagnum pro cognitione, et determinatione, seu decisione causæ pendentis contra archiepiscopum Toletanum, adhibitis nuntio Sanctitatis suæ et uno auditore rotæ ». Data sunt etiam eidem legato mandata, ut in Valentino regno nonnullos Maurici generis neophytes, qui errorum laqueis irretiti ad supersitionem Mahometicam transvolare affectabant, ob censuras Ecclesiasticas quibus devincti erant ob contracta in gradu legibus prohibito matrimonio, in fide Christi contineret, eosdemque conciliaret Ecclesiæ, censuris solutos, atque etiam mitigatis legibus de gradibus consanguinitatis, eorum matrimonia rite confirmaret, ut ea benignitate delimiti in Africam Irajicere, atque ad Mahometanos ritus deficere desinerent.

« Dilecto filio nostro Iuguno tit. Sancti-Sixti presbytero cardinali ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum regem Catholicum nostro et Apostolicæ Sedis legato de latere.

« Dilecte fili noster, salutem, etc. Cum sicut acceperimus, in regno Valentiae quamplures noviter a secta Mahometana ad Christi fidem conversi, ac aliqui ab eis descendentes reperiantur, qui pravum illum Mahometanum vivendi monrem nondum prorsus obliti cœcitate quadam et ignorantia prioris sectæ hujusmodi adhuc obvoluti, cum eorum consanguineis et affinibus

in gradibus ab Ecclesia Dei prohibitis, etiam forsitan scienter ac temere, diversa matrimonia contrarerunt, illaque carnali copula consummarunt, ac prolem exinde etiam forsitan suscepserunt et in alia diversa excessus et crimina inciderunt; sed cum ipsi metu poenarum, quibus tam a generali, quam alii ab eo inferioribus partium illarum hæreticæ pravitatis inquisitoribus, excessum et criminum hujusmodi ratione plectendi forent, non solum per eos perpetratos excessus et crimina hujusmodi confiteantur, sed vias quasdam exquisitas modosque illicitos præparant, ut ad partes infidelium confugiant, ac ante a per eos amplexatam fidem Catholicam hujusmodi in æternam animarum suarum damnationem deserant: tantæ noviter conversorum, ac ab eis descendientium hujusmodi multititudini pie misericorditerque parcendum, ac eorum statui salubriter consulendum esse plane sumus arbitrai. Nos igitur attendentes, quod Sedes Apostolica pia mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate personis libenter se propitiæ exhibere, neminiisque pietatis et misericordiae sue gremium claudere consuevit, ac proinde nos quoque, qui Sedis ejusdem beneficiorum eorumdem pietatis et misericordia dispensatores sumus, conversorum ac descendientium hujusmodi statui, et animarum saluti, quantum cum Deo possumus, consulere volentes ac de tuis prudentia, dexteritate, pietate, religionis et fidei Christianæ propagationis zelo, animarumque salutis Christicolarum prompta sollicitudine plurimum in Domino confidentes sperantesque, quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, ad Redemptoris nostri gloriam, ac animarum salutem, hujusmodi memor, Sanctæ Sedis exaltationem non minus pie et fideliter quam diligenter exequi curabis, circumspectione tuæ, quanupr certis lunc suadentibus causis, nostrum, et Sedis ejusdem de latere legalum ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum regem, de fratribus nostrorū sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, Apostolica auctoritate deputandum duximus et deputavimus, per praesentes committimus et mandamus, quatenus matrimonia per conversos et descendentes præfatos in gradibus, ut præfertur, prohibitis haec tenus contracta, primitus et ante omnia auctoritate Apostolica irrita et inania declares, ac conjuges ab iuvicem separares, et deinde si a te id humiliiter petierint, illos, qui matrimonia in gradibus prohibitis hujusmodi, videlicet in secundo simplice, aut duplo, et tertio etiam simplici, aut duplo, necnon quarto similiter simplici aut duplo consanguinitatis aut affinitatis gradibus, absque Apostolica dispensatione, ut præfertur, in dicto regno Valentiae tantum contrarerint, a quibusvis excommunicationis, aliisque sententiis, censuris et poenis Ecclesiasticis,

<sup>1</sup> Hist. Ven. l. xv. — <sup>2</sup> Act. Cons. sig. num. 134, p. 405. Pius IV lib. brev. p. 428.

quas propter praemissa quomodolibet incurrerint, aut eos incurrisse dici seu conscripsi possit, necnon incestus reatu, et excessibus hujusmodi in utroque foro eadem auctoritate Apostolica, si ita tibi videbitur, in quo conscientiam tuam oneramus, possis absolvire, injuncta inde eis pro modo culpe paenitentia salutari, qua perfecta, cum eisdem noviter conversis et descendantibus, qui matrimonia, ut praefertur, in dictis gradibus prohibitis contraxerunt, ut, impedimentis secundi simplicis, aut duplicitis, et tertii etiam simplicis, aut duplicitis, quarti similius simplicis, aut duplicitis consanguinitatis et affinitatis graduum hujusmodi non obstantibus, ipsi in illis, ut praefertur, contractis matrimonii, absque aliquibus conscientie scrupulo remanere, seu illa de novo contrahere in facie Ecclesiae solemniter, libere et licite possint et valeant, dicta auctoritate Apostolica misericorditer in Domino dispensare, dummodo mulieres propter hoc rapte non fuerint, prolemque susceptam, si quae sit, et suscipiendam exinde legitimam decernere, alias et alia salubrem conversorum et descendantium hujusmodi reductionem et statum, Christianumque et Catholicum vivendi modum, necnon quascumque illis excessum per eos perpetratorum ratione dandas absolutiones, et paenitentias, et penas eis injungendas, illarumque circumstantias, que quomodolibet concernentia, te rationabili ac pio salubrrique consilio et voluntati praefati Philippi regis in premissis conformando, facere, gerere, et exequi juxta tuam providam desuper adhibendam ordinationem, in premissis omnibus et singulis amplam et omnimodam potestatem, facultatem et auctoritatem, dieta auctoritate dantes et concedentes; non obstantibus, etc. Dat Romae apud S. Marcum die x Septemb. MDCXV, an. VI».

Pelliciebat ad detectionem infirmos neophytorum Mauricæ gentis animos florentissimi Mahometani imperii amplitudo, juxta illud oraculum: *Prosperitas stultorum perdet illos, cum Turca collatis maximis exercitus ad opprimendum Christianum imperium anhelaret, atque ad fortissima duo illius propugnaula convellenda, Hungariam nimirum, atque insulam Melitam, armorum molem verteret, de quibus agendum modo incumbit.*

8. *Melitensis insula a Solymano impetratur, sed, providente Pontifice, ab invasione Turcica liberatur.* — Praetexit Solimanus imperator<sup>1</sup> ulisci maritimas Mellensium equitum grassationes, quasi Christianis non licet piratarum Maurorum ulisci injurias; ambitioso vero animo, subacta Melita insula, Sicilia Italique excedia complectebatur, cum principes Christiani ad retundendos saevissimos ejus imetus se-

gnis se compararent, eaque spe insolescens validissimam classem ad Melitam invadendam mense Maio immisit, de cuius numero et viribus haec refert Surius<sup>2</sup> in Commentariis: « Erant in Turcica classe præter alias naves, tum onerarias, tum Mahonas committauerunt convelendo accommodas, tum Liburnicas, hemiolas et scaphas, centum sexaginta octo triremes munitissimæ; porro navigia simul omnia ad ducenta quadraginta. Ea classis partim primo in Marsasiroccum portum appulit: sed non satis illis fidens, in alium, quam Majorem vocant, sese transtulit ». Coegeral Solimanus in ea classe imperii Turcici omnes vires maritimas, illique tres duces Mustapham, Pialem, ac Dragutum bellique arte florentissimos prefecerat, cuius appulso terrore completa est Italia, cum intestinis dissidiis, quæ nova invexerant hereses, laceratum esset Christianum imperium, et principes Catholici vires suas ad refundendum Turcam non instruxissent, quos a se diligenter monitos impendentes periculi, obtorpuisse questus est in cardinalium senatu Pontifex, addiditque, se non modo ad ditionem Ecclesiasticam defendendam, verum ad auxilia regno Neapolitano vel Iletruria afferenda strenue incubitetur, ut narrant Acta<sup>3</sup> Consistorialia xviii Maii hoc anno confecta:

« Roma apud Sanctum-Petrum die xviii Maii MDLXV, Sanctissimus dominus noster fecit verbum super adventu classis Turcarum: condoluit miserias nostrorum temporum, conqueritus est de pravis apparatus a principibus Christianis comparatis, licet ipse multoties mounerit, tandem dixit se defensurum ditionem nostram Ecclesiasticam, et etiam, si opus fuerit, laturum se opem vicinis, videlicet in Tuscia et in regno Neapolitano».

9. Misit etiam Pontifex Melitensibus equitibus numeraria subsidia, ut stipendia militi solverent, ac auxiliares copias iis submittendas contraxit, quibus Pompeium Columnam bellac rei peritia et gloria florentem præfecit, ut ostendunt subiectæ litteræ<sup>4</sup>:

« Dilecto filio nobili viro Pompeo Columnæ Domicello Romano.

« Dilecte fili, salutem, etc. Andito nuper a nobis, Turcicam classem ad invadendam insulam Melitem applicuisse, jamque oppugnationem illius locorum parasse, alque incœpisse: statim, præter ea, quæ illuc anteua miseramus pecuniarum subsidia, etiam aliquot militum cohortes ad ipsius insulæ defensionem mittendas duximus. Cupientes autem strenuum et animi magnitudine præstandem virum eisdem militibus præficere, ad te mentem nostram converlinns, firma spe freti, te desiderio huic no-

<sup>1</sup> Sur. in Comm. hoc anno. Natal. Comes I. xv. Jo. Bap. Adria. I. xviii. — <sup>2</sup> Acta Cons. Ms. sig. num. 131. p. 403. — <sup>3</sup> Pius IV. lib. brev. vi. p. 249.

stro cumulate salisfactorum, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum die viii Junii M.DLXV, anno vi ».

Confluxere multi viri illustres, ut suo sumptu in tanta necessitate preeclararum reipublicarum Christianarum operam navarent, quos recenset Surius<sup>1</sup> in sua historia.

Eadem die septima Junii Pontifex militare fœdus cum Helvetiis Catholicis percussit, ut ex ea gente fortissima, bellicisque artibus et laboribus exercitatissima copias contraheret, de quo federe sancito actas Numini grates referunt Acta<sup>2</sup> Consistorialia :

« Romæ apud Sanctum-Petrum die octava Junii M.DLXV, fuit Consistorium, in quo fuit initium fœdus inter Pontificem et quinque Pagos Catholicos Helveticorum, et decretum fuit, quod celebraretur Missa de Spiritu Sancto ».

Tradunt eadem Acta, decretas fuisse a Pontifice solemnes supplications, ac propositis sacrarum indulgentiarum praemii populum Christianum incitatum, ut dinam opem contra Turcicam vim imploret.

10. Prima Turcici belli moles versa est ad Castrum S. Elmi, quod muris tormentorum bellorum continua diverberatione quassatis, variis impressionibus hostilibus tentatum est, in quibus maximæ Turcarum strages edite fuerunt, sed demum sub hostium multitudine virtus Christiana succubuit, adeo ut Turcico furore cæsi universi præsidiarii milites pro Christi nomine, non tamen inulti ceciderint. « Perpetuo », inquit Surius<sup>3</sup> ex certissimis Monumentis tum scriptis, « labore nimis fatigati, semper enim fessis Turcis recentes submittebantur, que res nostrorum vires exhausti, cæduntur a barbaris hostibus milites Christiani ad unum omnes, sed non inulti, quippe qui fere toti Turcico sanguine erant aspersi; in ea pugna e nostri desiderati sunt mille trecenti, in quibus equites erant centum triginta. Nemo Christianus ambigit, tam constanter et fortiter pro religione et reipublicæ Christianæ defensione oppetitam mortem immortalis memoria, summisque præconiis esse dignissimam. Turcæ, occupata arce, singulari quodam immanissimæ crudelitatis genere sævierunt in milites triginta etiamnum

semivivos repertos; primum singulis pectus ferro scindunt, cor vi extrahunt, deinde caput amputant: corpora postremo tam fœde truncata, ubi a nostris spectari possent, exponunt; nec his contentus Mustapha ea vestibus cruce candida signatis induit jubet in mare jactari, ut Melitensisibus insultaret. Ejus rei indignitate permotus Vallettanus Turcas captivos omnes jubet periuri, nec ullus deinceps captivos fieri, sed captos mox jugnari, casorum capita versus hostium castra jactata sunt (1) ».

Turcica illa in Christianos feritate magis inflammati sunt Melitensem animi ad mortem pro Christo constantissime oppetendam, ac Turcicam barbariem vincendum, ac Mustaphæ oratores ad deditonem pellicere tentantes Vallettanum Ordinis Melitensis principem, cum ira et indignatione facessere jussi sunt. Traxit maximum Pontifex ex arcis Sancti-Elmi expugnatione dolorem, atque ad maturandam Philippi Secundi regis Catholici auxiliarem classem, precibusque sacris divinam opem implorandam curas defixit, de quibus haec referunt medio Julio Acta Consistorialia<sup>4</sup>: « Pontifex deflevit expugnationem castri Sancti-Elmi, et fecit verbum de periculo totius insulæ Melitæ, et quia nunc classis regis Catholicæ ex Hispania huc appulit, ut illi insulæ subsidium ferat; eleemosinæ et orationibus instantum pro felici successu, et ut ira Dei placetur ».

11. Dum Hispana classis auxilia Melitensisibus parat<sup>2</sup>, Turcæ acerrimas impressiones in Melitensem arcem intulere, commodeque octoginta equites et Sicilia penetrarunt, ac Philippus Lascaris, nobilissima Graecorum familia status, Turcicæ tyrannidis odio, pietateque incitatus ad Christianos transfugit, atque hostium consilia Valetano equitum magistro patefecit, ac postea eximiam contra Turcas operam posuit. Ad Turcicam vero castra ex Africa nova subsidia allata sunt tertio idus Julii ab Algerii regulo, qui cum viginti septem triremibus duo millia militum expeditorum adduxit, oppidique oppugnandi validissimo impetu partes sumpsis, sed majori equitum virtute fracti sunt ejus conatus, duodecim enim triremes Turcicæ tormentis bellicis

<sup>1</sup> Sur. in Com. hoc anno. — <sup>2</sup> Acta Cons. sig. num. 134. p. 405.  
— <sup>3</sup> Sur. in Com.

<sup>4</sup> Acta Consist. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 408. — <sup>2</sup> Sur. ubi sup.

(1) Narrationem expeditionis barbarorum in Melitam insulam quam hic annalista instituit chronologicis characteribus destitui lector ferret moleste; quare ne hoc pariter ornamentum desideretur, annotationem hanc subjiciendam censeo deductam ex litteris Valletta, summi Melitensis equitum magistri, ad equitem Georgium de Honeheim datis VII id. Octobris M.DLXV, ac in Codice Diplomatico Melitensi tom. II, num. 200, legendis. Sultani Solymanni classis dicensis quinquaginta fere velis instructa Bisantio solvit die XI kal. Aprilis atque insulam Melitam tenens die XV kal. Junii, statim ex quadrangula milibus milium quos ferebat partem littori exposuit, partem in navibus continxuit. Terrestre agmen duebat Mustapha bassa, classi vero Pyroti bassa præter. Post dies aliquot armorum impetus in arcem S. Elmi in ipsius portus Melitensis fanib[us] conversus est. Pertinaciter quinque et triginta diem obsidione Turcæ in arcem illam evaserunt, cum inter pugnandum Christiani ad unum omnes cecidissent. Dies capte arcis VIII kal. Juli. Tunc versus in urbem novam furor, primum abfuit quin expugnaretur; sed stetit virtute equitum ac militum, quibus validæ accessio x million selectorum, inter quos equites ducenti et quatuordecim circicler (quos Gaizias de Toledo opportune adduxit) robur et animos auxerit. Tandem in desperationem hostes adducti ab obsidione se recipentes insulam reliquerunt, quod medio circicler Septembri contigisse ex his constat que scribit annalista num. 42.

Melitensium lacerata ac mersæ mari, duoq[ue] millia Turcarum fluctibus hausta; nec minus eodem tempore terra certatum est, cæsisque Christianis ducentis longe plures Turcae ceciderunt, necnon grassante dysenterico morbo in castris Turcicis barbarica vires debilitatæ suni. Factæ etiam a Christianis crebra in Turcas eruptions, dum assilire in muros niterentur, et maxima strages ad aquæ fontem edita adeo ut mille quingenti Turcae trucidati sint, centum Christiani tantum occisi, totidemque vulnerati. Cum his cladibus crescebat Turcis furor, murisque tormentorum ingentium, quæ basilicos vocant, vi dirulis, creberrimi assultus in urbem facti adeo ut tria Tureica signa in urbem illata fuerint, sed Valletanus equitum turma succinctus in eos tanto impetu irruit, ut civibus feminisque etiam pugnantibus Turcæ demum prostrati murisque dejecti fuerint, pugna ad occidentem solem perducta, in qua ducenti et nostris occubuerunt. Omnimodum acerrima pugna redintegrata est vigesima quarta die Augusti, per murorum ruinas undique irruentibus Turcis, sed cæsis ex iis amplius mille ducentis, reliqui propulsati sunt; e nostris centum tredecim Christo animam reddidere.

**f2.** Ob tantam Turcarum perlinaciam conflandis auxiliis intentus erat Pontifex, a quo hæc in senatu cardinalium proposita, narravit Acta<sup>1</sup>: « Vigesima secunda Augusti Pontifex fecit verbum de periculo totius Christianitatis ob bellum illatum a Turcis in Hungaria (de Hungarico bello agetur inferius) et ob classem, quæ Melitam insulam oppugnat, ad providendum necessitatibus, quæ ex hujusmodi periculis evenire possunt, et imposuit statui Ecclesiæ subsidium ». Contulere etiam Sabaudiae et Hetruriæ duces, necnon Gennenses aliqua subsidia, et classe instrucla septuaginta duarum triremium ab Hispaniarum rege, duce Garzia Toletano proroge Siciliæ, quæ decem millia peditum auxiliaria cum ducentis equitibus Ordinis Sancti-Joannis, atque octoginta Sancti-Stephani vehebantur, Melita illata sunt sexta idus Septembri copia subsidiaria moxque in Siciliam rediit prorex, ut reliquam exercitus parlem, quæ in Sicilia haeserat, Melitam trahiceret. At Turce in desperationem versi, quod pugnam infeliciter confecissent, cum iis, qui recenter venerant, amissis ex suis supra mille quingentos, ad classem et castris se receperunt, extulereque in eam impedimenta et tormenta bellica, excepto uno majoris amplitudinis, quod pilam centum viginti pondo vomebat; potuisserunt plura illis eripi in trepida ea luga, sed confecta jam victoria, pluris estimata est Christianorum vita, quæ in discrimen conjicienda erat, quam barbarica gaza. Perisse in eo bello Tur-

carum supra viginti millia feruntur, Melitenses equites desiderati ducenti quadraginta, ex aliis bellatoribus duo circiter millia occubuerunt; bis subdit Surios<sup>2</sup> ex narratione tum perscripta: « Fatentur ipsi equites Melitenses non tam humanis viribus, quam Dei virtute se esse servatos. Et est sane etiam plurimum laudanda Pii Quarti Pontificis Maximi erga Rempublicam Christianam paterna sollicitudo, qui amplissimas toto orbe divulgavit condonationes, quas indulgentias vocamus, ut iis invitaret Christianos omnes ad precandum Deum pro salute Melitensium et totius Ecclesie. Nec dubitandum est eas Christianorum preces, ferocissimi hostis truculentos conatus vel maxime enervasse. Postremo etiam Catholico et invictissimo Hispaniarum regi Philippo maxime ab omnibus habendas sunt gratiae quod Melitensibus in tanta rerum difficultate, non sine magnis impendiis opem tulit ».

Florentissimæ ejus victoria fama Romam est perlata mense Septembri, ut referat Cornelius Firmanus<sup>3</sup> cæremoniarum magister in Diariis :

« MDLXV. Decima nona Septembri venerunt nova ad Urbem, quod Melita, quæ per plures menses fuerat tentata et obsessa a Turcis, cum occisione multorum ex ipsis Turcis, fuerat liberata ab obsidione a novem millibus et sexcentis mililibus ductis ab illustrissimo Domino Ascanio de Cornia ».

Confirmata est ea fama mense proximo Melitensium equitum principis litteris datis ad Pontificem, qui cardinalium senatus felicem rei exitum relutit; consignata enim sunt hæc verba Consistorialium Actorum<sup>4</sup> monumentis:

« Roma decima secunda Octobris MDLXV, fuit Consistorium, in quo Sanctissimus fecit verbum de rebus in Melita insula prospere gestis, cum subsidio et opera regis Catholice, et ejus ministrorum, et virtute magistri equitumque Hierosolymitanorum ».

. Actas a Pontifice ritu solemni grates Deo pro parte ex victoria, quæ Italia ab imminentis discrimine liberata est, referat Onuphrius Panvinus<sup>5</sup>; necnon eximis litteris Pium Valentano magistro equitum de explicata in eo bello virtute militari gratulatum.

**13.** *Maximilianus imperator auxilia petit contra Turcas Hungariam invasuros.* — Urcabant vero eodem tempore Pontificium pectus curæ gravissimæ pro depellenda ab Hungaria Tureica tyrannide, Solimanus enim imperator pellecto in suas partes Joanne Sigismundo Transylvaniæ principe Hungariam Maximiliano imperatori eripere, sibique subjicere moliebatur, cuius seavis et ambitionis consiliis cognitis orato-

<sup>1</sup> Sur. in Com. — <sup>2</sup> Cornel. Firman. de Maresati Magist. Carim. Ms. arch. Vat. Diar. to. XIII. — <sup>3</sup> Act. Cons. p. 103. — <sup>4</sup> Onuph. Panvin. in Pio IV

rem ad Pium Pontificem misit pro nummariis subsiditis in militum stipendia flagitandis, de quo Acta<sup>1</sup> Consistorialia in eundem Julio conscripta haec narrant :

« Sexta Julii MDLXV, Sanctissimus fecit verbum de rebus Malthæ et Corsicæ, et dixit venisse huc oratorem a Cæsare petendi auxilii gratia. Creditor enim Turcam et Transylvanum federe inito in Hungariam bellum illaturos ; oratorem adhuc non audivisse, quæcumque attulerit, reverendissimis dominis communica turum, sibi quidem in animo esse Cæsari pro religione et fide pugnanti non deresa ». Petuisse etiam auxilia Cæsarem ab aliis Italie principibus, ducemque Hetruriæ illi subsidiarium aurum submisse, referit Joannes Baptista Adrianus<sup>2</sup>. Addunt vero memorata Acta<sup>3</sup> :

« Decima tertia Julii, Sanctissimus fecit verbum de petitione subsidii ducentorum mil lium aureorum facta per oratorem imperatoris pro defensione contra Turcas, et quamvis sit in magnis necessitatibus, et non minori periculo ob vicinitatem classis Turcarum, tamen si tre gua, quæ tractatur, non sucedat, dixit se pro facultatibus non defuturum Cæsari, sive bel lum inferat, sive illi inferatur ». Nonnullis interjectis, paulo post subditor :

« Decima octava Augusti, fuit Consistorium, in quo S. D. N. fecit verbum de subsilio dato quinquaginta millium aureorum imperatori pro bello contra Turcas, et dixit, si bellum fieri, majus subsidium et majora auxilia conces surum ».

44. Non effudit hoc anno universas vires Solimannus in Hungariam, sed Themisnacis bassa duce, conjunctorque Transylvano, nonnullas arcas bello appetit in Hungaria; in Croatiae vero, Servia, vulgo Bossinæ, prefectum immisit, Ferdinandus vero imper. Suvenchium militaris peritia gloria florentem prefecit exercitui, ac licet Germani in propagando Salmaro oppido militarem virtutem egregie contra Turcas explicuerint, tamen inopia commeatuum ad nuncupandam ditionem adacti fuerunt, atque a Turcis sanguinem Christianum scilicetibus immanissime contrucidati. Aliud quoque oppidum, cui Rivilodominarum nomen erat, deficientibus ad Transylvanum oppidanis, in Transylvani Turcarumque cecidit potestalem, nam cum in proditores Germani injectis flammis sæviissent, consumpto flaminis oppido, ad dedendam quoque arecm, in quam ipsi con fugerant, numero hostium territi compulsi sunt, ex quibus adversis Hungarieis rebus magnum dolorem se traxisse Pontifex<sup>4</sup> in sena-

tu xxii Augusti habito cardinalibus significavit, divinamque misericordiam precibus electendam addidit. In Croatia felicius res gesta est ab archiduce Carolo, in quem Servie bassa exercitum Turicum eduxerat; hostis enim ingenti clade deletus est, commisso pælio ad Savum fluvium, castrisque exutus, de qua victoria Pontifex cardinales xii Octobris certiores fecit, sub junxitque : « Bellum re geri, pacem tamen inter Cæsarem et Turcas tractari, quam securitatem minime credat ». Promovere actionem concordie Polonus omni studio contendebat, sed Turca ficto et sevo animo pacis actionem extrahebat, ut potentissimum exercitum ad obrnendam Hungariam conflaret. Colloquia vero omnia pacis cum hæreticis et Turcis, nisi dannent impietatem, sibi ingrata Pont. cardinalibus significavit, de quo Acta<sup>5</sup> Consistorialia :

« Die xxvi Octobris MDLXV, fuit Consistorium, in quo Sanctissimus dominus noster fecit verbum de pace, quæ tractatur in Hungaria inter Casarem et Turcam, et dixit se non defutrum Cæsari et Catholicis, neque se unquam cum Turcis et hæreticis pacem et commercium habiturum, nisi ad fidem et religionem conver tantur et redeant ».

35. In Polonia hæresis grassatur. — Quod ad Sigismundum Poloniæ regem<sup>6</sup> pacis inter Cæsarem ac Solimanum interpretem attinet, implicitus ille erat Moscovitico bello, a quo magnis excursionibus Moscoviae pars evastata est, alique Moscorum copiae ad Costenagarum urbem profligatae. At in Polonia regno, non ea constantia, qua in hæreticos dictata poena fuerant, pariter executioni mandabantur, sed nimia regis indulgentia effervescit adeo impiorum audacia, ut sacra in Lithuania proculata fuerint, ad quæ flagitia coercenda Stanislaus Hosius cardinalis Sigismundum regem subjectis litteris<sup>7</sup> excitavit :

« Regi Poloniae Sigismundo Augusto.

« Credibile non est, quanto fuerim dolore vel stupore potius affectus, cum allatum ad nos fuisset, huc audacie atque amentiæ quemdam esse prolapsum, ut omni Dei vel vestrae saltem majestatis meu projecto, sacerdotem, sanctissimum Christi Corpus et Sanguinem suis manibus gestantem, fuste contundere, et pretium redemptionis nostræ conculcare non dubitarit, idque in ea civitate, ubi præsens aderat ma jestas vestra, et modo non spectator hojus latrocis facinoris fuit una cum pœcipia fere senatus et regni, et magni ducatus Lithuaniae parte. Quis tantam hanc orthodoxorum calamitatem satis deploare possit? quod cum liecat in regno majestatis vestrae Lutheranis, Zuinglianis, Picardis, Trinitariis, qui apud me omnes

<sup>1</sup> Act. Cons. p. 408 et 409. Isthuant. rer. Hung. lib. Natal. Com. l. xv. Jo. Bapt. Adrian. l. XVIII. Sur. in Com. Act. Cons. sign. num. 134. p. 405. — <sup>2</sup> Jo. Bapt. Adrian. l. XVIII. — <sup>3</sup> Act. Cons. sig. 134. p. 408. — <sup>4</sup> Act. Cons. 409. Act. Cons. sig. 134. p. 414. Natal. Comes l. xv. Act. Cons. 409.

<sup>5</sup> Act. Cons. sig. num. 134. p. 414. — <sup>6</sup> Natalis Comes l. xv. — <sup>7</sup> Ext. in Ms. arch. Val. sig. num. 322. p. 160.

eodem loco sunt, nec unos aliis meliores esse judico, licet, inquam, blasphemis hominibus istis etiam in iis locis, ubi cum regno suo universo praesens adest majestas vestra, nemine prorsus interpellante execranda sua sacrilegia potius quam sacra exercere, et impium verbum suum pro expresso Dei verbo, quod ex aequo sibi vindicant omnes, imperita multitudini venditare, non sine gravi peccato, cum vestra majestatis, tum senatus universi, praeципue vero episcoporum, qui lateri illius proxime assident, ad quos proxime pertinet haec auctoritate majestatis vestrae prohiberi, cum haec omnia liceant impiis istis, quae lacrymæ sufficere possint ad deplorandum, quod piis hominibus Catholicam et orthodoxam fidem profidentibus sub Christiano, Catholico et orthodoxo rege non itidem licet sua sacra, suaque ceremonias, quas, et sanctis majoribus suis per manus traditas acceperunt, pari saltem, si non majore libertate exercere? » Et infra: « Memini quod in civitate Quinquecclesiensi, quam nostra memoria Turcorum tyrannis occupavit, templum in quodam itidem, ut nonnullis veslræ majestatis civilitatibus, partim a Zuinglianis, sive Lutheranis, partim a Christianis possidetur, ita ut ex aequo in illo Christus et Belial colatur; (quod quemadmodum recte fieri possit, ego non intelligo, cum nulla sit conventio Christi et Belial): accidit in eo templo, quod unus ex Lutheranis, non percussit ille quidem sacerdotem, quod in oculis majestatis vestrae factum est, sed eripuit tantum sacram Eucharistiam ex manibus illius, et in terram projectam conculcavit. Delatum est ad praepositum ejus civitalis statim nomen illius, qui tantum scelus patraverat, qui re cognita, nulla prorsus interposita mora, e vestigio supplicium de eo sumi jussit. Hec fecit ille, qui Christum non agnoscet: nil tale factum adhuc a majestate vestra accepimus, etc. Heilspur. MDCCLXV. ».

Sed jam res Galliae, ubi pariter languida in haereticos manus plurimas excitaverat turbas, invisanus.

*46. Carolus IX Gallie rex sacras aedes a Calvinistis eversas restituuit.* — In Gallia<sup>1</sup> Carolus rex, adducenda ad Philippum Hispaniarum regem Elisabethæ sororis illi despouæ occasione, regni sui urbes Istravit ad redintegrandas res civili bello admodum labefactatas, que runturque historici Calvinistæ, illum cum Hispano ad exertendam haeresim fœdus pepigisse, qua suspitione effterati haeretici ad novam rebellionem molierandam se compararunt, atque cum exteris Gilliae hostibus conjurarunt. Dum vero Baiona rediret Carolus rex, religionem Catholicam, quæ a Joanna regina Navarre, Nericæ, quæ urbs Albrebensis ducatus princeps

est, pulsis sacerdotibus et monachis, eversisque templis prostrata fuerat, restituit, ut narrat Franciscus Belcarus his verbis: « Carolus rex Baiona Neracum adiit, ubi omnes fere ad Calvinianam persuasionem defecerant, sacras aedes instaurari, sacerdotes in eas reduci suis possessionibus fructuros, regios magistratus partim ex Pontificis, partim ex Calvinianis, juxta recentis pacis edictum creari jussit; præterea statuit, ut cuiusvis professionis monachi, monachæ, quæ neglectis votis matrimonia contraxissent, et abjectis suæ professionis vestibus, parentum aut propinquorum suorum haeredes cernere conarentur, ab iisdem excludebantur, ut antiquis edictis eaulum erat: quæ leges in cæteris civitatibus atque oppidis, quæ Calviniani occupabant, observari voluit ». At cum Burdigalensis senatus flagranissimo pietatis ardore sanxisset, ne haeretici, quos constabat perditissimos esse regni proditores, publicis muneribus adhiberentur, eam legem a Monlucio provinciæ prætore abrogari jussit, ut Calvinianorum votis obsecundaret, sed quam male Carolus rex blanda manu haereses monstrum palparet tol crenata a Calvinistis in eum mota bella<sup>1</sup> coniurationesque perfida ostendent.

*47. In Belgio et in Scotia haeretici seditiones movent.* — In Belgio accensæ sunt hoc anno seditionum faces ab haereticis, quæ inferioris Germaniæ provincias incendiis cædibusque hacenus funestarunt. Promulgata cæperant Tridentini Concilii decreta ad extinguendas haereses, neenon plures episcopatus in variis urbibus conditi fuerant a Paulo Quarto, ad continentos in religione Catholica populos, studio ac precibus Philippi Secundi Hispaniarum regis Catholicæ, qui saera morum fideique censuræ tribunalia in iis etiam provinciis constituerat. At cum Calvinismus ex Gallia in eas provincias irrepisset, magnamque nobilium plebeiorumque multitudinem illaqueasset, mutande religionis convellendæque reipublicæ forme consilia instabiles animi suscepserunt, ac ingentes querelas de labefactata libertate Belgica profuderunt, quæ libertatis voce deludi se plures Catholicæ passi sunt, cum non adverterent se in Sathanæ servitule magnifica libertatis specie abstracti, adeo ut ad Philippum regem decreta fuerit legatio, quæ efflagitaret Belgarum nomine, ut acerbas Caroli V pro coercendis haereticis ac religionis illibata integritate tuenda sanctiones abrogaret, ut novos episcopos, in multis urbibus inductos submoveret, ut Antonium Granvillanum cardinalem archiepiscopum Mechlinensem, cuius consiliis Margareta Parmensis Belgij moderatrix regebat, ceusu reque exercendæ in impios præfectus erat,

<sup>1</sup> Franc. Belcar. I. xxx. num. 34.

<sup>1</sup> Fr. Belcar. I. xxx. num. 31. Sur. in Com.

quem fastus nimii et crudelitatis nota percellerent, a rerum gubernaculis depelleret, veteremque libertatem Belgicam restitueret; multis deinde verborum lenociniis polliebantur se in Philippi regis fide et obsequio constantissime perstituros. Intellexit Philippus rex haeresim in multorum Belgarum animis altas radices fixisse, convulsaque religione rebelles Hispanum jugum e suis cervicibus excussuros, nec fidem suo principi servaturos, qui Deo non servarent; edixit itaque, ut in primis Tridentini Concilii decreta ab omnibus pie exciperentur, quae sine manifesta impietate nemo posset contemnere, utique Constitutiones Caroli Quinti in opus provocarentur; factus etiam certior a seditiosis, pro luendae libertatis nomine fedus conflatum fuisse, ad frangendam eorum pertinaciam expeditre arma decrevit (1).

18. Erupit anno proximo in apertum bellum nefaria haeticorum coniuratio, quæ infame nomen Geusiorum, id est, inopum vagorum sibi ultro as civit, ac rapinis, cædibus, incendiis, sacrilegiis, omniq[ue] flagitiis genere grassata est. Nec defuere aliqua divinae iræ in sacrilegos signa, nam in oppido insigni cui Boscum-Ducis nomen est, cum haeticæ sacras disfringerent imagines, atque statuum ligneam divi Antonii ascia et bipenni violassent, ut eam flammis succenderent, repente sacro igne correpti die postero maximis discruciatæ doloribus infelices animas efflariunt, de quo publica tunc Acta confecta fuere.

19. In Scotia cum haeticæ reginæ viduitatem temnerent, atque ad opprimendam religionem Catholica[m] sæva consilia cum Elisabetha Anglia regina, quæ potiora esse Marie in Anglieum sceptrum jura non ignorarat, de viro illi tradendo, ex quo prolem susciperet, ad confirmandas regni res, debilitanda seditionis molimina actum est. Deligit illa Henricum Darlaem juvenem forma prestantem, regiaque stirpe satum, et Catholica[m] religionis flagrantem, qui cum affinitate sanguinis reginam contigeret, postulatum est utriusque nomine a Pio Quarto Pontifice, ut legem canoniam contrariam ad eorum gratiam solveret, quorum votis assensit Pontifex, ac medio Augusto in cardinalium senatu rem promulgavit, ut referunt Acta<sup>1</sup> Consistoriala :

« Decima septima Augusti » et mox : « fecit

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spadæ sig. num. 134. p. 408.

verbum de matrimonio reginae Scotie cum Anglo quodam affini suo, et dixit dispensationem se ad illius petitionem concessisse, et illos promittere, se religionis Catholica[m] defensores pro viribus futuros esse ». Non pacati propriea haeticorum motus, nam extremam illi rabiem ad perturbandum publicum Scotia statum excitatis seditionibus effuderunt, de quibus Pontifex in senatu<sup>1</sup> decima secunda Octobris die habito conquestus est; verum eorum malignus furor compressus est, cum Henricus rex, qui nefariis suspicionibus in reginam se circumveniri imprudenter siverat, petita venia reginæ conciliatus fuisset, proditores enim crudelibus eorum consiliis de prægnante regina trucidanda oppressi, ad fugam in Angliam compulsi sunt, quorum princeps erat Jacobus notius Calvinista, qui Scotie fax ac turbo horum temporum extitit.

20. In Anglia oritur Puritanorum haeresis. — Suscepit est proditorum clientela ab Elisabetha Anglia regina, de qua ad religionem Catholica[m] revocanda opera alicuius principis Catholici, quem illa in virum asciceret, varia consilia agitata sunt, quæ etiam Pontifex cardinalibus inter alia significavit, ut referunt Acta<sup>2</sup> :

« Romæ decima secunda Octobris fuit Consistorium, in quo Sanctissimus dixit, dissensiones non parvas esse in Scotia, deque reginæ Angliae matrimonio, quod cum quibusdam principibus tractatur; se ubique locorum Catholici non defuturum, verum ipsis pecunia et militibus opem laturum ». Delusit Elisabetha regina plures principes nuptiarum inani spe et expectatione, ac mereficem agere maluit, ut ipsa edictis suis promulgavit, cum in amasiorum gratiam sanxit, in publicis comitiis, ut si quam prolem spuriam gigneret, ea sceptro Anglico potiretur.

Pullulasse in Anglia hoc anno ab aliquibus ponitur nova Puritanorum pestis, que tam immane in Catholicos odium professa est, ut in locis, quæ ritu Catholico aliquando fuerant consecrata, preces fundere, vel concionari, aut sacramentum Baptismi conferre abnueret<sup>3</sup>, atque alios haeticos religionis puritatem non colere argueret, eum tamen adeo esset impia hæc secta, ut ad delendam Christi memoriam festum Resurrectionis Christi diem abrogare,

(1) Anonymus scriptor *Bataviæ sacrae* in volumine ejus operis altero pag. 23 exhibet anni bojus Concilium provinciale Trajectense, cuius integra Acta ibidem leguntur. Fridericus Schenckius Trajectensis archiepiscopus cœgendis censu in Synendum provinciales episcopos quinque, quibus die XII Octobris anno hujus coenotubus, primo quidem de acceptiis Tridentini decretis actum fuit, statimque episcopi consenserunt. Sed Ecclesiærum ejus provincie metropolitanorum capitula se quidem admittere Tridentina illa decretâ professi sunt quæ « fidem, sacramenta et ritus Ecclesiæ Catholicae spectant » : quin ea pariter quæ ad morum reformationem pertinent, nec respire se, nec renovere significarunt. Cum vero in decreti illi Tridentini quoddam eundem uestrorū quæ cum jure suo pugnantia capitula illa censebant; in iis admittendis tantisper se cunctuluros dixerunt, donec Apostolica Sedes consuleretur. Processum est tandem ad canones qui omnes disciplinam præsentim Ecclesiasticam expoliunt atque reformat.

MANSI.

<sup>1</sup> Thuan. I. XL. Buchanam. I. XVII. — <sup>2</sup> Act. Cons. p. 499. —

<sup>3</sup> Genebrac. in Chronolog. I. IV. Rescius de Sect. Evangel.

ut Papisticum nileretur, atque omnes sanctos Patres antiquos despiceret, corruptumque ab ipsis Apostolorum temporibus religionem mentiretur. His et alii impis erroribus fascinat levissimi hominiciones, se puros ab omni labe venditarunt, nec defuere alii, qui novas subinde religiones, tanquam novas fabulas fingerent, cum ita omnis religio fabula videretur.

*21. Pontifex et S. Carolus pro sua quiske parte laborant in excividendis heresis et corrupcione. — Impendebat hoc tempore ingentium discriminum terror Christiano imperio, de quibus Pontificem fecisse verba in senato cardinalium, neconon de praesidiis ad ea comprimenda comparandis, deque componenda re Ecclesiastica referunt Acta<sup>1</sup> Consistorialia scripta decima secunda Octobris : « Dicit Sanctissimus dominus noster, res in maximo motu versari, Ilyeme quieturas, ac verendum ne primo Vere excitentur maximi tumultus ac bella, idcirco statutum sibi esse, omnia necessaria providere, pecuniamque in primis tanquam bellum nervum parare. Subsidium quadringentorum millium aureorum ditioni Ecclesiastice jam pridem impositum, se utique, ut est pollicitus, non exactum, nisi perurgens necessitas illum cogat, atque si priusquam exigatur, morte preventus fuerit, illud sejam revocasse, ac ex nunc prout ex tunc revocare. Interim alter se provisurum, res Ecclesiasticas temporales et spirituales tranquilliori, tutiori meliorique in statu, quam acceperit relieturum. Suos amare, et illis benefacere se cupere, et sine Ecclesiæ dispendio alteriusque alicujus præjudicio, quibus ne latenter quidem hujus sanctæ Sedis datum ».*

Confirmabat in hoc sanctissimo consilio avunculum Pontificem Carolus Borromæus cardinalis<sup>2</sup> a terrenarum rerum amore omnino divulsus, quamquam postea Pius lethali morbo oppressus cardinalis Moroni precibus impulsus in Comitem Annibalem Altempsum, centum millia numnum condito testamento, atque in Marchionis fratris filiam neptem, ac in nonnullos alios largitiones profuderit, qua postea a Pio Quinto temperate fuerunt. Porro Carolus cardinalis Borromeus nepos, qui ex quo Fideicus frater, in cuius capite propagandæ familie Borromeæ spes constabat, e vivis excesserat, spiritus sæculi delitiis sanctiori vita, rerumque cœlestium pia contemplatione inter medias aulae Pontificie turbas se addixerat, et Mediolanensi archiepiscopatu donatus, cleri Mediolanensis ex Tridentini Concilii decretis ad disciplinam instaurandum, et sanctiores mores excolandos revocandi miro ardore flagrabat, a Pio Pontifice oblinuit, ut ex aula ad suam Ecclesiam

discederet, quem Pius, ut sacra ejus consilia promoveret, legati Apostolici in Italia auctoritate instruxit, ut ex Actis<sup>1</sup> Consistorialibus patet :

« Decima septima Augusti, Sanctissimus dominus noster deputavit dominum cardinalem Borromæum legalum Bononiae et Romandie, ad Sanctitatis suæ benepacitatem, et cum ipse reverendus dominus Borromæus ad visitandam suam Ecclesiam Mediolanensem iter arripiat, et ibi Synodum provincialem celebrandam, illum legalum Sanctitatis suæ et Sedis Apostolice per totam Itiam eum facultatibus deputavit et creavit, prot in Bulla ».

Gestauit eam legationem a Carolo Borromæo cum maxima divina gloria amplificatione narrat pluribus Carolus e Basilica-Petri episcopus Novariensis<sup>2</sup>, atque singularis sanctitatis exempla ubique enim explicuisse, neconon a Mediolanensibus singulare amore et observantia cultum fuisse.

« Singulari, inquit, et piene incredibili amoris et observantiae significatione, civis et pastor exceptus est a Mediolanensibus suis : præcipua namque laetitia, atque hilaritas ejus adventus ingressusque tempore in omnium vultu atque ore versari videbatur, ac memini me tum adolescentulum audiisse, qui eo civitatem ingredienti prædicaret, alterum Mediolanensibus Ambrosium advenisse.

« Urbem ingressus est die Dominico nono kalend. Octobris, anno a salute millesimo quingentesimo quinto, cum vigesimum sextum aetas annum ageret. Triumphales portas, symbola, elogiaque honorificentissima, ac viarum ornatus, non est opus explicare : e Basilica regum, que nunc Eustorgiana est, de more multa et ceteris Pontificalibus indumentis ornatus prodidit, albo equo, stragulis coloris ejusdem series adhibitis insidebat, Confalonieræ familiae, cuius illud est jus et institutum, nobiles viri rubeo et splendido vestitu pedites eum eingebant, sericum umbraculum itidem album sublimne super eum ferebant; clericis et monachis ordine præuentibus, majorem Ecclesiam sacra solemnii pompa processit. Gubernator, cum senatu, et aliis magistratibus, et omni fere nobilitate comitatus est : universa civitas concurrevit; reliqua acta atque adhibita pro ritu consuelto.

« Proximo die Dominica celebrissima sacrae sanctæ missæ solemnia, cum, ut par erat, maxima omnium ordinum frequentia in majori templo peragerat, ad altare sedens concionem habuit, novo plane ejus temporis exemplo, de rebus salutaribus ad populum.

22. « Ad Synodum a Carolo celebratam venerunt hi antistites : Bernardinus Scolus Tit.

<sup>1</sup> Act. Cons. Ms. card. Spada sig. num. 134, p. 409. — <sup>2</sup> Act. Consist. viii Decemb.

<sup>1</sup> Act. Cons. sig. num. 134, p. 409. — <sup>2</sup> Carol. Ep. Novarien. in Vit. S. Caroli l. 1.

.Matthei presbyter cardinalis Tranensis episcopus Placentinus : Vido Ferrerius cardinalis et episcopus Verecennis, Hieronymus Vida Albensis, Mauritus Petra Wiglebanensis, Caesar Gambara Dertensis, Scipio Eslensis Casalensis, Petrus Costiarius Aquensis, Dominicus Bolanus Brixensis, Nicolaus Sfondratus Cremensis, ad Apostolicam Sedem postea ob eximiam pietatem elatus, Hieronymus Gallaratus Alexandrinus, Federicus Cornelius Bergomensis ».

Nonnulli, ut Laudensis, Novariensis, Astensis, Savonensis varia excusationes causati defuere. Ejus porro Synodi Acta extant, qua Carolus Novariensis episcopus his verbis delibat :

« Prima sessione Concilii Patres ab eisdibus archiepiscopilibus Senatus ad majorem Basilicam comitatus est; missæ Gubernator interfuit, mox Palmius de Ecclesia ordinanda graviter concionatus est: Carolus Latinam orationem habuit de concilio provinciale instituto et necessitate. Alia sunt acta, quibus alter quoque dies consumptus est. Inter ea fuit lectio omnium canonum et decretorum Concilii Tridentini, publicaque eorum receptio; tum fidei professio, quam unusquisque obiit singillatim. Aliis sessionibus Ambrosiano ritu missæ ab episcopis celebatae sunt, et decreta Synodi suo queaque loco prouulgata, postremæ vero cardinales alii duo Bobba et Castilioneus honoris gratia affuerunt: et Carolus fratres episcopos ad ea perficienda, quæ constituta fuerunt, et ad episcopi munera sancte obeunda, Latina oratione cohortatus est ».

23. Dum Carolus Borromeus Synodum provinciale Mediolani celebraret ad collapsam in ea provincia disciplinam Christianam pristino spendori restituendam, Pontifex Roma incubuit summo studio ad varias corruptelas excindendas, sanctissimasque leges constituendas, ut ostendunt Acta Consistorialia decima secunda Octobris.

« Dixit Sanctissimus, se velle deputare reverendissimos, qui forment decretum, in quo intendit revocare omnes alienationes factas ex causa lucrativa de bonis et proventibus Sedis Apostolice, tam suo tempore quam prædecessorum suorum ».

Eodem pariter mense, ut tradunt Acta<sup>1</sup>, Pontifex nefarium morem, qui irrepserat, ut plures religiosi viri variis artibus ad episcopalem dignitatem anniterentur, quam postea turpiter dehonestabant, sustulit, multiplicesque titularium sive confidentium episcoporum corruptelas excidit :

« Sanctissimus », inquiunt Acta, « Dominus noster, ad cuius notitiam devenit, quod nonnulli episcopi titulares nuncupati, qui quando-

que ad cardinalium Ecclesiæ cathedrales vel metropolitanas, primariales, seu patriarchales in titulum vel administrationem obtinuerint, aut etiam ad aliquorum episcoporum, archiepiscoporum, primatum, seu patriarcharum, qui in eorum Ecclesiæ suffraganeos habere consueverunt, instantiam Apostolica auctoritate ad Ecclesiæ in partibus infidelium existentes promoverent, et cardinalibus seu aliis prelatis hujusmodi in suffraganeos, ut eorum Ecclesiæ in Pontificalibus deserviant, cum assignatione pensionis annua ducentorum ducatorum, vel alterius super mensarum Ecclesiasticarum earumdem fructibus, redditibus et proventibus conceduntur et deputantur, post deputationem et concessionem hujusmodi cassationi et extinctioni pensionum ipsarum in toto vel in parte, etiam pacto quandoque assignationem ipsam praecedente, diversimode consentire non erubescunt, etiam interdum Ecclesiæ ipsis nullatenus describere, ac officium suffraganeatus inhibi exercere non curantes, sed coeca ambitione ducti, ac solō titulo et dignitate episcopali contenti per orbem vagantur et discurrent, Pontificalia in aliis diocesis, etiam aliquando sine consensu propriorum prelatorum, nummario pretio exercent, simoniacam labem turpiter incurrendo: Volens abusus hujusmodi tollere, de consilio fratrum snorum statuit atque decrevit, quod pensiones, sicut præfertur, reservatae et assignatae nullatenus cassari, aut extinguiri, seu redimi, vel permutari possint, sed quæcumque illarum cassationes, extinctiones, redempções in toto vel in parte etiam Apostolica auctoritate pro tempore factæ nullius sint roboris et momenti: et nihilominus tam episcopo titulari, quam prælato, etiam si cardinalis, cuius ille erit suffraganeus, si huic cassationi facite vel expresse, aut alio quovis modo consenserint, quoties id attendat præsumpsent, ingressu Ecclesiæ ipso facto interdictus existat, cuius relaxationem, antequam pensio vere et realiter integretur, nequeant obtinere, ita quod pensiones ipsæ ab eisdem suffraganeis, quamdiu vixerint et officium suffraganeatus hujusmodi exercuerint, aliquo pacto abdicari non possint, nisi eosdem episcopos ad alias Ecclesiæ fructus redditus habentes Apostolica auctoritate transferri contingat, quo casu, cum oporteat ipsos sic translatos in propriis Ecclesiæ residere, pensiones hujusmodi ipso facto extinguantur.

« Item voluit et ordinavit Sanctitas sua, quod si dictos episcopos ab Ecclesiæ, in quibus suffraganei adscripti sunt, sine legitima causa ultra tempus, quo per decreta sacri Concilii Tridentini episcopis a propriis Ecclesiæ abesse permittitur, recedere contingat, durante absentiæ hujusmodi, de dictis pensionibus nihil petere et exigere possint. Crescente vero contumac-

<sup>1</sup> Act. Cons. sig. num. 131. p. 413.

cia, alias pœnas in dictis decretis et per Constitutionem nostram contra episcopos non residentes statutas incurvant; et nihilominus dicti episcopi Ecclesiæ hujusmodi sic descrentes, ab exercito ordinum Pontificalium in aliis civitatis vel dioecesis etiam de consensu prælatorum ibidem præsidentium suspensi sint et censeantur».

Sanctionem<sup>1</sup> etiam Pauli Quarti editam de rebus Ecclesiæ non alienandis, et de alienatis recuperandis, tanquam acerbiorem temperavit atque ad relaxationem juris adduxit addita distinctione, si sine congrua compensatione, vel Ecclesia Romana utilitate aut necessitate ea bona alienata fuissent, quæ eo casu male alienata, atque Sedi Apostolice juribus restituenda sanxit. Magistratum etiam, atque officialium stipendia ne populum gravarent, fixa lege circumscrispsit; his etiam addunt Acta<sup>2</sup> Consistorialia:

*24. S. Carolus summus Penitentiarius eligitur.* — « Septima Novembbris M.DLXV, facto verbo de reformationibus factis super officiis Camerariatis et Penitentiariae, deputavit et creavit Majorem Penitentiarium reverendissimum dominum cardinalem Borromæum, cum facultatibus solitis et consuetis, salvis tamen reformationibus factis et faciendis, et convalidavit Sanctitas sua omnia acta nomine dicti reverendissimi domini Caroli majoris Penitentiarii, et deputavit cardinalem Alciatum usque ad reditum ipsius Borromæi».

Successisse Carolum cardinalem in eo munere Raynuntio cardin. Sancti-Angeli refert Cornelius Firmanus<sup>3</sup> rituum magister, constataque ex Actis Consistorialibus, eundem cardinalem multa in vita et in morte religionis exempla præbuisse atque hoc elogio<sup>4</sup> a Pio Pontifice commendatum:

« Romæ apud Sanctum-Petrum die septima Novembbris millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, fuit consistorium, in quo Sanctissimus dominus noster dixit, superioribus his annis multos desiderari cardinales, sed in nullius eorum obitu graviorem jacturam fecisse se et Sedem Apostolicam, quam in morte cardinalis Sancti-Angeli, qui Parmæ summum extremum diem obierat. Se quidem plurimo dolore affectum esse, cum propter ejus nobilitatem, nec non affinitatem, et mutue benevolentie officia, qua inter ipsos intercesserant, tum propter ingenii magnitudinem, summan eloquentiam, sanctam religionem, mentem optimam, et reliquas virtutes, quæ illum Pontificatus maximo jam dignum reddiderant; sperare se optime de illius animæ salute, cum decessisset, prout pium et religiosum cardinalem decebat; in

tanto autem meroe Sanctitatem suam, hoc non modicum solatium capere, cum intelligat eum quemadmodum et juste et probe vitam egerat, ita quoque et sancte et religiose obiisse».

*25. Gesta a S. Carolo in Mediolanensi Ecclesia.* — Ut vero hujus successor Carolus in piaclario supremo munere illud summa laude gesserit erga ipsum Pium IV Pontificem in extremitate illius actu, dicetur paulo post. Nunc panca de Synodo Mediolanensi a Carolo legato Apostolico celebrata, aliisque ejusdem Borromæi gestis adjiciamus.

Peperisse maximos pietatis fructus eam Synodum, atque ingentia virtutum exempla a Carolo sanctissimo Apostolico legato, eodemque Mediolanensi archiepisc. explicata refert Carolus episcopus Novariensis, his verbis: «Habuit actio ejusmodi fructum pietatis maximum. Elucebat in amplissima dignitate, præsulum, et Caroli imprimis pietas, modestia, vitaque sanctitas, ac non solum tanta hospitalitatis officio, sed amplis eleemosynis in clericos aliosque egenos, in Ecclesiæ, sacraque collegia conferendas præclara pia liberalitatis edebat exempla. De rebus ad salutem pertinentibus sacri oratores quotidianas ad populum conciones habebant, qui multitudine post hominum memoriam maxima confluebat. Profrebabantur decreta ad clerici populique mores componendo aptissima atque illustria: reque ipsa a vitiis et corruptelis sacri prophanique homines, alii exemplo atque honestate commoti, pars metu pœnae se abducere diligentius studebant.

« Observabant pii omnes eliam ex longinis provinciis, ac mirabantur in Carolo, tanquam in omnium oculis collocato, animi religiosum ardorem, qui tali ætate, tali apud summum Pontificem, et sanguinis et amoris loco, nihil tamen videretur aliud, quam commissi gregis custodiā et perfecta vita sacerdotalis officia curare, cum presertim nova tunc satis esset ea disciplina ratio, quam sibi ceterisque Carolus decretis instituebat ac exemplis. Sed tantarum quoque rerum restituendarum, ut sedarent initia, plurimi expectabant. Amici Carolo multi, etiam ex iis, qui in summis gradibus sedebant, solliciti erant vehementer, ne quæ tali tempore singularis Ecclesiæ putabatur ordinatio ac emendatio morum, usu ipso non sine dedecore careret, propterea quod, corruptis consuetudine animis, plerisque difficilis admendum videbatur, et ex voluntate et virtute sua quisque vel ipsam rerum naturam solet metiri. Carolus vero divino auxilio fretus, spe maxima erat, maximoque animo omnia aggrediebatur, obibat, exequebatur, neque spes cum fefelit».

Favit Caroli consiliis Mediolani prefectus, cui Philippus rex, ceterisque magistratibus jusserrat, ut omni officio ac studio illi obsecundarent. Pontifex eliam ex iis pietatis incrementis ma-

<sup>1</sup> Ead. in Bull. Pio IV. Cons. 104. In. Cons. 105. — <sup>2</sup> Act. Cons. sig. nom. 134. p. 417. — <sup>3</sup> Cornel. Firm. Diar. P.M. XII. Ys. a ch. Val. — <sup>4</sup> Act. Cons. sig. nom. 134. p. 117.

gnam voluptatem cepit, cumque accepisset habitam ab eo concessionem infer sacra mysteria, palam dixit, ubi quoque cardinalibus idem faciendum subjectisque litteris<sup>1</sup> illi gratulatus est:

26. « Jucundissime nobis fuerunt litterae tuae omnes: sed postremæ inter cæteras, quas ad nos decima octava hujus mensis die dedisti tum de omni Synodi istius felici progressu, tum præcipue de Concilii Tridentini decretis publice receptis; de istorum populorum præparatione ad ea omnia accipienda quæ in Synodo constituantur, et de prompta item gubernatoris et aliorum serenissimi regis Catholicæ ministrorum voluntate, qui ad rerum decretariorum usum, studium atque operam suam ommem pollicentur. Qua in re divinum auxilium perspicue agnoscentes, quod ardenti optimoque desiderio tuo, ad omnium rerum prosperitatem præsto est, te collaudamus hortamurque ut latro animo pergas optima constituere, et quæcumque possis laudabilia exempla edere. Postea opportune Tridentum versus honoris causa obviam principibus feminis procedas (erant eæ Joanna et Barbara Maximiliani imperatoris sorores, quarum prima Francisco Cosmi Florentiæ et Senarum ducis filio, altera Alphonso Ferrarieæ duci desponsæ erant,) aliaque præstes, quæ nos velle nosti: omnia autem te pro tua prudentia et bonitate facturum non dubitamus. Dominus noster te servet. Rome VI kalend. Novembbris MDLXV. »

Tam eximum Caroli Borromæi exemplum secuti sunt plures archiepiscopi, tum in Hispania, tum in Gallia, tum in Belgio; a quibus plures Synodi provinciales celebantur; in Belgio quidem Mechlinensis absente Granvellano cardin. archiepiscop. a Martino Rythovio Hyprensi episcopo seniore comprovinciali, Cameracensis a Maximiliano et Bergis; in Gallia Rhemensis a Ludovico Guisio, Rothomagensis a Carolo Borbonio, Tolosana a Francisco de Joiosa, Burdegalensis ab Antonio Sansaco, Viennensis a Petro Villario, Aquisensis ab Alessandro Canigiano, Turonensis a Simone Mailleto; in Hispania vero Toletana, Cæsaraugustana, Valentina, Salmanticensis; in Lusitania Bracharensis, quæ vel sub hoc anno, vel proximis coacte sunt ad decreta Concilii Tridentini in opus provocanda, quarum Synodorum Acta typis excusa extant. Sed ad Carolum Borromœum cardinalem, a quo digressa est oratio, revertamur.

27. *S. Carolus Romam reddit, et Pontifici morienti assistit.* — Absoluta synodo Mediolanensi, atque Ecclesiæ et Collegiis canonicorum et monialium lustratis, atque in opus sanctionibus Synodalibus adductis, dum Joannam Cæsaris sororem Florentiam deduceret, circiter nonas

<sup>1</sup> Ext. Act. tom. ult. Cone.

Decembris de gravissimo Pontificis morbo nuntium accepit, moxque relictis omnibus concitato cursu Romanam provolavit, atque avunculo optimo adhuc vivo non modo præsentiae sua solatium attulit, sed etiam divinis illum sacramentis, et sacra hortatione, ut mortem cum immortalitate commutaret, communivit.

« Dicitur ante omnia statim medicos ad se vocasse, peluisseque, num spes vite reliqua esset? quibus negantibus, tum adiisse Pontificem, dixisseque, nihil petuisse antea unquam quod ab ejus benignitate non accepisset: unum adhuc petere quod omnium minime sibi negari vellet: cum annuisset Pontifex, enixe petitatque obsecrat, quando spes vitæ prorogandæ omnis crepta esset, nihil aliud penitus eo tempore vellet, quam quæ ad animæ salutem pertinerent, cogitare: tum vero effecit, ne alius quisquam, ut saepenumero fit, aliena ingereret, molestiam exhiberet, ac piis sermonibus, mira animi fortitudine eum consolatus, sacra divini Viatici et Extremæ-Uncionis subsidia præbuit, neque aliquo pietatis officio defuit usque ad extremum spiritum. In quo, et accommodatam summo Penitentiario muneric funtionem, et egregiam in avunculum patremque summum pietatem, tum vero præclaram juvenis humana cuncta despicientis constantiam lieuit agnoscere. »

28. Confirmatur hæc a Cornelio Firmano sacrorum rituum magistro<sup>1</sup>, qui his interfuit: « Fuit (inquit) datum papæ sacramentum Extremæ-Uncionis per cardinalem Borromœum ejus nepotem indutum superpelliceo et stola, me ante ipsum candelam benedictam tenente: legit commendationem animæ, litanias, et multas orationes. Postea cardinalis legit Passionem, videlicet *Ante diem festum Paschæ*, et quotiescumque occurrebat aliquid pro exhortatione, ad libenter moriendum pro Christi fide hortabatur papam, exponens passionem multasque sanctorum et sacrorum doctorum auctoritates allegans ». Et mox: « Hora tandem secunda noctis decessit salis devote ». Affuit morienti etiam Philippus Nerius Congregationis Oratorii conditor<sup>2</sup>, quem Pius rogaverat, ut in eo extremo vita actu precibus et sacra opera non decesset, raraque omnino felicitas Pii Quarti suspicienda est, ut duo sancti, Carolus Borromœus ac Philippus Nerius, illum ad vitam pie elaudendam sacris hortationibus ardenti studio adjuvarent. Pridie sue mortis cardinales ad successorem ornatissimum virtutibus diligendum hortatus est, eosque signo Crucis lustravit, condonata gratuita noxarum venia, atque ex iis plures ad manus et oris osculum admisiit. Palæottus et Sirletus cardinalis lectulo adstantes, extremas

<sup>1</sup> Ext. Acta tom. ult. Cone. Diar. tom. xiiii. Ms. Bibl. Vat. —

<sup>2</sup> Vit. S. Phil. l. iii. c. 13. num. 3. Act. Cons. p. 417. Onuphrius Panvin. in Vit. Pii V.

preces, quas animæ commendationem dicimus, religiosissime recitabant. Ipse atque integris adhuc sensibus emeta audivit, eis novissime pro se suscepti laboris gratias egit. Dicto mirum est, decimo ante mense, cum Sirletum saeræ purpure honore donaret, « Hunc, inquit, in senatum allegimus, ut quemadmodum Paulo IV morienti officiose adfuit, ita etiam suis precibus nostram ex hac vita migrationem apud Deum adjuvet ». Id præsagium fuisse, eventu comprobatum est. Ad extremum octavo ægritudinis die hac verba proferens : *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, rebus humanis eximitur, ætatis anno 66, mense 8, die 9, Pontificeatus vero v, mense xi, die xv.* Corpus Basilicæ Vaticanae laterito ad tempus extructo solio conditum est, quod postea ad S. Mariæ Angelorum ad Thermas deportatum prope aram maximam tumulatum fuit. Eo Pontifice Italiae pax, Urbi et provincie Ecclesiasticæ a bello quies, rerum, que victui humano necessarie sunt, copia; publica incommoda, vel pauca, vel nulla fuere. Ille ex Panvino (1).

Proximo ab obitu Pii Quarti die cardinales congregati sacramento rite nuncupato spondere, se constitutas a Pio de Romani Pontificis electione leges sanctissime servaturos, ut testantur subjectis verbis Acta<sup>1</sup> Consistorialia : « Romæ apud Sanctum-Pelrum, die Lunæ, decima Decembbris, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, cum nocte præcedente decessisset felicis recordationis Pius papa Quartus, facta fuit Congregatio, in qua fuit lecta Bulla ejusdem papæ Pii Quarti edita super electione Romani Pontificis, et ab omnibus juralum fuit illam servare ». Integerrima religione præ omnibus fidem exsolvit Carolus Borromeus cardinalis, nam cum maxima auctoritate polleret in deferendo, enī vellet, Pontificatus, ob ingenem cardinalium numerum, qui a Pio Quarto avunculo creati fuerant, conculeata privatorum

<sup>1</sup> Act. Cons. c. 17.

(1) Adnotationes has nostras claudimus cum obitu Pii IV Pontificis maximi inter optimos jure accensendi, tum merito suo, tum sanctissimi nepotis ex sorore Caroli Borromaei, quem in omnibus semper adjutorem consiloremque habuit, eodemque auctore indelem quam a natura gerebat in bonum apte propensam, ita explicit, ut multa et magna ad rei Christiane communem moliti atque perficeret potuerit. Quanquam ingenio fuit mitissimo, ut ea demonstrant quia ad compendium Italium sub decessoribus Pontificibus minquam non turbatam agitatamque bellis, feliciter præstisti, et nota Taracogota sincerus eorum temporum historicus, severam tamen vindictam, cum æquitas exhibebat, exercit in viris potenter, ne ipsi quidem S. R. E. cardinalibus exceptis, cuius exemplum est supplicium de nepotibus Pauli IV sumptum. Dignum etiam Pontificem constantia exhibuit cum reformationis in Concilio stabilitate opus executioni mandare statum caput, perficeretque, si vitam diutius prologare configisset. Immortaliter etiam ejus opus censendum est Concilii Tridentini, quod intermissum bonus quisque lugebat, restaurato ac tandem absolutio, id vero ut perficeretur, multa ab optimo Pontifice ardua subvenienda erant; eum in primis, quod a superioribus Pontificibus vix sperandum, de suo jure cesserit in gratiam patrum Tridentinorum, qui opus reformationis a se suscepimus vix profecturum sperabant, nisi ab ipsa Romane curia reformatione incepiteretur. Urbis splendorem multis constructus, multis ornatus adhuc auxil, de quibus Oldorius in Additionibus ad Gaiacomini. Nepotes suos calerosus singulare conjunctos dilexit, ut in iis effervescat ad summos honores omnia merito nihil gratiae defulerit. Nam præter S. Carolinum Borromeum, cui Romanam purpuram virtus ipsa viri postulabat, et consanguineis neminem alium ea dignitate ornasse conperio, præter Joannem Antonium Serbellionum amittimus, quem aliqui virum eo honore dignissimum communis scriptorum omnium consenserunt agnoscerit. Reliquos intra fortunæ private cancellis uta continuit, ut cum defecit multum manu, quibus ob sessio Melitæ insibus sucuerunt, præficere Camilius Medici, sumus ex fratre nepote episcopo Melitensi posset, Ponpeio Colonne malum committere, datisque ad summum magistrum equitum Melitensis litteris modestè conquetus est, eo nomine, quod nepotem illum sumu ad se Romam misserit, quem periculoso illo tempore ad urbis Melitæ defensionem aptius reliquistisset. Vide litteras in Codice Diplomatico Melitensi tom. II, num. 197. Reliqua eximii hujus Pontificis habes apud Gaiacomum.

<sup>1</sup> Tim. I. — <sup>2</sup> Hier. Ber. I. III. c. 6. V. S. Phil. — <sup>3</sup> Gab. in Vit. Pii V. I. I. c. 8.

serviens rem omnium gravissimam castissime administravit; nec vivo Pontifice de successore secum a principibus amicisque viris quidquam agi unquam permisit, quod religione sacrarum legum impediri se diceret, neque illo mortuo, eos audire voluit, qui rationes utilitatesque humanas sequi videbantur. « Scilicet<sup>1</sup> vir spiritualis, ea quæ spiritus erant probe sciens,

demissos omnes et abjectos animi sensus abjeciendos esse judicavit, ne cautionibus et anticipationibus certandum, nec plus gratiae quam Deo tribuendum, sed unam tantum Ecclesiae utilitatem ac communem omnium salutem oculos ponendam » ; quod cum egregie in Pio Quinto Pont. diligendo præstisset, et Ecclesiae Dei utilitati providit, et summam semper in oculis Pontificis gratiam invenit.

<sup>1</sup> Lib. I. Vil. S. Carol. Borr. Naz. Or. 49.

## ADDENDA AD ANNUM 1560, NUM. 104

---

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Sacrosancta Romana Ecclesia Christianæ Religionis puritatem super omnia desiderans, quemadmodum vigiliis nititur continuis, ne prodigiosa impiorum fligmenta in ea ad gregis Domini perniciem uspiam irrumptant, ita maximo iuvigilat, ut eorum, quæ Redemptor noster pro sua erga humanum genus misericordia interdum operari dignatur, pia et devota memoria inter Christi fideles ad illius laudem et gloriam, et Catholicae fidei exaltationem propagentur in ævum. Itaque cum superioribus mensibus ad nostrum pervenisset auditum ex causali conflagratione Ecclesiae domus sancti Francisci oppidi Murri Vallium, Ordinis Fratrum Minorum de Observautia, Firmianæ diœcesis, provinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ, quæ quintodecimo kalendas Maii proxime præteriti noctu ingruerat, sanctissimum Corporis Christi sacramentum, quod super altare majus dictæ Ecclesiæ recondebatur, divina virtute illibatum remausisse, ac Christi fideles ad illud, tamquam miraculum in dies magis magisque concurrere. Nos etsi omnibus in rebus, potissimum tamen in causa fidei non temere credendum fore existimantes, venerabili fratri nostro Ludovico episcopo Britinoriensi viro integro et prudenti dedimus in mandatis, ut ad dictum oppidum se conferret, factique veritatem inquiret diligenter, ac quaecumque hac in re comperisset, ad nos fideliter referenda curaret; qui accepto mandato nostro, ad oppidum ipsum accedens, rem omnem subtili indagine perquisivit, indeque formatum legitime processum nobis retulit, nosque negotium hujusmodi venerabili fratri nostro Rodulpho episcopo Portuen. Carpen. et dilectis filiis nostris Joanni Michaeli Sanctæ-Anastasiæ Saraceno, et Jacobo Sanctæ-Mariæ in Via Puteo, ac Joanni Baptista S. Clementis Cicadas nuncupatis, et Clementi B. Mariæ de Aracæli titulorum præsbyteris cardinalibus summae integratatis et doctrinæ viris, cognoscendum et nobis referendum commisimus. Qui dicto processu diligenter viso et examinato, ac habita alias plena informatione de præmissis, nobis retulerunt, sacramentum ipsum tempore ipsius deflagrationis, ab ea consumpto ligneo tabernaculo, ac liquefacto vase argenteo in quo servabatur, nihilominus vere salvum et illesum remansiisse; quodque quinto kalendas ejusdem mensis Maii, cum guardianus dicti monasterii dilectum filium Baptistam de Asceno fratrem dicti Ordinis, ac in eadem domo degentem virum (ut etiam aliorum fide dignorum testimoniis acceperimus) bonum et simplicem, ac optimæ vitæ, integratatis et famæ, qui in die Sabbati Sancti tune

proxime præteriti ad idem altare celebrando eamdem Sacrosanctam Eucharistiam consecraverat, et in dictis tabernaculo et vase reposuerat, quiq[ue] dudum ante, cum de parentibus Hæbreis natus esset, adhuc puer, divina præveniente gratia, a Judaica cæcitate et perfidia ad veram Christi fidem conversus, et statim Ordinem prædictum professus fuerat, ac ejus exemplo, doctrina et sanis suasionibus viginti duos Hebraeos ad eamdem Catholicam fidem reduxerat, ad altare prædictum ruderibus purgandis una cum alio ejusdem domus fratre deputasset, et dictus Baptista operi hujusmodi accinctus concesso altari ingens fragmentum tabulæ marmoreæ illius, quæ violentia ignis disjecta erat, inde amovere tentans, deflexis oculis sacram Eucharistiam in cavo muri, qui prius ipsi tabulæ suberat, vidit, ac magno stupore perterritus, et Dei misericordiam profusis lachrymis implorans, miraculum exclamavit, ac his auditis repente ejus socius predictus, moxque reliqui fratres dictæ domus, ac denique oppidani omnes eo concorrentes, sacram Hostiam super corporali et fragmendo panni linei combusti jacentem modico cinere conspersam, alioquin illæsam pariter viderunt et adoraverunt, magnaue animi devotione et religione Omnipotenti Deo gratias egerunt. Nos consideratis præmissis, et aliis, quæ a præfatis cardinalibus et Ludovico episcopo de hac re audivimus et perceperimus, rem ipsam ab omni dolo et fraude alienam, ac præter omnem naturalem rationem contigisse, ac properea eam pro indubitate miraculo de eorumdem fratum nostrorum voto et assensu censuimus et judicavimus; et ne tantum miraculum Dei benignitate nostris temporibus, quibus, humani generis hoste instigante, hoc tantum sacramentum ab hereticis potissimum impugnatur et laceratur, non sine mysterio ad firmamentum fidei et credulitatem nostræ nobis patefactum debito careat præconio, illud sic per universos Christi fideles amplectendum, ac toto corde et animi affectu celebrandum nuntiamus, et ut Christi fideles ad illud colendum per amplius invitentur, eisdem omnibus et singulis utriusque sexus VERE PONITENTIBUS, ET CONFESSIS, SEU STATUTIS A JURE TEMPORIBUS CONFITENDI PROPOSITUM HABENTIBUS, QUI DICTAM ECCLESIAM S. FRANCISCI prædictis diebus conflagrationis et manifestati miraeuli, quibus ni ea officium Corporis Christi ab Ecclesia institutum solemniter perpetuo celebrari mandamus, a primis Vesperis usque ad occasum solis ipsorum dierum devote visitaverint, neconon Domino nostro Iesu Christo, qui pro ejus immensa pietate tantum nobis miraculum ostendere dignatus extitit, devotas preces effuderint, singulis diebus prædictis, quibus id fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem perpetuis futuris temporibus duraturam misericorditer in Domino elargimur. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ nuntiationis, mandati et elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si autem hæc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLX, tertiodecimo kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

CÆ. GLORIERIUS.

FR. Cardinalis CÆSIUS.

BARENGUS.

# INDEX GENERALIS

RERUM QUÆ CONTINENTUR

IN ANNALIBUS BARONII ET RAYNALDI



# SUMMARIUM

## TO M I I



- An. I.
1. Praelocutio. 2. Natalis Domini. 3-5. Presepe Domini, ejusque cultus. 6, 7. Sancte Marie integritas. 8. Sacrae fascie. 9, 10. Miracula in Nativitate Christi. 11-13. Pacis templum Romae. 14. Pastores ad presepe. 15-17. Libri Sibyllini de Natali Christi. 18. Circumcisio Domini. 19-27. Magi, et unde venerint. 28. Regina Saba. 29-31. Magi ad reges fuerint, et quando venerunt. 32, 33. Strages Innocentium, cur a bimatu jussa. 34, 35. Magorum adventus et stella ipsos comitans. 36. Festum Epiphanie. 37. Magorum reditus. 38-41. Oblatio Christi in templo, et de vaticinio Simeonis et Annae de eodem. 42-47. De Christi in Aegyptum fuga. 48-52. Cædes Innocentium. 53-56. De Zacharia nece. 57-61. Gallæorum secta.
- II.
1. Judei jurant Herodi. 2. De Salome ejusdem sorore.
- III-V.
- Successio consulium.
- VI.
- Nero ab Augusto adoptatur.
- VII.
- Ultio divina in Herodem.
- VIII.
- 1-11. Herodis ætas, interitus, et mores. 12. Archelai regnum. 13. Jesus reducitur in Palaestinam. 14. Judei tumultuantes reprimuntur. 15. Palaestinæ in tetrarchias divisio. 16. Pseudo-Alexander, filium Herodis se simulans, supplicio plectitur.
- IX.
- Jesus Nazareth dicitur, inde Nazarenus nuncupari cœpit.
- X.
- Consules.
- XI.
1. Augusti leges contra cælibatum. 2. Varus e Palaestina revocatur.
- XII.
- 4-7. Jesus Hierosolymæ in templo prædictans, ejusque in domo paterna exercitia. 8, 9. Josephi ætas. 10. Variiana clades in Germania.
- XIII-XV.
- Consules.
- XVI.
- 1-3. Archelaus damnatus exilio. 4. Cur Josephus eumdem timuit. 5. Judæa in provinciam redacta. 6. Augusti obitus. 7, 8. Ejusdem de grecio sermone lex. 9. Latine lingue majestas. 10, 11. Studium Herodis in Tiberium et Augustum, quibus civitates, templa et laetus dicat.
- XVII.
- Præsidum summum jus, eorumque vestes sacerdotales.
- XVIII.
- Tiberius Judæos exagitat.
- XIX.
- Caiphæ sacerdotium,
- XX.
- Consules.
- XXI.
- Judei Romæ vexati et restituti.
- XXII-XXIII.
1. Tiberii leges. 2. Sulpiti Quirini obitus. 3. Acta Pilati spuria.
- XXIV-XXVII.
- Consules.
- XXVIII.
- Pontius Pilatus Judææ præses, ejusque in Judæos acta.
- XXIX-XXX.
- Consules.
- XXXI.
- 1-4. Evangelicæ historiæ dignitas et concordia. 5. Tetrarchiarum distinctio. 6, 7. De Lysaniis tetrarchis. 8, 9. Functio sacerdotalis. 10. Concilium LXXII, sive synedrium. 11-15. Joannis prædicatio et mores. 16-20. Christi baptismus. 21. Legatio Judæorum ad Joannem. 22. Andrea et Petri vocatio ad apostolatum. 23-28. Petri nomina et prælatio inter Apostolos. 29-36. Nuptiae in Cana Galilææ. 37-40. Prædicatio Christi. 41-44. Baptizati a Christo. 45-50. De nece Joannis. 51, 52. Dissidia Judæorum cum Samaritanis. 53, 54. Putens Jacobi. 55, 56. De filio reguli a Christo sanato. 57-61. De Abagaro principe Edessæ, ejusque ad Christum epistola. 62-65. De piscatione Petri, et lacu Genesareth. 66-68. Res Christi in Galilæa gestæ.
- XXXII.
1. De secundo Jesu paschate. 2, 3. De turbis a Pharisæis in Jesum, curato ægroto, excitatis. 4-6. Jesus Hierosolyma in Galilæam reversus novos apostolos eligit. 7-9. Apostolorum genus. 10-16. Christi prædicatio. 17-30. Magdalenaæ conversio : una, an plures Magdalenaæ fuerint. 31. Christus mittit apostolos.

- XXXIII. 1-5. Herodis et Herodiadis immane in Joannem facinus. 6. Herodiadis et filiae obitus. 7, 8. Herodis de Christo opinio. 9, 10. Acta Jesu a necce Joannis. 11-27. Petri confessio et principatus. 28, 29. Christi de sua passione praedictio, et transfiguratio. 30-34. De tributo a Christo soluto. 35-37. Christi miracula. 38-41. De LXXII Christi discipulis. 42-44. Alia Christi opera. 45, 46. Apostolorum calibus. 47, 48. Sejani casus.
- XXXIV. 1. Annus Christi passionis. 2. Lazari resurrectio. 3. Concilium aduersus Christum. 4. Cena in Bethania. 5-7. De Ilosanna. 8. Mons Oliveti. 9. Ficus arefacta. 10-12. Insidia Christo a Iudeis ex tributi pensione parata. 13-18. Cena in domo Simonis. 19, 20. Jude proditio. 21, 22. De loco ubi pascha peractum. 23-26. De tempore paschatis. 27-41. Ritus celebrandi paschatis. 42. Contentio Apostolorum de primatu, quando. 43-46. Ritus in institutione Eucharistie observati. 47-51. Nomina Eucharistie. 52-60. Apostolorum sacrificia. 61. Usus cenae Dominicæ. 62, 63. An Judas Eucharistiam sumpserit, et quando discessit. 64. Petri animosa promissio. 65. De hymno in cena dicto. 66. De loco ubi Christus oravit. 67-69. Quid Christus cum a Iudeis duce Iuda invaditur. 70. Cur Jesus primo ad Annam. 71. Petri negatio. 72-74. Christus ad Caipham. 75. Jude interitus. 76-92. Jesus ante Pilatum. 93-95. De supplicio crucis. 96-106. De vino myrrato. 107-112. De Golgotha. 113-129. De morte Christi, et de miraculis quæ eadem comitata sunt. 130-135. De ejus sepultura. 136-161. De Christi etate, et de anno ejus passionis. 162, 163. De jejuniis ob Christi passionem susceptis. 164-177. De hora resurrectionis Domini. 178-193. De variis ejus apparitionibus, vel manifestationibus. 196, 197. Apostoli in Galileam abeunt. 198-205. Quæ communia Apostolis omnibus, et de primatu Petri. 206-208. Aliae manifestationes Domini. 209-215. De duabus dotibus Ecclesie concessis, de operatione nempe miraculorum, et de divinarum Scripturarum intelligentia et interpretatione. 216-220. De ascensione Domini. 221, 222. Flavii Josephi de Christo testimonium. 223-225. Acta et dicta Pilati de Christo ad Tiberium missa. 226. De libris Sibyllinis. 227-229. De vestigiis a Domino in ascensione relictis. 230-263. Acta Apostolorum post ascensionem Domini, et de dono linguarum ipsis concessio. 264, 265. Ananias et Saphiræ interitus. 266, 267. De venundatione bonorum a primis Christianis sponte facta. 268-270. Apostoli in templo, et Petri in miraculis prærogativa. 271-275. Apostoli in carcere conjecti, et de Theoda, et Juda, ac Gamalièle. 276, 277. Prima discordia in Ecclesia. 278-282. Electio et manus diaconorum. 283. Laborantes et diaconisse. 284. Presbyteræ quæ essent, et quæ episcopæ. 285-307. Prosecutio actuum Apostolorum: Jacobus episcopus Jerosolymitanorum: martyrium Stephani. 308-314. Memoria et suffragia pro defunctis. 315-318. De purgatorio. 319, 320. Magna in Christianos persecutio.
- XXXV. 1-12. Dispersio Apostolorum et Discipulorum, eorumque prædicatio in Samaria. 13. Quæ manus impositio tantum episcopi. 14-19. Sacramentum confirmationis et chrismatis. 20-26. Simon Magus. 27, 28. Eunuchus reginae Candacis. 29. Tiberii crudelitas.
- XXXVI. De conversione Pauli, ejusque etate et patria.
- XXXVII. 1, 2. Paulus Damasci. 3. Philippi Tetrarche obitus.
- XXXVIII. Agrippæ carcer.
- XXXIX. 1. Tiberii obitus. 2, 3. Vitellius Hierosolymæ. 4-7. Paulus Damasco Hierosolymam venit ut videret Petrum. 8-10. Petrus Antiochenam fundat Ecclesiam. 11. Cur Cesarea et non Hierosolyma metropolis Palestine. 12-26. Petrus Ecclesia Antiochenæ septem præfuit annis, et quomodo Evidius primus episcopus ejusdem Ecclesia dicendus.
- XL. 1-3. Agrippa reditus in Iudeam. 4-11. Clades Iudeorum Alexandrie. 12-14. Caius imperator coli vult uti Deus, ejusque crudelitas in Iudeos. 15, 16. Herodis Tetrarchæ exilium. 17, 18. Petrus Lyddæ.
- XLI. 1. Consulatus Caii. 2-13. De conversione Cornelii centurionis. 14-20. De Matthæi Evangelio. 21-25. Caii imp. furor in Iudeos.
- XLII. 1-4. Iudeorum legatio ad Caium. 5-37. De statua Caii in templo locanda, et de ærumpnis Iudeorum.
- XLIII. 1-3. Caio interempto succedit Claudius. 4-6. Ejus edicta pro Iudeis. 7-10. Reditus Agrippæ, ejusque studium in sedandas Iudeorum turbis. 11-17. Antiochenæ Ecclesie Præfectus, et de nomine Christiano.
- XLIV. 1. Agrippa persecutio Christianos. 2. Jacobi martyrium. 3-9. Petrus in carcere tritus, et ab angelo liberatus. 10-12. De Petri itinere. 13, 14. De Apostolorum in diversas orbis partes profectionis tempore. 15-19. De Symbolo Apostolorum. 20-22. Spiritu sancto magistro facta divisio provinciarum. 23, 24. Gentium conversio. 25-28. Petrus Romanum venit. 29, 30. Joannes in Asia. 31. Andreas in Scythia. 32. Phillipus in Asia superiore. 33. Thomas in India. 34. Bartholomæus in Majori Armenia. 35. Matthæus in Æthiopia. 36, 37. De duobus Jacobis. 38. Simon in Mesopotamia. 39. Africana Ecclesia a Petro ercta. 40. Thaddeus in Arabia et Idumaea. 41. Matthias in Æthiopia et Iudea. 42-49. De variis actis Apostolis perperam adscriptis, et ab hereticis conflatis. 50. De scriptis Christi nomine confectis. 51-59. De adventu et actis Simonis Magi Roma. 60, 61. Petri Romanus adventus. 62-66. De fame totius orbis, et de munificentia Helene Adiabenorum reginae; an ipsa Iudeam vel Christianam se professa fuerit. 67-73. De collecta in commodum Christianorum Antiochiae facta, et de usu collectarum in Ecclesia. 74. De apostolatu Petri et Barnabæ. 73-88. De ordinibus et officiis ecclesiasticis. 89. Pauli apostolatus.
- XLV. 1-9. Petrus XV Gal. Februarii (18 Januari) Cathedram Romanam condit, deque ejus prærogativis. 10. Romanum nomen idem quod Catholicum. 11. De primalignea Petri Cathedra miraculis illustrata, et in ejusdem Petri Basilica Vaticana hodieque asseverata. 12-14. Evodium an Ignatium Pe-

- trus sibi in cathedra Antiochenia sufficerit. 45. Marcus a Petro Alexandriam missus. 46. S. Petri prima epistola. 47-48. Quomodo nomen Babylonis a Petro Romæ datum intelligendum. 20-22. Secunda Petri epistola. 23-28. Salutatio in osculo sancto et pacis. 29-32. De Marco et ejus Evangelio. 33-38. De dono linguarum. 39-41. De usu lingue grecæ Romæ. 42-47. Plura de Marco. 48, 49. Claudiu in idolatriam acta.
- XLVI.** t, 2. Petrus mittit in provincias discipulos. 3-8. Interitus Agrippæ. 9, 10. Herodes a Claudio jus in templum obtinet. 11-15. Paulus Gentibus Evangelium nuntiat.
- XLVII.** 1. Paulus Iconii. 2-14. Acta Theclæ, ejusque martyrium.
- XLVIII.** 1-3. Paulus Lystre lapidatus. 4-26. De tempore obitum vel potius assumptionis B. Mariae Virginis. 27-29. Procurator Judæo stolam pontificiam Judæos a Romanis olim redditam ab ipsis repetit. 30. Alabarehie magistratus qualis.
- XLIX.** Paulus et Barnabas Antiochian reversi.
- L.** Herodi defuncto successit Cumanus, qui Judeos dire exagitat.
- LI.** t, 2. Judei æque ac Christiani Roma expulsi. 3-28. Petrus redit Iherosolymam, ibique Concilio Apostolorum interest : acta et tempus hujus Concilii. 29, 30. Apostolatus nobilior Judaeorum quam Gentium. 31. Pauli acta Antiochiæ. 32-47. De contentione inter ipsum et Petrum hac occasione de iustu exorta. 48-53. Falsa commenta de Barnaba. 54. Barnabas Mediolanensem Ecclesiam erexit. 55. De ejus epistola. 56-76. Varia acta Pauli.
- LII.** 1-14. Adventus Pauli Athenas, ejusque concio in Areopago. 15-32. Paulus Corinthi. 33. Colonia Agripina.
- LIII.** 1, 2. Secunda Pauli epistola ad Thessalonicenses, qua occasione scripta. 3-11. De traditionibus Apostolorum. 12-32. Ritus Ecclesie ex traditione, et de traditione in genere. 33-35. Paulus Corinthi ante Gallionem Achaia proconsulem.
- LIV.** 1, 2. Paulus Ephesi et in Galatia. 3. Philippi martyrium.
- LV.** 1-7. Res gestæ Pauli Ephesi. 8. De Pauli sudariis virtute miraculorum insignibus. 9-20. Usus sacrarum reliquiârum in Ecclesia, et de miraculis ex iisdem.
- LVI.** 1-3. De filiis Scœve principis sacerdotum Corinthi curantibus in nomine Jesu energumenos, et de virtute nominis Jesu. 4-13. De exorcismis eorumque usu in Ecclesia. 14-20. De confessione peccatorum, eorumque absolutione per sacerdotes. 21-25. De penitentia publica. 26-41. De Nectarii episcopi Constantiopolitanî facto, ubi plura de confessione secreta. 42, 43. Nero imperium adit, et Judæos favel.
- LVII.** 1. Judei Roman redeunt. 2-9. Paulus iterum Corinthi, ejusque prima epistola ad eosdem. 10-23. De excommunicatione a Paulo inficta, et de excommunicatione in genere. 24-27. De judicio ecclesiastico. 28-36. Regale sacerdotium. 37-43. Usus judicariæ potestatis in Ecclesia. 44, 45. De continentia conjugali. 46-54. De matrimonio et riibus in eodem adhibitis. 55-59. De virginitate. 60-72. De celibatu Pauli. 73-84. De oblationibus pro ministris Dei, et de decimis. 85-92. De velandis mulieribus. 93, 94. De amputatione capillorum et cultu barbae. 95-98. De palliis usu, et de calceis. 99-106. De ecclesiis Christianorum. 107-111. De fonte præ foribus ecclesia. 112-124. Ecclesiarum ornatus sacræ imagines. 125-130. Distincta in ecclesia loca. 131-139. Sacra primum mensa, deinde communis. 140-146. De funebri agape, et de agapibus in genere. 147-154. De oblatione panis et vini, et participation Eucharistie. 155. De communione sub una specie. 156-159. Frequens usus sumendi Eucharistiam in Ecclesia Occidental, secus in Ecclesia Orientali. 160. Vindicta divina in sumentes indigne Eucharistiam. 161-166. De conventu ecclesiastico, de oratoriis. 167-170. De his qui baptizantur pro mortuis. 171-173. De anathemate et maranatha. 176-187. De Dianæ Ephesie templo. 188-192. Paulus, relieto Timotheo Ephesi, in Macedoniam recedit, ejusque ad eundem prima epistola. 193-197. De ciborum delectu, et de certorum dierum jejuniis. 198-204. Jejunium Quadragesinale. 203-208. Cur vetitum jejunium sabbati, et cur id Occidentales suscepit. 209-211. Jejunium quatuor temporum ex institutione apostolica. 212. Paulus in Gracia.
- DIX. 1-6. In consulatu Importuni dissidia orta in iudicis circensibus, qui vituperantur. 7-11. Saracenum incursio in Palestinam, duce Alamundaro rege, qui tandem monachorum miraculis ad Christi fidem convertitur. 12-14. Sigismundo Burgundionum rege ad Catholicam Ecclesiam converso, celebratur Concilium Epaunense, sanctis episcopis conspicuum.
- DX. 1-3. Boetius consul Aristotelis studiosissimus; de cuius libris multa. 6-11. Anastasius Catholicos sub nomine hæreticorum arcit a bonis Ecclesiæ, et Macedonium calumniatur, qui se Catholicum profiteretur.
- DXI. 1, 2. Felicis consulis genus et laudes. 3-11. Macedonio ejecto in exilium, Anastasius in ejus locum substituit Timotheum impurissimum et hereticum hominem. 12-13. Auastasius Catholicos persequitur; Chalcedonensis Acta Concilii comburit. 16-20. Quis Severus impietate et hæresi insignis. 21-36. In persecutione Anastasii nobilissimum Theodosii cœnobiarachæ certamen.
- DXII. 1-4. Tumultus Constantinopoli ob fidei Catholicæ defensionem. 5-18. Elias Hierosolymitanus episcopus, qui calumniam patitur ab hæreticis, legatum Sabam cum aliis monachis mittit ad Anastasium. 19-33. Pseudo-Concilium Sidone congregatum; unde Eliae et Flaviani a propriis sedibus exturbatio. 34-43. Symmachus Epistola ad confirmandos Catholicos Orientales in tantis periculis constitutos. 44. Unde mala evenenter Orientalibus. 45-62. Orientalis Ecclesiæ Epistola ad Symmachum implorantis auxilium.
- DXIII. 1-4. Severus Antiochena sede potitus conatur episcopos ad suam communionem pertrahere. 5, 6. De Juliani Bosnensis miraculo. 7-15. Elias pellitur per Severum a sede Hierosolymæ, eique sufficitur Joannes, qui ab hæretico fit Catholicus, opera Sabæ. 16-31. Signa et prodigia quamplurima ad fidei Catholicæ confirmationem. 32-41. In extreme penuria suis consulti Sabas per miraculum, et imperatore adit communis pauperum cause consulturus. 42, 43. De Alamundaro Saracenorumi et Cabade rege Persarum accedentibus ad Catholicos. 44. Dorotheus episcopus Anycæ. 45, 46. Symmachus per Epistolam privilegia collata Ecclesiæ Arelatensi confirmat.
- DXIV. 1, 2. Consul Cassiodorus. 3-6. Symmachus Epistola ad Cæsarium Arelatensem et obitus. 7-13. Res gestæ et statuta Symmachus, cui succedit Hormisda. 14. Clodoveus coronam mittit Hormisdæ. 15-17. Hormisda describens Remigio vices suas ei delegat in Gallia. 18-20. Concilium Remis congregat Remigius, in quo Ariannum episcopum miraculo convertit. 21-28. Clodovei obitus, illiusque et Francorum laudes ex testamento S. Remigii. 29-32. Francorum mores. 33-35. Filii Clodovei pictate insignes regnum inter se dividunt. 36-39. De Theoderico et Childeberto filiis Clodovei. 40, 41. Vitalianus insurgit in Anastasium, qui perjuris sibi consultit. 42, 43. Synodus convocare simulat Anastasius.
- DXV. 1-6. Urgente Vitaliano Epistolam ad papam scribit Anastasius de convocando Concilio. 7-12. Dorothei episcopi Thessalonicensis Epistola ad Hormisdam de pace Ecclesiæ Orientalis. 13-17. Ad Anastasium scribit Hormisla, et caute agit cum eo. 18-38. Legatos cum Epistola ad Auastasium destinat Hormisda, iisque tradit commonitorum et capitula. 39. Theodorici legatio in Orientem. 40-44. Senatus Romani litteræ ad Anastasium. 45-47. Legati ab Anastasio honorifice suscipiuntur, qui tamen subdole in perfidia manet. 48. Ariadnae Aug. obitus. 49, 50. Hunnis Cappadociam

dévastantibus, Macedonii obitus. 51. Quid Alexandriæ hæretici passi sint. 52, 53. Himeranni populi Australes ad Christi fidem conversi.

- DXVI.** 1-6. Revertentibus legatis Apostolicis et ipse Anastasius se Catholicum simulans amplissimammittit legationem ad Romanum Pontificem, et ad senatum Romanum. 7-18. Epistola Anastasii imp. per legatos Apostolicos missa, et Hormisdæ responsio per legatos imperatoris, qui a Catholicæ fide alieni cognoscuntur. 19-28. Aviti episcopi Viennensis legatio et litteræ ad Romanum Pontificem, ejusque responsio de Ecclesiæ Orientalis statu. 29-31. S. Aviti laudes. 32-35. Vitaliani lapsus. 36-39. Qui episcopi restiterint Anastasio, dum Dorotheus Thessalonicensis eidem communical. 40-42. Dioscorus junior episcopus Alexandrinus. 43-48. Joannes electus episcopus Nicopolitanus et simul metropolita Epiri Synodum congregat; unde litteræ et legatio ad Romanum Pontificem. 49-64. Hormisda ad Joannem et Synodus describit, mittique commonitorium subscribendum ab episcopis. 65-68. Catholicæ episcopi opera Dorothei affliguntur, quibus presto est Hormisda. 69. Synodus Tarraconensis.
- DXVII.** 1-32. Novam legationem Constantinopolim decernens Hormisda, dat litteras Anastasio, Timotheo, episcopis hæreticis, Catholicis, clero et populo pro diversitate personarum accommodatas, et fidei libellum a singulis subscribendum. 33-45. Dorotheo insecente Joannem, adjungit Hormisda alias litteras utrisque, tum imperatori, ac commonitorium ipsis legatis jam profectis. 46-50. Anastasius insequitur legatos, terret episcopos, audacter scribit ad Romanum Pontificem. 51-61. Orthodoxi et Syriæ monachi a Severo exagitati, ab Anastasio rejecti, ab supplicem libellum audeunt Hormisdam. 62-66. Hispaniarum Ecclesiæ constituit vicarios Hormisda, Joannem Tarraconensem, et Sallustium Hispalensem episcopos, docetque quomodo quis admittendus sit ad communionem. 67. Gerundense Concilium. 68-73. In siccitate Palæstina miracula Sabæ.
- DXVIII.** 1-12. Hormisdæ Epistola consolatoria ad Orthodoxos Orientales. 13. Justinus et Justinianus divinitus ex Anastasi manibus erexit. 14-21. Miserrimus Anastasi obitus et quæ funesta illum præcesserint. 22-26. S. Eliæ et S. Flaviani visio de interitu et judicio Anastasii. 27-29. Anastasii nomen damnum. — Peroratio cum gratiarum actione. Finis Tomi sexti.
- DXIX.** Præfatio auctoris cum Numinis imploratione. — 1-3. Justinus ex humili statu imperator Amantium Eutychianum juste capitum damnat. 4-20. Acta publica de acclamationibus in Ecclesia factis Joanni et Justino, professionem fidei Catholicæ exprimentibus. 21-30. Synodus Constantinopolitanæ et Synodalis relatio de singulis capitibus relate ad controversias, potentibus monachis Orthodoxis. 31-33. Perperam nomina Euphemii et Macedonii in Diptychis retenta. 34-37. De Synodi Constantinopolitanæ Actibus certiores sunt episcopi Orientis; unde plures in provinciis Synodi. 38-44. Synodales Epistolæ Concilii Hierosolymæ, et Syri ad Synodum Constantinopolitanam querentium de sceleribus Severi. 45-49. Litteræ episcoporum secundæ Syriæ; ubi multa de sceleribus Petri Apameæ sedis invasoris. 50-55. Clerici Antiocheni item per litteras queruntur de malis quæ a Severo passi fuerint. 56-60. Justinus dat edictum de restituendis Catholicis, pro quo Sabas exultat laborans. 61-64. De Sabæ et Theodosii archimandritæ ab exilio redeuntis consuetudine et factis. 65-69. Justinus, dato in Severianos editio, ad Romanum Pontificem de sua creatione scribit, qui ei respondet. 70-75. Justini, Joannis episcopi et Justiniani comitis ad papam Epistolæ, petentium legatos pro conciliacione Ecclesiarum. 76-81. Justino describit Hormisda ac Joanni, cui insinuat quid ultra facieundum pro communione recipienda. 82, 83. Synodus Romana. 84-88. De episcopis Dardaniorum et Illyrici ad communionem Catholicam redeuentibus Hormisda certiorem facit per litteras Cæsarium Arelatensem.
1. Consulatus Eutharici. 2-32. Legationem decernit Hormisda, et dat legatis in scriptis admonitiones, tum totidem Epistolas ad Justinum, ad Euphemiam, ad Joannem episcopum, ad clericos, ad Justinianum, ad Celsum et Patricium viros aulicos, ad præfectum Thessalonicæ, ad Anastasiæ atque Palmatiam clarissimas feminas. 33-43. Relationes legatorum de prosperis circa religionem in itinere actis. 44-57. Omnia feliciter gesta a legatis Constantinopoli; ubi fidei libellum ad Hormisdam missum ultro subscribunt episcopi. 58-71. Epistolæ gratulatoriae de rerum eventu ad Hormisdam datae a Justino, Joanne, Andrea, Prævalitano episcopo, Justiniano, aliquisque viris clarissimis et feminis. 72. Publica Rome latitia. 73-77. Hormisdæ Epistola ad imperatorem. 78-92. Relationes legatorum de statu Antiochenæ Ecclesiæ de monachis Scythiæ tumultuantibus. 93-98. Pro Justinianis petitiones et litteræ ad Hormisdam. 99-123. Scythiæ monachii quanta et quibus artibus gesserint Constantinopoli et Romæ ad bæresim propugnandam. 124-139. Ab hereticis Thessalonicæ nefanda patruntur in legatum Apostolicum, instigante Dorotheo episcopo, qui Constantinopolim vocatur judicandus. 140-142. Quæ fuerit damnatio Dorothei. 143-147. Severus Antiochia, Julianus Alicarnasse pulsi fugiunt Alexandriam; ubi turbatio.

DXX.

1. Vitaliani consulis obitus. 2-6. Justini, Justiniani, atque Hormisdæ ultro citroque date litteræ pro conciliacione Ecclesiarum. 7-11. Defuncto Joanne succedit Epiphanius Constantinopolitanus episcopus, ad quem scribit Hormisda. 12-21. Possessori episcopo consulenti Hormisdam de quæstione oborta super Fausti libros, respondet ille, plura addens de Scythia monachis. 22-27. Hormisdæ Epistolam impugnat ac sugillant hæretici monachi. 28. De redditu legatorum. 29-38. Epiphanius Epistola ad Hormisdam cum fidei professione, et Justiniani ad eundem de controversia religiosis. 39-52. Ex Synodo Constantinopolitana litteræ Synodales, et Epiphanius ad Hormisdam cum legatione et muneribus. 53-59. Justini legatio ad Hormisdam cum suis et Justiniani litteris. 60-63. Dorotheus per legatos et litteras perperam se excusat apud Hormisdam, qui ei respondet. 64-66. De restituendis Catholicis episcopis sollicitus Hormisda scribit ad Epiphanium. 67-71. Justini rescriptum aduersus Nestorianos Antiochiae tumultuantes. 72-74. Legatorum Joannis et Germani laudes.

DXXXI.

1. Justiniani consulatus et largitiones. 2-4. Legatorum moræ impatiens scribit licentius ad Hormisdam Justinianus. 5-33. Roma discedunt legati Orientales cum Epistolis Hormisdæ ad Justinianum et Epiphanius summa sapientia et constantia exaratis. 36-39. Paulus episcopus Antiochenus se abdicat, ac moritur, eique succedit Euphrasius. 40. Asterius episcopus Alexandrinus. 41. Obitus S. Brigida.

DXXXII.

1-3. Boetius cum Symmacho consul, librum de Trinitate scribit. 4-8. Trasamundus Vandalorum rex, accepta a Mauris clade, moritur. 9-15. Hildericus ejus filius et successor episcopos Catholicos ab exilio revocat, inter quos eminent Fulgentius Carthaginem triumphali pompa revertens. 16. Hormisdæ gaudia. 17-21. Fides Christiana propagatur, Lazis et Iberis ad Christum conversis. 22-66. Apud Homeritas Æthiopæ in urbe Nagran dira Christianoru[m] persecutio a Dunaan Hebreo; ubi ingens martyrum numerus, duce et hortatore Aretha monacho.

DXXXIII.

1, 2. Maximus consul, ad quem Theodosius scribit spectacula damnans. 3, 4. Hormisdæ obitus. 5, 6. De Manicheis ab Hormisda detectis. 7-10. Munera oblata Hormisdæ, et cetera ejus gesta, cui succedit Joannes. 11, 12. Placidus et Maurus S. Benedicti disciplinae traduntur. 13-15. Manichei exigitantur. 16-29. Expeditus Elesbaan regis Æthiopum in Dunaan Hebraum, et praeclara victoria, qua res Homeriarum composita. 30, 31. Æthiopia insignis religione. 32. Euphemius Auguste obitus. 33-36. In Conciliis Africanis Fulgentii pietas et scripta.

DXXXIV.

1-3. Arianos Justinus exigitat, pro quibus Theodosius insurgit.

DXXXV.

1-7. Joannes papa Constantinopolim pergit. 8-10. Quomodo ibi contra Arianos steterit Joannes. 11, 12. Cur in Boetium et Symmachum ac senatores commotus fuerit Theodosius. 13-18. Antiochiae terramotus, aliarumque civitatum. 19-23. Joannis et utriusque Zozimi monachorum sanctitas et miracula. 24. Mortuo Joanne succedit Petrus episcopus Hierosolymæ.

DXXXVI.

1-4. Joannes papa e carcere scribit ad Italæ episcopos contra hæresim Arianam. 5-8. Joannis papæ martyrium, et in Urbem translatio. 9-18. Boetii virtus, vincula, scripta, cædes, et laudes. 19-21. Idem de Symmacho. 22-24. Felix, licet optimus, Theodosi opera eligitur Pontifex. 25-29. Theodosi obitus, quem antecedunt et sequuntur diræ visiones. 30-33. Theodosi variae leges et cura de aedificiis. 34-36. Athalaricus filius Amalasunthæ, et ejus educatio. 37-40. Athalaricus de sua successione Epistolæ ad snos Gothos et ad episcopos. 41, 42. De Athalarici possessionibus in Gallia. 43-51. Bellum Francorum adversus Burgundiones; ubi de S. Aviti factis. 52-54. Ephrem comes Orientis eligitur episcopus Antiochiæ. 55-58. Ephrem per magnum miraculum convertit monachum hæreticum.

DXXXVII.

1, 2. Justinianus imperator. 3-32. Agapeti diaconi Epistola parænetica ad Justinianum. 33-37. Per litteras et legatos Athalaricus adit Justinianum, fœdusque sancitur. 38-41. Justiniani edicta de fide Catholicæ, et de potestate judicaria episcoporum. 42-44. Magno animo aggressus Justinianus quibus pietatis auxiliis usus fuerit. 45-48. Bellum Persicum precedent litteræ inter Belisarium Romanorum et Mirrhanem Persarum duces. 49-55. Prælium et victoria in Persas. 56. Rex Hunnorum factus Christianus. 57-62. Julianæ Anicæ obitus, ejusque divitiae et pietas. 63-66. Athalaricus per Constitutionem clericos Catholicos a laicorum tribunalium vexatione redimit. 67-76. Dionysii Exiguï doctrina et pietas; ejusque iuberationes, maxime de cyclo Paschali, et collectione canonum. 77-79. Hermenefridum Thuringiae regem prælio vincit Clotarius, et a S. Medardo recipit miraculum. 80-82. Primordia sanctitatis exhibita a Radegunde, quam Clotarius ducit uxorem. 83-86. Amalafridæ occisione, Athalarici querele et minæ ad Hildericum.

DXXVIII.

1-8. Quid sentiendum de Justiniano, cum de rebus Ecclesiasticis leges sanciverit, et quid de ipsis legibus, et quo sensu illitteratus dictus fuerit. 9-20. Justiniani sanctiones ne episcopi veniant ad curiam, de episcopis ordinandis, et contra raptore. 21-23. Antiochia ex terramotu Theopolis vocata.

DXXIX.

1. Concilium Arausicanum, cui Cæsarius Arelatensis præfuit. 2-9. S. Fulgentii obitus et lucubrations. 10-13. S. Benedictus in Cassini monte. 14-17. Nicetius episcopus ordinatur, sanctitate conspicus. 18-22. De Absagis et Tzanis ad fidem conversis. 23-29. In decemviratu pro compiendo Codice Tribonianus et Joannes Cappadox impictate laborauit.

DXXX.

1. Felicis papæ obitus et res gestæ. 2-4. Electio Bonifacii cum schismate et interitu Dioesori. 5. Nomine Bonifacii scripta edita. 6-10. Gilimer, Hilderico in vincula coniuncto, regnum invadit, unde querele et misæ Justinianii. 11-15. Justinianus populos Ægypti sibi adsciscit contra Persas, et ab idololatria facit Christianos. 16-35. Justinianus Constitutio contra hereticos, et maxime Samaritanos, a quorum vexatione, opera Sabæ ad se legati, liberat Catholicos. 36-40. Templum Deiparæ Hierosolymis, et alia sacra ædificia, suauiter excitat Justinianus. 41-43. Samaritanorum hypocrisi deceptus Justinianus. 46-51. Theodoricus rex Francorum res Gothorum in Gallia labefactare conatur. 52-55. Theodobertus Theodorici successor, ejusque mores.

DXXXI.

1-5. Synodus Romana sub Bonifacio, qui improbat quod sibi elegerit successorem. 6-8. Bonifacii obitus et res gestæ, cui succedit Joannes. 9-11. Amalarico rege Gothorum in Hispania occiso, eo quod Clotildem male habuisset, succedit Theudis. 12-19. Concilium Toletanum sub Montano episcopo, quique alii viri sancti eidem interfuerint, et canones. 20-22. Conjuratio contra Justinianum, unde Constitutiones de interdictione armorum et aliæ. 23-26. S. Sabæ obitus et miracula. 27. S. Antonii corporis inventio.

DXXXII.

1-7. De bello Wandalico suscipiendo anceps Justinianus, quibus auspiciis confirmatus illud paraverit. 8-29. Origenistæ iterum insurgunt ex monachis, mirosoque adlibent conatus et labores ad maculandas Ecclesias. 30-56. Collatio iudicata Constantinopoli a Justiniano inter Severianos hereticos et Catholicos episcopos, et ejusdem Acta.

DXXXIII.

1-18. Justinianus edictum continens professionem Catholicam, et legatio ad Joannem papam cum litteris ad explodendam aliam legationem missam a monachis hæreticis Nestorianis ad eundem Pontificem. 19-35. Justinianus Epistola ad Epiphanius confirmantis et explanantis suum edictum. 26-31. Legatis Romæ permanentibus, negotium mature perpenditur, de quo et Ferrandus in Africa consulitur. 32-40. In Simoniacos decernitur. 41-59. Africa a Wandalis liberata ad Romanum redit imperium, ubi tota expeditionis series, duce Belisario. 60, 61. Digestio de navalium victoria relata in Turcos sub Pio papa V. 62-65. Institutionum ac Digestorum volumina in lucem edita.

DXXXIV.

1. De consulatu Paulini. 2-9. Cassiodorus præfectus prætorio pias ac sapientes Epistolæ dat ad papam et episcopos. 10-12. Ad sublevandam penuriam cura Cassiodori. 13-22. Justinianus edictum Romæ cognoscitur et probatur, quod ipsi imperatori papa Joannes per Epistolam significat, legatis revertentibus datam. 23-28. Joannis Epistola ad senatores de eadem fidei professione. 29-46. Ex authenticitate utriusque Epistolæ primatus Romana Ecclesiæ contra novatores assertur. 47-50. Episcopum nomine Contumeliosum in Gallia deponit Joannes. 51-55. Capto Gilimere, bellum Wandalorum conficitur, de quo triumphat Belisarius. 56-66. Deo referens acceptam victoriam Justinianus, Africe regimini tum politico tum Ecclesiastico optime consultit. 67-70. Athalarico mortuo, Theodatus regnum capessit, qui legationem mittit ad imperatorem sibi conciliandum. 71, 72. Amalasuntha necatur. 73. Marcellini scripta.

DXXXV.

1. Belisarii consulatus. 2-10. Justinianus tres Constitutiones de episcopis, clericis, atque monachis in officio continentis. 11-15. Optime consultum provinciarum præfecturis. 16-20. Constitutio pro Romana Ecclesiæ de praescriptione centum annorum. 21-25. Ex Concilio Africano litteræ Synodales ad papam Joannem. 26-28. Defuncto Joanni succedit Agapetus papa. 29-33. Justinianus ad Agapetum litteræ cum fidei professione, et ejusdem Pontificis responsio. 36-41. Agapetus ad Synodales Concilii Africani, et ad privatas Reparati Carthaginensis litteras respondet. 42-47. De rebus et iuribus restituendis Africanis Ecclesiæ decernit Justinianus. 48-54. Quid Agapetus Justiniano rescriperit petenti ut Arianis résipiscētibus aditus pateret ad episcopatum. 55-57. De privilegiis urbis priuæ Justinianæ. 58-64. Defuncto Epiphanio, Anthimus nefarie eligitur episcopus Constantinopolitanus, fraudibus Theodoræ Augustæ. 65-68. Theodosius hæreticus

Alexandria episcopus, opera ejusdem feminae. 69, 70. Severo hæresiarcha favebat Theodora, 71-85. Hæretici Agnoitæ et Gajanitæ, et plurima inde pullulata hæresum capita, et qui pro iis, vel contra eos scripserint. 86-88. Anthimus fidem Catholicam simulatum. 89-92. De scholis Romæ aperiendis Agapeti consilium. 93-98. Initio fœdere cum Francis, bellum suscepit Justinianus aduersus Gothos, quibus Siciliam adimit. 99-107. In lenones dat Justinianus Constitutionem, et monasterium ædificat prostitutis resipiscientibus. 108-110. Agapeti Epistola ad Cæsarium Arelatensem de bonis Ecclesie non alienandis. 111-112. Altera ejusdem ad eundem Epistola in causa Contumeliosi, et nex a Clotario illata Gualtero.

- DXXXVI. 1-9. Inter Justinianum et Theodatum regem aguntur tractatus et pacta. 10-26. Agapetus, suscepta, jussu Theodati, legatione, Constantinopolim pergit; iter signis illustrat, Anthimum hæreticum deponit, Mennam instituit episcopum. 27-31. De rebus gestis Epistola Agapeti ad episcopos Orientales. 32-53. Episcoporum Orientalium et monachorum libelli ad Agapetum querentium et potentium damnationem Severi aliorumque hereticorum. 54-70. Agapetus Constantinopoli moritur rerum gestarum gloria insignis, Orientalium et Occidentalium præconis celebratus. 71-93. Præsidibus Menna vicario Sedis Apostolicæ, et legalis Apostolicis Concilium Constantinopoli celebratur, in quo firmatur sententia in Anthimum, Severus ceteraque hæretici damnantur. 94-102. De damnatis hæreticis Mennæ Epistola; et Justiniani constitutio de alienandis dominibus Ecclesias ad Petrum episcopum Hierosolymæ. 103-113. Contra damnatos hereticos sanctionem scribit imperator. 114, 115. Concilium Hierosolymis. 116. Theodosii Alexandrini exilium. 117-119. Defectio militum Arianorum in Africa. 120-123. De Silverii papæ electione. 124. Aurelianense Concilium secundum.
- DXXXVII. 1-4. Capita Nepoli a Belisario, Gothi Theodatum occidunt, Vitigem eligunt regem. 5-7. Roma se tradit Belisario. 8, 9. Vitigis litteræ ad imperatorem. 10-13. Fugientibus Gothis Ravennam, varia signa sanctorum virorum. 14-17. Zoilus succedit Paulo in episcopatu Alexandrino; sub quo miraculum de puella. 18-19. Plures eduntur Justiniani constitutiones.
- DXXXVIII. 1-11. Obsidentibus Urbem Gothis, Silverius auro Theodoræ a Belisario pellitur in exilium, in ejus locum intruso Vigilio. 12-20. Vigiliu in Silverium Acta, et ejus turpissimum schisma. 21-28. Vigili Epistole ad Eudherium et Cæsarium Arelatensem episcopos qui Apostolicam Sedem conservuerant. 29-87. Auctoritate Apostolica Mennæ et Pelagi Romanae Ecclesiæ diaconi damnationem subit Origenes, quam Justinianus firmat per Constitutionem. 88. Constitutiones imperatoriaæ. 89. Dacius episcopus Mediolanensis contra Gothos implorat auxilium.
- DXXXIX. 1-4. Ex insula Palmaria, ubi collegit Concilium, Silverius damnat Vigilium. 5-9. Amatoris episcopi munera et litteræ ad Silverium, qui indefensus crudeliora in dies patitur. 10-12. Hunnorum invasionses, Persarum hostiles motus, aliquæ calamitates ingruunt. 13-18. Perdurante Urbis obsidione, fames et pestis vexat Italiam. 19, 20. Mediolanum excisum a Gothis, unde Dacius episcopus evadit.
- DXL. 1-3. Silverii papæ martyrium et miracula. 4-10. Post abdicationem factam, legitimus papa eligitur Vigilius, qui transmutatur. 11-26. Epistole Vigili ad Justinianum et Mennam, apertam fidei Catholicæ professionem continentis. 27-31. Concilium Aurelianense tertium; ubi inter alios Albinus et Injuriosus episcopi sanctitate insignes. 32, 33. Bellum civile Francorum divinitus sublatum. 34, 35. Franci juste bellaturi contra Justinianum petunt Italiam. 36-38. Post deditiōnem Vitigis et Ravennæ Belisario, pauci Gothi regem sibi eligunt Theodebaldum. 39-45. Syriæ et maxime Antiochiae clades et devastatio per Persas, duce Cosrohoe, a quo pacem ignominiose emit Justinianus. 46. De bello in Africa cum Mauritanis.
- DXLI. 1, 2. Cur consulatus coepit negligi. 3-8. Belisarius victoriarum gloria insignis reddit Constantinopolim, virtutibus præclarus. 9-25. Plures hoc anno promulgatae a Justinianis sanctiones ad fidem Catholicam, Ecclesiasticaeque disciplinam sartas tectas conservandas. 26. Auximite ad Christum conversi. 27-29. Commentitia aliqua de martyrio S. Placidi, et de Chronico Cassinensi. 30-41. Concilium Arvernense qui episcopi sanctitate conspicui illustraverint, quosque ediderint canones.
- DXLII. 1. Totilas Gothorum accipit regnum. 2. Antiochia incensa restituitur. 3-8. Childebertus una cum Clothario fratre bellum gerit in Hispania aduersus Gothos; unde redux temploæ ædificat. 9-11. De tempore obitus sancti Benedicti.
- DXLIII. 1-14. Tolilæ Campaniam et Samnites hostiliter peragranti quo et quanta miracula sese obtulerint;

quidque præsertim inter eum et S. Benedictum intercesserit. 15. Secunda Cosrhois expeditio in Romanos.

DXLIV. 1. Totilas tentat litteris senatum. 2. Aratoris carmen in Acta Apostolorum. 3-6. In tertia Persarum irruptione Cosrhoes divinitus ab urbe Sergiopolis repulsus. 7-10. Mira pestilentia grassatur in orbe. 11, 12. Cæsario succedit Auxanius episcopus Arelatensis, ad quem scribit Vigilius. 13-15. S. Gregorii cultus in Hispania.

DXLV. 1, 2. Accedente ad Urbem Totila Belisarius dona offerti S. Petro. 3-10. Vigilius Auxanius vicarium in Gallia constituens, ei dat litteras cum pallio, itemque litteras ad Galliæ episcopos. 11-15. Cosrhoes frustra invadit Edessam urbem, quæ divinitus liberatur. 16-18. Quid de Paschatis die statutum. 19, 20. De Concilio Aurelianensi quarto. 21, 22. Gontharis in Africa tyrannus Areobindum occidit.

# SUMMARIUM

## TOMI X.

---

- DXLVI. 1-4. In Perusii obsidione S. Herculani martyrium. 5-7. Totila vexat S. Cerbonium episcopum, et Urbem obsidet. 8-53. Insignis quæstio et Historia de Tribus Capitolis a Justiniano insertis in suo edicto; cui Orientales et Occidentales episcopi suffragantur. 54-60. Vigilius rogatu Justiniani Constantinopolim iturus moratur in Sicilia, unde frumentum mittit Romam. 61-67. Aureliano episcopo Arelatensi vices suas delegat Vigilius. 68-71. Dominus Antiochiae, et Macarius Hierosolymæ episcopi.
- DXLVII. 1-19. In Urbis obsidione legatio Pelagii diaconi ad Totilam, qui Isaurorum prædictione tandem Romanam ingreditur, fame et squalore enectam. 20-50. Legationem Totilæ ad Justinianum Belisarius excipit, qui Urbem a Totilæ demolitione servatam, vitor ingreditur.
- DXLVIII. 1-6. Rustici præsertim Romanæ Ecclesiæ diaconi opera schisma in Vigilium conflatur. 7-12. Theude occiso, regnat in Hispania Theodegustus, qui item occiditur; ubi de Laurianæ martyrio et variis miraculis. 13-23. Macario succedit Eustochius episcopus Hierosolymæ, sub quo miracula S. Simeonis pro fide Catholica. 24, 25. Obitus Theodoro Augustæ Joannis Cappadocis pœna et exilium.
- DXLIX. 1-5. Belisario redeunte Constantinopolim, status Occidentalis imperii. 6-8. Nimia Justiniani studia circa dogmata.
- DL. 1-14. Vigilius Epistolæ ad Valentianum Tomitanum et Aurelianum Arelatensem episcopos de sua rectissima circa Concilium Chalcedonense sententia. 15-39. Mopsuestena Synodus. 40. Jordani historic admonitio.
- DLI. 1-4. Novis cladibus affligitur Romanum imperium, Justiniano cum Theodoro evertente Ecclesiam et insectante Vigilium. 5-18. Sententia damnationis et excommunicationis in Theodorum a Vigilio conscripta in Basilica sancti Petri quo confusgerat.
- DLII. 1-7. Justiniani Constitutio de Judæis. 8-10. Vigilius fugit Chalcedonem in Ecclesiam S. Euphemie.

11-17. Honorifica Justiniani legatione accepta, Vigilius Encyclicam Epistolam ad universos populos mittit. 18-21. Rerum perturbationis in pacem conversa, resipiscientibus Theodoro et Justiniano. 22-24. Menna in communione Catholica moritur, sub quo Basilica Apostolorum aedificata, et miraculum de puero Iudeo. 25-28. Concilium Aurelianense quintum sanctis episcopis insigne. 29-30. Theobaldus filius et successor Theodoberti.

- DLIII. 1-14. Eutychius electus episcopus Constantinopolitanus dat fideli suae professionem Vigilio, qui eidem respondet, pace Ecclesie restituta. 15-19. Prospera cuncta succedit Narseti qui Gothos vincit, Totilam occidit, Urbemque recuperat. 20-30. Quibus de causis Synodus quinta celebrata fuerit, et quae illam præcesserint. 31-222. Universa Acta quintæ Synodi et Vigilius Constitutum. 223-237. Quinta Synodi auctoritas probatur, et Vigilius defenditur. 238-248. Quid in causa Originistarum et alius egerit quinta Synodus. 249-251. Terra motus Constantinopoli et perturbationis Ecclesiarum circa Synodi receptionem. 252,253. De avaro terribilis casus. Sanctæ Chrotilidis et sancti Florentini obitus.
- DLIV. 1-8. Vigilius ab exilio liberatus, qui proinde quintam Synodum approbat. 9-13. Rogatu Vigilius dat Justinianus Constitutionem de rebus Italiæ. 14-16. De quibusdam philosophis ad Persas peregrinantibus.
- DLV. 1-5. Vigilius in Sicilia moritur. 6-9. A Vigilio collatum privilegium primæ Justinianæ et cetera ejus gesta. 10,11. De electione Pelagii papæ. 12-16. Franci et Alemanni, ducibus Leuthare et Bucellino, grassantes in Italia vincuntur, occisis ducibus. 17. Romanus exercitus profligatur in Colchis. 18. Theodebaldi obitus. 19. Judæorum tumultus.
- DLVI. 1-16. Episcopos Occidentales responentes quintam Synodum Pelagius per Narsetem coercere conatur, datis eidem litteris. 17-29. Pelagii Epistola ad Sapaudum episcopum Arelatensem et Childebertum regem. 30-36. Pelagii Epistola adhortatoria ad episcopos Tuscæ, et circulares ad universum populum Dei. 37-42. Discordiae civiles in Gallia, et Chramni rebellio in patrem Clotarium, inde divina ultio. 43. Justinus dux Persas vincit.
- DLVII. 1-8. Ingens terræ motus. 9-11. Templum S. Sophiæ.
- DLVIII. 1-5. Dira pestis, unde Justiniani sanctiones ad scelera compescenda. 6-11. Hunnorum incurssiones proxima Constantinopolis loca fœde grassantium. 12, 13. Inertia et crudelitas Justiniani. 14, 15. S. Cassii episcopi Narniensis obitus. 16. Joannis Silentarii obitus.
- DLIX. 1-5. Pelagius papa moritur, sub quo Basilica SS. Apostolorum aedificata. 6-17. Pelagii scripta et res gestæ, cui succedit Joannes III. 18-33. Primum Parisiense Concilium, ex quo plures canones ad firmandam Ecclesiasticam disciplinam, multis sanctis episcopis insigne, præsertim Germano Parisiensi et Euphronio Turonensi. 34-40. Euphronii et aliorum episcoporum Epist. ad Radegundem reginam de institutione monastica.
- DLX. 1-5. Turbae Constantinopoli, Justiniano ægrotante, qui ope SS. reliquiarum sanatur. 6-12. Theodomirus Suevus, Gallicæ rex ab Ariano factus Catholicus miraculis reliquiarum S. Martini. 13. Ultrogothæ reginæ peregrinatio ad sepulcrum S. Martini.
- DLXI. 1-8. Belisarii insignis calamitas. 9-15. De donationibus a Childeberto factis Ecclesiæ S. Vincentii quam et S. Germanus sacris muneribus locupletat.
- DLXII. 1, 2. Childeberti regis obitus et monumenta ab eo excitata. 3, 4. Succedit Clotarius, qui filio Chramno parcit. 5-23. Cassiodorus a cuius Paschali computo Indictiones coepit, monasterium sibi ædificat, monachos instituit, bibliothecam instruit, sacris scriptis et litterariis laboribus clarescit.
- DLXIII. 1-8. Justinianus in hæresim Aphthardocitarum, sive Incorruptibilium lapsus. 9-12. Quomodo Anaslasius episcopus Antiochenus restiterit Justiniano. 13. Incendium Constantinopoli. 14-18. Concilium Bracharensis et ejus canones.
- DLXIV. 1-8. Justinianus in hæresi perseverat ope Theodori Cæsariensis, fortiter resistente Eutychio pa-

triarcha Constantinopolitano et aliis episcopis. 9-29. Eutychius a sede pulsus, in quam Joannes Scholasticus intruditur, exilium suum miraculis illustrat. 30. Chramni miserandus interitus. 31-34. S. Medardi obitus et Suessionem translatio. 35. S. Gildardi episcopi Rothomagensis obitus.

- DLXV.** 1-10. Justiniani obitus et quid de eo sentiendum. 11. Narsetis monumenta in ponte Anienis. 12-21. Justinus nepos Justiniani in imperium assumptus coronatur, avunculo insigniter parentatur, populum sibi demeretur. 22-24. Mortuo Clotario, ejus filii dividunt inter se regnum, ex quibus Sigelbertus S. Nicetum ab exilio revocat. 25-29. Pestis inguinaria per Italiam et Galliam grassatur, mira operantibus reliquiis sanctorum. 30-33. Pictorum populorum in Britannia conversio per S. Columbanum.
- DLXVI.** 1,2. Justinus consulatum suscipit et instaurat. 3-7. Fidei Catholicæ per decretum Justinus consult. 8, 9. Barbaros minantes contemnit Justinus. 10-15. Justinus, licet de Catholicæ fide studiosus, moribus tamen corruptus, decernit eidem adversa, maxime de divortio. 16-20. Leonius Burdigalensis episcopus jure deponit Emerium Santonensem episcopum, reluctante rege Chariberto; ubi de ceteris ejus laudibus usque ad obitum. 21-27. Hiberni episcopi in schismate permanent, dum Gallia miraculis illustratur ex cineribus S. Martini. 28-40. Radegundis duplex legatio in Orientem pro colligendis sanctis reliquiis; unde exportatum lignum sanctæ Crucis in monasterio Pictaviensi reconditum, miraculus clarum, versibus celebratum. 41-43. Miracula et sanctitas Radegundis. 44. De Victore chronographo episcopo Africano.
- DLXVII.** 1-6. Justini ducis et Aetherii et Addæi senatorum supplicium et nex. 7-12. An vocatio Longobardorum in Italiam per Narsetem sit admittenda. 13-16. Adventum Longobardorum et cladem inde secuturam quædam signa prænuntiantur. 17-20. Regis Gothorum filiae in Hispania nubunt regibus Franciis; quarum Gelesuinha necem passa laudatur. 21. Hispani adversus Graecos pugnant. 22-24. S. Launomarus in Gallia signis et virtutibus florescit.
- DLXVIII.** 1-5. Longobardorum in Italiam adventus, et ipsorum mores, rege Alboino. 6-8. De Felice Tarvisorum episcopo et Fortunato. 9-14. De fine Narsetis diverse sententiae, a quo etiam crimen prodictionis repellitur. 15-18. In oppressores pauperum exemplum justitiae. 19, 20. Ecclesiæ Bizaceneæ privilegiis consulti Justinus.
- DLXIX.** 1. Leuvigildus regnat in Hispania. 2. Lucense Concilium in Galicia. 3. Avares victi a Tiberio.
- DLXX.** 1-8. Apollinaris episcopi Alexandrini obitus, sanctitas et gesta. 9-12. Progressus Longobardorum in Italæ deprædationem, ubi de origine Aquileiensis patriarchatus. 13-22. Secunda Synodus Turonensis, ejusque canones. 23, 24. Concilium Lugdunense primum. 25, 26. Ariamirus filius et successor Theodosiorum in Galicia.
- DLXXI.** 1-5. Alboinus rex a Rosimunda uxore occiditur, quæ et ipsa cum complice Helmige veneno tollitur.
- DLXXII.** 1-3. De Joannis papæ obitu, sub quo floruit Constantius episcopus Aquinas, deque ejus rebus gestis et scriptis. 4-7. Charibertus Francorum rex excommunicatus moritur. 8-9. De Theodigilde regis concubina, et alia ejusdem nominis regina sanctissima. 10-15. Bracharens et Lucense secundum Concilium. 16-21. Anastasio legitime etsi injuste depulso, sedem Antiochenam obtinet Gregorius scientia et virtute ornatissimus. 22. Persarum legatio ad Justinum.
- DLXXIII.** 1. Benedictus papa. 2-25. Occiso Clephi, in triginta sex duces Longobardi regnum partiuntur; quorum dira exxitit grassatio in Italia, sanctis viris magna et mira operantibus. 26, 27. S. Galli episcopi Arvernensis obitus et laudes. 28-30. Arvernensis civitas peste et schismate laborat.
- DLXXIV.** 1-4. Persarum incursionses cum clade Antiochiae. 5-9. Simeonis junioris Styliæ, de cuius sanctitate multa, Epistola ad Justinum querentis de Samaritarum furoribus. 10-16. Gregorius in sede Turonensi succedit Euphronio, et de hujus sanctitate Fortunati Epistole et carmina. 17, 18. De Felice episcopo Nannetensi. 19-23. Gregorius ordinatus episcopus Turonensis, quæ a S. Martino miracula ipse receperit.
- DLXXV.** 1-8. Longobardorum in Gallias irruptiones, quos S. Iosephii virtutes et miracula detinent. 9-12.

De nonnullis Galliae episcopis militiam secularem sectantibus. 13-15. Justino fatuitate labo-  
rante, Sophia cum Persis pacem init.

- DLXXVI.** 1-4. Francorum regibus bello civili inter se digladiantibus, Ecclesiae vexantur.
- DLXXVII.** 1, 2. Benedicto papa mortuo, eligitur Pelagius II. 3, 4. Pax inter Francorum reges inita, miracu-  
lis ad S. Martini sepulcrum patratis. 5. Ecclesia Dei Genitrici ædificatur ab imperatore.
- DLXXVIII.** 1-6. Tiberius vir optimus in collegam imperii a Justino adscitus, Eutychium in sedem Constan-  
tinopolitanam revocat, defuncto Joanne. 7-14. Reditus Eutychii et ingressus Constantinopolim  
amore populi et signis illustratus.
- DLXXIX.** 1-3. De annis Cosrhois Persarum regis ratio. 4-8. Bellum contra Persas cum clade hostium et  
nece Cosrhois confectum. 9-12. Martyres necati a Longobardis. 13-19. Sigibertus, licet in bello  
civili Francorum vicit, dolo occiditur; sub quo plura divinitus immissa in invadentes jura  
Ecclesiae. 20-23. S. Germani episcopi Parisiensis obitus, aliorumque sanctorum virorum. 24-28.  
Magne conversiones Judæorum in Gallia per sanctos Avitum et Germanum factæ. 29-31. Chil-  
pericus regnat in Gallia, munificus erga monachos. 32, 33. De Moroveo Chilperici filio ob in-  
cestuosas nuptias cum Brunichilde afflito.
- DLXXX.** 1-5. Terræ motus Antiochiae, ubi Anatolii idololatræ judicium et supplicium. 6-11. Moroveus plura  
molitus ob regni cupidinem, Turone fugit ad Brunichildem. 12. De die Paschatis in Hispania.  
13-21. Concilium Parisiense in causa Praetextati episcopi Rothomagensis, qui calumniam pas-  
sus, exilio damnatur. 22. Vinum S. Martini.
- DLXXXI.** 1, 2. Laurentius junior episcopus Mediolanensis. 3-42. Gregorii magni primordia suis quæque  
temporibus redita. 43. Eulogius episcopus Alexandrinus. 44. Res Francorum.
- DLXXXII.** 1-7. Justinus allocutus Tiberium, moritur, qui solus imperat, Sophie et Justiniani insidiis elusis,  
liberalis erga pauperes. 8. Pelagii papæ Epistola ad episcopos. 9-12. Synodi Cabilonensis et  
Matisconensis in Gallia.
- DLXXXIII.** 1-10. Mauritius, cuius optima indoles et imperii præsagia patefiunt, Orientis præfecturam a Ti-  
berio accipit, Persas vincit. 11-14. Gregorius ex monacho diaconus cardinalis, et legatus Con-  
stantinopolim. 15-21. Concilium Brennacense in Gallia, ubi calumniae in Gregorium Turonensem  
diluantur. 22-25. Filiorum regis Chilperici funera. 26-28. Funera Clodovei, impie reginæ Au-  
stregildiæ, et Nantini comitis. 29-31. Martini episcopi Galliciensis obitus et laudes. 32-34. Leuvi-  
gildus rex Arianus insectatur Catholicos, Hermenegildo ejus filio ad Catholicam fidem converso  
ab uxore. 35-37. S. Leandri episcopi Hispalensis legatio ad Tiberium. 38-54. Controversiae de  
fide inter Catholicos et Arianos, martyria et miracula. 55, 56. Chilpericus rex in Sabellianam  
hæresim lapsus resipiscit. 57, 58. S. Mauriti episcopi Cadurcensis, aliorumque sanctorum vi-  
rorum obitus.
- DLXXXIV.** 1-6. Martyrium regis Hermenegildi a Leuvigildo ejus patre Ariano interficti. 7-9. Leuvigildus  
perseguens Catholicos, exilio damuat Leandrum, aliasque episcopos, Suevosque a fide revocat.  
10. Vincentii abbatis martyrium. 11. Ægidii episcopi Rhemensis laudes in rebus Francorum  
componendis. 12. Pro furibus Gregorius intercedit apud Chilpericum. 13. Qui sancti viri hoc  
anno vita excesserint. 14-18. Pelagius petit auxilium ab imperatore contra Longobardos per  
Gregorium, ubi de Maximiniano presbytero. 19, 20. Pelagii Epistola ad Auxanium in Gallia epi-  
scopum de incursionibus Longobardorum.
- DLXXXV.** 1, 2. Creatur rex Longobardorum Antharit. 3, 4. Roma defensa divinitus. 5-12. Leuvigildo defuncto  
Reccaredus succedit, qui Catholicus, Catholicis favet, Arianos confundit. 13-16. Chrodoni ducis,  
Juliani, aliorumque illustrium virorum laudes.
- DLXXXVI.** 1-7. Eutychius episcopus Constantinopoli post insignem cum Gregorio disputationem de Resur-  
rectione carnis, in confessione dogmatis pie moritur. 8, 9. Joannes jejunator episcopus Con-  
stantinopolitanus, ejusque superbia. 10-15. Tiberius pie moritur, cui Mauritius in imperio suc-  
cedit, Cæsar antea renuntiatus. 16-19. Martyres per Saracenos passi. 20-23. Mauritius Catholica

fide et morum sanctitate spectabilis. 24-27. Misso novo apocrisiario Constantinopolim, Gregorius Romanum redit, scribilibus adversus schismaticos. 28-35. Tres Epistolæ Pelagi nomine a Gregorio scriptæ ad Istræ episcopos schismaticos. 36-37. Pelagius per exarchum schismaticos exagitat. 38. Obitus S. Disciolæ virginis in Gallia.

- DLXXXVII.** 1-6. In Synodo Constantinopolitana habita in causa Gregorii Antiocheni Joannes episcopus nomen usurpat OEcumenici, ejus proinde Acta irritat Pelagius. 7-21. De Joannis presumptione Epistola Pelagi ad universos episcopos; unde contra Novatores argumenta de Primatu Romani Pontificis. 22-25. Post redditum Gregorii Antiochiam ingens ibidem terra motus. 26. Avarum grassatio. 27. Blasphemi penitio. 28. Synodus Lugdunensis secunda. 29, 30. Reccaredi conjugium. 31-34. Chilperici occisio et pravi mores. 35-38. Sulpiti et Salvii episcoporum laudes et Lupentii abbatum martyrium. 39, 40. Ingens miraculum. 41-42. Epitaphium Cæsarie.
- DLXXXVIII.** 1-5. Gregorius episcopus Antiochenus reconciliat exercitum duci Philippico. 6. Mauritius Francos sollicitat in Longobardos. 7-9. Guntheramni regis bellum in Gothos Galliae Narbonensis. 10-22. Matisconense secundum Concilium sub Guntheramno rege, ejusque canones. 23-29. Guntheramni ad episcopos edictum de moribus populi emendandis. 30. Reccaredus rex pacis studiosus. 31-33. Incendium Parisiacum. 34. De episcopis schismaticis.
- DLXXXIX.** 1-3. In Synodo Valentina Guntheramni regis liberalitas erga Ecclesias. 4-6. Prætextati episcopi Rothomagensis martyrium. 7, 8. De conversione Gothonum. 9-44. Concilium Toletanum tertium sub Reccaredo rege, præside S. Leandro episcopo Hispanensi legato Apostolico, et singula eiusdem Acta, Decreta, et canones 45-47. Reccaredus ob suas virtutes prosperatus. 48. De subdiaconorum continentia. 49-51. Insignis victoria in Persas. 52-55. Maxima Tiberis inundatio.
- DXC.** 1, 2. Pestis Romæ ex qua moritur Pelagius papa. 3-8. Gesta Pelagi et ejus Epistola ad archiepiscopum Benignum. 9-25. Quæ mirabilia hujus temporis facta narrat Gregorius in suo monasterio vitam ducens. 26. Concilium Hispanense. 27. Guntheramus rex a sacerio frustra invaditur. 28-40. Radegundis per Epistolam suum monasterium commendat episcopis, ac sanctissime moritur. 41-43. Bajuariorum conversio per Rupertum episcopum Vangionensem in Gallia. — Auctoris peroratio cum gratiarum actione.
- DXC.** Praefatio auctoris cum imploratione divini auxilii. — 1-4. Universali voto ad cathedram Romanam expeditus Gregorius. 5-11. Quid senserit et egent Gregorius antequam confirmatio sue electionis ab imperatore Maurito redderetur. 12-19. Concio Gregorii, et Litania, septiformis dicta, unde pestis cessatio. 20, 21. Gregorius fugiens divinis patefactis indicis consecratur Pontifex. 22-24. Pestis, bellum et penuria vexant Romanum et Italem. 25-28. Librum curæ pastoralis scribit Gregorius. 29-33. Gregorii Epistole, circa sui muneres labores et curas. 34. Consulti Gregorius Ecclesiis derelictis. 35-42. Schismatis episcopis ad unitatem revocandis studet Gregorius, qui contra libellum ad imperatorem mittunt. 43. Mauritii imperiosa Epistola ad Gregorium. 44, 45. Pro Arianorum conversione Gregorii studia. 46, 47. Pestis in Galba, in qua pietas regis Guntheramni luctet. 48, 49. Ex reliquiis sanctorum martyrum miracula. 50, 51. Francorum motus in Longobardos. 52-54. Synodus Antisiodorensis diocesana. 55-57. De sancto Theodoro episcopo Anastasiopolis.
- DXCI.** 1-3. Ex privatis Gregorii Epistolis, ejus erga pauperes cura, 4-6. Synodalis Gregorii Epistola ad Orientalis Ecclesie patriarchas. 7, 8. Aliae private Epistolæ ejusdem. 9-14. Cura et vigilancia Gregorii erga episcopos. 15, 16. Ad monasticam disciplinam instaurandam incumbit Gregorius. 17-23. Laurentium archidiaconum, et Demetrium episcopum Neapolitanum deponit, et clericos ad disciplinam, maxime ad cælibatum revocat Gregorius, ubi labella refellitur de filiis clericorum. 24-31. Ecclesia ejusque ministris et honorum Ecclesiasticorum administrationi consulti Gregorius. 32-40. Ad evelendos ex Africa Donatistas incumbit Gregorius, ubi de munere Charulari. 41. Ne inviti cogantur Judei ad fidem. 42-48. Gregorii Epistola ad Leandrum episcopum Hispanensem, ubi de Reccaredi factus preclara mentio. 49, 50. Agilulphus rex Longobardorum converteritur ad fidem Catholiceam. 51-55. Ecclesia S. Agathæ Rome catholico ritu dicata. 56. Res bellicæ.
- DXII.** 1, 2. Quid Gregorius passus per Arnulphum ducem Longobardorum urbi imminentem. 3, 4. Contra Donatistas in Africa iterum insurgit Gregorius. 5. Legatio episcopi Carthaginensis ad Gregorium. 6. Ad episcopos Hibernie schismaticos pareneticas dat litteras Gregorius. 7, 8. Idem laborat pro episcopis Istræ schismaticis. 9-14. Quorundam causas episcoporum et clericorum

jure appellationis cognoscit, ac definit Gregorius. 15-17. Idem in episcoporum mores invigilat, et Ecclesiis consulti. 18, 19. Monachorum et laicorum bono prospicit. 20. De tunica S. Joannis. 21-24. Homiliae habitate a Gregorio. 25. Concilium Caesaraugustanum secundum. 26-28. Hormisa rex Persarum occiditur; Cosihocs ejus filius ad Romanos fugit. 29. Mauriti lex iniqua.

## DXCIII.

1-6. Cosrhoe in regnum restitutus dona offert Ecclesiae S. Sergii; unde ambiguitur fuerit neque Christianus. 7-19. De lege Mauriti prohibentis milites ingredi monasteria, Gregorii querelæ; ubi de immunitatis Ecclesiasticae iuribus. 20-23. Eamdem legem emendatam promulgat Gregorius. 24. De tunica Salvatoris. 25-28. Per litteras et Sabiniandum legatum corripit Gregorius Joannem episcopum Constantinopolitanum. 29, 30. Concilium Numidiae Gregorius redarguit. 31-33. Theodolindam reginam Gregorius a schismaticorum Iraudibus deterret. 34-39. De electione Constantii episcopi Mediolanensis, ad quem Epistola Gregorii. 40. Schismaticis resipescientibus consulti Gregorius. 41-48. Gregorius captans recessum, scribit libros Dialogorum, quos postea in graecum verti Zacharia papa. 49-54. Nonnulli episcopi corripiuntur a Gregorio. 55-62. Gregorii plura documenta ad monachos aliosque; cura de pauperibus ac bonis temporalibus. 63-84. Monialium nobilium in monasterio Pictaviensi rebellio, duce Chrodeilde; unde Concilium Pictaviense, in quo ipsæ damnantur. 85, 86. Privilegia concessa monasterio S. Menedardi. 87, 88. Ingobergæ reginæ, et Sanctuli obitus. 89-92. Inter Chaganum ducem Abarum, et Priseum ducem Romanorum res bellicæ et Iodus. 93-97. Sanctarum Glyceriæ et Euphemiaæ miracula. 98. Theodosius filius Mauriti, et Colinduch martyr.

## DXCIV.

1-5. Gregorius papa Constantium episcopum Mediolanensem instruit circa schismaticorum præsumptiones. 6, 7. Episcopi in Africa pugnant in Donatistas. 8-15. Pro Judeorum conversione laborat Gregorius, et Gentilium in insula Sardinia, pro quibus legatio et litteræ ad episcopos, clericos aliosque. 16-18. Episcopos et monachos monet ac corripit Gregorius. 19. Locus sanctis consulti. 20-25. Gregorii Epistola ad Constantiam Augustam, petentem reliquias S. Pauli. 26. De Rusticana, et nutrice S. Gregorii. 27. Synodus Metensis. 28. Erratum in Paschate. 29. Obitus Gregorii episcopi Antiocheni. 30. Evagrii historiæ finis. 31. Obitus Maximiani episcopi Syracusani.

## DXCV.

1-6. Irrupio Longobardorum, rege Agilulpho, interrupit Gregorium a concionibus super Ezechielem Prophetam. 7, 8. Gregorii virtus ex ejus homiliis. 9-15. Misericordia Urbis et Italiae statutus, grassantibus Longobardis. 16-19. Quanta cura salutis Urbis prospiceret Gregorius. 20-26. De pace agens cum Agilulpho deridetur Gregorius a Maurito. 27-37. De origine et progressu præsumptionis episcopi Constantinopolitani se vocantis OEcumenicum. 38-52. In prædicta controversia acriter pugnat Gregorius, scriptis Epistolis ad Joannem ipsum, Mauritium, Augustam, aliosque. 53-56. Causa Joannis et Athanasii presbyterorum in Romana Synodo judicata. 57-59. Synodi Romanae canones. 60-66. Maximus episcopus Salonianus, Gregorii opera legitimus evadit. 67. Anastasius Sinaita episcopus Antiochenus. 68. Amos episcopus Hierosolymæ. 69, 70. Ad Galliæ reges Gregorii litteræ. 71. Gregorius libros mittit ad S. Leandrum. 72, 73. Pro Anglorum conversione mira studia Gregorii. 74-78. Mortuo Joanne, Marinianus eligitur episcopus Ravennatus, ad quem avaritia corruptum scribit Gregorius; deque illius Ecclesiae privilegiis. 79. Gregorius neminem invitum ad episcopatum cogebat. 80, 81. Monachorum disciplinae et commodis inseruit Gregorius. 82-84. Pseudoprophetia in Gallia. 85-89. De S. Areddii sanctitate et miraculis. 90. S. Sulpiii episcopi Bituricensis obitus.

## DXCVI.

1, 2. Joannis Jejunatoris obitus et falsa sanctitas. 3-5. Ei succedit in sede Constantinopolitana Cyriacus, qui ad Gregorium mittit legatos. 6-8. A Longobardis, quibuscum frustra pacem tentat Gregorius, dira patitur Urbs et Italia. 9-14. De Anglorum conversione sollicitus Gregorius eo mittit Augustinum et socios. 15. Episcopos circa officia charitatis admonet Gregorius. 16-19. Ad Donatistarum in Africa et schismaticorum conversionem incubuit Gregorius. 20, 21. De regibus Galliæ.

## DXCVII.

1-5. Legatio Cyriaci ad Gregorium Catholicam communionem expetentis. 6-13. Anatolio apocrisiarii munere proficisci Constantinopolim dat Gregorius litteras ad Mauritium et Eulogium de questione nominis OEcumenici; additique alias ad alios optimis documentis refertas. 16-19. Brunichildem reginam de quibusdam abusibus ex Gallia eellendis admonet Gregorius. 20-27. Augustini et sociorum res optime gestæ in Anglia. 28. Concilium Toletanum. 29. Antiochi aquachoretæ sanctitate clari obitus.

## DXCVIII.

1-7. De conversione hæreticorum Alexandriæ, ad hujus patriarcham scribit Gregorius, et dat magnum specimen humilitatis. 8-10. De pace cum Longobardis sancienda per Probum abbatem

agit Gregorius. 11. Victoris in populos Sclavos. 12-15. Hæreticis Thessalonice, et Judæis in Sicilia convertendis dat operam Gregorius. 16-19. Officium et dignitas defensorum institutum a Gregorio. 20-22. Monasterio Classensi consulit, et Calaritanum episcopum redarguit Gregorius. 23. De oleo sanctæ Crucis. 24-28. Mauritii testamentum, et Theodori episcopi miracula. 29-31. Concilium Oscense in Hispania, et Narbonense. 32, 33. Guntheranni regis obitus.

DXCIX.

1-3. Pax inita cum Longobardis, non tamen proficua. 4. De causa episcopi Bizaceni. 5, 6. Ad Synodus Constantinopolitanam adeentes monet Gregorius Orientis episcopos. 7-9. Schismaticorum conversio, et Anastasii episcopi Antiocheni obitus et scripta. 11, 12. Ipsi succedit istudem Anastasius nomine, ad quem scribit Gregorius. 13. Epistola Gregorii ad Mauritium pro eleemosina accepta. 14-18. Gregorius podagra confectus, curas non remittens scribit ad plures; ubi de sacrarum Imaginum cultu. 19-21. Gregorii documenta ad Missæ ritus spectantia. 22. De Claudio viro insigni. 23, 24. Concilium Barcinonense. 25-27. Roccaredi munera ad S. Petrum, ad quem regem, et ad S. Leandrum scribit Gregorius. 28. Pestis in Africa.

# SUMMARIUM

TOMI XI.

---

DC.

1, 2. Slavorum irruptio in Italiam. 3. Triste S. Gregorii vaticinum. 4. Avares devasant Pannionam. 5. Eulogius episcopus Alexandrinus sua scripta cognoscenda mittit ad Gregorium. 6. Mortuo Constantio Mediolanensi episcopo, eligitur Deusdedil. 7-9. Episcopis, monachis dat documenta, et bona Ecclesiæ quomodo eroganda præcipit Gregorius. 10-13. Gregorius arguit Leontium præfectum urbanum, quod Libertinum ex præfectum male habuisset, et hunc solatur.

DCL.

- DCCLXXXI.** 1-3. Paulus patriarcha Constantinopolitanus, abjurata hæresi, pie moritur, unde fides Catholica revivisit. 4-10. Tarasius laicus ad sedem Constantinopolitanam evehitur, hæresim iconocla- starum profligaturus ope Concilii OEcumenici. 11-15. Tarasii genus et sanctissima opera. 16, 17. Rex Saracenorum Carolum colit, Christianos persequitur.
- DCCLXXXV.** 1-4. Litteræ et legatio Constantinopoli ad Romanum Pontificem. 5-11. Tarasii litteræ ad tres patriarchas. 12-40. Hadriani reprobantis electionem Tarasii Epistolæ ad imperatorem et ad ipsum Tarasium. 41-48. Tribus patriarchis Saracenorum iugo pressis, monachi Orientales dant litteras Tarasio. 49-51. Ecclesia Saxonum florexit, baptizato Widichindo principe.
- DCCLXXXVI.** 1-5. Concilium Constantinopi ab Iconoclastis exturbatum. 6. Collectio canonum per Hadri- num papam. 7. Carolus in Italia : Hildegardis regiæ obitus.
- DCCLXXXVII.** 1-9. Prænotanda circa Synodum Nicænam hoc anno habitam. 10-54. Ejusdem Synodi celebratio septem Actionibus absoluta, contra iconoclastas. 55-57. Patres venient Constantinopolim. 58-63. Quid Theodorus Studita scripsit de Tarasio tum circa lapsorum restitutionem, tum circa Simoniacos. 64-66. Carolus Magnus Romanum, deinde Beneventum adit contra Aribich, cui mortuo succedit filius Grimoaldus. 67-71. Carolus, Cassino monie viso, Romam redit : con- tentio de cantu Ecclesiastico. 72-74. Carolus in Galliam redit, cum Bavariæ duce, papa inter- edente, res componit.
- DCCLXXXVIII.** 1-4. Inter Graecos et Carolum Magnum quæ causæ rupli foederis. 5, 6. Hunnorum gens per Caro- lum delecta. 7-10. Bremensis Ecclesia in Saxonia episcopo S. Willehado et Caroli Diplomate insignitur.
- DCCLXXXIX.** 1, 2. Inter Irenem et filium Constantimum orta dissidia. 3-5. Tarasii pium opus. 6, 7. Theophilus martyr, et Caroli lex de bonis Ecclesiarum.
- DCCXC.** 1-4. Constantinus solus imperator : Carolus paganos debellat.
- DCCXCI.** 1, 2. Constantini vilia et iniqua Acta. 3-6. Concilium Forojuiliense sub Paulino patriarcha Aqui- leensi. 7, 8. Burchardi episcopi obitus et Tiberis inundatio. 9-11. Alphonsus cognomento Castus in regnum Hispaniæ restituitur.
- DCCXII.** 1-3. Concilium Ratisponense, a quo Felix hæreticus damnatur. 4. De Angilberto abbate.
- DCCXIII.** 1, 2. Alphonsi Casli proli in Mauros et victoria. 3, 4. Caroli Magni res gestæ in Sarracenos.
- DCCXIV.** 1-26. Synodus Francofodiensis, in qua Elipandi versutiæ detectæ, hæreses damnatae. 27-57. Refel- luntur objecta quoad damnationem secundæ Synodi Nicænae ; et alia de Francofodiensi Con- cilio dilucidantur. 58-59. Theodorus Studita monasterio præficitur, clarus virtutibus.
- DCCXCV.** 1-9. Hadriani papæ obitus et ejus Epistolarum argumenta. 10-13. Hadriani memoriam digne prosequitur Carolus. 14-39. Quanta Hadrianus conlulerit ornamenta Basilicæ S. Petri, necon aliis patriarchalibus Basilicis et Ecclesiis, et loci Urbi. 40, 41. Leo papa sanctitate insignis.

- 42-45. Constantinus, repudiata legitima, uxorem duxit Theodotem, unde dissidia et persecutio in oppugnatores. 46-51. Quæ fuerint Tarasii partes in hoc scolare imperatoris. 55-60. Theodori et monachorum imperatori obstantium gloriosa certamina. 61-64. Theodori Epistolæ super eadem re. 65, 66. De Hunnorum gente novi triumphi per Carolum.
- DCCXCVI. 1-7. Theodori Studitæ in exilium pulsi cum monachis ab imperatore Epistole hortatoriae. 8-9. Cœptæ insidiae Irenis in filium imperatorem. 10-15. Reliquie S. Euphemie repertæ et Constantinopolis relate. 16, 17. Legationes et munera inter papam et Carolum. 18-24. Regis Merciorum et Leonis papæ litteræ utrinque datae. 25-30. Munera Carolinæ ornamentum Ecclesiarum a Leone impensa.
- DCCXCVII. 1, 2. Constantinus imperator excæcatus moritur. 3-8. Theodorus et monachi ab exilio et carceribus soluti. 9. Res Occidentales.
- DCCXCVIII. 1-3. De monasterio cognomento *Studium*, cui Theodorus prædictus est. 4-7. Theodori insignia scripta. 8. Alphonsi Casti munera Carolo.
- DCCXCIX. 1-7. Leo papa iniqua Roma passus, mire sanatus, Carolum adit, in Urbem triumphant revertitur. 8, 9. Causa delinquentium agitur, pro iis deprecante Leone. 10, 11. Quæ peregerit Leo in Germania. 12. Claves S. sepulcri missæ ad Carolum.
- DCCC. 1, 2. Carolus per varia loca iter faciens Romanum venit. 3-5. Carolus magnifice exceptus adstat Synodo, in qua quomodo papæ causa cognita sit. 6-20. Carolus Magnus coronatur imperator: de qua re amplissima dissertatio. 21-23. Carolus munificus erga Ecclesiæ, reorum punitor. Expeditio in Beneventum.
- DCCCI. 1-5. Terræ motu per Italiam furentem, Basilica S. Pauli concussa amplioribus reficitur ornamenti. 6-8. Quanta decora Leo papa contulerit Ecclesiis singulis. 9-19. De optimis Caroli Magni legibus et sanctionibus. 20. Legatio Sarracenorum ad Carolum. 21. Salvius martyr. 22-25. Irenis munificentia in taxandris tributis.
- DCCCI. 1-6. Nicephorus imperium Orientale occupat, pulsa Irene. 7-11. Concilium Altinense ob necem illatam Gradiensi episcopo. 12, 13. Paulinus Forojuvensis episcopus, doctrina pollens, Carolo acceptus. 14, 15. Carolus de bonis litteris optime meritus.
- DCCCCIII. 1. Bardanes frustra acclamatus imperator. 2. Irenes obitus. 3. Nicephori legati ad Carolum.
- DCCCCIV. 1. Leo papa adit Carolum Magnum. 2-7. Quid Leo papa egerit in Germania: ubi de S. Swiberti canonizatione. 8-12. Saxones in colonias missi, eorumque Ecclesiis privilegia data. 13. Alcuini obitus.
- DCCCCV. 1. Tributum a Sarracenis Nicephoro impositum. 2, 3. Caroli in Sclavos victoria, et alia facta. 4. De regno Merciorum.
- DCCCCVI. 1, 2. Tarasii obitus. 3-7. Responsa Theodori et Platonis ad Nicephorum imperatorem ipsos consulentes de electione episcopi. 8. Nicephorus episcopus Constantinopolitanus. 9-12. Nicephorus imperator persequitur monachos, turbat Ecclesiam. 13-17. Conventus dictus *Adulterianum* Constantinopoli ob restitutionem Josephi. 18-27. Testamentum Caroli Magni dividit inter filios imperium in Synodo habita in villa Theodosi. 28-31. Ejusdem Synodi, Carolo approbante, statuta de clericis. 32. Martyrum Scillitanorum reliquiae ab Afria translate.
- DCCCCVII. 1, 2. Sarracenorum irruptiones, et Nicephori imp. turpitudines et saevitiae. 3, 4. Caroli in Sarracos Victoria et leges ad Ecclesiam spectantes. 5-7. Aquitania per Ludovicum, Italia per Pipinum recreantur.
- DCCCCVIII. 1-24. Theodori aliorumque nolentium communicare cum Nicephoro patriarcha ob restitutionem Josephi causa et disceptatio. 23-32. Theodorus suam defendit causam per litteras das Romanum ad Basilium monachum. 33, 34. Christiani a Sarracenis cœsi: rex Nordanhumbrorum restitutus.
- DCCCCIX. 1-4. Theodori Epistola ad Nicolaum chartularium de sua circa communionem cum patriarcha sententia. 5-13. Conciliabulum Constantinopolitanum dictum *Mechosynodus*, unde Theodorus, Plato cæterique monachi exilio et aliis poenis inmultantur. 14-27. Epistola Theodori ad Romanum Pontificem et Basilium monachum. 28-41. Theodorus per alias litteras pravos sibi oppositores confundit. 42-43. Theodori scriptura adversus Mœchianos. 44-48. Quanta pertulerint Theodorus et socii ab iisdem Mœchianis. 49-51. Nicephori imperatoris saevitia et tyrrannice exactiones. 52-63. Concilium Aquisgranense de processione Spiritus sancti: ubi multa de Symbolo. 64. De Ludgeri Monasteriensis episcopi obitu et sanctitate.
- DCCCCX. 1-3. Nicephori imp. impietas et crudelitas. 4-17. Sergii instaurantis Manicheorum heresim primordia et progressus. 18, 19. Venetiarum urbs redditia Nicephori imp., unde feedus cum Carolo Magno.
- DCCCCXI. 1-12. Nicephorus imp. cum suis et toto exercitu a Barbaris misere cœsus, unde in imperium

- ejectus Michael Europolata. 13-17. Monachi restituti ; pax Ecclesiae redditia. 18-43. Epistola Nicephori episcopi Constantinopolitanus ad Leonem papam cum fidei professione. 44-47. Testamentum Caroli Magni de rebus mobilibus. 48. De filiis et nepotibus Caroli Magui.
- DCCCXII. 1-3. Manichaei jussu Michaelis imperatoris ad necem quæsiti. 4. Alia hæreses et mali mores Constantinopoli. 5-8. Platonis monachi sanctissimus obitus. 9-11. Rejecta conditio de fugitivis reddendis in bello contra Bulgarios. 12, 13. Legatio Michaelis imp. ad papam. 14-18. De tempore cladis acceptæ in saltibus Pyrenæis, quam Turpinus fabulis contexuit.
- DCCCXIII. 1-7. Quibus viis et artibus Leo Armenus imperium caperesset, abdicante Michaeli, et Bulgaria cuncta vastantibus et Christianos persecutibus. 8-10. Theophanes historicus. 11-15. Carolus legatos mittit Constantinopolim, Italiæ præficit Bernhartum, Ludovicum coronat imperatorem, laborat pro Ecclesia. 16. Concilia Moguntinum et Rhemense. 17-20. Concilia Turonense et Cabillonense : ubi multa de piis peregrinationibus. 21-24. Concilium Arelatense : et de electione episcoporum sanctiones.
- DCCCXIV. 1-6. Quando et cur Leo Armenus in cultores SS. imaginum debacchatus fuerit. 7-23. Adhibitis suæ impietatis ministris, Leo Armenus congressum habet cum Catholicis, inter quos Theodorus eminet in defensione SS. imaginum. 24-26. Theodori Epistolæ de præpositis, qui scripto silentio polliciti erant. 27-32. Theodorus dat litteras Nicephoro patriarcha in exilium pulso, cui sufficitur hæreticus Theodotus ; Niceta et alii exulantur. 33, 34. Processionibus celebrat Theodorus SS. imagines. 35-39. Theodori Epistolæ nomine præpositorum respuebit Pseudo-Synodus. 40-43. Ab hæreticis vafre premuntur Catholicæ, et maxime Theodorus, qui in exilium et carcerem pellitur. 44-55. Epistolæ Theodori e carceribus ad suos monachos scriptæ. 56. S. Zacharias corpus missum Venetiæ. 57-62. Caroli Magni obitus et laudes. 63-65. Ludovicus successor in imperio.
- DCCCXV. 1, 2. In Leonem Romanum Pontificem conjuratio. 3-10. Archimandrite a Leone Armeno vexantur, deceptique in apostasiam incident. 11-17. Theodori Epistolæ adhortatoria de monachorum lapsu. 18-22. Furens Leo Armenus Theodorum flagris plecti jubet. 23-26. Hispani ad Francos confugientes bene habiti. 27-31. Consulti Ludovicus Hispanis colonis per constitutionem.
- DCCCXVI. 1-4. Theophanis certamen et beata mors. 5-15. Theodorus denuo ob fidem Orthodoxam flagellatus, plures dat Epistolæ. 16-19. Quomodo cum lapis agendum sit, docet Theodorus. 20-23. Feminas, inter quas Mariam reginam in fide constantes Theodorus hortatur. 24, 25. Quo scripsit Epistolæ Theodorus. 26-34. Confessores ubique existentes per Epistolam Theodorus in fide confirmat. 33, 36. Theodori testamentum. 37-47. Ad episcopos confessores Theodori Epistolæ. 48-53. Leo papa moritur : a quo Compstallana sedes in Hispania fuit erecta. 54-55. Res gestæ Leonis papæ, et munera ab eo collata Ecclesiis et monasteriis. 96-100. Stephanus quintus papa, qui Ludovicum imperatorem adit. 101. Stephanii Decretum de electione Pontificis.
- DCCCXVII. 1-4. Mortuo Stephano, Paschalis papa creatur, qui legatos mittit ad Ludovicum. 5. Ludovicus in vita discrimen adductus. 6-14. Concilium Aquisgranense. 15-18. Bernhardus cum primoribus Italie rebellantes a Ludovico reprimuntur et puniuntur. 19. Pallium mittitur ad Viennensem archiepiscopum. 20-23. Theodori Studitæ ad Paschalem papam Epistola. 24. Theodoti pseudo-patriarchæ legatio rejecta a Romano Pontifice. 25-35. Theodori Epistolæ ad patriarchas Alexandrium, Antiochenum et Hierosolymitanum. 36-39. Duo monachi Constantinopolim missi acriter decertant pro fide Catholica.
- DCCCXVIII. 1-4. Litteræ Theodori et legatio per Epiphanius missa ad Paschalem papam. 5. De Methodio apocrisiario Nicephori. 6-13. Theodori catechetica Epistola ad dispersos fratres. 14-17. Paschalis papa extores monachos excipit, monasterium ipsis ædificat, Ecclesiam S. Praxedis instaurat. 18-27. Persecutione recrudescente, Theodorus totus in Epistolis et laboribus : plures martyres. 28. Cœnobium Cassinense sanctitate floret.
- DCCCXIX. 1-6. Ex conventu Aquisgranensi legationes ad singulas Ecclesias. 7-11. Nihil actum ab imperatoribus Carolo et Ludovico inconsulta Sede Apostolica. 12. Conventus in villa Engelheim. 13-16. Nova et sevissima in Theodorum Studitam tormenta. 17-20. Ejusdem alia Epistola hortatoria ad dispersos fratres. 21-28. Smyrnam delatus, alacrior ex cruciatibus, alias dat litteras, multa patitur Theodorus.

# SUMMARIUM

## TOMI XIV.



- DCCCXX. 1-4. Persecutione invalescente, fides Catholica in Oriente revirescit. 5-8. Bardæ pœnitentis et relapsi morbus et interitus. 9-18. Tragicus Leonis Armeni exitus. Michaeli imperium capessente. 19, 20. In peste et penuria leges annonariæ. 21-33. Translatio corporis S. Marci Venetias. 1-7. Corpus S. Cæciliae inventum et in Ecclesiam ei dicatam translatum. 8-12. Eidem Ecclesiae et monasterio collata ornamenta. 13-21. Nova S. Cæciliae inventio sub Clemente VIII. 22-24. Theodori Epistola post necem Leonis Armeni. 25-27. Theodorus cum aliis ab exilio revocatus scribit ad Michaelem imp. 28-35. Theodori redeuntis Constantinopolim miracula et virtutes. 36-38. Episcopi renunt conventum cum hereticis, jubente imperatore. 39-49. Michael imp. se prodit fidei Catholicæ infensem, unde Theodori Epistolæ ad Nicephorum patriarcham et monachos. 50-54. De sanctis Niceta, Joannicio, Theophane et Theodo. 55-57. Theodori Epistola ad patriarcham Hierosolymarum. 58. Martyres Cordubenses. 59, 60. Fortunatus episcopus Gradensis fugit Constantinopolim.
- DCCCXXI. 1-7. In Attiniaco conventu Ludovicus imperator publicæ se subjicit pœnitentiæ. 8. Thomæ insurgentis in Michaelem Acta et exitus. 9, 10. Publicæ calamitatis : Saraceni Cretam insulam invadunt.
- DCCCXXII. 1-3. Lotharius coronatur Romæ a Paschali Pontifice. 4. De occisione in Urbe quæstio et judicium apud Ludovicum. 5-7. Calamitates et prodigia : unde publicæ expiationes. 8-13. Epistola Theodori ad Leonem sacellarium contra consilium imperatoris hereticos et Catholicos conciliare conantis. 14-16. Apologia orthodoxorum data imperatori super eadem re. 17-21. Mutua inter Theodorum et Nicephorum patriarcham officia. 22. Theodorus visitat Joannicum anachoretam. 23-27. Basilius filius Leonis Armeni mire sanatus et ejus mater Theodosia fidem Catholicam profiteretur : ad quos scribit Theodorus.
- DCCCXXIV. 1-10. Paschalis papæ obitus ejusque erga Ecclesias munificentia. 11-15. In electione Eugenii II, papæ schisma exortum cōpexit Lotharius data constitutione. 16-29. Legatio Michaelis imp. ad Ludovicum, et litteræ fraudulentæ. 30. Opera S. Dionysii Areopagitæ. 31-33. Quid legati Michaelis egerint cum Ludovico et papâ.
- DCCCXXV. 1-45. Collatio Parisiensis, in qua multa subdole molita contra cultum SS. imaginum. 46-51. Legatio et litteræ Ludovici ad Romanum Pontificem. 52, 53. Eugenius papa assertor fidei Catholicæ contra Iconoclastas. 54-57. Constantia Orthodoxorum Orientalium in respondis Iconoclastarum Gallorum commentis. 58-63. Qui fuerit Claudiozus Iconoclasta, contra quem Jonas Aurelianensis episcopus et alii scripsere. 64-67. Joannicii miraculum, ad quem scribit Theodorus Studita. 68-71. Ejusdem litteræ gratulatoriæ ad Theochustum monachum pœnitentem. 72, 73. Epistolarum Theodori mira potentia.
- DCCCXXVI. 1-6. Concilium Romanum sub Eugenio papa II, et ejus canones. 7. Translatio corporis S. Sebastiani in Gallias. 8. Legatio summi Pontificis ad imperatorem. 9-35. Translatio corporum SS. Marcellini et Petri ab Eginharo conscripta. 36-40. Rex Danorum cum conjugie baptizatur : unde S. Ansgarius illas gentes evangelizat. 41-49. Beatissima S. Theodori Studitiæ mors. 50-60. Ejusdem testamentum. 61, 62. Michaelis imp. nuplia sacrilegæ.
- DCCCXXVII. 1-23. Reliquiæ SS. Marcellini et Petri Aquisgranum delatae coruscant miraculis. 24, 25. Euphemius rebellans Sarraenos infert in Siciliam, et occiditur. 26-32. Eugenio papæ mortuo succedit Valentinus, deinde Gregorius IV. 33-38. Sepulerum et oratorium S. Gregorii Magni ornatum et SS. reliquiæ locupletatum.
- DCCCXXVIII. 1-27. Galliæ miraculis illustratae ex reliquiis SS. Marcellini et Petri. 28-34. Edictum Ludovicus imp. de expiatione peccatorum facienda. 35. Nicephori episcopi Constantinopolitani obitus.

- DCCCXXIX. 1-3. Miracula ex reliquiis S. Hermetis. 4-6. Ecclesia S. Marci ampliata et muneribus locupletata a Gregorio papa, 7-9. Ostiam civitatem ei Basilicam S. Petri inenibus munit Gregorius. 10-13. Michaeli imp. mortuo succedit filius Theophilus, qui conspiratores in Leonem crudeliter necat. 14-18. Constitutio Ludovici imp. pro monasterio S. Germani Parisiensis. 19-22. Synodus Parisiensis ex qua litterae synodales ad imp. Ludovicum et Lotharium. 23-27. Appendix Synodi de Ecclesiæ libertate per principes procuranda. 28. Agobardi archiepiscopi Epistola adhortatoria ad Ludovicum.
- DCCCXXX. 1-4. Theophilus imp. in suos subditos cultores SS. imaginum debacchatur. 5-7. Quæ causa et exitus rebellionis filiorum in patrem Ludovicum imp. 8, 9. Libros de ecclesiasticis officiis Ludovico dedical Amalarius.
- DCCCXXXVI. 1-4. De Theodora Augusta et Theoctiste ejus matre insignibus pietate et cultu SS. imaginum. 5, 6. Amalarius legatus Ludovici imp. ad papam acturus de libris Antiphonarii.
- DCCCXXXII. 1-5. Theophilus exterminandas suscipit SS. imagines eorumque cultores. 6, 7. Ludovicus filium Pipinum regno privat. Papa ad S. Ansarium Amaburgensem archiepiscopum pallium mittit.
- DCCCXXXIII. 1-4. Theodor et Theophanis fratrum certamina pro fide Catholica. 5-7. Iterum conspirantibus filiis in Ludovicum, Gregorius papa pro pace laborat : Agobardus archiepiscopus Epistola ad Ludovicum scribit. 8-22. Ludovici afflictio, depositio et publica pœnitentia.
- DCCCXXXIV. 1-4. De restitutione Ludovici in imperium. 5-9. Ludovicus S. Dionysii devotione captus jubet Hilduinum ejus Acta colligere. 10-13. Methodius in Oriente a Theophilo excruciatus, monachi a Saracenis in Hispania occisi.
- DCCCXXXV. 1, 2. Conventus in Theodosia villa. 3-25. Theodulphus abbas Floriacensis e carcere eruptus episcopus Aurelianensis factus; ejus Epistola ad clerum. 26-28. Joannes succedit Theodo to in sede Constantiopolitana : qui ambo Iconoclastæ. 29-40. Theophanis et Theodori fratrum certamen, cruciatus et exilium pro fide Catholica. 41-44. Michael synccelus vocatus ad pœnas ; ad quem Epistola Theodori Studitæ. 45. Festum omnium sanctorum in Gallia institutum.
- DCCCXXXVI. 1, 2. Lotharius in Ecclesiam Romanam insurgit, in contrarium obniente Ludovico. 3. Ludovicus hostes divinitus extinguit. 4. Lotharius universæ Italæ dominationis cupidus. 5-8. Concilii Aquisgranensis tempus et Acta. 9. Concilium Lugdunense. 10,11. Reliquæ S. Viti translatae in Saxoniam. 12-14. Ecclesia Paderbornensis illustratur miraculis per reliquias S. Liborii illuc translatas.
- DCCCXXXVII. 1,2. Cometa apparitio. 3. Carolus coronatur rex Neustriæ.
- DCCCXXXVIII. 1,2. Nova partitio imperii inter Lotharium et Carolum, eisque defensio Romanae Ecclesiæ injuncta. 3-5. Qua causa martyrii Friderici Trajectensis episcopi. 6,7. Lupus monachus abbas monasterii Faveriensis.
- DCCCXXXIX. 1-10. Ludovici in sedandis rebellionibus studium, et Gregorii papæ Epistola ad universos episcopos ad quædam tollenda dissidia, et multis consulendum.
- DCCCXL. 1-10. Ludovicus imperator in filium Ludovicum rebellem movet, ægrotat, sua optime disponit, pie moritur. 11,12. Dira ultio in usurpatores rerum Ecclesiæ S. Remigii. 13. S. Bartholomæ corpus translatum Beneventum.
- DCCCXLI. 1,2. De Theophilii imp. obitu vaticinia. 3. Martyres per Saracenos. 4-7. Bellum civile inter Francos; victoria Caroli et Ludovici fratrum.
- DCCCXLII. 1-3. A Lothario vito et profugo regnum translatum per episcopos ad Carolum et Ludovicum. 4-7. Theophilii imp. obitus, et præsumpta conversio. 8-15. Assumptio in imperium Michaeli cum matre Theodora, restituuntur SS. imagines, ejicitur Joannes, eique subrogatur Methodius in patriarchatu Constantiopolitano. 16,17. Circa heresim Iconoclastarum penitus dissipatam animadversiones. 18-22. Scissa Ecclesia Constantiopolitana, Joanicus et Methodius archiep. pro unitate laborant. 23,24. Theodorus monachus in convivio aulico. 25-28. SS. imagines sollemniter restituta, annus dies festus inductus cum sacris canticis. 29-10. Sacri sermones de eodem argumento legi soliti quotannis in Ecclesiis. Peroratio cum gratiarum actione.
- DCCCXLIII. 1-5. Calunnia in S. Methodium per haëreticos conflata corruit. 6. Impii Joanois justa punitio. 7,8. Pax inter Lotharium et fratres, ac regni partitio. 9-11. Divina in occupantes bona Ecclesiæ ultio. 12-28. S. Gregorii papæ obitus, et doua Ecclesiis Urbis oblata. 29,30. Saraceni in Campania, monasterium Cassinense expoliatum.
- DCCCXLIV. 1-4. Sergius optimis a pueritia imbutus moribus papa eligitur, compresso tumultu Joannis diaconi. 5-7. Ludovicus Lotharii filius Romanum venit et honorifice excipitur. 8-11. Coronatur Roma Ludovicus. 12. Papiam revertitur cum exercitu. 13 De ornamentis Basilicae Salvatoris collatis, et scala sancta populi exposita. 14-16. Insignis et divinitus relata a Saracenis victoria in Hispania. 17-24. Quæ secuta fuerint mala ex nece Bernardi ducis, ex Epistola S. Eulogii. 25. Carmen de S. Cruce a Rabano scriptum. 26. Translatio corporis S. Theodori Studitæ Constantinopolim.
- DCCCXLV. 1-4. Corpus S. Nicephori Constantinopolim translatum in templo SS. Apostolorum reconditur. 5-8. Bulgarorum rex cum sua gente ad Christum conversus. 9-10. Manichæorum renascentium compresum. 11-13. Concilium Bellovacense ob electionem Hincmari episcopi Rhemensis. 14-29. Northmannorum irruptio in Gallias, et quæ inde mirabilia secura. 30-33. Concilium Meldense enumeratis deploratis Ecclesiæ calamitatibus medetur. 39,40. Bona Ecclesiæ Rhemensi resituuntur. 41-43. S. Mauri abbatis translatio et miracula.

- DCCCXLVI. 1,2. Sarraceni vastant Basilicas SS. Petri et Pauli. 3-6. Sarraceni post monasterii Cassinensis aggressionem divina ultiōne precepit. 7. Synodus Parisiensis. 8-17. De usurpatis Ecclesiārum bonis querebā, et mala iude derivata imperatoribꝫ. 18. S Joannici obitus.
- CCCCXLVII. 1. Sergius de causa Hincmari et Ebbonis scribit in Gallias. 2-6. Sergius papa moritur munificissimus erga Ecclesiās. 7-9. Leonis IV ad summum Pontificeatum electi primordia et virtutes. 10,11. Nullum jus imperatori in electione Pontificis, servatis aliis iuribus imperialibus. 12,13. Capitularia quae observanda Lotharius proposuit. 14-20. Ecclesiās a Sarracenis depredatas, et maxime Basilicam S. Petri magnificientius ornat Leo, et muneribus eumulat. 21-23. Serpens fugatus, incendium extinctum, aedes constructæ a Leone. 24. Terræ motus in Italia. 25-30. Concilium Moguntinum Ecclesiastica presertim immunitati vindicanda celebratum. 31. Ethelvulphi Anglorum regis peregrinatio et pietas erga Romanam Ecclesiām. 32-35. Methodio defuncto sanctitate et doctrina insigni sufficitur Ignatius in sede Constantinopolitana.
- DCCCXLVIII. 1,2. Consilium Leonis de nova ergenda civitate in Vaticano, suffragante Lothario. 3-41. Concilium Moguntinum posterius, et quis Gothescaleus hæreticus in eodem damnatus.
- CCCCXLIX. 1-4. Leo papa instaurat menia contra incurrsum Sarracenorū, corpora sanctorum infert in Urbem, Ecclesiās ornat. 5-11. Sarraceni prope Ostiam vi armorum divinitus profligati. 12. Epistola Leonis papæ fragmenta. 13-18. De Nomenoī tyranni intoleranda perpicacia, quam redargunt episcopi Synodi Turonensis. 19. Translatio corporis S. Helena.
- DCCCL. 1-3. Cordubense Ecclesia nobilitata martyribus. 4. Ranimiro regi in Hispania succedit Ordonius filius. 5-7. Cur Nortmanni in Gallia ad regni partem admissi, in Hispania vero deleti. 8-13. Lupi ad Carolum regem litteræ admonitoriae. 14-16. Franci a Bohemis victi, et fame ingenti vexata Germania.
- DCCCLI. 1. Ludovicus imp. liberat Beneventanos a Sarracenis. 2-7. Persecutione in Hispania per Sarracenos perseverante, multorum martyrium. 8, 9. S. Eulogius Romam cogitatus cum aliis sacerdotibus detrusus in carcere. 10. Ebbonis archiepiscopi Rheimensis obitus.
- DCCCLII. 1-4. Dedicatio nova civitatis Leoninæ in Urbe. 5-7. E Corsica dedueta colonia ad Romanum Portum. 8. De vico Sardorum. 9. Dona oblaia Basilice S. Petri. 10-12. Concilium episcoporum frustra laborante, martyres in Hispania multiplicantur. 13-15. Molti ex Christianis fugiunt, multi a fide deficiunt. 16-20. Concilium Cordubense martyrii meritum deprimentum curat. 21, 22. Regis Sarraceni persecutoris dirus obitus. 23. De translatione S. Remigii. 24, 25. Synodus alia Moguntina sub Rabano.
- DCCCLIII. 1-13. Synodi Suessionensis singula Acta in causa clericorum ab Ebbone ordinatorum. 14-16. Ejusdem Synodi approbatio facta a Romano Pontifice, et ab Hincmari viciata. 17-22. Ex eadem Synodo capitularia Caroli regis de rebus Ecclesiasticis redintegrans. 23, 24. Nortmanni Galliam Aquitanicam invadunt, Nantensem civitatem cedibus cruentant. 25-31. Cladēm prosequentibus Nortmannis, et monasterium vastantibus corpus S. Martini Turone transfertur Antissiodorum. 32-34. Concilium generale Romanum sub Leone IV. 35-42. Acta in causa Anastasiī presbyteri cardinali excommunicati et depositi. 43-55. Persecutio in Hispania sub Mahomad Sarracenorū rege, in qua multi martyres, ex quibus virgines Digna, Columba et Pomposa fuerunt. 56-70. Fabula de femina papa penitus explosa.
- DCCCLIV. 1-5. Leo papa novam civitatem aedificat Centumcellensem et Leopolim dictam dedicat. 6. Bellum civile Danorum. 7, 8. Concilium Constantinopolitanum damnat Gregorium episcopum Syracusanum: unde schismatis initium. 9-10. Michaelis imp. in deterius prolabantur turpia et impia facinora.
- DCCCLV. 1, 2. Synodus Valentina in Gallia contra hæresim Gothescalci et duellantēs. 3, 4. Concilium Ticensis. 5. Ludovicus imp. Romam venit. 6-12. Leonis papæ obitus et dona collata Ecclesiās. 13-20. Legationes ex Gallia et Britanniā ad Leonem papam, et ejus Epistole. 21-26. Homilia S. Leonis IV ab episcopis recitanda subditis. 27, 28. Donatio regis facta Ecclesiā Anglicanā. 29-35. Mirabilia sub Leone IV exempla morientium. 36-49. Benedicto III papa electo, Anastasius Ludovico imp. suffultus pseudo-papa, multa molitus et operatus, tandem reprimitur. 50. Lotharius imp. factus monachus moritur. 51, 52. Theodora Augusta detrusa in monasterio, et de ejus filiab̄s.
- DCCCLVI. 1-5. Iuundatio Tiberis et pestis in Urbe. 6, 7. Legatus Michaelis imperatoris et rex Lazorum Romanū veniunt. 8-10. Lupi litteræ consultoriae ad Benedictum papam. 11-23. Synodus apud Carisiacum, ex qua litteræ adhortatoriae et epistularia Caroli Calvi ad reprimendos factiosos. 24, 25. Litteræ Apostolicæ Benedicti papæ ad episcopos sub Caroli regno constitutos. 26, 27. Rabani episcopi Moguntini obitus, et martyres Cordubenses.
- DCCCLVII. 1. Concilium Moguntinum. 2-4. Apologeticum S. Eulogii pro defensione martyrum in Hispania. 5. Obitus Ethelvulphi Anglorum regis.
- DCCCLVIII. 1-7. Benedicti papæ obitus, et munera oblaia Ecclesiis. 8-12. Nicolau sacerdos a pueritia sancte et doce institutus papa eligitur, eique Ludovicus imp. humillima præbēt obsequia. 13, 14. Bremensis Ecclesiā unio cum Hamburgensi. 15, 16. S. Ansagri labores apostolici. 17-45. Episcopi sub Caroli regno constituti ad Ludovicum regem Germanie paræneticam scribunt Epistolam. 46, 47. Carolus a Ludovicō rege impeditus legatos mittit ad Ludovicum imp. et Nicolau papa. 48, 49. Dona a Nicolao collata Ecclesiis. 50-55. Ignatio patriarcha expulso et dire vexato, Pho-tius intruditur in sede Constantinopolitana.
- DCCCLIX. 1-3. S. Eulogii martyrium. 6-16. Legatio episcoporum ad Ludovicum regem optime ad exitum per-

- dulta. 17-32. Concilium generale Tullense, et ejusdem Acta tum circa fidem ei mores, tum in causa Wenionis. 33-40. Epistola synodalis ad Britanniæ episcopos, ubi quæstio de prærogativis Ecclesiarum Turonensis et Dolensis. 41-50. Alia synodalis Epistola ad factiosos. 51. De scholis litterarum instituendis in Gallia. 52, 53. Scholæ in Oriente restitutæ per Bardam, ubi de Psello et Metaphraste. 54-60. Conciliabulum Constantinopolis, et callida legatio tum Photii, tum Michaelis imp. ad Nicolaum papam adversus Ignatium. 61-67. Epistola Photii ad Nicolaum papam.
- DCCCLX. 1-10. Legati mittuntur Constantinopolim cum mandato inquirendi, et cum litteris Apostolicis ad eundem imperatorem. 11, 12. Bardas et Photius cuncta moderantur, Michaeli imp. inepto et voluptuos. 13-25. Pax inter reges Francos in Synodo Confluentana, et ejus capitula. 26-31. Ludovici et Lotharii ad Nicolaum litteræ auxilium poscentium contra Carolum sœdifragum. 32, 33. Tiberis inundatio duplex.
- DCCCLXI. 1-7. Conciliabulum schismaticorum dictum ab ipsis OEcumenicis, ad quod Ignatius vocatus et indignissime habitus. 8-14. Quam vim passi fuerint legati in Synodo latrocinali, in qua et falsæ litteræ Apostolice. 15-16. Tyrannica sententia et crudelitas Photii in Ignatium ejusque fautores. 17, 18. Canon de non ordinandis laicis et schismaticis. 19-23. Gravissimos perpessus cruciatus Ignatius fugit ac revertitur. 24-33. Theognosti libellus nomine Ignatii ad Nicolaum papam, et hujus litteræ ad Orientales. 34-54. Epistola Photii ad Nicolaum Pontificem data per legatos redeuentes in Urhem. 55, 56. Quid Nicolaus papa, acceptis litteris, coram Ecclesia Romana sanxerit. 57-64. Concilium Romanum in causa Joannis episcopi Ravennatis. 65. Ornamenta Ecclesiæ oblata a Nicolaio papa. 66. Alphonsus Magnus rex in Hispania.
- DCCCLXII. 1-7. Constantinopoli incendium et terræ motus : Michaelis impietas, Photii cooperatio, et dolosæ in Ignation sevitiae. 8-18. Nicolaus papa Photii diluit imposturas per Epistolam eidem datam. 19. Encyclica Epistola ad Orientales Ecclesias. 20, 21. Synodus adversus Theopaschitas hæreticos. 22-31. Synodus Aquisgranensis Lotharii divertit turpiter approbat. 32-43. Crebrescentibus querelis adversus Lotharium, Synodus ad Sabloniaras celebratur, intervenientibus aliis regibus Francorum ad tollenda scandalia. 44-52. Litteræ mutuæ tum episcoporum, tum Nicolai papæ in causa Lotharii cognoscenda in Synodo Metensi. 53, 54. Nicolaus papa intercedit pro Balduino apud Carolum Calvum. 55-60. Legatis proficiscentibus ad Concilium dat Nicolaus commonitoria in causa Lotharii.
- DCCCLXIII. 1-11. Romanum Concilium in causa legatorum prævaricatorum, in quo et sententia in Photium et restitutio Ignatii. 12-17. Quanta Photius crudeliter et subdole gesserit post suæ damnationis sententiam. 18-21. Metensis Synodus dicta prostibulum, in qua, corruptis auro legatis, regis divortium admittitur. 22-26. Litteræ Nicolai papæ ex Syudo Romana, et ejusdem capitula in factum Lotharii et ejus complices. 27-32. Episcopi prævaricatores in causa Lotharii adhærent Photio. 33-41. Photii Epistola circularis ad Orientales Ecclesias. 45-49. Armenorum errores. 50-62. Adventius, Metensis episcopus, nomine suo aliquorunque episcoporum, qui Concilio Metensi in causa Lotharii interfuerunt, veniam precatur : ejus ea de re ad papam Epistola, qui eidem respondet. 63. Litteræ synodales ex Silvanectensi Concilio ad papam in causa Lotharii. 64-68. Nicolaus papa ad Hincmarum de confirmatione Concilii Suescionensis, et de privilegiis Ecclesie Rhemensis. 69-80. Libellus appellationis Rhotaldi episcopi ad Pontificem Nicolaum ob injustam depositionem ipsi inflictam per Hincmarum. 81-89. Nicolaus papa severe egit cum Hincmaro et episcopis Concilii pro restituzione Rhotaldi. 90. Nicolaus omnes in Urbe positos pascit pauperes. 91-93. Inter Nicolaum et Carolum Calvum de causa Balduini, et de Hincmario acta. 94-97. De monasterio S. Carilephi Epistolæ Nicolai papæ.

# SUMMARIUM

TOMI XV.

---

DCCCLXIV.

4-4. De Rodoaldi legati condemnatione. 5-8. Nicolai consilium de habenda Synodo in causa Lotharii : per litteras excusatorias episcopi conantur avertere. 9, 10. Quid Nicolaus egerit cum Lothario venire Romam pollicente. 11-15. Pro Rhotaldo injuste deposito Nicolai studium, qui tum ad eumdem, tum ad reges dat litteras. 16-18. Post litteras Nicolai ad Hincmarum Rhotaldus venit Romam et restituitur. 19-22. Lotharii Epistola ad Nicolaum papam. 23-27. Aliæ Lotharii litteræ ad Pontificem de legatis Theutgaudio et Gunthario. 28, 29. Nicolaus ad Rollandum episcopum Arelatensem respondet Apostolicæ Sedi addictissimum. 30. Dona collata Ecclesiis a Nicolao. 31, 32. Nicolaus a multis consulitur : Sardos ab incestis nuptiis cohibet.

DCCCLXV.

4-3. Restitutio Rhotaldi solemniter facta et renuntiata. 4-8. Quid sentiendum de diversis canonum Collectionibus : ibi de Isidoro Mercatore. 9-31. Nicolai ad Gallias episcopos litteræ de restituitione Rhotaldi : et aliæ tum ad regem, tum ad Hincmarum eadem de re. 32-52. Hincmarii apologeticum in cause Rhotaldi. 53-58. Arsenius Nicolai legatus in Gallia cum litteris ad episcopos in Lotharii regno constitutos. 59-64. Arsenius in Gallia Lotharium a divortio revocat, Engeltrudem perjurram excommunicat. 65-68. Nicolai studium de pace firmando inter Francorum reges et Ludovicum. 69, 70. — Fodus ictum inter Francorum reges. 71. Episcopus Placentinus per Nicolaum restitutus. 72. Adficia publica a Nicolao constructa. 73-96. Michaelis imp. litteræ blasphemas et contumeliosas Nicolaus respondendo mirabiliter confutat. 97-100. Litteræ imperatoriae igni damnatae. 101, 102. Translatio reliquiarum : campanarum usus : S. Ansgarii obitus, cui S. Rimbertus succedit.

DCCCLXVI.

1,2. Bulgarorum rex cum sua gente ad fidem Catholicam conversus legatos mittit ad papam. 3. Legatio Pontificis tum ad Bulgaros, tum Constantinopolim. 4-7. Bulgarorum consultationibus respondet Nicolaus. 8-19. Legatos abeuntes Constantinopolim multis Nicolai Epistolis munit ad plures datis, præsertim ad Theodoram imperatricem sanctitate insignem. 20-23. Ludovici imp. expeditio in Sarracenos Italiani infestantes. 24-28. Waldrada excommunicata a Nicolao papa. 29-42. Adventius episcopus pro Lothario litteras scribit ad Pontificem, et ipse Lotharius suum apologeticum. 43-47. Epistola episcoporum Lotharini regni ad episcopos in regno Caroli constitutos. 48-71. Synodus Suessionensis a Nicolao indicta et celebrata pro re Hincmari, Guntharii et Theutgaudi. 72-87. Epistola Synodalis et Hincmari et Caroli regis ad Romanum Pontificem, qui pariter dat litteras. 88-93. Pro Aquitanicis Ecclesiis et de aliis rebus Nicolai litteræ.

DCCCLXVII.

1-3. Legati Apostolici in Bulgaria fidem Catholicam optime constituant. 4. Legati Constantiopolim non recepti. 5-41. Synodus Trecensis : et hinc litteras Synodales, et Hincmari Epistola apologetica ad Nicolaum papam. 42-62. De schismate Photiano Epistola historica et doctrinalis Nicolai papae ad episcopos Galliae. 63-75. Objecta a Photianis in Romanam Ecclesiam, et maxime circa processionem Spiritus sancti diluuntur. 76-82. Quæ precesserint et comitata fuerint Bardæ miserandum interitus. 83. Photius Bardæ mortuo insultat. 84-86. Photii irrita conamina in Nicolaum papam. 87-90. Tragicus Michaelis imp. interitus. 91-99. Basilius nōn imperator Ignatium, pellit Photium, cuius detecta abominanda scripta. 100-107. Basilius circa Photii ejectionem consultit per litteras Romanum Pontificem. 108-113. Ignatii patriarchal litteras ad papam consulentis eundem de lapsis et ordinatis a Photio. 114-119. Ob Theutpergam reginam male habitam a Lothario Nicolaus laborat, et excommunicationem regi minatur. 120-124. Humiles Lotharii litteras ad papam venire Romanum prætextentis. 125, 126. Prohibet Nicolaus Lotharium venire Romanum. 127-130. Pro Helletrude vidua bonis spoliata a Lothario Nicolaus laborat. 131. Epistola pœnitentialis Nicolai papæ. 132. Corpus S. Clementis Romanum datatum. 133-138. Nicolai postrema Acta, munificientia erga Ecclesias, laudes et obitus. 139-147. Hadrianus, cuius primordia et virtutes prædicantur, papa lætissimis auspiciis eligitur. 148. Dux Spoletinus invadit urbem et depradatur. 149-157. Per litteras Hadriano papæ blanditur Lotharius, cui ille dat monitorium, agitque in causa divortii. 158, 159. In quibus a Nicolao prædecessore Hadrianus deflexerit.

DCCCLXVIII.

1-6. Hadrianus legatos mittit ad Bulgaros : Waldradam absolvit, datus litteris ad eamdem et ad episcopos. 7-9. Hadrianus coram Orientalibus seipsum justificat. 10-14. Hadriani litteræ reditæ ad Synodum Trecensem. 15-17. Hadriani litteræ ad regem Ludovicum. 18-33. Hadriaus consulti Aclardi episcopo a sua sede Namnetensi per Nortmannos expulso, eique pallium confert. 34-39. Legatio Basili imp. Romam, ubi tertio damnatus Photius et ejus volumina combusta. 40-43. Theognostem redeuntem Constantinopolim Hadrianus prosequitur litteris datus ad Basilium imp. et Ignatium patriarcham. 44-47. Mutua inter Photium et Joannem patricium litteræ. 48-50. Lotharii Romanum adventus, recessus et interitus. 51, 52. Theutgaudi Trevirensis episcopi obitus. 53-56. Hadrianus ad Galliarum proceres, ut Ludovico imp. in regnum Lotharii succedenti sint fideles.

DCCCLXIX.

1-10. Legati Hadriani Pontificis cum ejusdem litteris ad Basilium imp. causa indicendi Concilium. 11-13. Legatis honorifice exceptis, aperitur Concilium. 14-60. Celebratio Concilii octavi OEcumenici Constantinopolitanum cum suis singulis decem actionibus pro condemnatione Photii, quod Basilii imp. pietas illustravit. 61-64. Ejusdem Concilii accurata defensio. 65-67. Litteræ ex Synodo, et circa subscriptionem controversia. 68-79. Contentio coram legalis agitata de diecensi Bulgarorum. 80-83. Libelli subscripti primum ablati, deinde restituti legatis. 86-88. Legati Roman redente vita periclitantur per Basilium imp. ingratitudine insignem. 89-91. Orientalium in Ecclesiam Romanam jugis livor : unde malorum origo. 92. Agitur a legatis Bulgarorum cum Hadriano papa de Ecclesiasticis eorum negotiis. 93-100. Hadrianus per legatos et litteras Carolum Calvum deterret ab occupatione regni quondam Lotbarii, quod ad Ludovicum imp. spectare contendit. 101-106. Acta Concilii Metensis dictum regnum Carolo Calvo injuria deferentis. 107-109. Salomon Britanniæ rex petit per litteras, et accipit ab Hadriano SS. reliquias. 110, 111. Dicitus Salomon insigne monasterium ædificat.

DCCCLXX.

1-16. Hadrianus per legatos et litteras agit contra invasionem regni Francorum, quod Carolus cum Ludovico rege divisorat. 17-26. Litteræ Hincmari archiepiscopi Rhemensis Carolo blandientis injuriosius scriptæ in Romanum Pontificem felluntur. 27-32. Hadriani litteræ pro Carolomanno in vinculis detento. 33. De libello precum Caroli regis. 34-38. Hincmarus Rhemensis in Synodo latrociniali Hincmarum Laudunensem episcopum papæ studentem deponit et vexat. 39-43. In Anglia SS. virginum mira fortitudo, et S. Eadmundi regis martyrium. 44-51. Metrophanis Epistola historica de rebus Photii. 52-60. Photii juste cum suis exagitatae litteræ flibiles et hypocrite. 61. De filiis Basili imp. 62. Legatio Petri Siculi ad Manichæos. 63. De imagine Dei Genitricis Mariæ.

DCCCLXXI.

1-14. Ignatii patriarchæ et Basili imp. Epistolæ ad Hadrianum papam, et ejus responsio de iis, que circa Photii schisma definita supererant. 15. Basili victoria contra Barbaros. 16, 17. In Bulgarorum causa querela Hadriani papæ, et excusatio Grimoaldi episcopi. 18-23. Photii miserationem cire conantis querela litteræ ad Basiliū imp. et Bahanem patricium. 26-48. Photii dolosæ ad suos in fide continentos litteræ encyclica. 49. Ludovicus imp. coronatur Romæ rex Francorum. 50-71. Ludovicus imp. ad Basiliū de imperatorio nomine sibi proprio apologeticam Epistolam scribit, in qua alia multa profert de rebus Italicis. 72-74. Legatio Concilii Duziacensis per Aclardum exulta ad summum Pontificem. 75-81. Hadriani papæ Epistola

ad Carolum Calvum regem de Ecclesia Turonensis privilegiis et causa Hincmari Laudunensis. 85-91. Agit Hadrianus per litteras cum Rhemensi et Carolo rege, ut Hincmarum Laudunensem Romanum venire sinant. 92-101. Epistola Caroli injuriosius scripta ad Romanum Pontificem, et hujus mollis responsio. 102. Anglicani regis constantia in fide.

- DCCCLXXII. 1-3. Hadriani papæ obitus, et Ludovici imp. captivitas ob prodilionem Basili. 4-11. S. Athanasius episcopus Neapolitanus multa passus a Sergio nepote moritur. 12-15. Neapolitanæ Ecclesiae leta primordia, digna præconia, et florens status maxime sub S. Athanasio. 16. Legatio Basili imp. ad Ludovicum regem Germaniæ.
- DCCCLXXIII. 1. Concilium Romanum in causa Ludovici imp. contra Aldeghisum. 2. Pallium missum ad episcopum Coloniensem. 3, 4. Legatio Joannis papæ VIII ad Ludovicum regem. 5-7. Conventus apud Carisiacum et Francofordiensis.
- DCCCLXXIV. 1. Joannes papa cum utroque Ludovico Veronam convenientiunt. 2. Sarraconorum rex apud Salernum dat poenæ sceleris. 3, 4. Beorredi regis Merciorum pietas et obitus.
- DCCCLXXV. 1, 2. Ludovici imp. obitus et laudes : ubi de conversione Slavorum. 3. Carolus Calvus coronatur imperator a Joanne papa. 4, 5. Ludovicus rex ab invasione Galliæ recedit. 6. Engelberga Augusta fit monialis. 7-9. Quomodo dicta coronatio Caroli fuerit expleta.
- DCCCLXXVI. 1-17. In Ticinensi Synodo Caroli coronatio confirmatur, cuius Acta integra proferuntur. 18-25. Concilii Pontigonensis in Gallia singulæ actiones coram Carolo imp. celebratæ. 26-28. Ludovicus paternum regnum contra Carolum imp. invasorem defendit, ejusque exercitum sternit. 29, 30. Legati Apostolici a Synodo Pontigonensi Romam redeunt. 31-36. Joannes papa contra Saracenorum incursiones et marchionum infestations Caroli imp. opem implorat. 37-39. Carolus imp. de litteris et bonis artibus optime meritus.
- DCCCLXXVII. 1-6. Saracenis infestantibus Campaniam Joannes papa laborat cum diversis illius regionis duabus : ubi de cede Sergii per Athanasium episcopum Neapolitanum. 7-13. Joannes, Saracenis Urbi imminentibus, per litteras et legationem Caroli imp. auxilium enixe efflagitat. 14-16. Caroli imp. et Joannis papæ congressus, quem Carolomatus exturbat, deinde in fugam versus. 17. Moritur Carolus imp. eique succedit filius Ludovicus Balbus. 18, 19. Hincmari litteræ instructive ad Ludovicum. 20-22. Rachildis imperatrix vidua minus recte se gerit, propreterea reprehensa ab episcopis. 23-25. Hugo filius Lotharii contra Ludovicum insurgens deterretur per litteras Hincmari. 26. Romana Ecclesia tributum Saracenis solvere cogitur. 27. Lambertus comes adversarius Joannis papæ. 28, 29. Joannes de cogendo Concilio sollicitus : regem Anglorum admonet. 30. Basilius imp. pro pace Ecclesie Constantinopolitanæ agit apud Joannem.
- DCCCLXXVIII. 1-7. Joannes papa mittit legatos Constantinopolim cum litteris ad imperatorem de tollendis dissidiis, et ad Ignatum patriarcham exprobrans occupationem diœcesis Bulgarorum. 8, 9. Photii ad Anastasium bibliothecarium litteræ nimis ei familiarem. 10-14. Joannes Lamberti ducis Spoleti et Adelberti potentia et armis circumvallatus per litteras cum multis queritur, in Gallianum regum opem imploratur proficisciatur. 15-19. In Synodo Trecensi decernitur Romanæ Ecclesie liberatio et Joannis Romani restitutio. 20-25. Hincmarus Laudunensis in eadem Synodo per Joannem papam restituitur. 26-32. Hincmari Rhemensis futile excusationes, et aliæ ejus lucubrationes. 33. Joannes Bosonem adoptat in filium : Ticinensi Ecclesie privilegium conferit. 34. Indulgientia concessa pro vivis et defunctis. 35. De Adone archiepiscopo Vienensi. 36-40. Quibus artibus Photius Basilius imp. gratiam captaverit, ut in honore habereatur. 41-48. Ignati patriarchæ obitus sanctitate et miraculis clari. 49-55. Photius sedem patriarchalem denuo invadens horrende in adversarios Catholicos furit. 56, 57. Constantini obitus et excidium Syracusarum. 58-60. Adelphoni regis in Hispania pius monumentum. 61, 62. Per Aellredum Ecclesie Anglicanæ instauratorem conversio Gitronis regis Dauorum.
- DCCCLXXIX. 1. Ludovici imp. obitus. 2. Joannis papæ consilium de novi imperatoris electione. 3-5. Deplorabilis Photii restitutio a Joanne papa culpabiliter facta. 6-53. Joannis papæ litteræ circa Photii restitucionem per legatos missæ in Synodo legendæ, turpiter a Photio falsate ostenduntur, facta collatione cum veris. 54-60. Nomine Joannis papæ conficta Epistola a Photio : ubi de auditamento *Filiique in Symbolo*. 61-63. Aliæ litteræ Pontificis falsatae, et legati Apostolici a Photio seducti. 64-73. Synodus Photiana ab ipso Photio descripta, et cum octavo Concilio Gœtu-

menico perperam confusa. 74, 75. Santabarenii præstigia et fraudes. 76. Litteræ aliae et res gestæ Joannis. 77. Fœdus Italie principum cum Sarraenis Joannes dissolvendum curat. 78-82. De Capnæ et Cajetæ tumultibus tum circa electionem episcopi, tum propter invasiones Saracenorum.

- DCCCCLXXX. 1-10. Joannes papa post redditum legatorum dat litteras ad Basiliūm imp. et Photium, quas defert Marinus legatus omnia perperam gesta destructurus. 11-13. Photius anathemate damnatus a Joanne papa. 14. Saracenorum classis expugnata a Basiliūm imp. 15-20. S. Methodius Romam venit, eique revertenti in Moraviam dat Joannes papa litteras ad illius regionis principem.
- DCCCLXXXI. 1-4. Athanasium juniorem episcopum Neapolitanum Joannes, habita Synodo, excommunicat. 5, 6. Legatio Athanasii ad papam, et hujus responsio. 7-9. Carolus Crassus a Joanne papa coronatur imperator, cui Hincmarus Rhemensis dat Epistolam parœneticam.
- DCCCLXXXII. 1-3. Litteræ Joannis papæ implorantis auxilium imperatoris contra Saracenorum incursiones. 4-6. Cum Aldephonso rege Hispaniæ Joannes papa agit per legatos et litteras de rebus disciplinariis. 7-9. Joannis papæ obitus, et ejus constitutio de cardinalibus. 10-12. Marinus papa eligitur, qui damnat Photium. 13-16. Hincmarus Rhemensis episcopi obitus, et de ejus doctrina nonnulla. 17-20. Devastationes Nortmannorum, quibus finem ponit pax inita per matrimonium Gislæ cum Godefrido.
- DCCCLXXXIII. 1. Formosus restituitur in episcopatum. 2. Fulco Rhemensis archiepiscopus ad Marinum papam. 3. Aelfredi regis Angliae pietas. 4-28. Patriarcha Aquileiensis schismaticus litteras a Photio accipit diserte impugnantes processionem Spiritus sancti a Filio. 29-39. Assertiones historicæ in eadem Epistola allatae refelluntur : ubi de tempore quo additum fuit Symbolo verbum *Filioque*. 40. Patriarchæ Aquileiensis levitas. 41. De Joanne Scoto.
- DCCCLXXXIV. 1, 2. Marino papæ succedit Hadrianus III pari fortitudine adversus Photium. 3. Scripta Fulconis ad Hadrianum papam. 4. Cassinense monasterium a Sarraenis incensum. 5. Translatio SS. martyrum.
- DCCCLXXXV. 1-7. Hadriano mortuo, eligitur papa Stephanus VI, a pueritia clarus virtutibus et rerum gestarum gloria. 8-15. Basilio imp. Photii partes foventi Stephanus papa objurgatorias dat litteras. 16-24. Quæ sin: transacta inter Fulconem Rhensem episcopum et Stephanum papam. 25. Obitus Carolomanni regis.
- DCCCLXXXVI. 1-6. Basilius imp. moritur : sacra ædificia ab eo constructa. 7, 8. Victoriae a Basilio imp. a Barbaris relate. 9-14. Quæ Basilius imp., licet a Photio seductus, laude digna scripsit. 15-28. Leo imp. patri succedit, Photium pellit, Stephano legitime ad patriarchatum evecto : unde litteræ historicæ ad papam et ejus responsum. 29-31. De fine Photii et ejus scriptis. 32-41. Ex cœmenterio viae Salariæ translata in Urbem corpora SS. martyrum miraculis coruscantia.
- DCCCLXXXVII. 1, 2. Parisiorum civitas obsessa. 3. Synodus Coloniensis.
- DCCCLXXXVIII. 1. Obitus Caroli Crassi imp. : Arnulphus regno, non imperio succedit. 2. Discordiae et bella. 3-5. Concilium Moguntinum contra temporum flagitia. 6. Wido dux Spoletinus unctus imperator. 7. S. Remberti obitus. 8, 9. Stephani patriarchæ Constantiopolitani obitus et sanctitatis. 10. Legatio Aelfredi regis cum eleemosynis Romam. 11, 12. Miraculum in Gallia de Crucifixi imagine.
- DCCCLXXXIX. 1. Hunnorum devastationes. 2-4. Episcopi Orientales ad Stephanum papam de recto circa Photium judicio.
- DCCCXC. 1-7. S. Stephani papæ obitus : ejusquo sermo et opera contra abusus serpentis. 8-12. De Sampsonis abbatis obitu et sanctitate, aliisque sanctis viris. 13. Antouii patriarchæ Constantinopolitanii obitus.
- DCCCXCI. 1. Formosus papa post Stephauum : ubi series Pontificum dilucidata. 2. Epitaphium de Stephano papa. 3, 4. Formosi papæ virtutes et bona existimatio. 5-8. Formosus respondet litteris missis ad prædecessorem ab episcopis Orientalibus circa ordinatos a Photio.

- DCCCXCII. 1-3. Wido coronatus imperator a Formoso papa. 4-11. Carolus Simplex ad regnum Francorum evectus, multum pro eo laborante Fulcone Rhemensi episcopo. 12. Alia Fulconis scripta, et Synodus Viennæ in Gallia. 13. Arnus episcopus et socii martyres.
- DCCCXCIII. 1-8. Inter Fulconem episcopum et Formosum papam de pluribus per litteras actum, praesertim de convocatione Concilii. 9. Bellum Bulgaricum : unde spiritualis illius genit⁹ præfectura ad Romanos.
- DCCCXCIV. 1-6. Pro Carolo rege Francorum Formosi papæ labores et alia negotia acta cum Rhemensi episcopo. 7-10. Fulconis litteræ parœneticæ ad Lambertum imp. et aliae. 11-14. Consultur Angliae Ecclesias per electionem episcoporum.
- DCCCXCV. 1-3. Concilium Triburiense juribus Ecclesiæ vindicandis celebratum,
- DCCCXCVI. 1, 2. Formosus coronat Arnulphum imperatorem : multa patitur a Romanis.
- DCCCXCVII. 1-3. Schismate laceratur Romana Ecclesia, in qua Stephanus intrusus in Formosum defunctum invehitur. 4, 5. Romana Ecclesia cur et a quibus fuerit deturpata. 6, 7. Stephani scandalum portentosa ruina Lateranensis Ecclesiæ consequitur. 8-12. Erga Stephanum papam episcoporum obsequia et maxime Fulconis Rhemensis episcopi.
- DCCCXCVIII. 1-3. Fulco episcopus deterret per litteras Carolum regem a foedore incundo cum Northmannis contra Odonem.
- DCCCXCIX. 1, 2. Arnulphi et Widonis imperatorum obitus. 3. De sæculi fine animadversio.
- DCD: 1, 2. Admonitio de sæculo sequenti circa statum Ecclesiæ. 3-5. Libertas adempta Romanæ Ecclesiæ exitu nimis infasto. 6-9. Post Stephani infamem interitum status infelix Romanæ Ecclesiæ. 10-13. Per Balduinum impie nex illata Fulconi episcopo : cuius digna opera recensentur. 14. Encœnia Compostellana. 15. De imperio certatur in Italia.
- DCDI 1. Theodorus et Joannes IX papæ. 2-9. Ejecto Nicolao a sede patriarchali Constantinopolitana subrogatur Euthymius, ob quartum Leonis imp. matrimonium. 7-9. De sanctitate Theophaniæ Augustæ. 10. Ovetense Concilium in Hispania. 11. Eduardi regis Angliae dignum factum.
- DCDII. 1-15. Theoctistes mirabilis et jucunda historia. 16. Hunni Galliam Cisalpinam invadunt.
- DCDIII. Nihil.
1-4. Gregorius fidejussores a Friderico exigit, Insubres eidem conciliat. 5-7. Pro Raynaldo duce apud Fridericum intereedit. 8. Esculanum comitatum episcopo tradit. 9-12. Fridericum de ini quis legibus arguit; iratum mulcet, contra haereticos movet. 13-19. Contra Patarenos aliosque haereticos leges sanctiæ a Pontifice, senatu Romano, et Friderico. 20-22. Ad Ezelinum haereticum in quem Patavini insurgunt Pontificis parenticeæ litteræ. 23. Haeretici in Gallia quæsiti ad supplicium. 24-28. Renovantur privilegia Cassinensis. 29. Sylvestrinorum congregatio orta. 30. Responsa Pontificis, ad questiones liturgicas. 31, 32. Gregorius Reate. 33-36. S. Antonii Patavini et S. Elisabeth beata mors. 37, 38. De Luca archiepiscopo Strigoniensi sanctis adscribendo. 39-41. Pravas Strigoniensium consuetudines eliminat Gregorius. 42, 43. Pomeranos ad Christum conversos, et regem Russiae a schismate revocatum amplectitor. 44. De coronando rege Norwegiæ. 45. Dux Bavariæ occidit. 46-48. Gregorius Parisiensem academiam restituit, dato diplomate. 49, 50. Leges iniquas in Hispania et Lusitania coercet. 51, 52. Regem Angliæ consilii juvat, a bello revocat. 53-57. Pontifex ad defensionem imperii Hierosolymitani, postulante Friderico, principes excitat.

MCCXXXII

1, 2. Christiana fides in Septentrionalibus regionibus amplificata. 3-5. Curonii aliisque populi ad Christum conversi privilegiis decorantur. 6-8. Sacra expeditio in Prutenos et Stedinghos et Christianorum vexatores. 9, 10. De S. Gothardi et S. Elisabeth miraculis. 11. Conradi Langravii Thuringie pœnitentia. 12-22. Ungaria ob infractas ab Andrea rege disciplinares leges interdictio subiecta. 23-25. Renovatus diploma de regni Hungarici privilegiis. 26. Rothomagensem archiepiscopum a rege Iesum tuerit Gregorius. 27-30. Anglicani presules arguantur ob nimiam in dissimilando facinore ignaviam. 31, 32. Pius animus Richardi regis. 33, 34. S. Antonii Patavinij canonizatio. 35-38. Pontificiae ditioni addita oppida, rebellantibus licet Romanis. 39-42. Bellum Viterbiensem contra Romanos clam foveat Fridericus. 43. Idem Sarracenis favet. 44, 45. Bellum intestinum in Terra-Sancta extinguendum curat Gregorius. 46-54. Tentata conjunctio Ecclesiae Graecæ cum Latina, datis utrinque litteris a Germano patriarcha et Gregorio papa. 55. Manuel Comnenus Thessalonicae principatum arripit.

MCCXXXIII.

1-14. In Orientem mittuntur littera primum, deinde nuntii Apostolici, qui de conjunctione Ecclesiarum multiformiter, sed incassum laborant. 15-22. Ad Sultanum Damasci Pontificis Epistola bortatoria ad fidem Christianam. 23. Praecones Evangelici in Georgia. 24. De Saracenis Nuceriae in Apulia ad Christum convertendis curat Gregorius. 25-27. Gregorius, fallente promissa Friderico, in Urbem sibi conciliatam reddit. 28-31. Occasione tumultuum Insularum Gregorius Fridericu[m] querelas fuse diluit. 32. Cajeta ad Friderici obsequium adducta. 33-38. Gregorius Fridericu[m] a crudelitate revocat, Florentinos et Senenses opera Joannis Dominicani sanctitate insignis conciliare studet. 39, 40. B. Dominicini miraculis coruscantis Ordo in haereticis insectandis laborat. 41-47. In fœdissimam Stadingorum heresim principes et episcopos excitat Pontifex. 48. Conradus Marpurgensis ab improbis cœsus. 49. Judei in Germania grassantur. 50-54. Andreas rex Ungariae jurat de Ecclesiæ juribus vindicandis et disciplina instauranda. 55. S. Virgilius SS. Catalogo adscriptus. 56. Bosnæ episcopus reprobatus. 57, 58. Dominicani inter Ruthenos et Pruthenos. 59-61. Leges a Raymundo Tulosano in haereticos late. 62. De Campanie comitatu controversia. 63. De Stephani Diensis miraculis inquiret jubet Gregorius. 64, 65. S. Eadmundus ad Cantuariensem archiepiscopatum promovetur. 66. Responsa Gregorii. 67, 68. Portugalensis episcopi jura et Majoricum regnum contra Sarracenos Gregorius tuerit. 69. Venerantibus S. Isidori reliquias indulgentiæ.

MCCXXXIV.

1-5. Rebellantibus Romanis, Fridericus Gregorii defensionem fraudulenter suscipit. 6-9. Rebelles profligati. 10, 11. De non alienandis Ecclesiæ bonis sanctiones. 12, 13. Gregorius regem Galliæ hortatur ad jura Ecclesiastica iuenda, et ad infidos ministros reprimendos. 14, 15. Albigensium haeresis ope Raymundi excisa. 16, 17. Obtenta dispensatione, nuptias celebrat Ludovicus. 18-20. Gregorius Francos conciliat cum Anglis quorum rex clementer agit cum intestinis hostibus. 21-23. Divina ultio in avaros et pauperum oppressores. 24, 25. B. Dominicus SS. Catalogo adscriptus. 26. Gregorius opera S. Raymundi Pennafortii Decretales conficit. 27-31. Gregorius Spoleto expeditionem indicit in Terram-Sanctam, datis ad Ludovicum regem, item ad episcopos et populos litteris. 32-35. Syros et Insulæ Friderico conciliandos curat. 36-41. Andream regem Hungariae de non servatojuramento arguit; ejus filios Belam et Colomanum de zelo fidei laudat. 42-44. Stedinghi haereticis ad sex millia in pœlio casi. 45. Willermus episcopus Mutinensis in Prussiam legatus mittitur. 46, 47. Reges Danie et Norwegie ad meliora revocat Pontifex. 48. Agnes Wenceslai regis soror virginitatem Deo votet. 49-51. Reges Lusitanie et Hispanie in Sarracenos pugnant. 52. Controversiam de successione in regno Navarræ sopire studet Gregorius.

MCCXXXV.

1-6. Romanorum rebellio pactis et juratis legibus conquiescit. 7-9. Gregorius Friderico tuerit contra Henricum filium contumaciam. 10, 11. Henrici infelix exitus. 12-14. Longobardos cum Friderico, et Italiam populos inter se conciliare studet papa. 15-19. Episcopus Patavinus ab haereticis interficitur. 20, 21. Judei ab injusta oppressione vindicati. 22-25. B. Elisabeth canonizatio, et translatio. 26, 27. Andreæ regis Hungarie nuptiae et mors. 28. Poloni principes inter se conciliati. 29-31. Controversia Henrici cum Scotia rege, et matrimonio Isabellæ ejus sororis cum Friderico imperatore. 32. Alfonso Aragonius legitimitate donatus. 35-35. Tumultus in Aragonia repressi, Balearis insula expugnata. 36-41. Gregorius Functani regis oratores, litteras et legationem sultani Ieonii recipit, et quo Syria recuperetur laborans, jura tuerit Friderici. 45-48. Crucesignatos tuerit et ad expeditionem Terra-Sanctæ litteris excitat. 49-51. Theobaldus rex Navarræ aliisque principes excitantur ad ferendam ope[m] Constantinopolis in discrimen adductae. 52, 53. Latinorum de Graecis victoriae.

MCCXXXVI.

1-4. Impendens Longobardicu[m] bellum sopire nititur Gregorius, Friderico pacis consilia respuente et Italiam dominationi inhibante. 5-7. Ad conciliandam pacem Jacobus cardinalis legatus in Insulam, et litteras ad episcopos mittuntur. 8-11. Legatum a Friderico despectum detendit Pontifex. 12, 13. Fridericus Mediolanenses invasurus ob seditionem revocator in Germaniam, unde Pontificis opem querit. 14-25. Gregorius multimode læsus a Friderico gravissimis litteris eum objurgat et admonet. 26. Res Senensem, Lucæ et Pisanorum. 27. Ludovicus comes Ferrelanus haeredem constituit Romanam Ecclesiam. 28. De Benvenuti Minoritæ sanctitate et miraculis inquiritur. 29, 30. Beati Jordani Dominicanu[m] mors et sanctitas.

31-36. Ludovicum regem de legibus latis contra libertatem Ecclesiasticam graviter increpat Gregorius. 37, 38. Ecclesia Bellovacensis jura vindicata. 39-41. Tolosanum comitem reprehensum de ignavia erga haereticos ad expeditionem sanctam compellit Gregorius. 45-47. Ad idem urget pietate insignem regem Ludovicum, Theobaldo eum concilians. 48. Iudeos vexatos ad se confugientes defendit papa. 49, 50. Rege Angliae cum Scoto conciliato, festum S. Eduardi indicit Gregorius. 51. Mira in Anglia. 52-55. Monachus constitutus in Anglia preses iustitiarius valde improbat. 56. Disciplinae instaurandae studet Gregorius. 57-60. Cordubam et alias urbes Sarracenis eripit rex Ferdinandus, laudatus adjutusque a Gregorio. 61. Amplificata in Prussia Christiana religio. 62-63. Livoniæ populis nuper conversis consult Gregorius. 66. Bela et Colomanus ob bona Ecclesiae occupata corripiuntur. 67-70. Zibislavum banum Bosnensem commendat Gregorius, sollicitus de Constantinopolitano imperio in discordia Vatacii et Asanis.

MCCXXXVII.

1-6. De pace inter Insubres et Fridericum concilianda conventus Mantua a Gregorio indictus et legati utriusque missi. 7-11. Mediolanensis clades a Friderico illata. 12-14. Gregorius honorifice Romæ exceptus Viterbienses rebelles punit. 15. Lucano episcopo bona redditia. 16-23. Legatio in Sardiniam, ditioni Romanæ Ecclesie subjectam. 24-27. In expeditione contra Sarraenos Valentia Jacobum Aragonium adjuvauit, a censuris absolvit, dat episcopum Majoricæ Gregorius. 28. Christiana religio in Marrochitano regno amplificata. 29, 30. Ferdinandus regi ob Sarraenos devictos favel, Lusitanum objurgat Gregorius. 31, 32. Tuetur in Galliis jura Ecclesiae, in haereticos inquiret. 33-37. Raymundum Tolosanum a Massiliensi partibus bductum ad expeditionem sacram sollicitat. 38-43. Otho cardinalis legatus in Anglia et Scotia honorifice exceptus celebrat concilium. 44-50. Canones disciplinares in eodem sancti. 51-57. Lincolniensis episcopi querelæ de abbatे tractandis causis secularibus praefecto. 58. Richardi Dunelmensis episcopi p̄i mors. 59. De vita sanctitate et miraculis Ildegaridis inquiret. 60. De veritate stigmatum S. Francisci ad Germanos scribit. 61, 62. Injustitiae et benignitatis exempla in Polonia. 63-65. Hospitalarii S. Mariæ aggregati equitibus Crucigeris. 66. Tevestini Christiani a fide deficiunt. 67. Ex Norwegia abusus sublati. 68-73. De Constantinopolitano imperio sollicitus ob Terræ-Sanctæ defensionem legatum ad Bulgaros mittit Gregorius. 74-77. Joannis Brenensis imperatoris Constantinopolitanus mors. 78, 79. Crucisignatorum causam papa defendit. 80-83. Urget Fridericum Pontifex in Terram-Sanctam. 84-86. Templarios a Tartaris capitos et tentos in vinculis solatur Gregorius. 87-90. De conversione patriarchæ Iacobitarum, et eorumdem erroribus.

MCCXXXVIII.

1-4. De Constantinopolio pressa a Vatacio Gregorius sollicitus opem quærit. 5-10. In Asanem Bulgarum ad schismatics lapsum Gregorius regem Hungariae sollicitat. 11-20. Regi Hungariae postulanti jura in Bulgaria annuit ex parte Gregorius et favel expeditioni. 21-26. Balduino imperatori Constantinopolitano in Occidentem auxilia quæsitum venienti, Pontifex maximopere opitulatur. 27-30. Balduini redditus et expeditio in Orientem. 31-33. Hospitalarios delinquentes corripit Gregorius aliosque abusus evellit. 34, 35. Antiocheni patriarchæ jurisdictionem et jura tuerit. 36-38. Fridericus crucisignatus ab expeditione retardat. 39-41. Tumultus Anglicos compescit, Ecclesiasticae disciplinæ in Anglia et Gallia consulit Gregorius. 42-44. Ad Ecclesiasticam libertatem defendendam Gregorius incitat Ludovicum regem, qui et Friderici insidias depellit. 45-47. Sarraeni profligati in Hispania, et Valentia regio sacris exuta. 48-51. Lusitanum regem crudeliter et impie in Ecclesiastica jura debacchantem ad officium revocat Pontifex. 52-55. In Galliis et in Bosnia haeresis vieta, cultus auctus. 56-58. Duxes Poloniæ monet Gregorius, ut ab Ecclesiasticorum virorum injuriis desistant. 59, 60. Henrici ducis Poloniæ pia mors. 61. Archiepiscopi Gnesensis privilegium. 62. Sopium Danos inter et Pomeranos bellum. 63-65. De sauitate Brunonis episcopi Heribolensis, Wolvandi Ordinis Prædicatorum et aliorum ejusdem Ordinis. 66. Vercellenses reconciliati Ecclesie; Bonacursus Lucensis anathemate percussus. 67, 68. Jus in Sardiniam assertum. 69, 70. Fridericus Mediolanenses pacem postulantes respuit. 71, 72. Romanos contra Pontificem subornat. 73. A Gregorio dona Ecclesiis collata et preces instituta. 74. Veneti in clientelam Sedis Apostolicæ admissi. 75.

MCCXXXIX.

1-12. Gregorius Fridericum, enumeratis singulis ejus facinoribus tum in Ecclesiam, tum in homines, anathemate percellit. 13-16. Friderici minas despiciens Gregorius anathematis sententiam in toto orbe jubet promulgari. 17-22. Ira successus Fridericus inanes in Gregorium co cervat calumnias. 23-25. Minas adiicit, et auctoritate summi Pontificis impugnat. 26-29. Insanæ haereses Friderici, quarum sectatores divinitus puniti. 30-34. Fridericus Cassinenses aliosque viros religiosos expellit ac vexat; furit in Gregorium; in bello a Mediolanensis vicius. 35-37. Adhaerentes Friderico episcopi, equites Theutonici, et alii corripiuntur a Gregorio. 38-45. Gregorius mittit legatum ad implorandum auxilia in Gallias, Angliam, et Hispaniam, cuius rex et regina ad eum dant litteras officiosas. 46. Sulmantica Academia instituta a Ferdinandœ 47-50. Confirmata a Gregorio vetera Toletana Ecclesie privilegia. 57, 58. Valentianæ et Compostellaneæ Ecclesiis prærogative corroboratae. 59-63. Ferrandum Lusitanum ad meliora reversum pœnitentia obligat et a censuris absolvit Gregorius. 64, 65. Pietas Lantgravii Thuringiæ. 66, 67. Lundensi archiepiscopo privilegium datum, et in Dania improbae consue-

tudines damnatae, 68, 69. Kunegundis nuptæ Boleslao sanctitas et virginitas; Colomani zelus et virtus, 70-73. Albigenium reliquie compressæ in Galliis; Raymundus Tolosanus absolutus, 74, 75. Tuetur Pontifex iura episcoporum in Britannia, 76, 77. Rhemensenses archiepiscopo rebelles censuris urget, 78-80. Crucesignatorum arma ad Constantinopoli opem ferendam verti jubet Gregorius, 81. Theobaldus rex Navarræ Massilia solvit, 82, 83. Regi et patriarchæ Armenorum privilegia concessa.

MCCXL.

1-10. Actum de Friderici depositione; alii interea urbibus Friderico, alii Gregorio adbærētibus. 11-13. Gregorio studiosi in Urbe vexantur a Friderico, 14-18. Beneventum et Campaniam frusta oppugnat et tentat Fridericus. 19-21. Recuperata Pontifici Ferraria; Veneti et Alexandrini Friderico infensi, 22, 23. De Ambrosii Minorita et Oddonis Carthusiani miraculis iussa questio, 24, 25. Religiosis viris data privilegia, 26, 27. In Hispania Saraceni vici, religio amplificata, 28, 29. Episcopus Vigintimiliensis damnatus; pravi usus evulsi, 30, 31. Episcopi Noviomensis electionem irritat Gregorius, 32. Zwerinensis episcopus et Stadensis historicus, 33. Regi Daniae jus revocandi alienala bona, 34, 35. Estonie neophytis et Prussiae episcopo consulti Gregorius, 36, 37. Ducem Lancitiae de patratato criminis pœnitentem absolvit, 38-43. Ad Rusudem reginam Georgiæ auxilia contra Tarlaros implorantem et obsequium Romanæ Ecclesiae profitementem præclaras dat litteras Gregorius, 44, 45. Cleri Græci in Cypro pervicia et fuga, 46. Consanguinitatis gradus declarantur, 47. Nannetensis episcopus ad patriarchatum Hierosolymitanum translatus, 48-50. Christianis post illatam Sarracenis cladem opitulatur Richardus Cornubia comes, 51. Territus de Hungaris Vatacius Romanae Ecclesiæ conjunctionem ambit, 52-54. Concilium oecumenicum indicit Gregorius datis litteris circularibus ad præsules et principes, 55-58. Fridericus terroribus et minis avertire nititura Concilio episcopos, quos per litteras recreat Gregorius, 59-62. B. Eadmundus in Galliam exul voluntarius prie moritur Pontiniaci.

MCCXLI.

1-3. Tartarorum genus et mores, 4-10. Eorum incursio in Poloniam, cujus dux Henricus aliique proceres magnis consertis proeliis gloriose occumbunt, 11, 12. Moravia et Bohemia metu Tarlarorum exagitatae, 13. Supplicationes et preces ad Deum ingruentibus Tartaris, 14-23. In Tarlaros Hungarum crudeliter invadentes expeditionem indicit Gregorius, 24, 25. Egregium viri religiosi, vitam pro aliis exponentis facinus, 26-28. Tarlaris cuncta vastantibus, litteræ consolatoria Gregorii ad regem Hungariae, 29-34. Fridericus clam favens Tarlaris ditionem Pontificium vexat, 35-39. Friderici odio in Pontificem succensi prætextus ne Tarlaris bellum inferat, 40-42. Constantinopolitanis rebus consulti Gregorius et regis Norvegiae postulatis annuit, 43. Rex Lusitanie in Sarracenos pugnat, 44, 45. Patriarcha Aquileiensis absolutus; sedes episcopalis Recanato concessa, 46-48. Beneventum et Faventiam capit, regni Ecclesiæ spoliat, præsules vexat Fridericus, 49-53. Consulti Gregorius securitati præsulum itinerantium Romanam, 54-59. Fridericiani classem Januensem disiiciunt, præsulum captis vel mersis, 60-63. Januensem de facinore condolentium litteræ ad Pontificem, 64-66. De eadem re littera hortatoria Gregorii ad principes et populos, 67-75. Miseranda conditio præsulum captivorum, quos per litteras solatur et hortatur Gregorius, 76-78. Instat apud Fridericum S. Ludovicus, ut Gallos præsules liberet, 79, 80. Audacter forens in terras Pontificias ditionis irruit Fridericus, 81. Joannes episcopus cardinalis Friderico favet, 82-84. Obitus Gregorii papæ, 85-87. Comitia cardinalium in quibus Cœlestinus papa eligitur et moritur, 88. S. Willelmus episcopus Briocensis, 89. Obitus regis Daniae et aliorum principum.

MCCXLII.

1-5. Dissidentes cardinales de Pontificis electione et timidos Fridericus conviciois dilacerat, Romanamque ditionem vasta, 6-11. Tarlarorum fœda grassationes in Hungaria et alibi, 12-16. Ludovicus bello in Anglos feliciter gesto clementer uitit victoria, 17-19. Martyria ab Albigenibus illata et miraculum de innocente occiso, 20-21. Henricus primogenitus Friderici moritur, 22. Montagnana exusta.

MCCXLIII.

1, 2. Fridericus Pontificiam ditionem vastat, Urbem obsidet, 3, 4. Laxati e vinculis cardinales, 5-9. Electus papa Innocentius IV, dat litteras Encyclicas de more, 10-12. Fridericus oratores cum litteris officiosis ad Innocentium mittit, 13-15. Legati Pontificii ad Fridericum cum articulis pacis, 16-22. Per legatos Pontifex respondet querelis et postulatis Friderici, 23, 24. Viterbiuum populique circumpositi a Friderico deficiunt, 25-28. Quæ auxilia Viterbiensibus submitenda decernit Innocentius, qui Ronæ honorifice excipitur, 29-31. Variis Ecclesiæ consulti, Albigenibus delendos curat Innocentius, 32-35. In regionibus Prussiae, Croatiae et Dalmatiae dilatata religio, sublatæ hæreses, 36, 37. In Tarlaros devastantibus Innocentius excitat expeditionem, 38. Pia S. Hedwigis mors, 39, 40. De S. Hildegardis miraculis accuratio inquisitio, 41. Canonizis regularibus pileus quadialis concessus, 42. Divina in Ecclesiæ spoliatorem vindicta, 43. De consecrationibus Ecclesiæ, 44. Genuinum aliaque loca a Ferdinandino Sarracenis erupta, 45-49. Balduinus consecratus impera or Constantinopolitanus, ubi de rebus Thessalonicae, 50, 51. Constantinopolitanæ Ecclesiæ inopiam levat; muros Hierusalem reji-ciendos curat Innocentius.

MCCXLIV.

1-9. Chorasmini a Tarlaris ejecti Hierusalem oppugnant ac diripiunt, Christianos lœdunt, loca sancta prophantan, 10-14. Christiani, commissio præto, obruti numero fugiunt, querunt

auxilia. 45, 46. Ampliores curae Innocentii pro Constantiopolitano imperio. 47. Tolosanus comes a censuris absolutus. 48. Ezelinum aliquos Ecclesiae Romanae hostes agitat Innocentius. 19. Friderici ares, ut in Urcem irretret 20-29. Fridericus prae se fert Ecclesiae gratiam ambire, unde concordia capita proposita. 30-34. Resiliente Friderico a promissis, Pontifex, creatis cardinalibus, illius insidias evitaturus fugit Januam. 35-37. Fremitus Friderici de iuga Innocentii, qui interea in Gallias concedit. 38-42. S. Ludovicus ægrotans vo vel expeditio nem in Terram-Sanctam, regiam cappellam decorat, Judæorum superstitiones coercet. 43, 44. Bellum compositum inter reges Angliae et Scotie. 45, 46. Querelas regis super electione episcopi Wintoniensis compescit Innocentius. 47-50. De Edmundi archiepiscopi Cantuariensis miraculis et sanctitate, deque aliis viris in Anglia et Germania sanctitate florentibus. 51, 52. Poloniae tumultus, ad quos sedandas legatus Apostolicus mittitur. 53-55. Quedam de Predicatoribus et Minoritis statuta, ubi de Adolpho comite Minorita. 56, 57. Ne abbatissæ præsumant virgines velare.

MCCXLV.

1-4. Innocentius in Gallias concilium vocat, studetque interea flectere animum Friderici. 5-40. Sanctum Lusitanie regem corripit Innocentius ob insignem ejus socordiam. 11, 12. Sollicitas Pontifex regem Bulgariae ad Ecclesiae Romanae conjunctionem. 13, 14. Vatacius capit Thessalonicanam. 15-19. Innocentius ad evangelizandos Tartaros Minoritas mittit cum salutaribus litteris. 20-23. De Tartarorum moribus nuntii apostolicorū referunt. 24-46. Concilium Lugdunense, in quo discussa causa, et sententia depositionis in Fridericū ab Innocentio prolatā. 47-53. Constantiopolitano imperio consulit, contra Taratarum invasionem decernit; expeditio in Terram-Sanctam indicitur. 54. De electoribus imperii. 55-57. Aserla Romanae Sedis jura ex diplomatis regis. 58-62. Insanus furore Fridericus dat literas ad principes, referatas contumelias contra Innocentium. 63, 64. Quanta consilii maturatione sententia in Fridericū fuerit lata. 65, 66. Tarvisini, Pisani, aliique populi a Friderico recedunt, saeviente eodem. 67-74. Regnum Lusitanie administrandum committitur Alphonso in locum fratris Sancti regis, qui exul moritur. 75. Rex Zala Saracenus Christi fidem amplectendi studiosus. 76, 77. Tolosanæ academiae privilegia, et alia aliis data. 78, 79. Innocentius cum S. Ludovico congressus Cluniacum visit. 80-81. Regnum Ungarie Friderici præsumpta potestate vindicat Innocentius. 82. Swantopelkum Pomeraniae ducem apostolatum grassantem in suis et finitimos Christianos coeret monitis et minis. 90, 91. Legatus Apostolicus in Pomeriam missus, qui res feliciter componit. 92, 93. Danie regem ad defendendam contra Barbaros Estoniam excitat Pontifex. 94-99. Nova indicitur expeditio in Terram-Sanctam, ad quam se accingit inter cæteros S. Ludovicus.

MCCXLVI.

1-8. Henricus Thuringie electus in regem Romanorum, cui principes et populos conciliare studet Innocentius. 9, 10. Conradus Friderici filius ab Henrico in acie vicitus. 11-16. Legatio et littera Apostoliæ in Siciliam, in causa Friderici, a quo alii Italie populi deficiunt. 17-20. Excusatio Friderici uti futilis et mendax rejecta. 21-23. Friderici ad Angliae regem litteras injuriosas in papam. 24-27. S. Ludovicus intercedit pro Fridericō reconciliatione. 28-31. Ad Romane Ecclesie unionem traducti Russi, idcirco donati privilegiis ab Innocentio. 32-35. Legatus Apostolicus in Norvegiam missus, qui rega. Yaquinum coronat, natalium macula deleta, prefecturum in Terram-Sanctam. 36. Rex Dæniæ apud Pontificem de Rosbadensi episcopo queritur. 37. Adversus Bosniæ hæreticos crux ad archiepiscopum Colensem transmittitur. 38. Albigenenses ad supplicium quæsiti. 39. Regis Angliae jura ac bona tuerit Innocentius. 40. Cordubensis episcopi et Alphonsi regis curas contra Saracenos. 41, 42. Contra administratorum regni Lusitani tuerit Innocentius jura Alphonsi regis Castellæ. 43-48. Jacobus rex Aragonie ob amputatum episcopo Gerundensi linguum redargutus, punitientiam subi. 49, 50. Canonizatio S. Edmundi, et obitus S. Lutgardis virginis. 51-54. Giscenibus discordiis in Terra-Saucta, Innocentius parandas expeditioni soliter laborat.

MCCXLVII.

1-3. Mortuo Henrico Romanorum rege, Innocentius legatum Apostolicum in Germaniam mittit. 4-6. Electio Willelmi Hollandie comitis in regem Romanorum. 7, 8. Laborat legatus Apostolicus contra Friderici assecras. 9-11. Post instructas insidias Innocentio Fridericus profectus cum exercitu in Gallias, Parmam obsidet. 12-16. S. Ludovicus, cooperante ejus matre Blancha, expeditionem parat contra Fridericum. 17, 18. Legati Apostolici in Italia, Hispania et Lusitania. 19-21. In Anglia pecuniae collectæ; sanguis Dominicus, et B. Edmundi reliquias translate. 22-24. De Guillelmo Briocense episcopo in SS. numerum relato. 25. Polonia bellis agitata. 26, 27. Saracenis et hæreticis elimiuandis ex Hungaria et schismaticorum conversioni studet Innocentius. 28, 29. Daniel Russorum rex et Wasilico rex, Laudemeria Ecclesiae Romanae se conjungunt. 30-43. Laurentius Minorita in Oriente legatus ad converteandos schismaticos; ex quibus patriarchæ Jacobiarum, et Nestorianus Catholicam fidem profisuntur. 44, 45. Insestandis hæreticis in Italia Innocentius dat operam. 46-54. Cleri auctoritatem minuere student in Gallias principes fastidiosi, contra quos insurgit Innocentius. 55. Regnum Hierosolymitanum datum regi Cypri, quem hortatur Innocentius ad S. expeditionem. 56-77. S. Ludovicus et alii principes parant S. expeditionem; dum Soldani litteras dant ad Pontificem, qui eos ad Christi fidem provocaverat. 78-82. Nuntii apostolici ad Tartaros, cum quibus disputantes plura

patiuntur, superbas ad Pontificem litteras referunt. 83, 84. Iudeos crudeliter habitos tuerit Innocentius. 85. Altare Lugdunensis Ecclesiae consecrat.

MCCXLVIII.

- 1-6. Fridericus clerum sibi adversantem opprimit, unde novis ab Innocentio plectitur pœnis. 7-13. Crucesignati in Germania et Italia contra Fridericum excitantur, inter quos Wenceslaus rex Boemiae et episcopus Ratisponensis eminent. 14. Aquisgrani Willelmus rex Romanorum coronatur. 15, 16. Conratus Friderici filius foveat haereticos. 17-19. Insignis Parmensium Victoria in Fridericum. 20-24. Episcopi Aretini martyrum et alii Friderici sceleris cladem præcedentia. 25-26. Ezelinus de haeresi suspectus vocatur in iudicium. 27. In evellendis Albigensium reliquias opera Pontificia. 28-33. S. Ludovicus ad Terram-Sanctam profectus, in Cyprus appellat, ibique sedat discordias. 34-40. Inter cæteras S. Ludovicus legationem recipit Tartarorum, ad quos suos remittit legatos cum sacris muniberis; ubi Tartarorum initia et conversio referuntur. 41-43. In Tartaros Septentrionales excitat Innocentius ducem Russie. 44-46. Hispaniam captam rex Ferdinandus ingreditur, comitante archiepiscopo Toletano, cuius sedem D. Ludovicus SS. reliquias decorat. 47, 48. Ferdinandus et Alphonsus sollicitantur ad locupletandas Ecclesias Sarracenis eruptas. 49. Nuntius Apostolicus in Polonia concilium celebrat. 50-52. Collecta subsidia; regi Scotie datum privilegium, et alia aliis collata. 53. Insigni prodigio negligientia prælatorum castigata.

MCCXLIX.

- 1-6. Crucesignatorum exercitus duce S. Ludovico in Ægyptum contendit, Damiatam capit. 7. Comparata in Occidente auxilia. 8-11. Raymundi Tolosani comitis, et Alexandri regis Scotie pia mors. 12. Entus Friderici filius a Bononiensibus captus. 13. Petri et Vineis calamitas et finis. 14. Apuli in Fridericum insurgunt. 15, 16. Russie archiepiscopus et Pragensis episcopus indigna patiuntur.

MCCL.

- 1-4. Crucesignatis Cayrum potenteribus res in deterius versæ, S. Ludovico capto et ægrotante, exercitu absumpto. 5-8. Sæviunt Sarraceni in Christianos, inter quos S. Ludovicus mira dat exempla constantiae. 9-11. Pace inita cum Sarracenis liberatur rex, Sultanus a suis occiditur. 12-25. De Christianis captiis et de statu rerum anxius S. Ludovicus ad Galliæ regnum dat litteras res gestas exponentes. 26-28. Luctus in Gallia et ubique, quem fortius expeditionis studium sequitur. 29, 30. Pastorelli haeretici exorti in Gallia et dissipati. 31-36. De crucesignatorum clade letitia Friderici, ejusdem mors, præsumpta pœnitentia, testamentum et sepulchrum. 37. Willelmus Romanorum rex bona Ezelini transferit in Albericum et Romano. 38, 39. Dux Danie Ericus occidit a fratre Abele, qui sua morte pœnas luit. 40. Tumultuaria electio episcoporum vetita in Suecia. 41-46. Cypris-Græcis, Albaïæ, aliquis provinciis a schismate ad unitatem Ecclesiae Romanæ redeuntibus, Innocentius conlert privilegia et consulti. 47-51. De Eucharistia miraculo, et de multis viris sanctorum Albo adscribendis quæstio. 52. De Parisio historico judicium.

MCCLI.

- 1-6. Innocentius in Itiam reversus Siciliæ populos ac præsules per legatum et litteras monet, arguit. 7-11. Pontifex studet Germanos ad Willelmii regis partes deducere, avellere a Conrado. 12. Magntius archiepiscopus depositus. 13, 14. Guillelmi episcopi Sabinensis pia mors et aliorum funera. 15-17. Discessurus Lugduno papa in clientelam Apostolicam cives accipit et commendat præsulibus. 18-25. Reginam Blancam et Angliae regem cupidos alloquendi Pontificem per litteras Innocentius dehortatur. 26-28. Ferdinandi regis Castelle obitus, cuius mater Berengaria jam mortua, ei Sanctius filius archiepiscopus Toletanus ab Innocentio commendatur. 29. Christianos stipendiarios Marrochitanos regi commendat Pontifex. 30-33. Lugduno Januam appulsa dat privilegia; et populus Italie pacificandis et ab haeresi expurgandis incumbit. 36, 37. In Ezelinum de haeresi suspectum quæsto instituta. 38-42. Neapolitanos et Capuanos in clientelam Apostolicam receptos privilegiis ornat Innocentius. 43, 44. Manfredus post nactam Pontificis gratiam ab eodem desciscit, urbes Campaniae occupat. 45-50. Pontifex Mediolani rebus Lithuanis consulti. 51. Innocentius Perusii. 52, 53. S. Ludovicus Ptolemaide legatos sultani Damasceni et Assasinorum recipit. 54-58. Insignia pietatis et fortitudinis opera S. Ludovici per quinquennium in Syria. 59. Rudolphio Habsburgensi ob insigne charitatis facinus imperium Germanicum offertur.

MCCLII.

- 1,2. Innocentius rescindit sanctiones Friderici adversas Ecclesiæ Siciliæ; de Tarentino, Hidruntino et Liciensi comitatibus decernit. 3-5. Missus legatus Apostolicus in Ilertruriam contra Friderici asseclas, ferventibus bellis et tumultibus; et multæ urbes reconciliata Ecclesiæ. 6. Agitur de B. Rose Viterbiensis canonizatione. 7, 8. Item de S. Stanislao episcopo Cracoviensi. 9, 10. Ezelinus de Romano haeresi et crudelitate infamis, et alter Nero. 11-15. S. Petri Veronensis zelus et martyrium. 16. Jutta virgo sanctitate clara. 17, 18. Guillelmi sententias contra imperii principes, et Conradum confirmat Innocentius. 19. In Ecclesia Constantiensis oppressionem et Bulgarensem invasorem decernitur. 20-22. Regum Sueciae et Norvegiae zelus et pietas. 23-26. Urgente S. Ludovicu nova expeditio paratur in Terram-Sanctam, ad quam regem Anglie sollicitat Innocentius, indictis precibus, et datis privilegiis. 27, 28. Itierosolymitani regni status et S. Ludovici ibi degentis opera. 29, 30. Blanchæ regina obitus, et ex eo luctus S. Ludovici. 31. Duella in Galliæ damnata ab Innocentio. 32-36. Alphonsi expeditionem

iu Sarracenos adjuvat, episcopum Urgellensem corripit, Regularium disciplinam tuetur Pontifex.

MCCLIII.

1-5. Contra Conradum in Sicilia et Apulia grassantem Innocentius vocat ad regnum Carolum Andegavensem dato ei diplomate, pactis utrinque convenitis. 6, 7. Innocentius partes tuerit regis Guillielmi, qui de Belgis triumphat. 8, 9. Constitutiones Apostolice ad archiepiscopum Bononiensem data. 10-12. Petrus Ordinis Praedicatorum SS. Martyrum catalogo appositus. 13, 14. S. Claræ virginis obitum et funus sua praesentia decorat Innocentius. 15. Joannis olim episcopi Bosniensis plus obitus. 16. Helias generalis Minoritarum minister in morte resipiscit. 17-20. S. Stanislai episcopi Cracoviensis canonizatio. 21-24. Poloni excitantur contra Tartaros per legatum Apostolicum. 25. Poxleianii ad fidem Catholicaem conversi. 26. Lithuaniae et Cumanis consulit. 27-30. Per legatos Apostolicos Hungariae et Bohemiae sedandas incumbit Pontifex. 31. Regem Danie hortatur, ut leges rescindat Ecclesie adversas. 32, 33. Otho dux Bavariae divino iustitiae exemplo moritur. 34. Judei a Galliis expulsi. 35-40. Rex Angliae ad S. expeditiōnē excitat, et de ea leges edite. 41-43. Richardi Cicestrensis, Roberti Lincolniensis et aliorum sanctorum obitus. 44, 45. Hispanorum expeditio contra Sarracenos Africæ. 46. Lusitania Ecclesia Romana vectigal. 47. Theobaldus rex Navarrae. 48, 49. Regulares privilegia donatos, ad praedicandum Evangelium hortatur Pontifex. 50-52. Galli ad liberationem S. Ludovici et ad S. expeditiōnē ab Innocentio incitati. 53. Pantaleo Justinianus patriarcha Constantinopolitanus creatus.

MCCLIV.

1-4. Sattach Tartarorum regi ad fidem converso gratulatur Innocentius. 5. Ad Turcarum sulnum litteras et viros religiosos mittit. 6-11. Litteræ Apostolicæ discutientes errores Græcorum, et multa disciplinae capita. 12-20. S. Ludovici zelus in conversione infidelium, et redditus in Galliam illustratus miraculis et virtutibus. 21-23. Ecclesiastice libertatis in Gallia S. Ludovicus assertor. 24-25. Innocentius in Sarracenos Africæ excitat Hispanos, regem Navarræ in clientelam suscipit. 26-29. Ecclesiæ Poloniae, Lithuaniae, Livoniae et Prussiae consultit; contra Tartaros insurgit. 30. De miraculis Nicolai regis Danie filii inquiritur. 31-33. Legatus Apostolicus ad conciliandos reges Hungariae et Boemiae. 34. Petrus cardinalis legatus in Germania. Conradi partes debilitaturus. 35-40. Ezelinum de Romano ob Ierinam barbariem et haereses Innocentius solemniter devotet, bonis expletat. 41-45. A papa in judicium vocatur Conradus, qui dominatu et potentia florens, Manfredo aversante moritur. 46, 47. Conradinus Conradi filius in clientelam Sedis apost. receptus. 48-54. Siciliæ regnum sibi vindicat Manfredus, quem cum fautoribus Innocentius iuribus exxit, datis litteris ad Villelimum regem Rom. 55-60. Manfredo resipisciēt papa parcit, jura confirmat et dat privilegia. 61-64. Innocentius in Sicilia honorifice exceptus a Manfredo, populi malis medetur, beneficia largitur. 65-68. Manfredus a Pontifice deficiit, ad Sarracenos Nuceriae transit. 69-74. Innocentii Neapoli obitus et sepulchrum, cuius gloria contra obtrectatores vindicatur. 75. Miraculum de Eucharistia. 76. Alexandri IV electio, laudes, litera Encyclicæ, zelus et liberalitas.

MCCLV.

1-7. Manfredi in Siciliis bellicos progressus Pontifex per legatum et tractatus cohibere nititur. 8, 9. Regnum Siciliæ oblatum Edmundo Anglo. 10-13. Ad reprimendas Ezelini sevitias Alexander legatum mittit et dat litteras Encyclicas. 14, 15. Mediolanensis, et Mantuanis consulti. 16-19. Elections episcoporum moderatur, disciplinam instaurat, et penitentibus meretricibus consultit Alexander. 20-24. S. Clara, explorata ejus sanctitate, SS. Catalogo adscripta. 25, 26. De meritis et miraculis Augustini Nidrosiensis episcopi, et Canuti regis quæstio resumpta. 27-30. S. Francisci stigmata ab Alexandro proposita venerationi populorum. 31-37. Contra haereticos Insubræ et Galliæ agens Ponifex censores fidei insituit. 38, 39. Academiæ Parisiensis cum Praedicatoribus et Minoritis controversiae. 40, 41. Prærogativis sedium Tuamensis et Bituricensis consultum. 42-47. Insignia privilegia collata ab Alexandro regi Galliarum et suis. 48. Lusitanæ rex de adulterio correptus. 49-51. Sarracenis Africæ profundatis, ibique fidei propaganda dant operam Alphonsus et papa. 52. Salamanicensis academia confirmata et aucta. 53. Ducatus Sueviæ Alphonso adjudicatus. 54, 55. Bello vastata Colonia. 56. Cracoviensis Ecclesia opibus et prærogativis aucta. 57-63. In regem Lithuaniae a fide discedentes expedito; unde paganorum conversio, et Ecclesiæ quædam provinciae additæ. 64. Riga archiepiscopal sede decorata. 65, 66. Jacobus et Trecis legatus Apostolicus in Oriente. 67-73. Infelix Syriae status ex litteris Alexandri. 74. Constantinopolitanum imperium fulcire studet Alexander. 75-77. Joannis Ducæ obitus et mores. 78. Judæorum immunitas in Hugonem puerum.

MCCLVI.

1. Willermus rex a Frisiis occiditur. 2-6. Sollicitus de electione novi regis Pontifex, per litteras Germanos ne Conradum eligit hortatur. 7-12. Turbae in Germania, et episcoporum Maguntini et Wratislaviensis captivitas; unde excommunicatio et interdictum. 13-15. Pontificis zelus in convertendis Paganiis et religione amplificanda in Germaniæ regionibus. 16. Miracula ad sepulchrum B. Stanislai. 17, 18. S. Ludovici insignis sententia de Eucharistia. 19-24. Turbae in academia Parisiensis adversus religiosos, quos tuerit Pontifex. 25. S. Richardi episcopi Cicestrensis miracula explorantur. 26. Violatores iurium Ecclesiæ in Anglia censuris perstricti. 27-28. Legalus Apostolicus in Aquitaniam pro componendis discordiis. 29. Thomas Sabaudiae

comes congecius in vincula. 30-33. Manfredus Siciliam et Calabriam paulatim subjugat. 34-37. Henrico Anglo differente expeditionem in Manfredum, hic cæteras Siciliæ urbes vi ac dolo submittit. 38, 39. Patavium ab Ezelini tyrannide eruptum. 40-43. Gradensis Ecclesia ad patriarchatum erecta. 44. Ordinem Servorum B. Mariæ Virginis confirmat, aliasque religiosas familias fovet Alexander. 45-53. Rebus Terraë-Sanctæ et Græcis schismaticis reducendis incumbit Pontifex. 56-60. Theodorus Græcorum imperator Arsenium patriarcham creat, in Bulgaros Thessalos bellum gerit.

Nicephori Blemmidæ de Spiritus S. processione duæ orationes, quarum mentio fit. 4233, num. 7, 8.

# SUMMARIUM

TOMI XXII.

---

MCLVII.

1, 2. Dissidentibus inter se electoribus, reges, Villelmo interfecto, designantur Richardus Cornubiae comes et Alphonsus Castellae et Legionis rex. 3-5. Exponuntur dissidii causæ et argumenta illi secunda, huic contraria. 6-8. Per oratores Germanie salutatus et Coloniensi archiepiscopo Aquisgrani in Romanum regem inauguratorus Richardus piæ leges sancit. Controversia nequum sedata, reges æmuli gratiam ambunt Pontificis. 9. Philippo Salisburgensi archiepiscopo exauctoralo Ulricum sufficit Alexander. 10-12. Apostolicam Constitutionem de electorum antistitum consecratione contennens Philippus contumax anathemate percellitur. 13-16. S. Hyacinthi Poloni pia mors, miracula et canonizatio; felix Primislai ducis obitus. 17-20. In Boleslaum sevum, si mouitis non cederet, sacrum bellum indici jubet Pontifex. 21-25. Religiosam militiam in barbaros Lituauos, Jaczvingos aliosque commendat et tutatur; milites facinoris crudelius committentes anathemate ad officium et obedientiam revocat. 26-28. Daniëls regis Russiae a fide defectio, et Pontificis de eo omnigena sollicitudo. 29, 30. Daniæ episcoporum Concilium; latas ibi leges Apostolica munita auctoritate Alexander. 31-33. Bellum Danos inter et Norvegos. 34-36. Sepulchrum S. Albani martyris repertum Henricus Angliæ rex pie adit. 37. Mira de sorore D. Edmundi, et Valteri sanctiss. 38-42. Edmundo regis Angliæ filio oratores cum litteris de re Sicula mittenti et Henrico patri suo Siciliam comparare molienti papa per legatos respondet. 43. Archiepiscopus Eboracensis moriturus absolutionem ab anathemate petit. 44-47. Maufredus, Henrico moras trahente, Siculos in sui obsequium adigit; Aquilani tamen in Ecclesia fide persistunt, distincti idecirco a Pontifice. 48-53. De rebus Italicis, deque favoribus Alexandri in religiosos. 54-57. Pontifex maximus libertatis Ecclesiæ adsertor ipse, Galliarum præsules ad eam utandam excitat. Episcopis Pamphilensis privilegium confert coronandi Navarræ reges. 58, 59. Tartarorum de Saracenis Assasinis et de Perside victoria. 60-62. De Assasinorum in Phœnicis provincia sede et religione. 63-74. Tartari proditorie vineunt Turcos et tributariorum sibi constituant eorum principem. Pontifex Aladino Iconi soldano superstitionis Mahometanicæ contemptori fidei Christianæ principaliora mysteria per litteras egregie exponit.

MCLVIII.

1-12. In ingentibus Italæ turbis crudeles Ezelinus et Albericus anathemate percutiuntur, diversæ civitates variam sortem experiuntur; seditione Romæ excitata Pontifex Viterbum fugit, expertus quarumdam provinciarum suarum defectionem auctore Manfredo, quem astutia sua decepti Siculi regem eligunt. 13-15. Alexander curis de Siciliæ rebus intentus in Angliam nuntium mittit; postposito Alphonso Castellæ rege, Richardum regis Romanorum titulo ornat. 16-19. Ludovicum Galliarum regem ob illustria sanctitatis specimina binis litteris dignatur. 20-22. Discordia inter Galliarum et Aragoniæ reges a S. Ludovico optime composita; S. Saturnini miracula. 23-28. Statutis quibusdam de haereticis latis Catharorum et Waldensium errores describuntur. 29-39. In conciliandis Januensibus et Venetiis domi et in Oriente contra Pisanos bellantibus Pontificis paterna studia. 40-42. De turbis Saracenos inter et Tartaros. 43, 44. Michaeli Bulgarorum regi cæso succedit Itechi filius Constantinus.

MCCLIX.

**1-5.** Ezelino tyranno impie mortuo, et Alberico fratre ejus depulso Ecclesia recreari cepit. **3.** Provida Alexandri de misero Insubriae statu decreta, quæ spernens ambitiosus Manfredus censuris punitur. **14-17.** Pontifex precibus Theobaldi Navarrae regis ut coronetur annui, ejus pietalem insigniaque studia per litteras laudat. **18-20.** Pro Aragoniae et Castellæ regnis quædam decernit et Valdemaro Sueciae regi ob graves rationes uxorem neptem ducere concedit Pontifex. **21-26.** Pontifex collapsis moribus disciplinæque Ecclesiastice instaurandæ incumbit, presulibus grave eorum munus inculcat. **27-30.** Parisienses academicos et pertinacem Guillelmum et S. Amore litteris corripit. **31-44.** Tartaris Occidentem sibi subjicere, Ungariam adjungere meditantibus, Alexander horum regem Belam litteris solatur eique subsidia pollicetur. **45, 46.** De Anglorum turbis deque frustrata pace S. Ludovicum inter ei Henricum. **47-51.** Lugenti S. regi de morte filii Ludovici consolatoria. Pontificia Epistola. **52-60.** Graecorum imperii status delecto Michaele Palæologo, et Balduini cum codem pacis studium optato destitutum successu describitur. **61-63.** Quædam de Hospitaliorum et Templariorum ordinibus.

MCCLX.

**1-5.** Pace ab Alexandro oblata repulsa, Mansfredus varios motus excitat, Florentinos in Senenses infaste pugnantes subjugat. **6-12.** De Flagellantum haeresis origine, dilatatione et erroribus. **13.** Alexander controversiam in clero Urbis natam componit. **14.** Edicta Pontificis in defendendo jure Ecclesiastico in Scotia. **15, 16.** De Alberto magno deque magicæ artis in Germania funesto exitu. **17-21.** Germaniae imperium Primislao Bohemorum regi offerunt; Alexandri de ejus inunctione instructio Pragensi et Olomucensi episcopis. **22, 23.** Pontifex de Christianorum in Prussia strage agit. **24.** Pax inter Ungaros et Bohemos de Styria proclamata. **25-28.** Tartari devastata Polonia in Asia late progrediuntur. **29, 30.** Olaooi eorum regi baptisari cupienti gratulator Pontifex. **31, 35.** Concilium in Galliis de parandis auxiliis Palestinæ Christianis. **36-50.** Pontifex Epistola amplissima de controversiis inter episcopos Graecos et Latinos in Cypro decernit. **51-54.** Trium principum bellum adversus Palæologum.

MCCLXI.

**1-3.** Adversus haereticos et infideles Pontificis decreta et studia. **4-6.** Concilium Romæ indictum differtur ob Tartaros in plures provincias irruentes. **7-15.** Pontifice post indictum Viterbiæ Concilium mortuo, Urbanus IV papa eligitur; Encyclica ejus litteræ. **16-21.** Scribit sorori de sua electione, item S. Ludovico et filio ejus Philippo. **22.** De Manfredi tyrannde. **23-25.** Pontifex discordias Ecclesie Salisburgensis componit. **26-35.** Constantinopolis a Graecis expugnata variis turbis vexatur; Palæologus ab Arsenio anathemate feritur. **36.** Pontifex instituit Ordinem equestrem B. M., eique formulam disciplina præscribit.

MCCLXII.

**1-8.** Ad Alphonsum imperialia insignia postulantem, ad regem Bohemiæ super Germaniae electorum consilio Conradinum Cæsarem creandi Pontificis Epistolæ. **9-15.** Ad Jacobum Aragoniae regem, cuius affinitatem affectabat Manfredus, scribit Urbanus eum ab istiusmodi opprobrio dehortans. **16-21.** Item ad S. Ludovicum gratulando ipsum affinitatem Aragoniae regis respuisse. **22.** Monita Pontificis ad fidei censurem creatos in Liguria et Insubria. **23-26.** De Richardi Cicestrensis in Anglia episcopi sanctis adscripti vita et miraculis. **27.** Eximiae virtutes Ulrici Racemburgensis in Germania episcopi. **28.** B. Egidii mors et quædam gesta. **29-32.** Quid jam papa Alexander adversus Tartaros constituerat, et qualiter Urbanus super consilio Septentrionalium responderit. **33-43.** Invalescente schismatiscorum potentia, Urbanus per litteras hortatur fideles et S. Ludovicum ut Balduino arma comparanti open ferant. **44-51.** Studium Pontificis in componenda controversia Margaritam reginam inter et Andegaviam comitem. **52.** Cardinalum creatio.

MCCLXIII.

**1-15.** Pontifex ob clades Christianis in Terra-Sancta et maxime iis in Syria infictas ingenti dolore affectus, lugubribus litteris S. Ludovicum ac per eum fideles ad auxilia paranda incitat, obsecratur. **16-21.** Pontifex curans recuperare Constantinopolitanum imperium inter alia Ecclesiasticos ad bellicos suuipius tolerandos obstringit, detrectantes objurgat. **22-36.** Palæologo gratiam Pontificis ambienti, schisma abjurare Graecosque in gremium Romanæ Ecclesiæ reducere promittenti Urbanus respondet amplissimis et Pontifice dignissimis litteris, et apocesisarios ad id exequendum mittit. **37-42.** Litigium super imperio Occidentalibz inter Alphonsum et Richardum enatum Urbanus edita Constitutione componere nititur, utrumque Romanorum regis titulo decorando. **43-63.** Richardum propterea tratum patre instruit, utrumque ad mutuam concordiam eodem litterarum exemplo legatis ad eos missis concredito revocat. **64-72.** Pontifex Manfredum Italia dominum affectantem ad dilundandam causam vocat; litteris ad Christi fideles directis ejus tyramnidem expavit. **73-80.** Duabus litteris Senensem crudelitates exprobavit, ad officia eos revocat, sed incassum ad auxilia externa confugit, in primis Francorum et Anglorum. **81-86.** De exerto in Anglia bello ci- Pontifex sollicitus S. Ludovicum ad illud sopiaendum incitat, legatum mittit. **87-90.** De Rutenis et Lithuanis, de S. Antono, Clarissis et Servitis.

MCCLXIV.

- 1.** Pontifex quos ad officium frustra censuris, armis nunc adigere meditatur. **2-12.** Ac primo pacem Francorum reginam inter et Carolum Andegaviae comitem restituere adnusus cum hocce de Siciliæ regno tractat. **13-15.** Novos propterea Manfredi insultus Pontifex litteris S. Ludovico significat, et Alphonsum Pietaviæ comitem ad suppetias Carolo ferendas sollicitat. **16-18.** In Manfredum sacra militia indicitur. **19-26.** Manfredi cum Petro e Vico conjuratio ad redigendum in servitatem B. Petri patrimonium Urbemque Pontifici eripieundam. **27-28.** Institutum ab Urbano festum Corporis Domini. **29.** Curæ Pontificis de Sardinia et Corsica. **30-31.** Urbani clementia in hostes deseribit. **32-34.** S. Ludovici in pacanda Anglia, Pontificis in Navarre rege tuendo studium. **35-36.** Maurorum in Hispania irruption et clades. Hispalensis. archiepiscopi privilegium. **37-39.** De controversia inter Alfonsum et Richardum Pontificis litteræ. **40.** Rodolphus Habsburgensis imperio potitur. **41-43.** Archiepiscopum Coloniensem tutatur, Lundensem sede deicit Honorius. **44-47.** Litteris Pontificis monitus in Ruthe nos, Lithuaniaos alias hostes arma suscipit Othocarius Bohemicus rex, in Jacezingos Boleslaus Cracoviæ dux. **48-51.** Ungaria rex a fœdere cum Tartari ineundo per Pontificem dehortatus arma in eos comparat. **52-53.** Dissidium inter Belam et filium Stephanum Pontifex duabus litteris componere studet. **56-57.** In Graecos militiam religiosam instrui curat. **58-65.** Palæologi Romaniae Ecclesiæ aggregari cupientis litteræ ad papam, a quo ad propositum exsequendum per Epistolam gratulatoriam adhortatur. **66.** Pontifex componendis Graecos inter et Latinos Cyprios discordis intentus. **67, 68.** Pontificis studia pro Palestina et Syria, item pro Sarracenorū conversione. **69-71.** Pontificis mors, et Senensem hostilis in S. Sedi patrimonium animus.

MCCLXV.

- 1-5.** Clementis IV electio, primordia et litteræ ad omnes præsules. **6.** Gratulatoriae regis Hungariae et aliorum. **7-10.** Clementis ad varios principes et ad suos cognatos Epistolæ. **11.** Tristis orbis Christiani hoc tempore status. **12, 13.** Pontifex increpat Carolum Andegaviae comitem. **14-16.** Decernit deficiente herede legitimo regni successorem esse Ecclesiam. **17-20.** Quædam statuta Carolo notificat. **21.** Carolo de accepto regio nomine gratulatur. **22-25.** S. Ludovici contra Manfredum opem implorat, Carolum cum eodem certare vitat. **26-29.** Sacrum bellum in Galliis contra eundem tyrannum promulgat. **30, 31.** Pontificis in tuendo jure Ecclesiastico zelus. **32-36.** Clementis validissimæ litteræ contra Saracenos ex Hispaniæ regno pellendos. **37-39.** De fidelium in Asia funesto statu, lugubres Pontificis litteræ. **40-47.** Pontifex Armeniae regem Aytонum, Palæologum, S. Ludovicum, item Franciæ fideles totidem Epistolis hortatur ad feredum Christianis auxilium. **48-50.** In Ungaria regnisque finitimi contra Tartaros invasores sacram militiam indicit. **51-57.** De sedandis in Dania tumultibus Pontificis et prædecessoris paternæ curæ. **58-60.** Tragica Agnetis monialis historia. **61-68.** Clemens ad medendum tristi sorti Angliæ in hoc regnum mittit legatum optime instructum, hortatur ad idem Ludovicum, qui ipsi obsequitur. **69-73.** Legatus perduelles devineit anathemate, regem libertati restituit. **74.** In S. Bonaventuram elogia. **75.** De S. Thoma Aquinate ; de Templariis.

MCCLXVI.

- 1-4.** De Caroli et Beatrixis solemini inunctione litteræ Pontificiæ. **5-7.** Caroli liberalitas, Pontificis querela et consilia. **8-11.** Clemens litteris gravissime refringit minas Manfredi, in quem expeditio sacra instauratur. **12-21.** Parta victoria sibi per litteras gratulantur Carolus et Clemens ; describuntur etiam Manfredi hac occasione extincti viua. **22.** Plures Italæ populi Ecclesiæ reconciliati. **23, 24.** Pontifex de felicibus et Victoria illa successibus, deque Balduino auxila contra Graecos anhelante. **25, 26.** Mauri Hispaniam infestantes prælio funduntur. **27-33.** Pontificis ad regem Aragonum litteræ de secundis nuptiis, et de Saracenis a regno exscindendis ; et de Judæis coercendis. **34.** Felicia Alfonsi Castellæ in Mauros gesta. **35, 36.** Anglia a perduellibus antea oppressa Pontificis cura erigitur. **37.** Jus Ecclesiæ tuerit Pontifex. **38-39.** De eadem materia, item de pace litteræ Clementis ad Hungariæ regem. **40.** Polonia de Ruthenis victrix. **41-47.** Rebus Christianis in Terra-Sancta in maxima discrimina adductis Pontificis iterata sollicitudines.

MCCLXVII.

- 1, 2. Antipapæ dol, quos declinat Gregorius. 3. Ladislaus Romanum occupat, ejus in Urbem ingressus. 4. Antipapa Romani occupare nititur. 5, 6. Gregorius fideles de rerum statu edocet. 7. Gregorio novos cardinales creare meditanti acriter resistunt cardinales. 8. Soluto sacramento, cardinales creat, unde sex cardinales Gregorio adversantur et Pisani petunt. 9-19. Cardinales aversi provocant ad Concilium, datis rationibus, quas refutat Gregorius. 20. De redigendis in ordinem papa et antipapa actum. 21-31. Indictum Concilium hinc a papa illinc a cardinalibus. 32-39. Cardinalium litteræ ad Gregorium exprobrantium temere illius acta, et convocantium Pisani Concilium. 40. Perjuria et fraudes Petri e Luna Galis nota, qui ab eo deficiunt. 41. Gregorius purgat se ab imposito crimen et cardinales ad officium revocat. 42. Alii cardinales deserunt Gregorium qui Senas honorifice ingreditur. 43. Ballhasaris Cossæ insignis defœctio et gesta adversus Gregorium. 44-46. Responsio cardinalium data Senensibus Pisani missis ad eos revocandos. 47-51. Responsa cardinalium confutat Gregorius. 52-53. Cardinales sententia decretoria damnavi a Gregorio conantur ad se alicere præses Gregorii studiosos aliasque ejus administratos. 59. Cardinales alii creati a Gregorio, ex quibus Lucam Florentinum in Etruria legatum creat. 60. Gregorius Ariminium profectus Antonium card. Portuensem in Germaniam legatum mittit. 61-66. Judicaria acta Gregorii in card. Pisani conventus. 67. Indictum a Gregorio Utinense Concilium. 68. Leodiense bellum cruentissimum. 69. Pragæ celebrata synodus adversus Wiclefistas. 70. Wiclefistica heresis Pragæ propagata per Joannem Hus et Hieronymum Pragensem. 71. Miraculum Eucharisticum. 72. Puer naufragus divinitus servatus.

MCDIX.

- 1-4. Gregorius cardinales edictis insectatur. 3-10. Florentini sentiunt cum cardinalibus, unde Gregorii apologia ad eos transmissa. 11. Card. S. Sixti missus legatus in Pannoniam, etc., et card. episc. Portuens. in Angliam et Germaniam. 12. Pisani Acta Concilii: sessiones prima, secunda et tertia. 13-18. Cæsareus orator nomine Roberti regis Rom. proponit dubia circa validitatem convocationis et celebrationis Concilii. 19-33. Cæsarei oratores Pisani abscedunt, dato insigni Diplomate de provocatione ad atutum Concilium Oecumenicum. 34-39. Carolus de Malatestis agit de concordia integranda inter cardinales et Gregorium. 40-44. Responsa cardinalium contendentium pro Concilio Pisani celebrando. 45. Difficultates ingentes circa auctoritatem Pisani Concilii, et numerus Patrum qui eidem interfuerunt. 46. Acta in sessionibus quinta, sexta, septima, octava et nona. 47-70. Capita criminum objecta Gregorio et Petro e Luna in tringita septem articolos distributa. 71. Pisani Concilii decretum et sententia lata contra papam et antipapam. 72. Cardinales eligunt Pontificem Petrum de Candia seu Alexandrum V. 73. Alexander confirmat Acta Concilii Pisani, dissolvit sententias aliorum Pontificum, sancit leges. 74-78. Petrus e Luna insurgit in Acta Concilii Pisani. 79. Pisani Concilii con-

troversa auctoritas. 80. An Alexander fuerit verus Pontifex. 84. Cur Gregorius a Pontificum catalogo non eradatur. 82. Synodus Aquileiensis a Gregorio indicta et habita, in qua damnantur duo Pseudopontifices. 83. Gregorius decernit cesserum se, si æmuli cedant. 84. Acta Concilium Perpinianensis, quo Petrus et Luna illudit præsulibus. 85-87. Alexander V pro Pontifice se gerens Romam capit, Ladislaum in judicium vocat, dato ad id decreto, qui tamen Gregorio magis magisque adhaeret. 88. Pragenses doctores dannant iterum Wicleffum, cuius errores Joannes Hus clam diffundit. 89. Alexander V damnat Joannem Hus Wicleffii errores prædicantem. 90. Burginus hæresiarcha, et alii hæretici.

MCDX.

1. Roberti regis obitus, et Sigismundi electio. 2. Martini regis Aragonum mors, cui succedit Ferdinandus. 3. Miserandum prælium inter Polonos et Cruciferos. 4. Gregorii sententia in schismaticos. 5. Alexander Bononiensem se confert. 6-15. Gregorium et antipapam insectatur Alexander, dato Diplomate. 16. Romani, decretis oratoribus, Alexandro se subjiciunt. 17. Alexandri mors. 18-20. Creatio Balthasaris Cossus qui Joannis XXIII nomen assumit. 21, 22. Dat litteras Encyclicas ad universos præsules. 23, 24. Omnes ad suum obsequium traducere nititur. 25. Legatum mittit in Hispaniam, et Ludovicum Andegavensem inducere nititur in regnum Neapolitanum. 26. Ludovici Andegavensis classis profligata a Ladislao. 27-28. Sigismundus rex ad Joannis partes se confert. 29. Instituenda in Pannonia Academiæ potestas data. 30. Henricus Lusitanus, ad detectas Barbarorum oras lustrandas, classem instruit. 31. Puer mersus aquis vite restitutus, et Judæorum immanitas in puerum Christianum.

MCDXI.

1. Gregorius secum non sentientes edictis defigit, anathemata infligit, Ecclesiæ consulti. 2. Joannis XXIII gesta. Gregorium et Petrum et Luna ut hæresiarchas insectatur. 3. Joannes parat in Ladislaum expeditionem. 4. Fracte tumultuorio bello Ladislai copie, qui tamen fuga lapsus reintegrat exercitum. 5. Joannes sacrum bellum in Ladislaum indicit, ob quod Hussitæ illum carpunt, et turbas cœnt. 6. Joannes Emilie partem amittit. 7. Concilium Romæ celebrandum indicit Joannes. 8. Aurelianenses bellum indicunt Burgundo. Granatenses Castellam excursionibus infestant. 9. Cardinales creati a Joanne. 10. Charismata S. Franciscæ Romanæ, et Evangelistæ ejus filii. 11. Aegidius hæresiarcha.

MCDXII.

1. Gregorii litteræ Encyclicæ ut schismaticis resipiscientibus et Catholicis consulat. 2. Ladislaus ad Joannis partes transit, datis ad eum supplicibus litteris. 3. Concordie leges inter Joannem et Ladislaum, qui perfide prodit Gregorium, et Gaeta expellit. 4. Gregorius Gaeta fugiens Ariminum appellit. 5. Concilium a Joanne XXIII celebratum, Joannes Hus damnat hæresim, simulante tamen et perfide. 6. Inter Polonum et equites Cruciferos pax inita. 7. Intestina Gallorum bella, et redintegrata pax. 8, 9. Commentarius contra Judæos editus ab Hieronymo de Sancta Fide.

MCDXIII.

- 1-4. Wicleff libri damnati in Concilio Romano. 5-12. Congregati Praga doctores pro damnandis Wicleff hæresibus, et vindicando ab heresio Bohemicu nomine. 13. Anglia tumultibus concussa per Joannem Oldcastellium hæticorum signiferum. 14. Oldcastellius in jus vocatus a Synodo et damnatus. 15. Joannis Parvi errores damnati. 16, 17. Joannis XXIII litteræ de inductione Concilio. 18. Cardinales creati, et legati missi a Joanne. 19. Ladislaus rex Romam dolose occupat, Joannes cum cardinalibus fugit, Sigismundi auxilium implorat. 20. S. Franciscæ filius per miraculum restitutus. 21, 22. Joannes et Sigismundus Laudam convenientes Constantiam designant pro celebrando Concilio, ad quod litteræ Encyclicæ datae. 23. Gregorius a Joanne ut veniat ad Concilium provocatus. 24. Samagitia ad Christum conversa.

MCDXIV.

1. Gregorius Constantienses conventus disturbare nititur, datis ad Sigismundum litteris. 2. Decernit legatum ad Constantienses conventus. 3. Joannis Pontificatus in controversiam vocatus in Germania. 4. Reprehensus Gregorius a Sigismundo, causam suam tueretur de se non subjiciendo Concilio. 5. Joannis XXIII in Ladislaum consilia. 6. Ladislaus rex moritur, unde variae rerum conversiones. 7, 8. Joannes Constantiam adit, primam Concilii sessionem celebrat, in qua ejus Diploma legitur. 9. Joannes præsules ad Concilium sollicitat; in Wicleffii errores pugnat. 10. Judicarius ordo constitutus in Joannem Hus. 11. Husi ad Concilium adventus. 12. Sigismundus Aquisgranii Germanica corona redimitus. 13. Sigismundi et episcopi Constantiam frequens adventus. 14. Flagellantum hæresis. 15, 16. Lolardi hæretici in Anglia rebellantes repressi. 17. Wicleffista divinitus conversus ad fidem Catholicam. 18. In sumptione Eucharistie miraculum. 19. Conspecta et calo crux. 20. S. Vincentius Ferrerius dono linguarum præditus. 21. Bellum recrudescit inter Aurelianenses et Burgundum.

MCDXV.

1. Constantiensi Concilio auctoritatib[us] tribuit Gregorius. 2-4. Joannis artes et effugia, ejusque sponsio litteris confirmata de abdicatione Pontificatus. 5. Pro reductione Petri de Luna conatus varii, et congressus Villafranca inductus. 6. Turpis Joannis fuga ab urbe Constantiæ et turbæ hinc ortæ. 7, 8. Status controversiæ an papa sit supra vel infra Concilium qualis

extiterit. 9-13. Joannes sua fugae inanes causas pretegit, contra quem Constantienses Patres dant litteras Encyclicas. 14. Sessio quinta Concilii; variae Joannis vices hac illac fugientis. 15. De sponzionibus Joanni XXIII faciendis, et designata loca ad que ipse se conferret. 16. Parisiensium doctorum littere lectae in Concilio, et judicaria actio instruta in Joannem. 17. Fridericus Austriacus in crimen Joannis abducti vocatus. 18. Mira vis Conciliorum ad pacandas Ecclesie turbas. 19, 20. Accusationum in Joannem capita. 21. In Concilii potestatem redactus Joannes. 22. De mitiganda in Joannem sententia actum. 23. Latæ in Joannem sententia formula. 24. Joannes latam in se sententiam confirmat; et exauxtoratus custodia mancipatur. 25. Inducti a novatoribus ritus in porrigena Eucharistia. 26. Gregorii XII litteræ ad Concilium productæ. 27. Pars qua Gregorium et qua Joannem erant secutæ conjunctæ sunt, et Gregorius abdicat. 28. Novi cardinales a Concilio creantur, et cardinalatus jura sibi reservat Gregorius. 29. Gregorius creatus perpetuus Piceni legatus, et alia amplissima ei attributa. 30. Petrus e Luna in judicium vocatus et poenæ in eum decrete. 31. Joannes Ilus fugam bis tentat, et in vincula conjicitur. 32. Hussite turbas movent pro illo liberando. 33. Hæreticorum calumniæ in Concilium confutantur. 34. Judices e singulis nationibus delecti ad hæreticorum causam cognoscendam. 35. Quadragesima quinque articuli Wicleff iterum damnantur. 36. Pannato Wicleffo, Joannes Ilus pertinacior evadit. 37. Joannes Ilus tergiversationes et perfida responsa. 38. Ilus urgetur pte et sollicite ut suos alijuret errores. 39. Tentatae omnes artes ut Joannes Ilus resipiscat. 40. Ilus pugnantia inter se docuit, mendacissimus et imprudentissimus. 41. Errores Wicleff et Hussi contra sacramenta et dogmata Ecclesiæ. 42. Lata in Joannem Ilus sententia, qui proinde sacerdotali dignitate exauxtoratur, et vivus exuritur. 43. Encyclicæ Concilii litteræ ad Bohemos, et excitata Praga seditio ab hæreticis. 44. Sessiones XVI, XVII et XVIII habite, in quibus de permovendo Petro e Luna actum ut Pontificatum deponebat, decreta ad eum legatione, et de ceteris. 45. Sessio XIX, in qua Hieronymus Pragensis hæresim revocare pollicetur, et multis verbis snadet. 46. Sponsio indemnitatis facta hæreticis ni heresim dannant, non valet. 47, 48. Colloquia regum cum Petro de Luna, et hujus effugia et deliramenta. 49. Porrecti iterum supplices libelli a regibus Petro e Luna, qui pertinacior Illebiri fugit. 50. Respuit Petrus salubria consilia. 51. Paniscolam se subducit, dum oratores Hispani instant iterum ut Pontificatum deponeat. 52. S. Vincentius Ferrierus in Petrum e Luna invehitur, ejusque pertinaciam reprobatur. 53. Hispanorum decreta pro abolendo schismate concepta, et plurium Bohemorum defectio. 54. Dum Sigismundus imp. regibus Angliae et Galliae componendis vacat, Turcae savam excursionem in Hungariam aliasque regiones faciunt. 55. Veneti a Concilio Constantieni, ut arma in Turcam expediunt sollicitati. 56. Lusitanii in Africa bellum feliciter gerunt contra Saracenos, capta urbe Septa. 57. Pius Henrici e regia stirpe Norwegiæ obitus.

## MCDXVI.

4-3. Ferdinandus rex Arag. se a Petri e Luna obsequio suosque populos subducit. 4, 5. Aragones deserunt antipapam, laudati a S. Vincentio Ferriero. 6. Literæ Concilii ad Hispanos date ut veniant ad firmandas pactiones. 7. Confœcta harum literarum plura exempla ad reges et principes. 8. Concilii litteræ ad Bohemos, quibus præcipui Hussi fautorum damnantur. 9. Bohemos Sigismundus increpat et minatur. 10. Oratores Aragonenses se sistunt Concilio. 11. Ferdinandi regis obitus cui succedit Alfonsus, qui dittas ad pseudocardinales Lunanos ut adeant Constantiam. 12. Pseudocardinales Lunani reluctantur, et Alfonsum subornare nituntur. 13-18. Adductus in judicium coram Patribus Hieronymus Pragensis et multorum errorum et criminum accusatus. 19. Ejusdem Hieronymi tergiversationes et simulationes detectæ. 20. Impia et seditionis concio Hieronymi Pragen. habita in Concilio. 21. Sententia in Hieronymum lata, et ejus supplicium. 22. Indictio a Concilio ut de sanctitate et miraculis aliquorum servorum Dei inquireretur. 23. Datae litteræ a Concilio ad præsules et principes ut Constantiam accederent. 24, 25. Vocati in jus Hussite, lector regis Aragon, litteræ. 26. Excusationes regis Aragon. admittit Concilium. 27, 28. Laudata Aragoniorum petas; disceptata iura et nomina aliorum regum. 29. Lectæ in Concilio litteræ regis Poloniae omnino modum subjectionem profitentis. 30. Aliorum legatorum acta coram Concilio. 31. De honoris gradu inter oratores certatum. 32. In Petrum e Luna inquisitum, et aliæ ortæ contentiones. 33. Alia acta Concilii, et dissensiones ac bella in variis regionibus. 34. Sigismundus curat ut, sedatis regum controversiis, Turcarum progressus impediatur.

## MCDXVII.

4. Fridericus Austriacus Tridentine Ecclesiæ oppressor damnatur a Concilio. 2, 3. De Anglicâ natione his mota ab Hispanis et Gallis, et quomodo a Concilio dirempta. 4. Judiciorum ordo in Petrum e Luna, et hujus fallacia responsa. 5. Expositum Concilio Petri e Luna pertinax responsum et in eum indictum judicium. 6, 7. Castellæ regis oratores denuntiant discessiōnem a Petro e Luna, qui inanes et hypocritas querelas effundit. 8-11. Accusationum præcipua capita proposita in Concilio adversus Petrum e Luna. 12. Pronuntiatur schismaticis et hæreticis, et omni jure et honore exauxtoratur. 13, 14. Sanctiones Concilii ad præcavenda schismata. 15. Formula fidei quam professuri sunt novi Pontifices. 16. Statuta leges electionis Pontificum.

4-3. Illic incipit volumen XVIII Raynaldi. — Creatio et coronatio Martini V papæ. 4. Gratulatoriae

ad eum litteræ ducum et principum. 5. Præsumul preces ad flectendam Petri e Luna pervicaciam. 6. Jacobus S. Eustachii creatus legatus ad tuendam ditionem Ecclesiasticam. 7, 8. Pragensis Academia inflecta hæresi laicos irretit, proposita eisdem communione calicis. 9, 10. Bohemorum pertinacia et furor in novenda hæresi. 11. Flagellatorum impia et crudelis secta. 12. Pia B. Nicolai Albergati festa.

MCDXVIII.

1. Ecclesiæ in ordinem veterem reductæ; indictum Ticini Concilium. 2. Dissoluta Synodus. 3, 4. Constitutio contra Wicleffii et Hussi hæreses. 5. Instaurata Bonifaci Constitutio de inquirendis hæreticis. 6. Martini ad Bohemos litteræ pareneticae. 7. Joannes Premontrensis apostata. 8, 9. Legatus Apostolicus in Bohemiam et Hungariam missus. 10. Sigismundi nimia clementia malum auget. 11. Fraticellorum reliquie in Italia. 12, 13. Ad Petri e Luna pertinaciam emolliendam omnia adhibent rationum et precum momenta ejus pseudocardinales. 14. Pseudo card. Petri e Luna ad Martinum confugiunt. 15. Alfonsus rex antipape pertinaciam fovet. 16. Sigismundus rex optime de Ecclesia meritus. 17. De Græcis Ecclesiæ gremio restituendis agitur. 18. Privilegia confirmantur regi Poloniæ optime de Ecclesia merito. 19. Idem rex Polon. creator vicarius Pontificis. 20. Eodem privilegio ornatur Lituanie dux. 21-23. Regem Lusitanie bellum in Mauros parantem Martinus sollicitat, aliosque excitat, et privilegiis ornal crucis signatos. 24, 25. Ad sedandum bellum inter Galliæ et Angliae reges legati Apostoli missi. 26-28. Factiones Burgunda et Aurelianensis in Gallia debacchantur. 29, 30. Petrus card. decernitur legatus in regnum Neapolit. 31. Jacobus rex ab uxore Joanna tenuis in carcere, in libertatem restitutos fugit. 32. In simoniacum scelus Constitutio. 33. Aliæ Martini sanctiones. 34, 35. Dispensatur impedimentum affinitatis inter Joannem comitem Fuxi, et Blancham Navarræ. 36. Martinus Gebenna Mantua pergit.

MCDXIX.

1. De pace inter Cruciferos et Polonus agit Martinus. 2. Judæos ab injuriis vindicat eisque consulti. 3. Ferrariam et Florentiam contendit Martinus. 4. Romani gravibus discordiis impliciti. 5. Balthasar Cossa ad Pontif. transferri jussus, primus cardinalis creatus, moritur. 6. Anathema latum in Petrum e Luna. 7. Decretus in Aragoniam internuntius ad schisma tollendum. 8. Joann i Lutianie regis bellum in Africa gerenti favet Martinus, datus litteris Encyclicis. 9. Inter Angliam et Galliam bella, Burgundi et Delphini partes inter se digladiantur. 10. In Bohemia crescit in dies impietas hæreticorum, unde coniurationes et cædes. 11, 12. Piissimus B. Vincentii Ferrerii obitus. 13. Bernardinus Senensis sanctitate floruit, cuius est æmulus Manfredus Ord. Præd. 14. Misera Constantinop. imperii conditio.

MCDXX.

- 1, 2. Sacra expeditio in Petrum e Luna indicitur. 3-5. Civiles motus in Castella, quos compescere nititur Martinus. 6. Gallicum regnum in potestatem Anglorum redactum. 7. Jacobus rex Neapolit. divinis animum applicat. 8. Ludovicus Andegaven. ad regnum Neapolitan. adspicit. ad quod decretus a Martino legatus. 9. Martinus regno Neapolit. consulti, Bononiam recuperat. 10. Quæ feliciter gesta a Martino Florentiæ. 11. Florentia discedens Martinus Romanum ingreditur. 12. Inter Polonus et Cruciferos recrudescente bello, Martinus occurrit. 13. Hussitis ad arma et seditiones ruentibus, Martinus sacram expeditionem indicit. 14. Pragam obsidet Sigismundus, quem Zisca hæreticorum dux ini quis postulatis tentat fallere. 15. Pragensis Ecclesiæ expilatae, plures urbes ab hæreticis occupatae. 16. Salisburgensis Synodus. 17-20. Nicolai Scrutarii errores et damnatio. 21, 22. Wicleffistæ in Scotia. 23. S. Bernardinus in Italia inclarescit. 24. Utinensem dissidia mire sublata. 25. B. M. Virginis opem vir simplex experitur. 26. Mahometes et Turcarum imp. contra quem Martinus sacram indicit expeditionem. 27, 28. Græcis ad Ecclesiæ sinum redire cupientibus Martinus per legationem consulti. 29. Ob morlem Mahometis Græci timore soluti. Lusitanorum in Fortunatas insulas navigatio.

MCDXXI.

1. Joanna perduellis Braccium evocat contra Martinum. 2. Alfonsus Aragonius regnum Neapolit. invadit. 3. Alfonsus hæresiarcham Petrum e Luna fovet, a perditis hominibus sußultum. 4. Fraticellorum reliquie ex Italia avulsa. 5. Tres sectæ in Bohemia impudentissimæ. 6, 7. Hæresi grassante in Bohemia, Martinus sacram expeditionem indicit, legatum mittit. 8. Card. Branda legatus Lcodium venit. 9. Hæreticorum pertinacia insignis. 10. Expeditio Sigismundi in Bohemos. 11, 12. Pseudosynodus habita a Calixtinis schismaticis, et ejus canonies. 13. Crucis signatorum successus in bello Bohemico. 14. Samagita ad Christum traxi Martini litteris recreantur. 15. Discordia inter regem Poloniæ et ducem Lituanie. 16. Spes de Græcis reductione. 17. De Granatenibus debellandis agitatum; ad quod Martinus regi Castella favet. 18. Post prælia et cædes Anglus rex Gallicis regionibus potitur, multa pollicetur Martino favore Ecclesiæ. 19-21. Henricus Anglus et Delphinus sollicitati ad pacem a Marlino, missis litteris et legato Nicolao Albergato. 22. Ditionis Pontificie res curat Martinus. 23. Gennenses in scrutinum redacti.

MCDXXII.

- 1, 2. Toreæ in Orientale imperium irrumponit, Constantinop. obsident; Martinus reges et principes excitat; Græcos ad ejurandum schismæ hortatur. 3. Legatus ad Emmanuelem imp. missus.

4. In Christianos ferentes opem Turcis Martinus pœnas sancit. 5-14. Acta legationis gestæ Constantinopoli a nuntio Apostolico Antonio Massano circa unionem Ecclesiarum. 15. Resposum Joannis imp. ad Martinum V circa idem. 16, 17. Furentibus in Bohemia factionibus haereticis, Martinus Ecclesiasticos viros arma in eos tractantes a censuris immunes declarat. 18, 19. Ad reprimendos Bohemorum impetus solemne colloquium indicitur Nurembergæ, ad quod Martinus invitat Sigismundum. 20. Sanctum in colloquio delendos interneccione haereticos. 21, 22. Bohemi a Polono auxilio conquirunt, qua Martinus avertore nititur. 23. Novæ haereses in Anglia. 24. Deistarum haeresis. 25. Repullulant Lunani schismatis reliquæ. 26, 27. Joannes Armeniaci comes schismaticus in judicium vocatur a Martino. 28. Henricus V Anglie rex moritur, cui succedit Henricus VI. 29. Martini studia pro pace instauranda, et vindicanda libertate Ecclesiastica in Anglia. 30-32. Sabaudæ dux ad concordiam urgendam sollicitatus inter Gallos et Anglos, addito legato Apostolico. 33. Carolus VII rex Galliae, legitimus a Martino habitus, datis ad cum litteris. 34, 35. Contentio pro regno Neapolit. inter reges Siciliæ et Aragoniæ. 36. Edita a Martino pro Judæis sanctio.

MCDXXXIII.

1, 2. Ticinense Concilium, et de eo Martini litteræ ad episcopos et Sorbonicos. 3, 4. Internuntii a Martino missi ad Ticinense Concilium, quod, lue grassante, transfertur Senas. 5, 6. Sanctiones adversus schismaticos. 7. Petri e Luna obitus, et novi antipapæ creatio ope Alfonsi regis. 8, 9. Valentini Paniscolam obsidere deliberant; dum Alfonsus schismaticos fovet: de qua re Martini litteræ. 10. Martinum ad Senense Concilium profecturam retinent Alfonsi et Senensem male artes. 11. Senenses increpat Martinus libertatem Concilii vindicans. 12. Alfonsi iras ob regnum Neapolit. mitigat Martinus. 13. Inter Alfonsum et Joannam aspera contentio de regno Neapolit. 14. Martinus Joannæ regnum confirmat, Aragonii rebus in deterrius lapsis. 15. Adversus Hussitas comparata expeditio. 16. Habita Synodus Lanciensis ad tutandam Poloniam ab haeresi. 17. Poloni presules pacis interpretes inter principes Polonus et Sigismundum. 18, 19. Apparatus bellicus contra Bohemos, augente studiis Martino pro haeresi abolenda. 20. Haereticorum immanitas. 21. Cantuariensis archiep. temeritas Jubileum indicentis. 22. Denegata episcopo Herefordensi venia abdicandi episcopatum. 23. Creatio cardinalium. 24. Inter Castellanum et Aragonum fodus initum. 25. Rex Castellæ sui spes ingentes concitat. 26. Turcæ minantur Constantinopolim. 27. Divinae liberalitatis exemplum insigne.

# SUMMARIUM

## TOMI XXVIII



MCDXXIV.

1. Turbae in Concilio Senensi excitatae, ad quas sedandas Toletanus archiepiscopus sollicitatus.
2. Damnata Petri et Luna memoria. 3. Actum de Græcis ad Ecclesiam Catholicam reducendis, de hæreticis Bohemis opprimendis, de disciplina restituenda, de Romana curia compouenda.
4. Leges cardinalibus date. 5. Indicta Basileensis Synodus a Senensi. 6. Commoniti Basilienses de celebranda Synodo Basilea. 7. Censores fidei in variis provinciis constituti.
8. Principum consilia de Bohemis hæreticis opprimendis, et litterae Apostolicæ ad Sigismundum Romanorum regem. 9. Sigismundus Lithuanus Bohemos hæreticos tuetur; unde anathemate a legato percusus, eujus sententiam Pontifex confirmat. 10. Vtita cum hæreticis commercia mercatores exercent, qui propterea anathemate et pœnis devincti. 11. Polonus rex Bohemicam coronam offerentibus hæreticis bellum denuntiat, ni errores deponant.
12. Missus a Polono in Bohemos exercitus. Regi Poloniae affinitate junctus Martinus. Carthusiani in Poloniam vocati et missi. 13. Martini studium de SS. reliquiis religiose asservandis. 14. Recuperanda editio Ecclesiastica fodus init cum ducc Mediolanensi Martinus.
15. In obsidione Aquila Braccesi captus et cæsus. 16. Martini littera de parta victoria, ex qua Perusinum aliæque urbes in Pontificis potestatem rediere. 17. Genuensium in regno Neapolitano egregiae res gestae. Recuperata a rege Ludovico Neapolis. 18. Mediolanenses inter et Florentinos dissidia ob Forolivii principatum: ex quo Bononia in periculum adducta. S. Bernardini Senensis predication. 19. Rex Scotiae ex Anglico carcere dimissus. 20. Jus Ecclesiasticum a Carolo VIII rege Gallia defensum. 21. Mulierculæ impostura in Synodo Lugdunensi damnata. 22. Puella Schiddensis sola Eucharistia vitam sustentat. 23. Inter Græcos et Turcas inducæ, non tamen proficiæ Christianis.

MCDXXV.

1. Cardinalis Fuxensis in Aragoniam missus sedandi schismatis causa. 2-4. Legatum recipere renuit Alphonsus rex, in quem propterea legibus agere decernit Martinus, datis ad Castelha regem litteris. 5. Caroli regis Navarrae obitus, cui succedit Joannes Aragonius. Inter Aragonios, Genuenses et Florentinos varia belli discrimina. 6. Pacem inter Anglos et Gallos promovere nittitur Martinus. 7. Anglus potentiam suam jactans a Martino communitus. 8. Carolus Gallie regem iniquas juri Ecclesiastico leges abrogantem commendat Martinus. 9. Jacoba Bavara, viro dimisso duce Brabantia, dicit Humphridum ducem Glocestriae, unde dissidia et certamina. 10. Consulti Burgundo Pontifex ut uxorem ducat. 11. Dissidia inter regem Daniæ et Sclevicenses principes componere enrat Pontifex. 12. Ericus rex ex peregrinatione Terra-Sancta reversus consercat Christo arma in hæreticos. 13. Koributus regis Poloniae nepos confirmat hæreticos Bohemos in perfidacia. 14. Rex Poloniae heres eos odio nepotem Bohemorum regem bello appetit; ad quod dux Lithuaniae etiam sollicitatus. 15-18. Exercita in hæreticos censura, datis ad id litteris Apostolicis. 19. Christiani discipline instaurande navata opera præsentim in Corsica. 20. Christiani divenditi Turcis a mercatoribus, in quos Martini papæ Constitutio. 21. Methone a Turcis vastata et Cyprus; ubi viri nobilis martyrium.

MCDXXVI.

- 1-6. Begis Aragonum defectio, in quem Pontificium edictum. 7. Aegidius Munio, procurante Alphonso, antipapali diadema insignitus. 8. Reges certiores facti de vocato in jus Alphonso. 9, 10. Joannes comes Armaniæ pervicax in schismate, contra quem Pontificium

edictum. 11-14. Conradus Pragensis archiepiscopus fautor hæresis damnatur. 15. Mercatores deterriti a commœtu cum hæreticis, in quos et viri principes incitati. 16. Catholici ab hæreticis in acie victi. 17. Hæreticorum irruption in Lusatiam, et coram immanitas. 18. B. Joannes Capistranus oppositus Fraticellis. 19, 20. Arrogata a politicis Anglis Sacerdotiorum confendorum auctoritas quo nomine episcopus Wintoniensis a Martino increpatus et excitatus. 21. Initum fœdus in Mediolani ducem. 22. Turearun in Negropontum irruption; et de Gracis Ecclesiae conciliandis actum. 23. Cyprus ab Ægyptio divexata; et cur vetita a Pontifice peregrinatio ad Terram-Sanctam. 24. Cypri miserandum excidium, et Christiani cœsi et capti. 25. B. Nicolaus Albergatus pacis interpres missus, et litteræ ad Genuenses datae ad ferendam opem Cypro. 26. Novi cardinales creauntur.

## MCDXXVII.

1. Creatus in Bohemos legatos cardinalis Anglus. 2. Rogatus Angliæ rex ut faveat expeditioni Bohemicæ. 3. Admissum ab Henrico cardinale legationis munus. 4, 5. Expeditionis Bohemicæ discrimina. 6. Cladem luget Pontifex. 7, 8. Pilzinienses a disceptando cum hæreticis deterrentur. 9. Decreta a Martino nova expeditio in hæreticos. 10, 11. Bohemi hæretice de conversione agunt. 12. Sigismundus Zischam sibi conciliat, qui tamen impius moritur. 13. Germani dissidiis impliciti, et censura fidei instituta. 14. Wicleffi ossa exuri jussa. 15. Labefactatum in Anglia jus Ecclesiasticum Martinus restituendum curat. 16. Cantuariensis archiepiscopus a Martino admonitus. 17. Polonie rex tentat muneribus Martinum corruptere, a quo de hoc et aliis admonetur. 18. Moniti Anglie senatores de restituendo jure Ecclesiastico. 19. Violata a Lusitano Ecclesiastica immunitas. 20. Aragonius in judicium vocatus. 21. Cardinalis Fuxensis in Aragoniam ingressus. 22. Inter regem Aragonium et legatum Apostolicum pactiones sanctæ. 23. Cyprius rex redemptus. 24. Miraculum ingens B. M. Virginis opera editum.

## MCDXXVIII

1. Rex Aragonum obsequia defert Sedi Apostolice. 2, 3. Pax composita in Italia inter Mediolanenses, Venetus et Florentinos. 4. Rebus ad pacem vergentibus in Italia, Turcica potentia augetur in Oriente. 5, 6. In Bohemos decretum a Germanis bellum, de quo litteræ Pontificiæ ad principes. 7, 8. Fraticelli in Piceno grassis, contra quos animadversum. 9. Angli Gallicanas Ecclesias diripere tentant, in quos Joanna virago divinitus excitata. 10. Miraculum B. Mariæ Virginis.

## MCDXXIX.

- 1, 2. Ægidius Munio antipapatu se abdicat. 3. Alphonsus Borgia commendatus de impenso opere. 4, 5. Ægidius cum schismaticis ad obedientiam coram legato Apostolico admissus dat juramentum, et ad episcopatum Balearicum evelhitur. 6. Anticardinales falsæ dignitatis insignia exunt. 7-9. Dertusensis Synodus indicta et habita a legato, in qua plura circa fidem et mores determinunt. 10. De bello inter reges Hispaniæ oberto. 11. Decretoria Martiopii adversus comitem Armaniensem sententia. 12. Redit ad gremium Ecclesiae Armaniensem. 13, 14. Wladislau rex Poloniæ jus Ecclesiasticum lœdit, quem proinde corripit Martinus. 15. Florentini clero imponunt vestigalia. 16, 17. Hussitarum immanis furor, contra quos Angliæ expeditio parata in Gallos traducitur. 18. Mira Joanne puerla facinora in Gallorum auxilium. 19. Turbæ in regno Neapolitano excitatae, et Bononienses domiti. 20. Instaurata decreta de colenda solemni pompa Eucharistia, et datae indulgentiae. 21. De liberandis captiuis a Saracenis tentis actum. 22. Conradini Ordinis Prædicatorum et Joannis Gersonis pia mors.

## MCDXXX.

1. Hæreticorum in Germania excursiones. 2, 3. Joanna puerla capta ab Anglis et suppicio affecta. 4. Burgundum Carolo regi Gallorum conciliare nititur Pontifex. 5. Synodi Tarragonensis Acta confirmata a Martino, et creatio cardinalium. 6. De Franciscana familia reformanda, auctore B. Joanne e Capistrano. 7. Witoldi ducis Lithuaniae mors, qui delatam ab hæreticis coronam spreverat. 8. Græcorum res in diem collapsæ.

## MCDXXXI.

1. Julianus cardinalis Cæsarinus legatus contra Hussitas. 2. Martini papæ V obitus et ejus memoria vindicata. 3, 4. Eugenii IV papæ electio, et ejus primordia et laudes. 5-7. Gesta in conclave a Pontifice confirmantur, subiecto Diplomate. 8, 9. De suscepto Pontificatu litteræ Encyclicæ ad præses et principes. 10. Columnenses turbas in Urbe movent, et læsa majestatis lege damnantur. 11. Contra Columnenses para arma, et Hugo episcopus legatus in Campania. 12, 13. Columnenses domiti, et Senenses per litteras Pontificias emolliti. 14, 15. Missus cardinalis Albergatus ad componendos Anglos et Gallos, irrito tamen successu. 16. Reges Hispaniarum ad concordiam vocati. 17. Cardinali Cæsarino legato in Germania data imperia ut Basileensi Synodo præsideret. 18. Hussitis hæreticis extirpandis curæ impense. 19. Bellum apparatum in Bohemos hæreticos, et infeliciter confectum. 20, 21. Cepta Basileensis Synodus, et cur Bononię translata. 22. Legati cardinalis Cesarini litteræ ad Eugenium contra translationem Concilii. 23, 24. Patres Basileenses Hussitas invitant ad disceptandum. 25. Eugenius Basileensium opinionem damnat, et soluta Synodo Bononiensem indicit. 26-30. Sigismundus imperator, et præsertim Julianus cardinalis legatus, multis allatis

rationibus Eugenium a proposito dimovere conantur. 31. Sigismundus rex corona ferrea Mediolani redimitus. 32. Galeottum Malatestam pietate insigne saluberrimis monitis urget Eugenium. 33. Ambrosii monachi litterae ad Eugenium cum libro S. Bernardi de *Considératione*. 34. Dominicus Capranica cardinalis infensus Eugenio et demum reconciliatus. 35. Thessalonica et aliae urbes sublate a Turcis; Cyprus opem implorat, cuius rex moritur.

## MCDXXXII.

1-3. Sigismundus imperator ad Eugenium de instauranda Synodo Basileensi dat litteras, adductis ad rem causis. 4, 5. Basileenses pertinaces invitant Bohemos, et Eugenio resistunt, 6. Gallicani præsules de non dissolvenda Synodo Basileensi solliciti. 7. Sollicitati Angli ut Basileensi Synodo faveant. 8, 9. Sessiones Concilabuli Basileensis. 10. De Bohemis ab hæresi revocandis agit Pontifex cum rege Poloniae. 11. Acta temeraria Basileensium. 12-14. Nuntii Pontifici ad Basileenses gravibus orationibus eos ab inceptis dehortantur. 15, 16. Basileensium responsio futilis et fallax. 17, 18. Insignes viros consulentes deterret Eugenius ne Basileam adeant, episcopos varios ad se convocat, Sigismundum adhibet, Basileensibus nefaria usque molientibus. 19. Legatos mittit Eugenius Basileam cum plena potestate instaurandi ibi Concilium. 20. Monita Eugenii ad Senenses, et curas adhibita pro pace Italiae. 21. Acta cum Sigismundo de rebus componendis, et de ejus adventu in Urbem. 22, 23. Turba in regno Neapolitano; infelix exitus Carraccioli; Avenionensis comitatus præfectura. 24. Bernardinus Senensis a calunnia hærescos vindicatus.

## MCDXXXIII.

1, 2. Ad Concilium Basileæ instauratum accedunt Bohemi, cum quibus disceptatio habetur. 3, 4. Eugenio cum Basileensibus clementer agenti hi acris resistunt. 5, 6. Litteræ Eugenii de instaurato Basileensi Concilio. 7, 8. Septemviri ad Synodi patrocinium suspicendum excitati, et legati cardinales creati. 9-11. Apostolicas litteras Basileenses respuunt, temere et insolenter contra Eugenium pugnant. 12, 13. Pacta foedera, pax conciliata antequam Sigismundus Romam accederet, coronam accepturus. 14. Sigismundus Romæ coronatus dat juramentum. 15, 16. Insigne edictum dat Sigismundus de libertate et immunitate Ecclesiastica et ex Urbe discedit. 17. Basileenses abdicationis penam Pontifici intentant. 18, 19. Eugenii litteras pro concordia datas male acceptant Basileenses in protervia obstinatissimi. 20. Rescissa Basileensium gesta contra Pontificem. 21. Basileensium objecta plane diluta per litteras Eugenii apologeticas. 22. Basileenses reprimit dux Bavariae ne in schisma erumpant. 23, 24. Sigismundi imperatoris opera et presentia Basileenses multa pollentur. 25. Nicolaus e Fortebrachis et Carolus Malatesta Pontifici infensi. 26. Grava bellum conflatum in Eugenium a duce Mediolanensi. 27. Cardinales a Basileensi Concilio ad ducem Mediolanensem missi. 28. Oratores Concilii ad imperatorem Constantinopolitanum; Tarcarum in Oriente progressus; Alphonsi regis Aragonii super Seculo regno conatus. 29. Missi ab Eugenio ad Barbaricas gentes praecones Evangelici. 30. B. Laurentius Justinianus creatus episcopus Venetiuarum sanctitate insignis. 31. B. Lidwinæ felix obitus. 32. Francisca Romana sanctimonialium Ordinem instituit.

## MCDXXXIV.

1. Oratores missi a principibus ad Eugenium de rebus Concilii. 2. Turrecrematae responsum ad singula objecta Basileensium contra Eugenium. 3-5. Eugenius pacis studio moliter Pontificiam anctoritatem tutatur apud Basileenses. 6, 7. Dux Mediolanensis fingit se creatum Italæ legatum a Concilio, quem Sigismundus imperator increpat ac reprimet. 8, 9. Rebellen Romanorum exorta, Eugenius fuga sibi consulevit Florentiam adit. 10. Date ab Eugenio ad Basileenses littera. 11, 12. Romani post varias vices ad obsequium Pontificis redacti. 13. Basileensium objecta contra Pontificis anctoritatem diluntur a Turrecremata. 14. Pontifici legati ad iniquum sacramentum adacti, et exclusi a presidencia. 15, 16. Graecorum oratores de conjugione Ecclesiarum agunt. 17. Litteræ Eugenii ad Basileenses circa reductionem Graecorum. 18. Trapezuntinus imperator et Armenii ad Ecclesiæ gremium invitati. 19. Sultani Ægyptii mine in Rhodios irrita. 20. Contra Turcas in Macedoniam irruentes sacra indicta expeditio. 21. Canariarum insularum incolis ad fidem conversis consulti Eugenius. 22-24. Heretici Bohemi in factiones divisi insigni Victoriae deleti. 25. Theodoricus archiepiscopus Moguntinus. 26. Edita sanctio adversus Simoniacos. Wladislai Poloniae regis pie gesta et obitus. 27. Subrogatus in ejus locum Wladislaus III ejus filius quem salubriter monet Eugenius. 28. Ludovicus Andegavensis obitus. 29. Regularium disciplina instaurata data opera. 30. Civilia Gallorum bella sublata, et Amedæi ducis Sabaudiecessus. 31. Trium Magorum reliquie cultæ Coloniae.

## MCDXXXV.

1, 2. Constitutæ a Concilio in clericos libidinosos penæ et latum edictum ad exhauriendum Pontificis ararium. 3-5. Legati Pontifici et Basileenses missi ad conventum Atrebatensem pro concilianda pace inter Gallos et Anglos. 6. Nelaria lis mota apud Basileenses ab archiepiscopo Turronensi. 7. Iniquæ lites motæ a Basileensibus Pontifici, qui tamen instaurandæ discipline studet quam maxime. 8. Basileenses discrepantia pacisuntur cum Graecis ab iis que paciscurt Eugenius circa locum Concilii. 9. Damnati Commentarii Augustini Romanii. 10. De pace actum inter Pontificem et ducem Mediolanensem, Florentinos et Venetos.

11. Bononia Pontifici restituta. 12. Mortua Joanna II Neapolitani regni jura ad Sedem Apostolicam devoluta. 13. Aragonium et Andegavensem de regno Neapolitano certantes Pontifex odicio deterret. 14. Alphonsus Aragonis victus a Genuensis et cum rege Navarræ captus. 15. In partes Renati Andegavensis inclinat Eugenius. 16. Angliae rex jus Pontificium invadens monetur ab Eugenio.

## MCDXXXVI.

1. Basileenses auctoritatem Pontificiam opprimere meditati plura sibi arrogant. 2-15. Libellus Apologeticus pro Eugenio. 16, 17. Actum per legatos cum Bohemis haereticis, et pactiones confecte circa usum Eucharistiae. 18. Gratulatur Eugenius Pragensibus pacis consilio suscepisse. 19. Bohemi in communionem admissi, quibus nonnulla iniqua indulget Sigismundus. 20. Pragæ magnis honoribus exceptus Sigismundus Catholicum cultum instaurauit, haereticos punit. 21. Nova Eugenii studia pro Renato Andegavensi. 22. Anglicum bellum componere studet Eugenius. 23, 24. Reges Lusitanæ et Castellæ de Africana expeditione certant. 25, 26. B. Didacus apud Canarienses Evangelium propagat; quos etiam bene instituit episcopus Robicensis. 27. Eugenii studium pro Blachis, Bulgaris Moldavisque a schismate revocandis. 28. Jus Ecclesiasticum violatum in Lusitania, quare admonitus rex ab Eugenio. 29-31. Ecclesiastica libertas in Scotia violata per Eugenium vindicatur, datis litteris ad Jacobum regem et missis internuntiis. 32. Jacobus rex Scotiæ a patruo peremptus. 33. Dirementa Treverensis archiepiscopatus lis.

## MCDXXXVII.

1, 2. Gravis de loco Concilii designando contentio, obsistentibus Eugenio Basileensisibus. 3, 4. Basileensisibus in pertinacia haerentibus, Graeci palam in Concilio protestantur. 5-7. Actum de celebranda in Italia Concilio, 8, 9. Confirmat Eugenius decretum Basileensium de eligenda ad Concilium civitate Italica. 10. Missi internuntii Apostolici, et data regibus monita ut Graecis faveant. 11. Pacta cum Graecorum oratore de adventu et loco Concilii, et nuntius missus ad imp. et patriarcham adducendos. 12. Tarantensiensis archiepiscopus creatus legatus a latere. 13. Sanior pars Basileensis insignienda nomine Concilii a Graecis recognoscitur. 14. Basileensium factiosorum ad Graecos legatio. 15. Seditiosi Basileenses vim inferunt praesidi Apostolico. 16. Eugenius in ius vocatus a seditionis Basileensisibus. 17. Indictum ab Eugenio Ferrariae Concilium. 18. Basileenses mendacis et calumniis Eugenium impotentes refelluntur et odio sunt apud piros. 19. Decretum Basileensium de mulcta impoundanda sacerdotis irritum declarat Eugenius. 20. Sigismundi imperatoris pietas et religio. 21. Turrecrematæ Commentarii de Eucharistiae sacramento. 22, 23. Bohemi agunt cum Concilio de communione sub utraque specie. 24. Sigismundi imperatoris obitus et Africana expeditio infelix contra Saracenos. 25. Alphonsus Aragonum rex Neapolitanum regnum invadit et Basileensisbus favet, cum duce Mediolanensi federe junctus. 26. Pyrrhus abbas Casinensis proditor Eugenii exauktoratus. 27-29. Magorum plura et infanda facinora. 30. Joannes Vitellescusi card. creatus.

## MCDXXXVIII.

1. Cepta Synodus Ferrariae, preside Nicolao Albergato. 2. Sessio prima de legitima translatione Concilii, et damnati Basileenses factiosi. 3, 4. Eugenius Ferrariam accedit, et in cœtu episcoporum sua pia studia exponit. 5. Contra Basileenses lata Constitutio. 6, 7. Patriarcha et imperator Graecorum Venetiis Ferrariam adeunt, furentibus invidia Basileensisibus. 8, 9. Argutiae et sophismata Basileensium contra Pontificis auctoritatem diluta. 10. Renatus rex Neapolitanus ad Ferrariense Concilium oratores mittit. 11. In promulgatione Ferrariensis Concilii quo ordine et habitu considerint Patres. 12. Decretum de congregacione Concilii Ferrariae. 13. Eugenii litteræ ad Carolum regem pro Basileensisibus intercedentem. 14. Carolus ad Basileenses deficit, Pragmaticam Sanctionem edit; Henricus Angliae rex erga Sedem Apostolicam bene affectus. 15. Colloquium de Purgatorio habitum inter Graecos et Latinos. 16. Pro expensis in Graecorum negotio necessariis spiritualia privilegia collata, et decimæ jussæ. 17. Bessarionis oratio hortativa pro Ecclesiarum conjunctione, quam excipit archiepiscopus Colossensis. 18, 19. Certatum de additione *Filioque* contra Marcum Ephesinum. 20. Sequitur disceptatio de verbo *Filioque* et de Purgatorio. 21. Exorta pestis Ferrariae et ab Eugenio indica expeditio in Turcas. 22. Studia Eugenii pro sedando bello in Bohemia. 23. Albertus creatus Cæsar. 24. Haeretici in Hungaria grassantes pœnis multantur. 25. Fures sacrilegi in Urbe puniuntur. 26. Obitus Jacobi olim regis Neapolitani et Eduardi Lusitanæ regis.

## MCDXXXIX.

1, 2. Ob luem translatum Ferraria Florentiam Concilium. 3. Eugenii Florentiam ingressus et deinde patriarcha et imperatoris Graecorum. 4, 5. Disceplatum de verbo *Filioque* et tandem Graeci convenienti. 6-8. Josephi patriarchæ obitus in communione Catholica, et post disceptationes de controversiis latum et lectum decretum de coniunctione Orientali et Occidentalis Ecclesiarum. 9. De reductione Graecorum litteræ Encyclica summi Pontificis. 10. Subsidia Graeci in Turcas sollicitat Eugenius. 11. Fantinus Cretensis in Gracia et Isidorus Kiovensis archiepiscopus in Russia legati. 12-16. Armenii fidem Catholicaem in Synodo recipiunt. 17. Episcoporum Armenorum jurisdictioni consulti Eugenius, et reductioni Judæorum

et *Aethiopum*. 18. Extracta Synodus Florentina ob Basileensium schisma. 19, 20. Conventus Moguntini et Basileensium tumultuaria decreta contra Pontificis auctoritatem. 21. Basileensium acta nefaria, duce pseudocardinali Arelatensi. 22, 23. Albertus Cæsar frustra exoratus a Pontifice ut schismatics compesceret. 24. Francorum rex pacis Ecclesiae studiosus ad quem littere data ab Eugenio. 25, 26. Aucti Basileæ tumultus. 27. Pestis Basileenses schismatics consumit, dum rex Gallia dux Burgundia et rex Angliae in obsequio erga Pontificem confirmantur. 28-31. Rescissa omnia acta Basileensem et errores damnati. 32-35. Basileensem ercente insania, creator pseudopapa Amedeus dux Sabaudie. 36. Moniti reges ab Eugenio ut coereant schismatics. 37. Pragmatica Sanctio in Galliis instaurata. 38. Alphonsus Aragonie regem Sedi Apostolice conciliare et reges Romanorum et Poloniae ad concordiam adducere studet Eugenius. 39. Alberti regis Romanorum obitus, et vari reges ab Eugenio ad concordiam electi. 40. Sanctio Eugenii de cardinalitiae dignitatis praestantia. 41. Cardinalium numerus valde auctus.

- MCDXL.
- 1-3. Basileenses promulgant Amedeum antipapam, in quos et præcipue Arelatensem sententia anathematis prolatam. 4. Schismaticorum vesania, in quos quomodo se habuerit Carolus rex Gallie. 5. Sollicitatus rex Carolus ut Pragmaticam Sanctiionem tollat. 6. Anglorum rex Henrichus constantissimus in obsequio Sedis Apostolice. 7, 8. Dux Mediolani et Hispani exsecurantur antipapam, in quem dat litteras Encyclicas Eugenius. 9. Poggius Florentinus in Amedeum invenitur. 10. Aucti ex interregno insolentia antipapam et Basileensem, quorum sophismata diluuntur. 11. Cædes cardinalis Vitelleschi, pugna et victoria contra ducem Mediolanensem : Ludovicus patriarcha Aquileiensis et cardinalis. 12. Fridericus III ad imperium evectus. 13. Alphonsus Aragonius regnum Neapolitanum sibi vindicans bella movet. 14. Tumultus graves concitati in Hispania quos compescere nittitur Pontifex. 15. Pia S. Franciscæ Romanæ mors et miracula. 16. Marcus Ephesinus schismatis instaurator. 17. Circum processionem Spiritus sancti dilata sophismata Græcorum. 18. Controversia de fermentato. 19. De Paschali communione declaratio.
- MCDXLI.
1. Jacobites Orientales conciliati Romanae Ecclesiae. 2. Oratores *Aethiopum missi* ad Eugenium. 3. Habita oratio a legato *Aethiopum*. 4. Nicodemi abbat. *Aethiopum* litteræ ad Pontificem pro unione Ecclesiarum. 5. Constantinopolitanus imperator schismatis delendi euras remittit. 6. Vetus Latinus a Græcorum communione abstinere. 7. Anathema latum in haereticos et in Amedeum antipapam. 8. Ludovicus episcopus Visensis simulat resipiscientiam. 9-12. Gallorum regis ad Eugenium legatio postulantis generale Concilium. 13. Rex Castellæ Eugenii causam tuerit. 14. Wladislaus rex Poloniae Eugenio adhaeret. 15. Cæsar Eugenio Ladislaum puerum commendat. 16. Feudus init Eugenius adversus Alphonsum cum Genuensis. 17. Constituta forma judicaria adversus Alphonsum regem. 18. Mediolanensis ducis cum Liguribus et Florentinis bellum, quod continuo componitur; principis Atestini demissio insignis et mors. 19. Exortæ in aula Castellana turbæ. 20. Indultum equitibus Calatravensis ne castitatis votum nuncupent.
- MCDXLII.
1. Traductum Florentia Romam Concilium. 2-6. Synodalia de cunctis gentibus revocatis ad Romanam Ecclesiam quibus data formula Fidei. 7. Eugenii de cuncta referunt *Aethiopes* inter veterum Conciliorum de cuncta. 8. Patriarcha Alexandrinus conjunctus Ecclesie Romanae. 9, 10. Ludovicus cardinalis Arelatensis exauktoratus; dux Britannie ut a Basileensem doctrina eaveret instructus. 11, 12. Alphonsus Neapoli potitur; Franciscus Sforcia perfidie nomine ab Eugenio lata sententia damnatur. 13. Excitata ab Eugenio subsidia contra Turcas, qui in prælio vincuntur. 14. In Aquitania Anglos inter et Gallos certatum : Lusitanorum res bellicæ in Africa. 15. Consultum Hispanis ne Judeorum consorbo inquinentur. 16. Insignis miraculum Virginis ope editum.
- MCDXLIII.
- 1-5. Feudus ab Eugenio sancitum cum Alphonso ad quod firmandum pacta conventa. 6, 7. Confert Eugenius Alphonso regni utriusque Siciliae jus fiduciarium. 8. Diplomata Pontificia de adoptione Alphonsi, de ejus successoribus in regno, de restituitione Ecclesiarum, de redintegrando Neapolitanæ coronæ juriibus. 9. Commendatus ab Eugenio Alphonsus. 10, 12. Expeditio in Africam indieta. 13-19. Turcis longe lateque grassantibus et graviora in dies minitantibus, Eugenius sacrum jubet expeditionem. 20. Turci fusi ab Hungaribus; unde rerum conversio in Macedonia et aliis provinciis. 21. Scanderbegi insignis Victoria in Turcas, de qua ei gratulatur Wladislaus rex. 22. Data opera pro comparatione classicis in Turcas, et pro convalidanda conjunctione Græcorum. 23. Basileensem novatorum ausus de celebrando tertio Concilio. 24. B. Nicolai Albergati obitus et laudes, et Alphonsi Tostati doctrina et sanctitas. 25. Deiparae auxilium miraculo confirmatum.
- MCDXLIV.
- 1-4. Ad Turcicam expeditionem, Wenceslao duce, parantur subsidia. 5. Frustra tentatur concilio inter Anglos et Gallos : Wladislaus contra Amuratem parat bellum. 6. Aranitus Cermecini princeps ad bellum excitatus ab Eugenio, quod Georgius Serviæ despota nefarie retardat.

7. 8. Crucis militiam professuris proposita indulgentia, et Christiani Turcis opem ferentes damnati. 9. Insignis clades Christiani exercitus ad Varnam, cæso Ladislao rege et Juliano cardinali. 10. Rhodii oppugnati ab Ægyptiis strenue defenduntur. 11. Corsica in Pontificiam clientelam reversa. 12. Piceni obsecuti Eugenio, qui et cum Mediolanensibus fedus init. 13. Ludovicus Gallus signifer Ecclesie creatus, qui Helvetios Basileensium fautores acie fudit. 14. Poloni Basileensibus adhaerentes admoniti ut resipiscant. 15, 16. Sessio prima Lateranensis Concilii Florentia translati : Abdala Edessa archiepiscopus schisma abjurat. 17. Falsam opinionem de Spiritu sancto Eugenius Apostolicis litteris damnat. 18. Objectiones schismaticorum de ea re a Bessarione dilutæ. 19. Marcus Ephesinus Græcanici schismatis confirmatus auctor, quem refutat strenue Gennadius. 20. Lis mota inter regum oratores. 21. S. Bernardini obitus et miracula.

MCDXLV.

1-11. Jura regni Neapolitani a Pontifice accipit Alphonsus rex, data ad id Bulla Aurea. 12. Casimirus dux Lithuaniae a Polonis in regem electus, et Conradus episcopus Wratislavicensis restitutus. 13. Ladislaus rex salutatus ab Hungaris, a quibus redintegrata in Turcas expeditio. 14. Versæ ab Amure vires in Scanderbegum. 15. De classe Pontificia. 16, 17. Georgius Hiero monachus confutator Marci Ephesini qui in sua perfidia moritur. 18. Rhodus oppugnata ab Ægyptiis. 19. Amplissima legatio Marco patriarchæ data adversus Saracenos. 20. Inter Cyprium regem et Nicosiensem archiepiscopum controversia composita ab Eugenio. 21, 22. Cypri heretici et schismatici ad fidem orthodoxam traducti. 23, 24. Dardania ad Ecclesie conjunctionem revocata opera Stephani regis. 25. Antipape conatus in Avenionem ; Odo episcopus Dertensis pseudocardinalatus se abdicat ; Æneas Sylvius actorum Basileæ veniam ab Eugenio poscit. 26. Horrenda magorum flagitia. 27. B. Bernardini sanctitas mirabilis comprobata, et de ejus canonizatione instituta actio. 28. Obitus Antonii cardinalis Corarii.

MCDXLVI.

1. Coloniensis et Trevirensis archiepiscopi exauxorati. 2-4. Quare septemviri defectionem ab Eugenio moluntur; unde legationes hinc inde missæ præsertim de novo cogendo Concilio. 5. Schismaticorum inanlia studia et Germanorum ad Pontificem legatio, duce Thoma episcopo Bononiensi qui cum aliis cardinalis creatur. 6. Burgundia dux insectatur schismaticos, quos resipescentes excipit Eugenius. 7. Infectæ schismate aliquæ Gallie provincie. 8. Amadeus arithmeticus hereticus. 9. Laurentii Vallæ hæreses qui tamen resipicit, et veniam ab Eugenio poscit. 10. Hussitica iues in Moldaviam progressa. 11. In Ecclesiastice ditionis grassatores et præcipue in Franciscum Sforiam lata sententia. 12. Rex Alphonsus concitatus in Florentinos qui Sforiam tuebantur. 13. Ad Boleslaum Mazoviae ducem litteræ Eugenii.

MCDXLVII.

Lipnicensis et Hugo archiepiscopus Pisanus sanctitate illustros. 61. Cardinalis Estoteville mors et laudes. 92. Cardinalitus senatus auctus. 63. Regina Cypri in clientelam Pontificiam recepta. 64. Controversia de Immaculata Concepcione.

**MCDLXXXIV.** 4-6. Ecclesiae immunitates in Portugallia, et iura regis in Scotia Sixtus tuerit. 7-9. Pontificium studium in Ungaro et Austracio conciliandis. 10, 11. Inter Maximilianum et Belgas de Philippi educatione certatum. 12-18. Italia intestinis bellis cruentata. 19, 20. Fessi principes de pace agunt. 21, 22. Sextus animi dolore et podagra extinguitur. 23-27. Sextus munificus in Urbem, snorum amantior, in cogenda pecunia solertia, in conjungenda Moscovia cum Ecclesia Romana ardentissimus. 28. Admittitur in conclave cardinalis Ascanius. 29-39. Condite a cardinalibus leges tum ad sua jura protegenda, tum ad res Ecclesiasticas moderandas, quibus obstrictus sit futurus Pontifex. 40-44. Innocentii VIII electio, patria et genus. 45. Sacri ritus in electione servati. 46-48. Antequam coronetur, Innocentius plures scribit litteras officiorum referatas ad diversos principes. 49-59. Ritus in coronando Pontifice adhibiti. 60-63. Innocentii litterae tum Eneycliae ad omnes principes, tum private ad regem Hungarum, ut arma in Turcas convertant. 64-68. Walachia vastata, Rhodus discrimini exposita, et Sicilia periclitata. 69-71. Siciliam et littora regni Neapolitanii praesidiis muniri jubet Pontifex. 72, 73. Bajazethus monitus per Rhodiorum magistrum de federe inter principes inito dexteram S. Joannis Baptiste in signum pacifici animi ad eum mittit. 74-76. Fascinariorum flagitia. 77, 78. S. Casimiri Polonia regis obitus. 79. Joannes e Duca minorita celebris miraculis. 80, 81. Foeneratores et Marrhani in Hispania coerciti. 82. Congi regnum et Guinea adscripta regi Lusitano.

**MCDLXXXV.** 1-5. Moniti ab Innocentio principes ut Bajazetho in Italiam irrumpti celeriter se opponant. 6-8. Chienium patrocinium suscepit Innocentius, Rhodiorum equitum fidem et fortitudinem extollit et pacandis civilibus bellis incumbit. 9-11. Bellum Bavariense sedatum, Austriacum vero magis accensum. 12. Zizimus Pontifici in custodiam commissus. 13-15. Turcarum per Walachiam grassationes Polonorum ope reprimuntur. 16. Moscovita in Livoniem incurrit. 17. Lacteinia tempore Quadragesima Hungaria permissa. 18, 19. Augustinus pseudoepiscopus Sanctiariensis haereses Hussitarum instaurator. 20. Vetus usus candentis ferri ad probationem. 21-23. Marrhani libertatis asserendae specie seditiōnem excitant, in qua Petrus Arbuesius martyr occubuit. 26. Ecclesiasticus moribus perpolendis navata opera a rege Ferdinando. 27-32. Bellum Granatense magno ardore gestum, et aurum subsidiarium abunde collectum. 33-35. Africana expeditio suscepta a Lusitanis. 36, 37. Delata Innocentio obsequia Galli regis qui monetur ne quidquam innovet cum Ecclesiae damno. 38-42. Ferdinandus Neapolitanus Ecclesiae juribus inflensus. 43-45. Italia bello concussa. 46-51. Concitatos in Scotia tumultus compescere nittitur Pontifex, et ad Leodienses internuntium mittit qui pacem procuret. 52, 53. Henricus Richmunda comes tyrannidem Richardi Angliae regis everit, et in ejus locum sufficitur. 54-60. De Leopoldo sanctis adscribendo actum et Diploma de cultu ipsi exhibendo promulgatum. 61. Canonizatio B. Catharinae Suece ad aliud tempus remissa. 62. Orta lis inter parochos et Mendicantes, et confirmata ab Innocentio Sixti prae-decessoris sententia decretoria.

**MCDLXXXVI.** 1-5. Quibus de causis bellum Ferdinando Neapolitano inferre coactus fuerit significat Innocentius qui Renatum Lotharingiae ducem sibi socium adnectere nittitur. 6. Gallorum rex spondet Renato in Ferdinandum auxilia. 7. Pontificius exercitus in Apuliam irrumpt. 8-16. Dolis Ferdinandi adductus Pontifex ad pacem propropere sanciendam. 17-20. Promulgata pax solemni ritu, sed mox a Ferdinandio violata. 21-23. Ob banc indecorum pacem Pontifex calumniis et periculis gravissimis exponitur. 24-29. Trepidat ne rex Ungarus, Ferdinandi gener, in Picenum irrumpat; unde ad ipsum Pontificis litterae. 30-32. Turcae Fanum tentant, sed virtute Stephani Corsi propulsantur. 33, 34. Ab Innocentio compressi sicarii, privatorum factiones abolite, et turbæ Italicae sedatae. 35, 36. Florentini de immunitate Ecclesiastica et Veneti de jure Pontificio aliquid detrahere conantur. 37-39. Hungari regis indigna postulatio, et atrox animus. 40. Vetita in Hungaria singularia certamina. 41. Fredericus imperator ab Hungaro iacessitur. 42-44. Maximilianus, imperatoris filius, creator rex Romanorum. 45. De Valentiniensi et Diensi comitatibus his orta. 46-48. Controversia de jure successionis in Anglia a Pontifice direpta. 49, 50. Missa sacra munera ad principes. 51-53. Bellum Mauricum a cardinali Mendoza promotum et ab Hispanis feliciter gestum. 54, 55. In terris Maurorum ditioni erepis propagata pietas a Ferdinandio, in cuius gratiam Pontifex suspendit leges vectigalium prohibitives. 56. E Canariis insulis ad Americam continentem prolata religio. 57. Saeculares magistratus affectant cognoscere causas de haeresi. 58. Hussitica haeresis corroborata ab episcopo transfluga cui pœnitenti ignoscit Pontifex. 59, 60. Miraculum insigne S. Barbarae ope editum. 61. E Walachia pulsata Turcarum copie. 62. Florentina synodus a Niphone patriarcha Ruthenis commendata. 63-65. Turcae in Christianos grassati maxima demum strage delectur. 66-68. Æthiopis ad veram fidem adducti, et mancipia Christiana vendi vetita Mauris. 69. Caput Tormentosum vocari coepit Caput Bonæ-Spei.

- MCDLXXXVII. 1-5. Turcis imminentibus, Innocentius fœdus init cum Venetis, quos et Hungaros cum imperatore conciliat. 6, 7. Perdit homines, præsertim Bucolins, Turcas in Italiam adducere tentant. 8. Italorum varia dissidia. 9-12. Inter Pontificem et Neapolitanum regem recrudescit discordia. 13-15. Victoriae insignes a Ferdinando de Mauris reportatae. 16. Marrhani ex Hispania profugi Urhem inservient. 17, 18. Joanna, quæ sibi nomen reginae Castelle arrogabat, et septis monasteri, jussu Pontificis egredi vetita. 19-21. Instigantibus Ferdinandu et Elizabetha, Innocentius disciplinam monasticam in Gallæcia instaurat. 22, 23. Monasterium S. Marie de Zebredo e ruinis excitatum. 24, 25. Grassantur Hussites in Bohemia: Waldenses in Ebreduncensi diecesi repuluntur. 26-33. Mandata a Pontifice data de miraculis et virtutibus Margaritæ Scotie regine inquirendis. 34. Carola Cypræ regina Romæ obit.
- MCDLXXXVIII. 1, 2. Maximilianus Belgarum captivus liberatus restitutus. 3, 4. Jacobum Scotie regem a suis iure casum pronuntiant regni ordines, qui in ejus locum filium natu maiorem sufficiunt. 5, 6. Episcopus Varadiensis, columnam passus, in S. Francisci Ordinem se confert. 7. Innocentius disciplinam Ecclesiastice invigilat. 8. Ordinum Equestrium summus magistratus translatus ad reges. 9, 10. Turcarum terra marique conatus infasti; Zizimus Pontificiae tutela commissus; indulgentiae fidelibus propositæ. 11. Per Apostolicum nuntium in Turcas concitat Pontifex Germanæ principes. 12-16. De Usumcassani morte et liberis necnon de quibusdam Persarum usibus oratoris Venetorum relatio. 17. Cyprus in Venetorum ditionem cedit. 18. Septentrionalium Ecclesiarum curam gerit Innocentius. 19, 20. Varii in ditione Ecclesiastica tumultus. 21, 22. Instauratur Pii II Constitutio in violatores Ecclesiasticas immunitatis.
- MCDLXXXIX. 1-4. Obstante licet Bajazeth, Zizimus Romanum perductus et in conspectum Pontificis admissus. 5-9. Gravis inter Pontificem et regem Neapolitanum discordia. 10-14. Incitante et subsidia praebente Innocentio, ingentes in Granatensi regno progressus effecti a Christianis. 15. Tartari a Podolia depulsi. 16-18. Dissidia Suedos inter et Danos orta pacantur a Pontifice. 19-22. Auctus cardinalum senatus. 23. In sacra æde Lauretana plurimæ cœlestes virtutes recensentur.
- MCDXC. 1-4. Bajazethes præter spem conciliatus Rhodio principi oratorem ad Pontificem mittit. 5, 6. Bajazethis munera suspecta Pontifici, quem monet Maximilianus de consilio Turcicis. 7-9. Mutata rerum facie, bellica consilia abjiciuntur. 10, 11. Matthiae Hungari mors et obitum. 12, 13. Wladislaus a majori parte electus solemnè ritu sacratur Hungaria rex. 14, 15. Hungaria bellis civilibus et Turcarum incursionibus vexatur. 16-21. Ferdinandi, res prospere geste in Granatensi regno. 22. Columnæ in Innocentium sparsæ vindicantur. 23. Sodalitium et Misericordia nuncupatum instituitur. 24. Lusitani devehunt sacerdotes ad Congitanos.
- MCDXCI. 1-3. Excisum Hispania Maurorum imperium. 6-9. Praecones Evangelici magno gaudio et fructu a Congitanis recepti. 10. Spes fidei amplificandæ inter Jalophos ad irriatum cadit. 11, 12. Hungaria interno externoque bello dilaniata. 13, 14. De armis in Bajazethum vertendis actum. 15, 16. Inter Maximilianum et Gallorum regem orta discordia. 17. Innocentii Constitutiones pro libertate Ecclesiastica tuenda. 18. Jacobi Alamauni pius obitus et miracula.
- MCDXCII. 1-5. Ob restitutum Christo Granatense regnum ingerens tum in Hispania, tum Romæ letitia. 6. Ecclesia Granatensis metropolitanam dignitatem resumit. 7. Res Christiana regni Maurici excidio mirifice augelur. 8, 9. Judæi ab Hispania ejecti; detestabile scelus ab ipsis in Germania patratum. 10-13. Inter Pontificem et regem Ferdinandum constituta pax. 14-17. Titulus crucis Rome inventus; ferrum lanceæ et alia sacra Lipsano oblata Pontifici a Bajazeth. 18, 19. Propulsati Turcæ ab Albæ-Grecæ monib. 20. Fœdus a Maximiliano initum cum Anglo in Gallos. 21-23. Mors Innocentii: consilia de successore eligendo agitata. 24-29. Corrupti auro cardinales corrupti moribus Pontificem deligunt, Rodericum Borgiam, qui Alexandri Sixti nomen sibi assumit. 30, 31. Alexander nepotem cardinalem creat, spreto sacramento, spurio confert episcopatum. 32. Beatrix defraudata spe matrimonium ineundi cum Wladislawo. 33, 34. Laurentii Mediceti et Gerardi cardinalis pius obitus: Ardincius cardinalis Camaldulenium institutum amplectitur. 35. Libertas Ecclesiastica obtrita in Belgio. 36. Ferdinandus Hispanus insidiis appetitur. 37-40. Patefactus a Columbo novus orbis.
- MCDXCIII. 1-4. Hungari primum victores, mox a Turcis vici et discordiis civilibus impliciti. 5-8. Urso legato provincia datur Hussitarum hæresim extingendi, principes inter se reconciliandi et bellum in Turcas paraodi. 9. Cæsarea ditio a Turcis vastata. 10-13. Friderici imperatoris mors et laudes. 14. Granata metropoleos jure exornata. 15, 16. Secunda Columbi in novum orhem navigatio et colonorum introductio. 17. Lusitani ob contempta Columbi consilia illi invidunt. 18-22. Jura Occidui orbis trans Oceanum regibus Castelle ab Alexandre asserta. 23. Quibus causis permotus fuerit Columbus ad indagandum novum orbum. 24-26. Missi a Pontifice sacerdotes amplissimis ornati privilegiis, et indulgentiae propositæ aurum subsidiarium conferentibus. 27-30. Excitant Galliae regem ad Italiam expeditionem proceres Neapolitani, Florentini, necnon Pontifex ipse. 31, 32. Neapolis et Hispania reges pericula sibi imminentia omni modo removere nituntur. 33, 34. Torpissima quorundam cardinalium pro-

motio. 33. Religiosa vita formam a B. Francisco Paulano conditam approbat Alexander. 36-38. Picus Mirandulanus eruditio[n]is gloria clarus, pia mentis et animi demissione clarior.

MCDXCIV.

4-4. Mortuo Ferdinando Neapolitano, ejus filius regni investituram accipit ab Alexander, qui legatum decernit ut ipsi coronam imponat. 5. Neapolitum veniens legatus honorificissime recipitur. 6-14. Ritus investiture, inunctionis et coronationis novi regis. 15-19. Monetur rex Gallus tum per legatum Apostolicum, tum per Ferdinandum Hispanum, ut intermitat Italicam expeditionem, sed potius in Turcas arma verat. 20-30. Caroli adventus in Italianum et ingressus pacificus in Urbem. 31. De novi orbis imperio certatum inter Lusitanum et Hispanum. 32-35. Nove insulae detectae ab Hispanis qui Barbaros sclerum fideitate asperant. 36-39. Jus expugnande Africae datum Hispanis, reservato Lusitanis Phutensi regno. 40, 41. Hungarorum in Turcas excursio felix; militia S. Georgii confirmata. 42. S. Bernardini Felirensis corpus reperitur corruptionis immune.

MCDXCV.

4-3. Immorante Romæ Carolo, lis mota de Alexandri Pontificatu. 4. Carolus Alexandre ut Christi vicario obsequium prestat. 5-14. Neapolitani populi et ares se dedunt Carolo qui victorie fructu ignaviter se defraudat. 12. Zizimi mors. 13-16. Causa multiplices odii in Gallie regem, et fedus armorum inter principes in cum sancitum, instigante imprimis Pontifice. 17-19. Ferdinandus et Elizabetha specie Turcicæ expeditionis incitantur ad depellendos Gallos de regno Neapolitano. 20-22. Carolus Neapoliti recedere coactus Roma a legato recipitur, et magnam animi moderationem ostendit. 23-27. Iter faciens per fines Florentinorum rex Gallus magnum timorem incutit. 28-32. Praetio cruento Itali castris propulsati, sed mox a Pontifice ad spem reducuntur. 33. Pactiones inter Gallos et Venetos ntrinque spretæ. 34-38. Gallorum res labefactate in regno Neapolitano tum principum ignavia, tum horrenda lue venerea. 39-41. Maximiliani imperatoris sanctio in blasphemos. 43. Insigne divini amoris prodigium in pia virguncula. 43. Thomas eximius concionator tertii Ordinis S. Francisci sanctitate floret. 44-46. Joannis regis Lusitani et Alphonsi Neapolitani obitus. 47-49. Ximenius Toletanus rerum gestarum magnitudine clarissimus.

MCDXCVI.

1, 2. Fœdus armorum Romæ promulgatum adversus regem Carolum. 3-5. Carvajal cardinalis legatus ad Cæsarem, et intentatae Carolo regi censura. 6. Ritus a Cæsare observandi cum ferrea corona redimitur. 7-9. Maximiliani in Italianum adventus, et turpis ex Italia discessus. 10-15. Gallicus exercitus federatis Italorum armis et censuris Ecclesiasticis pressus dissolvitur. 16, 17. Virginius Ursinus censuris defixus ab non servatam Sedi Apostolicæ fidem. 18, 19. Pontificius exercitus ab Ursino profligatur. 20. Consilia pacis dissipata. 21-23. Decretum Concilii Florentini circa Ecclesiistarum unionem Constantino Georgiae regi transmissum. 24. Suecis pugnaturis adversus Moscovitas schismatics proposita indulgentia. 25. Rex Hispanie Catholicus cognominatur. 26, 27. Judei ab Emmanuele rege ejecti Lusitania. 28, 29. Commendat Pontifex Lusitani regis consilia de Africana expeditione confiencia. 30. Indiarum imperium comparare statuunt Lusitani. 31-36. De permittendo conjugio religiosis equitibus actum. 37. Confirmatur ab Alexandre equester Ordo S. Michaelis. 38-40. Decretum quo cardinalibus recente creatis, licet pileus eis non sit traditus, jus confertur exercendi officia cardinalitia. 41. Savonarola concionum habendarum munere interdictus.

MCDXCVII.

4, 2. Ecclesiæ res, Pontificio exercitu fuso, labefactatae mox in melius commutantur sub Consalvo duce qui rosa aurea donatur. 3-8. Ex spurii funesto casu mortore confectus Alexander agitat consilia de disciplina Ecclesiastica restituenda, et id munera mandat cardinali Senensi. 9-14. Cæsar Borgia creatus legatus ad conferenda Friderico Neapolitano regia jura et insignia. 15-19. Ad Sedem Apostolicam vocatus Savonarola judicium diffigit. 20-27. Suam docendi et agendi rationem Savonarola defendere inititur. 28. Plures theologi adversus Hieronymum scribunt. 29. Ab impostore Anglia turbata. 30. Academia Parisiensis propugnatrices doctrinæ quæ tenet B. Virginem in Conceptione sua a labe esse immunem. 31, 32. Infausta Polonorum expeditio in Bajazethem. 33. Lusitano regi conceditor a Pontifice jus in terras Barbaris eruptas in Africa. 34. Joannes Hispaniæ princeps in ipso ætatis flore extinctus. 35. Ximenius restituenda disciplinæ Ecclesiastice vacat. 36, 37. Classis Lusitana duce Vasco Gamma missa in Indias.

MCDXCVIII.

1-3. Caroli VIII mors miseranda. 4-6. Ludovicus ejus successor obtinet a sancta Sede ut sum cum Joanna Valesia conjugium declaretur irritum. 7-9. Florentini a Pisaniis casi: Veneti ex Cannaldulo divinitus propulsati. 10-19. Savonarola ab adversariis suppliciis affectus 20, 21. Alexandrum principes horuntur ne sui officii sit immemor. 22. Marrhani quadraginta hæresim publice Romæ ejurant. 23, 24. Regna Hispaniæ in Austriacam stirpem translata; Synodus Toletana congregata; magicas artes ab Academia Parisiensi damnatae. 25-35. Pie-kardorum errores exponuntur et refelluntur. 36-38. Polonus Germanos sollicitat ad bellum, non sine laude, sed sine fructu. 39. Turcarum ingens multitudine frigore perit. 40. Columbi in novum orbem varia itinera. 41-46. Per vastissimos Africæ flexus Gamma ad Indianum applicat, cuius situs et incolarum mores accurate describuntur.

MCDXCIX.

1-4. Conversio Granatensem, et inter eos viri principis. 5-9. Turcarum in Italiam exuersiones et Naupactum Venetiis ereptum. 10, 11. Grimanus prefectus a Venetiis accusatur, et a filio suo cardinali defenditur. 12-14. Germani ab Helvetiis fusi, et dira famae inde secura. 15-20. Galliae rex ducatum Mediolanensem ambit et assequitur. 21. Genuenses in Gallorum ditionem se conserunt. 22-24. Bellum Riaris illatum a Gallis et Alexandro ipso, qui paratum sibi venenum effugit. 25-29. Diploma Apostolicum de Jubile. 30. Sacerdotibus Ecclesiae Pragensis amplissima datur potestas reconciliandi Hussitas haereticos. 31. Marsilius Ficinus pie moritur. 32. Ob Indian patre factam celebrati a Lusitanis triumphi.

MD.

1. Jubilæi anni celebritas. 2-4. Alexander in vita disserimen adductus. 5, 6. Regum oratores splendida politcentur, sed vana. 7-9. Diplomata Apostolica tun. de bello Turcicis inferendo, tun de decimis etiam a cardinalibus solvendis. 10. Ritus servandi in cruce signatis lustrandis. 11, 12. Methone et Corone a Turcis expugnate. 13-16. A Pontifice principes sollicitati ut arma in Turcas jugant; preces solemnes ad hoc indictæ, et eleemosynæ in stipendia militum converse. 17. Pisarius non nihil cursum victoriarum Barbaricarum continet. 18. Reges que sua sunt querant, non cladem Turcarum. 19. Tartari et Moscovite magna strage deleti. 20, 21. Missi ab Alexandro ad Germanos et Hungaros legati, ut occasione Jubilæi congerant aurum in sumptus sacrae expeditionis erogandum. 22. Ex stipe collata a Venetiis instructæ quindecim triremes; cardinalis Borgiae misera mors. 23-27. Ludovicus Sforza et cardinalis Ascanius ejus frater in diversis certaminibus adversus Gallos primum victores, mox vieti in vincula coniunctiuntur. 28-30. Inter Gallos et Anglos novi federis pactiones. 31. Caroli V natalia. 32-37. Ferdinandus et Isabella in subjectione et conversione Maurorum de re Christiana optime meriti. 38-44. Quam fedissime a dæmonibus delusi fuerint Hispaniolas incoleæ. 45-51. Patefacta a Lusitanis Brasilia. 52-55. In India Capralis in portum Calecutii appellat; Septentrionales oras iustral Cortegalis. 56, 57. Varia cardinalium ad reges Transalpinos legationes. 58. In Italia Lucia sanctimonialis stigmatibus insignita. 59. Crucis signa in Germania vestibus divinitus impressa. 60-73. Waldensium in Bohemia repullulant sophismata ab Henrico Institoris refelluntur.

MDI.

1-4. Ungarus saero in Turcas foederi accedit; Pontifex singulas expeditionis partes exponit, tun per litteras legato, tun oratione in cardinalium senatu. 5-8. Gallum inter Germanumque contracta affinitas, et Hispanie reges ad sacram militiam sollicitati. 9-14. Cruces et cœlo lapsæ in Germanorum vestes. 15-17. Non in Turcas, sed in Italos cruce signati arma vertunt. 18-22. Alexandri edictum in Columnenses qui se Pontifici subjiciunt. 23. Novo decreto commendatur Ordo Minimorum. 24-33. Diploma Apostolicum quo confirmatur novus sanctimonialium Ordo a Joanna Valesia conditus. 36. Auctoritate Apostolica vetitum ne ulli libri de fide tractantes, nisi permittente episcopo, typis mandentur. 37-39. Dirimitur controversia de Ruthenorum Baptismo, quo fit ut bella inter Moschum et Lithuaniae orta residant. 40, 41. Ecclesia Wihenii Tartarorum incursionibus vexata permititur vim vi repellere. 42-45. In Insubria et Bohemia refranuntur diabolice superstitionibus dediti. 46. Columbia sanctimonialis sola Eucharistia sustentata. 47. Regule quibus vera miracula discerni possint a falsis. 48, 49. In Moravia et Gallia prodiga diabolica. 50, 51. Gallia rex exercitum suum una cum copiis Pontificis immittitur in regnum Neapolitanum. 52-72. Judicia sententia qua Fredericus in sacro purpuratum patrum senatu spoliatur jure regni Neapolitani. 73, 74. Neapolis a Gallis occupata. 75. Remissum Ludovico Gallo vectigal pendi solitum a rege Neapolitano. 76-78. Grassantibus undique Turcis, triennales decumas pro expeditionis sumptibus Lusitano regi Alexander attribuit. 79, 80. Pia regum Hispanie studia pro restituendo Christi cultu in regno Granatensi; Petri Martyris in Egyptum legatio. 81-83. Classis Christiana vel in apparatu tardior, vel in discessu festinatior. 84. Turcae ab Hungaris fusi: Lithuaniae dux ad sceptrum Polonicum vocatur. 85-88. Americi Vesputii in Americam navigatio. 89-91. Reperti in Indiis Christiani.

MDII.

4-6. Indicæ regiones in ditionem Lusitanorum rediectæ. 7-9. Maxima Hispanorum in lustrando orbe novo gloria. 10-14. Caesaris Borgiae crudelias et impia facinora. 15, 16. Ob incertos limites ora inter Gallum et Hispanum dissidia; Ferdinandus onere veniendo ad Sedem Apostolicam pro fidei sacramento nuncupando levatur. 17-22. Datam occasionem deturbandi imperii Turcicci amittunt Christiani, hec a Pontifice stimulati. 23, 24. Germaniam pestis et seditione depasent, 25. Sacra Biblia instar Hexaplorum Originis a Ximenio edita. 26. Constitutio adversus eos qui ladunt agentes negotia in Curia Romana.

MDIII.

1. Sublati e vivis Alexander cum regnum spurio condere pararet. 2. Empia pax iniquis conditionibus a Venetiis. 3, 4. Hispanorum res in Apulia inclinate, et Germanicis auxiliis restitute. 5-7. Gallorum casus adversi, 8, 9. Caesaris Borgiae savitria in Ursinos. 10-12. Borgiana felicitas ostenta momento dissipata, et per mortem Alexandri in adversos casus derlapsa. 13-15. Pius III creatur Pontifex, et Iere statum moritur. 16-19. Pius III mors bonis acerba et flebilis.

1. Hic incipit tomus viii edit. Romanæ. 2-9. Cardinales conclave ingressi ferunt leges quasdam

quibus Pontificem novum devincere intendunt. 10-12. Julii II electio et littera Encyclica. 13. Pacem inter principes instaurare nititur Pontifex. 14-19. Gallicus exercitus non minus disensionibus intestinis quam Hispanis viribus attritus et regno Neapolitano discedit. 20. Julius initio sui Pontificatus multis difficultatibus implicatus. 21, 22. Immunitates regibus Hispanis confirmatae, et dispensationes matrimoniales nato regis Anglorum concessae a Sancta Sede. 23. Legato commissa cura sedandi lites ortas inter Comitatus Venusini incolas et Imititos populos. 24. Francofurti insignes conventus celebrati : miracula ad reliquias trium Virginum edita. 25. Petri Aubussonii cardinalis obitus et laudes. 26. Christi fides a Lusitanis in India propagatur. 27-33. Maximi labores suscepit a primis Americae colonis.

MDIV.

- 1-8. A Julio admonitus dux Veneti ut erepta Ecclesiae Romanae restituat. 9-13. Aemiliam contra fas Cesari Borgia traditam recuperare studet Julius. 14, 15. Hispanus Gallusque de triennalibus inducis rogantur, ut junctis armis cogant Venetus ad restituendam male parla. 16-18. Decernit Julius ut lis de regno Neapolitano ad ipsum referatur. 19, 20. Contemptus Pontifice, Gallus male paciscitur cum Hispanis. 21, 22. Ferdinandus in Pontificem arroganter se gerit : fallaces Hispanorum induciet. 23-26. Pacis inter Bavarios interpretem agit Julius. 27-31. In Bohemia tumultus ab hereticis excitati et strages editae. 32. Pontificium auxilium in Turcas postulatum. 33-35. Egregia regum Anglie pietatis monumenta et exempla : praecisi abusus qui ex immunitate Ecclesiastica orti fuerant. 36, 37. Julius consanguineorum affectibus nimis indulget magno Ecclesiae detrimento. 38. Hispaniae reges ad Africanam expeditiōnē confiditam hortatur Pontifex. 39. Columbus magnis ornatus honoribus. 40. Philippus Austriacus dotali jure Hispaniae regna corripit ; Fridericus Neapolitanus in Gallico exilio moritur. 41. Praeclarum regis Lusitani studium in fide propaganda apud Congenses. 42-43. Lusitanorum in India victoriae.

MDV.

1. Veneti nonnulla restituunt Julio, alia retinent. 2, 3. Summa Pontifici officia præstare aemulantur principes Christiani. 4, 5. Lusitani ad arma capessenda in Barbaros Africis sollicitantur, propositis a Pontifice sacris præmiis. 6-8. Militiam sacram Christi nuncupatam pluribus sanctionibus decorat Pontifex. 9-12. Ludovicus XII divinitus sanatus, et per legatum ad sacram expeditionem promovendam incitat. 13-15. Pax inter Hispanum et Gallum sancta, positis quibusdam conditionibus. 16, 17. Susceptam a Ferdinandino expeditionem Africanam prosequi hortatur Pontifex. 18-20. Julius censuras intentat perduellibus ferentibus arma in Casarem. 21, 22. Nova sacramenta formula electis Treverensis imposita. 23. S. Anne caput oppido Durensi adjudicatum. 24-29. Opera cardinalis Gurcensis composita pax inter Danum et Lubencenses. 30-34. Helena Moscovite Rhutenorum erroribus implicatae nubil Alexander Poloniae rex, et quidem suo damno. 35-39. In Tartaros expeditionem confidere meditatur Polonus. 40. Pro immunitate Ecclesiastica, in Hungaria labefactata, laborat Pontifex. 41-44. Auctum cardinalium collegium. 45. Raymundi cardinalis Gurcensis obitus et elogium. 46-48. Margarita virgo Ravennatense sanctitate illustris. 49-55. Spreta Mahumetanorum minæ et multa in India a Lusitanis præclare gesta.

MDVI.

- 1-5. Julii II Constitutio Apostolica in Simoniacos. 6. Rhodii equites insulam Rhodum defendere jussi. 7-10. Lusitani Evangelio apud Ethiopiaes et Indos propagando navant operam. 11, 12. Lusitanus rex sollicitat Pontificem de pace inter principes Christianos sancienda et de sepulchro Dominico recuperando, in cuius rei gratiam rosa aurea donatur. 13-15. De sacra in Syriam expeditione agitala consilia, promovente cardinale Ximenio. 16, 17. Fœdus initum inter Philippum Austriacum et regem Angliam. 18. Judæorum Neophytorum editæ strages Olissipone. 19. Expediti Julii contra Bentivolos et Balionos et proiectio ex Urbe. 20-22. Quo ritu excipiendus Pontifex ab episcopo loci. 23-27. Recuperatae urbes captæ, et intentatæ in Bentivolios censuræ. 28-32. Bononia a tyrannide Bentivoliorum liberata. 33. Flaminia civitates a Venetis occupate repetuntur ; Saonenses damnis afficiuntur a Genuenisibus. 34. Gallici ordines sponsalitæ Claudiæ cum Carolo V abrumpunt, unde origo Mediolanensis bellii inter Germanos et Gallos. 35-37. Contentiones inter Philippum Austriacum et Ferdinandum Hispanum. 38, 39. Alexandri regis Poloniae mors et elogium. 40. Basilii ducis Moscoviae obitus. 41. Francofordiensis Academia instituta. 42, 43. B. Bennonis gloria prodigiorum coruscantis causa apud sanctam Sedem a Saxonibus propugnata. 44. Christi sindon culta Camberiaci et illustrata miraculis. 45. Instaurandæ basilicæ Vaticanae jacta a Julio fundamenta : regula decem beneplacitorum confirmata. 46-48. Coloniæ in Americam ductæ.

MDVII.

- 1-5. Julii ex Bononia discessus et in Urbem triumphalis ingressus. 6, 7. Sedati motus Genuneses et Liguria in Gallicam provinciam redacta. 8-10. Pacem inter Gallum et imperatorem redintegrare nititur Pontifex. 11, 12. Lusitanus rex, occasione sumpta de Turcio imperio a Persarum armis et sectis labefactato, bellum sacrum promovet. 13-20. Socotra insula et alia Orientis regiones Christo a Lusitanis restitutæ, et exinde magna per Urbem lactitiae significationes. 21, 22. Pontificis litteræ ad principes Christianos de ineunda inter ipsos concordia, et viribus in Turcas conjungendis. 23. In America amplificatum imperium Christianum. 24. Auctum cardinalium collegium. 25. Felix obitus S. Francisci Paulani. 26-28. Sacra ædacula Lauretana miraculis illustrata, et indulgentiis decorata. 29. Leges militiæ S. Jacobi instaurata. 30. Blasphemus impostor in Germania.

- MDVIII. 4-8. Germano, Gallo et Venetis inter se conciliandis totus est Julius, et profitetur se cum regibus bellicos labores in Turcas susceptorum. 9-12. Solemnes gratiarum actiones pro Indicis Lusitanorum victoriis. 13, 14. De Castello regno orta disceptatio; Ungarus et Polonus ob ingravida bella excusati de non missis ad Pontificem legatis; Ismael Persarum rex propheticam agit. 15-18. Pickardorum errores. 19, 20. Tartari et Moschi a Polonis fusi. 21-29. Bentivoli Bononiam tentant. 24, 25. Cardinalium plurium obitus, et novorum creatio. 26. Sextus Robureus creatus eques Rhodius. 27, 28. Infestata Liguria a Saracenis: Carolus Sabaudiae dux ense sacro donatus. 29. Sanctio contra raptiores bonorum ad naufragos pertinentium. 30-32. Paralytie sanata in aede Lauretana.
- MDIX. 1-4. Conspirant cum Pontifice regos in Venetos. 5-9. Moniti Veneti ut Ecclesiasticas urbes restituant. 10-12. Initio certaminis Veneti videntur, mox deleti, calo in eos pugnante. 13-15. Veneti et Bentivoli male ad Concilium futurum provocant. 16-18. Restitutae a Venetis urbes. 19. Placato Pontifice, Veneta virtus reflorescit. 20, 21. Simulta exorta inter Julium et Gallorum regem. 22. Exorta apud Helvetios haeresis. 23-28. Oranum, duce Ximenio, Afris eruptum. 29. Sopita lis inter Ferdinandum et Maximilianum reges. 30, 31. Lusitanorum in Indiam expeditio ingens et prospera. 32, 33. Gratulatoriae litterae imperatricis Aethiopum ad regem Lusitanum. 34. Concussa terrae motu Constantinopolis. 35. Henrici VII Angliae regis obitus et elogium: latæ leges aduersus provocantes ad singulare certamen.
- MDX. 1-6. Pactiones inter Pontificem et Venetum initæ. 7-11. Ritus servati in absolutione censuram, et celebrata Venetii publica laetitia. 12. Cæsar et Gallus ægre ferunt pacem Venetis datum. 13-15. Dissidii inter Pontificem et ducem Ferrariensem cause. 16, 17. Divinitus edita futurorum bellorum presagia. 18, 19. Quinque cardinales a Julio deficiunt. 20. Turonenses cœtus in quibus agitantur subdolæ propositiones auctoritatis Apostolicæ hostiles. 21. Damnata a Ferdinandino Hispano schismatica molimina. 22, 23. Galli cum Bentivolis tentant Bononiæ. 24-28. Neapolitani regni jura a Gallo ad Hispanam transmissa. 29. Judæi et regno Neapolitano ejecti. 30-33. Bugia, Tripolis et aliae arcæ ab Hispanis captæ. 34-36. Urbs et insula Goa ab Albuquerque recuperata. 37. Missi sacerdotes ad Congense regnum. 38, 39. Prussia et Livonia infestata a Moschis et Tartaris: Poloni ab omnibus derelicti cum Turca ineunt pacem. 40, 41. Eucharistia transfossa a Judæis, divinitus integra remanet; unde Judæi a Marchia Brandenburgensi depulsi.
- MDXI. 1-6. Maximiliani et quorundam cardinalium argutiae pro celebrando in Julium conciliabulo. 7, 8. Falsitatis et impudentiae convicti schismatici. 9-15. Indictio Lateranensis Concilii. 16-22. Contendunt inepte schismatici jus vocanda Synodi ad se devolutum, et inchoant Pisum conciliabulum. 23-29. Seditiones in sua contumacia perstantes ab impio conatu revocare inititur Pontifex. 30, 31. Angeli anachorite litteræ objurgatoria tum ad Carvajalum, tum ad Gallorum regem. 32-36. Judiciaria actio contra cardinales rebelles qui exanctorantur. 37-41. Decreta conciliabuli Pisani a Cajetano refutata. 42, 43. Pisus Mediolanum factiosi se conferunt. 44-46. Potitur Mirandula Pontifex. 47. Cardinalium creatio. 48, 49. Exercitus pro recuperanda Ferraria a Julio comparatur. 50. Mediolanensis senatus censuris percussus. 51-53. In conventibus Mantuanis de pace inter principes agitur. 54, 55. Hieronymus Emlianus a Germanis in carcere retentus, et B. Virginis ope liberatus. 56, 57. Proditus Galli a Gürensi. 58, 59. Bononia a Gallis occupata. 60, 61. Alidosius cardinalis a duce Urbini trucidatus. 62. Joannes Mediceus instructus mandatis pro Bononia et Ferraria recuperandis. 63-67. In Gallum regem ceteri principes federati. 68, 69. Prona ad jugum subeundum Africa. 70. Malaca capta a Lusitanis. 71. Goa oppugnata ab Indis. 72-75. In America Cuba insula explorata.
- MDXII. 1, 2. Negant schismatici liberum Romæ Concilium celebrari posse: a Cæsare mitti legatos postulant. 3, 4. Cardinalis Sedunensis legatus Apostolicus ad imperatorem et ad Helvetios. 5-7. Gallorum victoriis elati schismatici Pontificem contumacia impudenter accusant. 8-19. Inanes schismaticorum argutiae a Cajetano in suis Commentariis confutatae. 20, 21. Immane prælium ad Ravennam commissum. 22-24. Augusti pressus Julius pacem a Gallo propositam admittire cogit. 25-37. In Pontificem furunt schismatici. 28, 29. Post aliquot prorogationes, indicitur Concilium ad tertium Maii diem. 30, 31. Veteribus corruptelis e curia Romana sublevandis datur opera. 32-34. Quesita et responsa circa ritus in Concilio servandos. 33-38. Pontificis et Egidii Viterbiensis orationes quibus aperintur cause inductionis Concilii. 42, 43. Prima sessio: imperata presulibus modestia. 44, 45. Habita a Spalatensi archiepiscopo oratio de expeditione in Turcas decernenda. 46, 47. Secunda sessio: Angliae et Hispaniae reges se profertur Pontifici et Concilio conjunctissimos. 48-51. Pisani conciliabuli gesta rescissa; præsulibus non accessuris ad Concilium objecta pena. 52, 53. Inter secundam et tertiam sessionem, multa regna adhaerent Concilio. 54-58. Galli ab Insubria pulsi in odium schismatis. 59, 60. Cardinalis Mediceus ex hostiis manibus crepus. 61, 62. Medicci Florentiæ restituti. 63-68. Ludovico rege anathemate percesso, ruit undique in Italia Gallica potestas omnium Italorum plausu. 69, 70. Plurium Italicarum urbium ora-

lores idem Julio addicunt. 71-76. Ferrariae dux a Pontifice veniam precatur, sed jussus Ferrariam restituere fugit. 77-81. Rex Navarræ, socius Galliæ regis, regno pulsus. 82-85. Oratores regum Danieæ et Scotie profiteantur se Pontifici et Concilio adhaerere. 86-89. Conventus tum Treviris, tum Coloniæ ab imperatore congregati, in quibus pœna in ebrios statuuntur, et cardinales perduelles damnantur. 90, 91. Gurcensis purpura donatus; sedus inter Pontificem et principes, exceptis Venetis et Gallis initum; de præda Italica inter victores certatur. 92-93. Sessionis tertiae Acta: imperatoris nomine Gurcensis Concilio Lateranensi adhaeret. 96-99. Gallia sacræ interdicta; præsum non concurrentium ad Concilium inertia insignis. 100-102. Veneti Concilio se jungunt; de abroganda Pragmatica Sanctione actum. 103. Quarta sessio: Marcelli ad Julianum oratio parœnetica. 104. Tartarorum Precoopiensium in Poloniam irruptio, et parta de eis victoria. 105-107. Turcicum imperium gravissimis seditionibus exagitatur. 108-118. In Iudeis et Congensi regno Christiana res divina ope et Lusitanorum virtute aucta. 119. Antonii Laurerii Minoritæ nobile facinus.

# SUMMARIUM

TOMI XXXI.

MDXIII.

1. Julius' se ad mortem pie comparat. 2-6. Concilii Lateranensis sessio quinta, absente ob morbum Pontifice; Julii laudata constantia; poenae adversus Simoniacos latæ : actum de abroganda Pragmatica Sanctione. 7, 8. Extrema Pontificis gesta et dicta. 9, 10. Julii obitus et laudes. 11, 12. A Bellarmino egregie diluuntur que Julio improbe objecta fuerant. 13, 14. Congregati cardinales Joannem Mediceum eligunt, qui Leonis X nomen sibi assumit. 15-17. Electus Pontifex principes de sua electione certiores facit, et Petri Delphini litteris gratulatoriis honoratur. 18. Selymus insidiatur Rhodo. 19, 20. Lateranense Concilium celebrare prosequitur Pontifex, et anniversaria die qua captus fuerat, triumphali pompa ingreditur Basilicam Lateranensem. 21-28. Sessio Sexta in qua agitum de bello Turcis indicando et de concordia inter principes ineunda. 29-31. Galli apud Novariam cæsi Italia discedunt. 32-36. Dissidia inter Polonos et Cruciferos componere tentat Pontifex. 37-40. In pactionibus propositis stare abnuit Albertus Cruciferorum magister supremus, et in Polonos incitat Moscovitas qui prælio superantur. 41, 42. Septima Concilii sessio in qua recitantur litteræ Poloni regis, Slortiæ ducis, et cardinalium rebellium Concilio tandem adhaerentium. 43. Missi legati ad principes pro pace publica concilianda. 44-50. Cardinalibus schismaticis restitutus honor, et celebrata per Urbem letitia. 51, 52. Scriptor Actorum conciliabuli Pisani veniam poscit et obtinet. 53-62. Gallorum rex victus ab Anglis, et ultione divina pressus errorem tandem agnoscit et adhaeret Concilio. 63-69. Thomas cardinalis Strigoniensis legatus decernitur in Polonium, Bohemiam et Hungariam, tum ut arma Turcica avertat, tum ut erroribus Bohemorum obsistat. 70-75. Recensentur a Pontifice articuli controversi inter Bohemos et Romanam Ecclesiam. 76. Wladislaus rex monitus ut compescat motus concitatos in imperatorem a schismaticis. 77-82. Italiae paci providet Pontifex. 83, 84. Auctum cardinalium collegium. 85-89. Concilii Lateranensis sessio Octava: regis Galliae recitantur litteræ quibus excusat se de schismate, et protitetur se Concilio adhaerere. 90. Plures alii principes similiter se subjiciunt. 91. Aquensis senatus in judicium vocatus ob immunitatem Ecclesiasticae labefactatam. 92-97. Diverse Concili sanctiones tum in errores circa animam humanam, tum de legis pro pace mutua inter principes decernendis, tum de Ecclesiastica disciplina restituenda. 98, 99. Rhodii equitis oratio implorantis auxilium principum. 100. Omni ope inititur Leo reges in Turcas conjungere. 101-104. Pontificia Litteræ quibus exponitur Cesari fore ut Turcas ob principum discordias confirmentur. 105, 106. Rogatus Anglus ut pacem cum Gallo ineat. 107-115. Conllatum ex omnibus populis fidelibus exercitum immittere in Turcas meditatur Pontifex. 116, 117. Indictum a Java rege Lusitanis bellum: classis Barbarica capta. 118-130. Parte a Lusitanis victoria in Arabico sinu et Indis. 131-138. In Africa restituitur Azamora imperio Christiano. 139-141. Patet factæ ab Hispanis in America incognitæ terra, et amplificatum Castellanum imperium.

MDXIV.

1, 2. Lusitani regis legatio insignis ad Pontificem et munera utrinque oblata. 3. Concilii Lateranensis sessio Nona, in qua protertur Lusitani regis Epistola conferentis suis legis pleniarum potestatem. 4-7. Gallorum episcoporum accessus a Mediolanensi retardatus. 8, 9. Solvuntur censure quibus praesules Galli ob schisma erant vinci. 10-14. A Concilio principes concitantur ad pacem et indicuntur preces solemnes. 15, 16. Affectata privilegia a cardinalibus cum præsumum damno. 17-33. Diploma de Ecclesiastica disciplina instauranda. 36. Controversie Pruthenorum et Polonorum cardinalibus permisæ. 37-42. Selimi in Italiam

expeditio retardata a Persis. 43-45. Caesar admonitus de periculis a Turca imminentibus. 46-48. Rhodii equites denuntiant apparatum Turcicam invasionis. 49, 50. De Juliacensi ducatus pacata et concordia inter Gallos et Anglos sancta per affinitatem. 51-67. Iortatur Pontifex ut Hungarus, Polonus et Livonie dux sibi invicem opitulentur. 58-65. Ingens Poloni Victoria de Moscovitis, et sollemnes gratiarum actiones. 66-86. Ruthenorum mores et errores. 87-102. Mittitur a Leone nuntius ad Maronitas quorum tides ad rectum reducitur. 102-109. Quæ fuerint tunc temporis Abyssini imperii fines, fruges et ritus sacri. 110, 111. Amplificata in America res Christiana.

MDXV.

1, 2. Querelas episcoporum adversus cardinales et monachos sophile studet Leo. 3. Sanctum percipi posse sine usura pro stipendiis ministrorum aliquid lucri in gestione honorum quæ dicuntur *Montes pietatis*. 4-6. Sanctiones diverse quibus episcoporum auctoritas communitur, Synodus Provincialium præcipit celebratio, et poena constituantur in eos qui edunt libros sine permesso ordinariorum. 7-9. Segnitie Christianorum principum multa exoriuntur mala. 10. Ludovico XII in medio festorum nuptialium extincto succedit Franciscus dux Engolismensis. 11. De armis in Turcas vertendis agitur. 12, 13. Exortae inter Genuenses et Mediolanenses dissidia. 14, 15. Dux Genuensis cum Gallo paciscitur. 16. Intentatum anathema occupaturis Parmam et Placentiam. 17-19. Ut aditus obstruatur florentissimo Francorum exercitu, pactæ conditiones cum Anglo, et Eboracensis archiepiscopus creatus cardinalis. 20-22. Helvetii victi apud Marignanum: Mediolanum Franciscus Gallo deditum: hujs regis virtutes et virtus. 23-26. Inter Pontificem et Galliæ regem initum fœdus, et pacis conditiones. 27-36. Leonis iter ad Bononiam, et congressus cum Francisco. 37, 38. Excitatur Lusitanus ad vertenda in Turcas arma. 39, 40. Franciscus in Galliam redit, Florentiam Leo, ægre ferens pactum armis extortum. 41, 42. Sollicitatus Polonus ad jungendas cum Hungaro vires, imprimis cum pollicitus sit Persa se eis auxiliaturum. 43-50. Celeberrimus Viennæ regum conventus, in quo pacis conditiones firmantur, et controversiæ finis impoitor. 51. Transylvanus a Turcis fusus. 52-54. Selymus Turca et Ismael Persa pariter in bello fortis, sed in doctrinis diversa sentientes. 55, 56. Albuquerque vita et morte gloriosus. 57-59. In Africa Lusitani victi, Hispani victores. 60. Ferdinandus distractus curis ab Africano bello. 61-64. In America propagata religio.

MDXVI.

1-5. Præsules conqueruntur de monachorum privilegiis. 6-8. Maronitæ Lateranensi Concilio et fidei Catholicae adhaerent. 9-41. Prohibetur ne prædicatores in explanatione sacrarum Scripturarum a veritate ad fabulas convertantur. 12-17. Pacta inter Leonem et Franciscum Galliæ regem de sacerdotiorum provisione. 18-20. Sanctio contra clericos concubinarios et forniciarios. 21. Decernitur censuras non contrahi, nisi rite denuntiatae fuerint. 22-27. Pragmatica Sancto rescissa, et auctoritas Pontifica in clariori luce posita. 28-38. Privilegia in *Mari Magno* conteuta revocantur, sed cætera monachorum jura confirmantur. 39-42. Ferdinandi Hispanie regis obitus et laudes. 43-46. Ximenius operam dat ut Carolo V regnum deferatur, exercitus comparetur, et classis instruatur. 47. Africa a Ximenio tentata. 48-54. Pontificia curæ in reprimendis Africæ piratis. 55-57. Selymus Syriam domat, Rhodo minatur et ingentem incutit terrorem orbi Christiano. 58-60. Hungarus præmonitus ne inducias cum Turca ineat, promissis ceteroquin ex communi principum thesauro stipendiis. 61-63. Wladislaus rex et vivis sublatius: ejus filius in clientelam Apostolicam commendatus et receptus. 64, 65. Deturbantur Hungari a pace cum Turcs ineunda. 66-71. Dalmatia et Turci vexata in extremam pæne desperationem adducitur. 72-74. Tartarorum incursio in Poloniam et Russiam. 75-78. Helvetii in duas partes dissisi, obsidente licet totis viribus Pontifice. 79. Immissus in Insubriam exercitus, sed ob nimiam cunctationem profligatus. 80. Composita pax inter Franciscum et Carolum V. 81-83. Urbinate ducatu exauctoratur Roburens, et Laurentius Medicæus donatur. 84-90. Politiorum litterarum cultores et Theologicae scientiæ detractores, inter quos Reuchlinus et Erasmus, viam struunt Lutheranismo. 91-95. Contra Erasmi secommata et declamationes defendit ab Alberto monachismus. 96-100. Impia dogmata ab Erasmo sparsa. 101. Philippus Benitus et Elizabeth Lusitanie regina inter sanctos collocantur. 102, 103. Res Christiana in Mauritania claudicat; Gundisalvus Vascius a Mauris affectus martyrio. 104-116. Missæ a rege Lusitano, amplificandæ religionis studio, legationes ad Congi regem, ad Persam Sophi, necnon ad Sinenses, quorum mores describuntur. 117-118. In America patetactæ in dies nova regiones.

MDXVII.

1. Ultima sessio Lateranensis Concilii. 2-3. Litteræ quibus imperator profitetur se una cum Pontifice suscepturnum arma in Turcas. 6-8. Gratulatur Pontifex Angliæ regi de sponsione auxili. 9-15. Electi Pontificis ades diripi vetitum: decretum pro tuendo imperio Christiano. 16, 17. Pluribus licet renientibus dissolvitur synodus. 18-20. Monitus Rhodius ut se aduersus Turcas communiat. 21, 22. Provisum Turcarum grassationibus terra marique comprimendis. 23-29. Superatis Mamaluchis et Egyptiis, Selimus de subjiciendo sibi Occidente cogitat, unde fit ut de classib[us] Hispaniæ, Galliæ et Italie conjugendis actum sit. 30-34. Quænam consilia in sanctiori senatu inita sint pro defensione rei Christianæ.

55. Germani principes decretum Pontificium laudant. 56-79. Lutherus indulgentias oppugnat : vera de indulgentiis doctrina. 80. Veneta respublica pristina restituta amplitudini. 81-86. Robureus principatus Urbinatis iterum potitur, Picenum invadit, et a celesti virtute impeditur quin ædem Laurotanam diripiatur. 87, 88. Couflare exercitus ex Helvetiis conatur Pontifex. 89-99. Conjuratio quorumdam cardinalium adversus Leonem : Petruscius strangulatur, Riarius vero et Bandinellus venia donantur. 100-102. Auctus cardinalium senatus : pia sanctio pro cardinalibus defunctis. 103-107. Cardinalis Ximenius pie moritur : ejus animi doctes et pœclaræ gestæ. 108-111. Deposicur undequaque ut Ximenius sanctorum Albo inscribatur ob patrata in vita ac post mortem miracula. 112. Caroli V in Hispaniam adventus. 113-115. Diversæ sanctiones quibus sacram audiri extra parochiale Ecclesiam permittitur ; instauratur decretum de fide addicenda Sedi Apostolicæ a presulibus recenter electis, et approbantur quædam precum formulæ. 116. Eduardi Galvani vaticinia. 117. Templum S. Thomæ dicatum in Indiis reperitur. 118. Yucatañ provincia in America patefacta.

MDXVIII.

1, 2. Prodigia Romæ visa, malorum præsagia. 3-30. Imperii electores in Augustano conventu congregati proposita consilia de bello Turcico Pontificis arbitrio submittunt. 31-35. Germani belli sacri onus refugere videntur. 36-39. Missi legati Apostolici ad Germanos, Gallos, Hispanos et Anglos. 40-49. Solemnes supplicationes indictæ. 50, 51. Summa ratio belli gerendi. 52-54. Thomas de Vio missus in Germaniam legatus. 55-63. Quo rito Albertus Moguntinus insignibus cardinalatus, et Maximilianus Cæsar ense et pileo ornatus fuerit. 64-69. Maximilanus Germanos ad bellum sacram hortat. 70-75. Plocensis episcopus nomine regis Poloniæ Germanorum inertiam perstringit in conventu Augustano. 76-84. Confutantur ab Alberto Pio Huttonis argutiae et calumniæ. 85-89. Thomas de Vio Sedens Apostolicam ab omni avaritiae suspicione vindicat. 90. Lutherus a Maximiliano ut calumniator denuntiatus. 91-101. Quibus de causis Lutheranismus latius se diffidetur. 102-111. Fraudum artifex Lutherus. 112-149. Hæreticorum cavillationes circa indulgentias, Purgatorium et vim anathematis. 150-153. Bibienæ cardinalis in Galliam legatio et eximiae de ea conceptæ spes. 154. Parisiis sancitum fœdus inter Anglos et Gallos. 155, 156. Hispani et Galli clam mutuo flagrantे odio. 157-163. Diriuntur in gratiam Caroli lis qua rursus agitatum fuerat utrum Neapolitanum regnum imperio adjungendum sit, necne. 164. Spina Dominicæ coronæ sanguinem fundit. 165. In Dania induciae violæ. 166. Diploma Apostolicum in falsos testes circa hæresis inquisitionem. 167. Turcae in Africa victi. 168-170. Lusitanorum in Oriente res præclare gestæ. 171, 172. Hispani prælustrant insulas Americæ.

MDXIX.

1-3. Ex imperatoris morte aucti Luthero animi : Maximiliani elegium. 4-6. Providet Pontifex ut in eligendo imperatore rei Christianæ consulari. 7-22. Galliæ et Hispaniæ reges affectant imperium : suam quisque causam coram electoribus propugnat. 23. Oblatum imperium Friderico Saxoni et ab ipso declinatum. 24-30. Carolus electus et renuntiatus Cæsar : leges ipsi impositæ. 31. Poscit Carolus ut regnum Neapolitanum retineat. 32, 33. Mærore conficitur Franciseus ex tradita æmulo dignitate imperiali. 34, 35. Circumveniente principes tentat Lutherus. 36-47. Ex imprudenti concessione internuntiū Apostolici renovantur controversiæ de rebus ad fidem pertinentibus. 48. A Lovaniensibus et Coloniensibus theologis Lutherus damnatus. 49. Quali modo defunctus applicari queant indulgentiae. 50. Zuinglius Helvetios inficit. 51-53. Insana Lutheri audacia et mira perfidia. 54-56. Heresiarchæ favent rhetores, politici neconon principes ipsi, spe depradationis bonorum Ecclesiasticorum allecti. 57, 58. Christiernus Daniae rex coactum ex indulgentiis aurum diripit et Succiam sibi adsciscit, violatis iudicis. 59, 60. In Lithuaniae irruunt Moscovitiæ, quorum dux Basilius consilia agit de schismate abhiciendo. 61. Sollicitatur Gallus ut priora consilia diligentissime exequatur in Turcas. 62. Expeditionis in Algerium luctuosus exitus. 63. Xerifi in Africa novam superstitionem conflant. 64. Maldivæ a Lusitanis parte. 65-73. Duce Ferdinandu Cortesio, Hispaniæ novas terras lustrant quarum incoleæ sacrificiis humanis dediti ad mitiores mores reducuntur. 76-85. Decreti sanctorum honores B. Francisco de Paula, gloria miraculorum coruscanti. 86, 87. De aliis viris præstantissimis in Albo sanctorum conscribendis agitatum. 88. Monomachia vetuta a Leone.

MDXX.

1-3. Larvam Catholici viri deponens Lutherus palam hæresim profitetur. 4-14. Negatur a Lutheru sacerdotalis ordo, qui propugnatur ab Eckio. 15-17. Calumnia Lutheri in auctoritatem Pontificiam et jus canonicum. 18-48. Joannes Faber in totidem responsionibus confutat tringita articulos excerptos ex operibus Lutheri. 49, 50. Impium librum inscriptum de captivitate Babylonica edit hæsiarcha. 51-59. Edictum Pontificium quo Lutherus in jus vocatur. 60-63. Promulgato edicto dubium prestant obsequium principes Germani, excepto imperatore. 64, 65. Joannis Fischeri ad Anglos monita : Henrici VIII libellus aureus. 66-68. Ex scriptis Fischeri eruitur inanitas et pravitas systematis Lutheri admittentis solas Scripturæ sufficere in controversiis de rebus ad fidem pertinentibus : Hamela, urbs Saxoniæ a S. Bonifacio defensa. 69. Carolus V ex Hispania in Germaniam se confert. 70-72. Absente Carolo direæ dissensiones Hispaniam dilacerant. 73-75. Carolus Aquisgrani corona Germanica

redimitus. 76-81. Civilia inter Christianos bella exitialia : a Polonis in Cruciferos justæ effunduntur querelle. 82, 83. Dalmatia et Croatia vastata a Turcis : sacerdotis Dalmatæ in fide constantia. 84, 85. Actæ Deo grates de extincto Selymo. 86. Constantinopoli dignitas patriarchalis empta : Simoniaci Simoniacos pellunt. 87-89. Christierni Danie regis alrox facinus. 90. Delatum Pontifici a Jacobo rege Scotie obsequium. 91. Maurus prenobilis sacro baptismo initiatus. 92-93. Lusitanorum in insulam Sumatram et in Sinum Arabicum expeditio. 96-98. Mexicana terra a Cortesio recuperata. 99-101. Magellanis navigatio, et freti conjugentis utrumque Oceanum inventio.

MDXXI.

1-4. Lutherus et sectatores ejus anathemate plectuntur. 5-7. Atheologis Parisiensibus hæreses convictus Lutherus. 8-10. Wormatia paratur conventus : fides publica hæresiarchæ data, sed ab eo non servatae leges syngraphæ. 11. Erfordia concionante Lutheru, templum concurritur. 12, 13. Lutheri in conventu Wormatiensi superbia et audacia. 14-16. Caroli V ad principes in Lutherum oratio male ab ejusdem asseclis excepta. 17-24. Lutheri pertinacia et alia vitia. 25-41. Caroli V Edictum in Lutheranos. 42, 43. Lutherus laborat infamia societatis cum dæmonie. 44, 45. Evadit Lutherus ab amicis tectus. 46-50. A dæmonie Lutherus, ipso fatente, edocitus, illusus et induratus. 51. Damnant Lutherum Parisienses. 52, 53. Vitiorum illecebris multi ad Lutheranismum abripuntur. 51-71. In opus pestiferum *de Capitivitate Babylonica* Henricus Anglia rex scribit librum *de Septem Sacramentis*. 72-74. Librum Angliae regis gratulatorie accipit sibi oblatum Summus Pontifex qui decernit auctori titulum *defensoris fidei*. 75-79. Pontifex primum in Franciæ, mox in Caroli partes inclinat. 80-91. Diploma Apostolicum que permittit Cesari ut cum imperio jungat Neapolitanum regnum sub certis conditionibus. 92, 93. Aliud Diploma quo declaratur nihil detrahi juribus Joanne reginae concessis. 94-97. Belli inter Carolum et Franciscum conflati causam quisque in suum adversarium derivat. 98-101. In obsidione Pampelonensi Ignatius Loyola vulneratur, et a B. Petro sanatus de perfectione vita cogitat. 102-104. Recepta ab Hispanis Navarra. 105. Perditissimi latrones grassantur in Galliis. 106-108. In Italia res Gallorum pessumdatae. 109-112. Leonis X mors inopinata forsan veneno illata : hiujus Pontificis mixta vitiis dotes. 113-120. Emmanuelis Lusitanie regis, Ecclesie propugnatoris fortissimi, obitus et virtutes. 121-124. Solimanus, reliquias Mamaluchorum cæsis, Alba-Regali potuit et Rhodiæ expeditionem confidere meditatur. 125, 126. Lusitanorum insignis facinus adversus barbaros. 127. Praecones Evangelici in Americam missi. 128-130. Ferdinandi Cortesii in Mexicano regno gesta. 131. Navis, orbe terrarum peragratio, in Hispaniam revertitur. 132. De Moluchis insulis inter Lusitanos et Castellanos lis orta.

MDXXII.

1-7. Divino instinctu ducti cardinales eligunt Hadrianum tum in Hispania agentem. 8-12. Hadrianus frustra nittit bellum componere inter Cæsarem et Gallum. 13-15. Italia bello et peste laborat. 16, 17. Hadriani iter et in Urbem ingressus. 18. Pontificis egregiae dotes. 19-28. Obsidione pressa Rhodus certis conditionibus Turcis se dedere cogit. 29-33. Lutherus et latebris prodiens et audacior absentia imperatoris factus, ubique suorum errorum semina spargit, parvi ducent doctrina sue mutationes. 34-39. Carolstadius hæresim Iconoclastarum renovat. 40-44. Lutherus in quibusdam sententiis a Carolstadio dissentit ; Turcas commendat ; sanctos Patres in interpretatione Scripturarum spernit et fidem fugit extingui bonis operibus. 45-47. Convellere statum Ecclesiasticum et scriptis et dictis conatur Lutherus. 48-52. Scriptura sacra corrupta a Lutheru : in jejunia et calibatum declamat. 53, 54. Anabaptistarum ortus. 55-59. Ex Lutherana secta imperii excidium non sine causa sed tardius præmetuit Carolus V. 60-64. Admoniti ab Hadriano de malis imminentibus principes. 65-71. Data internuntio Apostolico mandata. 72-88. Hadriani litteræ ad Saxonem. 89. Reliquie S. Apostoli Thomæ in Indiis repertæ. 90-99. Regionem Nicaraganorum perlustrat, et ad fidem adducit Egidius Gonsalus. 100-102. Minoritæ in Evangelio disseminando per infideles populos Americae promptissimi.

MDXXIII.

1-13. Missus ab Hadriano internuntius ad reducendos ad officium Germanos : corruptorum principum responsa. 14-20. Internuntii replicatio, quamvis magis sensus et ponderis, spreta ut inanis ab impiis politicus. 21-27. Edictum nomine Cesaris promulgatum, quo nonnullis flagitiis providetur, sed nihil statuitur in Lutherum causam horum malorum. 28-31. Instigante Lutheru, porrigitur Hadriano libellus supplex contiōns querimonias Germanicas. 32-37. Tollantur abusus, sed non evertatur Ecclesia. 38-62. Ritibus sacris substitutus Lutherus novas et nugatoria formulas. 63-69. Quinam fuerint Lutheri oppugnatores. 70. Convicia Lutheri in principes. 71-76. Novatoris argutiae contra castitatem. 77-79. Ineptiæ quibus suam doctrinam fulcire conatur Lutherus, et perfidae artes quibus allicit principes ad directionem censuum Ecclesiasticorum. 80, 81. Decretum Poloni regis de tuenda religione. 82-87. Causeæ multiplices qua impulerint ad hæresim. 88. Majorum impia laciñora. 89-91. Diploma Apostolicum quo B. Bennomi sanctorum decernuntur honores. 93-101. S. Antoninus Catalogo sanctorum inscriptus. 102-103. Peregrinatio S. Ignatii ad limina Apostolorum et ad Terræ-Sanctæ loca. 106. Rhodiorum princeps amissam Rhodum recuperare nititur. 107. Pa-

triarcha Alexandrinus obsequium deferit Hadriano. 103-111. Res Gallicæ in Italia penitus ruunt, et Pontifex init fodus cum Cesare et Anglo. 112-119. Hadriani pius obitus, et rei Christianæ luctuosissimus. 120-124. Cesarei oratoris supplex libellus ad cardinales in concilii congregatos, quo postulat ut subsidiarium aurum impendatur ad repellendos Gallos Italiae invasores. 125-127. Clementis VII electio et primordia. 128-130. Clemens pollicetur se futurum pacis arbitrum. 131-133. Poscit Hungarus rex ut Capistranus inter sanctos referatur. 134-136. In Mexicano regno Christiana res amplificata. 137-139. Minoritæ sedulam dant operam ut Barbari ad Christum adducantur.

MDXXIV.

1-5. Cardinalis Campegius missus ad Nurembergenses conventus, et ei adjunctus cardinalis Salisburgensis. 6-13. Post multas et anticipes concertationes proponitur nomine Caesaris absens editcum quo postulata Pontificis eluduntur. 14-16. Jure queritur Pontifex litteris ad imperatorem missis, quod utriusque vota contempta fuerint. 17-19. Mandata data regi Angliae et cardinali Eboracensi de futuro conventu Spirensi et de Lutheranorum conatibus. 20. Clemens queritur apud Gallum de comitiis Nurembergensibus. 21,22. Carolus V Pontifici adhaeret adversus Lutherum. 23-39. Ferdinandus archidux Austriae cœtus Catholicorum celebrat Ratisbonæ, in quibus edicta sanctiones a legato Apostolico ad Ecclesiasticam disciplinam instaurandam. 40. Lutheri declamationes. 41. Libere civitates haeresi infecta. 42. Sichingus Treviris propulsatus. 43-46. Monterus fax Germaniae. 47. In principatu Ultrajectino turbas concitat haeresis. 48-51. Lutheri furor in virginibus constuprandis, et in miraculis deneandis. 52. Helvetii deceperunt tuendam fidem orthodoxam. 53-57. Tigurini a Zuinglio corrupti. 58-60. Oecolampadius a Fischero confutatus. 61. Monasterium usque adhuc religione florens impura doctrina contaminatur. 62. Itætericorum in episcopos et sacerdotes summa petulantia. 63-68. Ludovici Hungariae regis vigilantia in Pighardos et Callixtinos. 69, 70. Bellum inter Polonos et Cruciferos sedare nittit Clemens: Prussorum princeps ad Lutheranam haeresim deficit. 71-74. Pontificia legatio ad Moschorum principem et tentatum fodus in Turcas. 75. Clementis monita ad Hungaros. 76, 77. Solymanus arma verit in Achomatem Aegypto potitum, quem in rebellione firmaverat spes Christiani subsidii. 78-81. Clemens concordia interpretetur frustra agit inter Gallum et Hispanum. 82-96. Redintegratur bellum inter Carolum V et Franciscum Gallie regem. 97-99. Ex his bellis oriuntur ingentia mala rei Christianae novicia. 100. Illuminatorum haeresis in Hispania. 101. Laurentius Justinianus miraculis clarus. 102. Ordinis Theatinorum exordium. 103-108. Abyssinorum regis ad Lusitanum literæ. 109-111. Orta rursum inter Castellanum et Lusitanum discordia de novi orbis finibus. 112-116. A B. Martino Valentino propagata in Mexico fides.

MDXXV.

1-3. Celebratur Jubilæus annus. 4-16. Rusticorum Lutheranorum rebellio, postulata et strages. 17-20. Quid sit vera libertas Christiana. 21. In urbe Ultrajectina tumultus. 22-26. Exultat Lutherus in medio Germanie luctu, rusticos in cladem inducit, et victos dilacerat conviciis. 27. Francofurti et in aliis urbibus late a Lutheranis leges iniquæ. 28-34. In Dauia, Belgio et Hollandia pestis Lutherana serpit. 35. Polonia Sigismundi regis virtute præservata ab haeresi. 36-39. Blasphemie a Lutheranis jactatae in B. Virginem et sacras imagines. 40, 41. Catholici doctores scriptis certant adversus Lutherum. 42-51. Lutheri et Zuingli dissidia circa Eucharistiam. 52, 53. Lutherus ob sacrilegas nuptias objurgatus ab Anglo rege. 54-58. Albertus Cruciferorum magister in Prussia Luiheri exemplum sequitur; non vero Albertus cardinalis Moguntinus, nec Georgius Saxoniae dux qui conlatur haeresiarum impias persuasiones. 59, 60. In Protestantismo ipso schismata. 61-64. Tigurini ad Anabaptistarum sectam deficient. 65. Lutherana haeresis illata in Gallias. 66. Laxata a Carolo V haeresi habentæ. 67-73. In quo Moscovite cum Catholicis consentiant et ab ipsis dissentiant. 74-92. Bella inter Carolum V et Franciscum I Turcis prospera, principibus tunesta, et Pontifici luctuosa. 93. Hebraeorum Arabum legatio ad Pontificem. 94-102. Mexicanæ subacti a Ferdinando Cortesio. 103. Jacobus Picens miraculis clarus. 104. Capucinorum exordia.

MDXXVI.

1-4. Adducta in disserim Christiana res ob acerbiores leges a Carolo V impositas Francisco Gallie regi. 5-8. Adversus Cesarem nimis potentem fodus sanctum inter cateros principes. 9, 10. Cesari exterritus pacem offert que non accipitur a Clemente. 11. Causas indicti Carolo V belli litteris exponit Pontifex. 12-15. Petrus Navarrus classi sociali præfectus, et expeditionis Gennensis dux renuntiatus. 16-18. Clemens, rerum conversa facie, pacem cum Cesareis componit. 19-21. Columnensem in Urbem irruptio et ministrorum Cæsareorum proditio. 22-43. Caroli V Apologetica littera quibus ad Pontificem remittit bellorum causas. 44. Humanioribus litteris Carolus spondet Pontifici suum obsequium. 45-56. Denouo publici dissidii causas in Pontificem et Gallorum regem averttere nittit Carolus Epistola ad cardinales, necnon in libello ad septenviros transmisso. 57-59. Admoniti principes a Pontifice de Hungariae periculo. 60-62. Germanorum ignavia suadente Luthero confirmata. 63-66. Ingens Hungarorum clades: Buda capta a Solimano, et Ecclesia profanata et direpta. 67-69. Pontificis cum Columnensibus contentiones. 70, 71. Hungaria mutuis discordiis afflita. 72-77. Joannes Faber legatus ad regem Anglorum. 78. Melite insula data

equitibus Jerosolymitanis. 79, 80. Internuntius missus ad Armenos et Maronitas. 81, 82. Inter Castellanos et Lusitanos de imperio Molucharum certatum. 83. Franciscani Evangelium disseminant in America. 84. Mauri Hispania ejecti. 85. In Belgio imago Virginis lacrymas fundit. 86. Quas ob causas tanta multitudo fide defecerit. 87-96. Joannis Cockei animadversiones in opera Lutheri. 97. Lutherani non obtinent ut in Spirensi conventu agitant controversias. 98-111. Sacramentariorum haereses in cotibus Badensibus solemniter damnantur. 112-117. Lutherus ab Henrico rege Angliae confutatus. 118-120. Anabaptistae urgent Lutheranos disputationibus, et Helvetiam implent homicidiis et stupris. 121, 122. Apostasia magistri Cruciferorum. 123-125. Gedanum ab haeresi purgatum. 126. Vindicata a peste Lutherana Polonia. 127. De revocandis ad meliorem frugem monachis actum. 128-130. Lutherani Sueciam inficiunt. 131, 132. Synodi in Gallia ad precludendum haeresi aditum.

# SUMMARIUM

TOMI XXXII



MDXXVII.

1, 2. A pluribus praedita Urbs direptio. 3-7. Pollicitationibus Cæsaris affectus Clemens adire reges statuit ad urgendam concordiam, sed a proposito Pontificem deterrent Galli. 8-10. Proregis Neapolitani consilia nefaria. 11, 12. Inducere sancitæ, et quibus conditionibus. 13, 14. Germanicus exercitus Flaminiam invadit. 15-22. Romæ excidium et Pontificis captivitas. 23-27. Inter principes agitur de liberando Pontifice. 28-31. Differt Carolus dimittere Pontificem. 32. In Oriente rem Christianam restaurandi spes affulget. 33, 34. Lautrechius nimias nocti moras, quarum impatiens Pontifex acerbioribus legibus se subdit, nec tamen in libertatem mittitur. 35-42. Caroli V litteræ quibus se immunem prolitetur tot et tantorum facinorum. 43. Toletano archiepiscopo exponit Clemens calamitatem suam. 44, 45. Divina vindicta in sacrilegos reliquiarum raptore. 46, 47. Pontifex ignobilis cultu ex servitute evadit, et Lautrechium certiorē efficit de libertate recuperata. 48-51. Pontificis ad principes congratulatoriae litteræ. 52, 53. Ditionis Ecclesiastice infelix status. 54-58. Lutherus et Sacramentarij inter se pugnant. 59-61. Erasmus in Lutherum scribit. 62-64. Furijs conscientiæ torquetur Lutherus. 65, 66. Corrupta a Lutherō sacra Scriptura. 67. Pseudoevangelii pessimi fructus. 68-75. Anabaptistica pestis sævit præsertim in Moravia. 76-80. Anabaptistarum mores, fraudes et flagitia. 81-84. Livonia contaminata heresi. 85. Abbas Farnensis ob heresim exustus in Scotia : Gustavus Sueciae rex subornatus a Lutheranis. 86. In Belgio fideles ab heresi miraculo deterriti. 87-104. Senonensis synodus adversus Lutheranos. 103. Beatus Hyacinthus miraculis claret. 106. Tartarorum in Lithuaniae irruption. 107. Hungaria civilibus bellis laniata. 108-119. Propagata apud Mexicanos religio.

MDXXVIII.

1. Pactiones concordiae initæ, sed de modo illas exsequendi lis orta. 2, 3. Pontificis et Pontificiarum rerum miser status. 4, 5. Germani Roma divulsi ob Neapolim a Gallis obcessam. 6-8. Tardius obstant Galli submissis e Germania copiis. 9. Detrectat Clemens se implicare bello. 10. Lautrechius epidemicō morbo extinguitur ; eversæ Gallorum res. 11. De concordia agit Clemens apud Carolum V. 12, 13. Veneti et Florentini gravissime animum Pontificis offendunt, et ruunt in pejus. 14, 15. Ad meliorem frugem adducunt Caesar, et ipsius rogatu Romanam reddit Clemens. 16. Cæsareum nomen tuendi specie Columnenses plura perpetrant scelerā. 17. Ad pacem inclinat rex Gallus. 18-23. Bernenses conventus se arbitrios dogmatum fidei constituant. 24-29. Zwinglius cum Lutherō, et Anabaptiste cum utroque pugnant. 30. An tolerandæ sint sectæ contraria certant novatores. 31-39. Balthasar heresiarcha captus, confutatus et Viennæ flammis exustus. 40. Populus ignorans quid sit credendum in atheismum prolabitur. 41-43. Monitus a Pontifice Ferdinandus ut non sinat Ecclesiam opprimi a Lutheranis. 44. Pulsus ab Hungaria Joannes in Turcarum clientelam se confert. 45, 46. Indicte a Clemente solemnès supplications. 47-52. Lutherana sectæ reformatio. 53-78. Joannes Faber Lutheri variationes facete enumerat. 79. Prussi denegant episopis decumas. 80, 81. In Galliam irrepit heres. 82-102. Parisiis celeberrima synodus contra hereticos celebrata. 103-106. Trajectensis principatus jura ab episcopo in Carolum V, assentiente Pontifice, translatâ. 107. Brixianum inficit heres. 108, 109. Jacta hoc anno schismatis Anglicani semina. 110. Lusitanorum quorundam insignis apud Indos fidei confessio.

MDXXIX.

1-3. In sacris violandis Lutherani Turcij pejores. 4. Heretici Helvetii Catholicos opprimere nituntur. 5-10. Multoties, sed præsertim in conventu Smalcaldiensi, Landgravius Hassiae Lutheranos et Sacramentarios conciliare tentat. 11, 12. Joannes Agricola Antinomorum sectam

condit. 13. Morbus epidemicus, cui nomen *Sudor Anglicus*, totam Germaniam vastat. 14. Apud Batavos moniali cuidam datur coeleste visum de Lutheranorum damnatione : Bruxellis mulier divinitus sanatur orans ante Eucharistiam : Carolus V veniam dat lapis, non relapsit. 15-23. Catus Spirenses, contra quorum decreta protestantur aliqui Germaniae principes, unde prima origo nominis Protestantium. 26, 27. Caroli V litterae adversus Anabaptistas, quorum praecipua dogmata hic exponuntur. 28-31. Contradictiones Lutheri volentis simul et vetanis arma sumi contra Turcas. 32-39. imminentie Turca et Lutheranus frementibus, Ferdinandus Hungarie rex poscit auxilium a Pontifice et fidelibus literis universos fidèles ad arma concitat. 40-43. Hungari inter se divisi viam patefaciunt Turcis, qui Vienam Austriae obsidione premunt. 44. Anxie Pontificis cura, qui Cesarem neenon Angliae et Gallie reges ad subveniendum Germaniae periclitanti provocat. 45. Amissa recuperanda Bhodi occasio. 46-49. Removet castra a Vienna Solymannus, non sine magna suorum strage. 50, 51. Liberati cardinales obsides, et Clementis ad eos consolatoria litteræ. 52-55. Perusinorum defectio et reductio. 56-59. Pontifex et Caesar de consilio se mutuo invisendi cogitant : colloquia inter reges. 60-66. Fodus init Clemens cum Carolo V, unde patet via ad publicam pacem. 67-69. Concordia inter regem Gallum et Carolum V Cameraci pactæ præcipui interpretes Margareta Austriaca, et Mercurinus Gattinaria. 70. Carolus V in Italiam appellit. 71-74. Turbatae res Italicae, imprimis in republica Florentina, propter Mediceorum odium. 75-77. Bononiæ profectus Clemens futuris providet sapientissime. 78-83. Pontificis et Cæsaris ingressus in civitatem Bononiensem. 86-89. Quibus legibus et ritibus promulgata sit pax inter Cæsarem et quosdam principes Italos. 90-93. Henricus Angliae rex, cupidine incensus, in Pontificem exasperatur. 94. Orchadenses insulae D. Magni clientelæ commendate. 95-97. Propagata inter Mexicanos religio.

MDXXX.

1-3. Promulgata pax inter Cæsarem et principes Italos, exclusis Florentinis. 4. Ravennates venia donati : Venetorum oratores a Pontifice et Cæsare excepti. 5-13. Bononiæ Carolus V corona ferrea a Pontifice redimitus. 16-43. Biduo elapo Cæsar corona aurea ornatur. 46, 47. Pontificis litteræ de collatis Carolo imperialibus insignibus. 48, 49. De Concilio celebrando inter Pontificem et Cæsarem habita colloquia. 50-52. Edicto severo providet Clemens ne Itali peste Lutherana inficiantur. 53. Creati novi cardinales. 54-56. Carolus V in Germaniam proficisciatur. Mutinam in fidem suam recipit et Atestino adjudicat. 57-59. Campegio cardinali legato datur potestas absolviendi Christiernum Danie regem duplii criminis haereseos et eadis sacrilegio. 60-64. Conventus Augustani indicit. 65-73. Causæ hujus conventus exposite ab imperatore. 74. Internuntius Pontificius de iis abolendis haeresibus agit : responsum a cardinali Moguntino datum. 75. Vetiti Lutherani habere conciones Augustæ. 76-78. Lutherani subdole petunt Concilium. 79-84. Melanctonis insignis improbitas in exponentibus suorum asseclariorum doctrinæ. 83-89. In confutationibus et colloquiis inanibus consumptum tempus. 90-94. Joachimus elector Brandenburgensis Catholicam fidem tutatur. 95-98. Ex utraque litigantium parte pauciores diliguntur ut ad concordiam propius accedant. 99-103. Mollius agit Cæsar cum hereticis. 104-106. Statuuntur leges usque ad Concilium duraturæ. 107-111. Cæsaris mandata parvipendere gloriatur Lutherus. 112-114. Per Joachimum Brandenburgensem defensa Christi causa aduersus latrones. 115, 116. Joannes Faber demonstrat Lutherum sibi non esse consentaneum. 117-120. Zuingliani et Lutherani sibi invicem adversantur. 121-123. Minis et molitionibus haeticorum cogitur Cæsar providere rei Christianæ. 124-168. Imperatoris et principum declarations et decreta pro defendenda religione ab erroribus haeticorum et incursionibus Turcarum. 169, 170. Egregium exhibent pietatis specimen erga fidem orthodoxam Joachimus dux Brandenburgensis, Georgius Saxonius, et Ferdinandus Bohemia rex. 171-177. De celebrando Concilio actum et quibus conditionibus : cur non fuerit indictum. 178. Hortatur Clemens principes ut in Turcas arma jungant. 179, 180. Restituti Franciscio I liberi. 181-183. Pro juvando Ferdinando Pontificis studia. 184-186. Strigoniæ reipublice mutatar forma. 191-202. Henricus VIII, impurus implicatus amoribus, enixe et cum minis postulat suum dissolvi matrimonium, sed secundas nuptias inire prohibetur. 203. Gebenna obessa a Sabaudo. 204. Adeni rex fit Lusitanorum vestigialis.

MDXXXI.

1, 2. Ferdinandus, Caroli V frater, Romanorum rex electus, a Clemente confirmatur. 3, 4. Gallus et Anglus patrocinantur Lutheranis. 5-8. Conciliabulum possunt haeticici. Concilium autem verum optant Pontifex et imperator. 9-15. In decretum Augustanense insurgit Lutherus. 16-20. Thomas de Vio scribit contra Lutheranos. 21. Dux Sabaudie pro fide pugnat adversus Gebennenses. 22-24. Ad subveniendum duci Sabaudie a Zuinglianis oppreso incitantur a Pontifice principes Catholicæ. 25-30. Zuingliani a Catholicis cœsi, et Zuinglius ipse inter alios trucidatus. 31-36. Vires ampliores comparant haeticici qui pluribus subsequentibus præliis funduntur. 37, 38. Dolet Pontifex quod principes amittant excindenda haereseos occasionem. 39, 40. Carlostadius misere perit : Bullingerus inter Tigurinos instaurat haeresim. 41-45. Lutherus insectatur Sacramentarios et Anabaptistas, irretitus et ipse hisdem erroribus. 46-56. Wicelius, ex lectione Patrum ab haesi conversus, fortiter et acute Lutheranismum

redarguit. 57-59. Albertus Brandenburgensis apostata et perduellis. 60-64. Hereticorum sevitiæ et sacrilegia inter Torpatenses. 65, 66. Coloniensis in fide Catholica constantes. 67-69. Anceps rei Christianæ status, ob ingentes Turcarum apparatus. 70. Classem in Mare Rubrum adversus Lusitanos transfert Turca. 71-73. Conversa in Pannioniam Turcarum arma. 74-76. Moldavi et Walachi in Poloniam irrumunt, sed ingenti clade delentur. 77. Maronitæ a Pontifice moniti ut pro Christo adversa ferant. 78-91. Angliae rex Henricus, reluctante licet Pontifice, divortium anhelat, ad exitium raptus libidine et assentatorum obsequiis. 92-94. Autum cardinalium collegium, et imposita cuique novo cardinali formula sacramenti. 95, 96. Queritur Clemens de regiis administris qui in Hispania Pontificiam auctoritatem laefactare tentant. 97-99. Mutata reipublica Florentinæ forma. 100. Mantua et Monserratus conjuncti. 101. Reliquiæ ex Urbe avectæ concessæ archiepiscopo Calaritano. 102-103. Ecclesia in Europa oppugnata apud novos populos Americæ amplificatur.

MDXXXII.

1-5. Solymanno Occidentale imperium affectante, Pontifex principibus Christianis periculum imminens denuntiat. 6, 7. Veneti et Polonus initas cum Turca inducias abrumpere recusant: Gallus et Angliæ conspirant in imperatorem; solus Scotus paratum se præhet. 8-12. Pontifex detegit dolos Solymanni pacem postulantis ut imparatos opprimat. 13-15. Ratisponæ convenitus ordinum Germaniæ indicti, et sopia discordia inter Frisingensem episcopum et Bavariæ ducem. 16-20. Nimis indulget Carolus V politicorum consiliis. 21-24. Cardinalis Medicæ in Germaniam legatio et profectio. 25-27. Permissæ et promissa Lutheranus a Carolo V, unde latius grassatur heres. 28. Damnati blasphemæ in B. Virginem. 29. Impedimenta et pericula in cogendo Concilio. 30, 31. Solymanni irruptio in Germaniam. 32-34. Ad Guntium oppidulum retardati Turcae ope S. Martini. 35-39. Hec mors Christiano exercitu facultatem dat sese comparandi, unde hostis profligatur. 40-43. Multiplices causæ ob quas non potuerit Carolus insequi Turcas. 44, 45. Galliæ et Angliae regum prava consilia in Carolum et Pontificem. 46-51. Venetorum expeditio in Græciam. 52, 53. Italorum sedicio adversus Cesarem. 54-61. Cæsaris cum Pontifice colloquium Bononiæ habitum, et consilia in eo agitata. 62-66. Pontificis responsa ad Angli regis querelas, qui in schisma incidunt, et secum totum regnum in perniciem trahit. 67-72. Studet Pontifex Italiæ paci et fidei præservatione. 73-75. Thomas de Vio cardinalis egregie confutat fallacias hereticorum de justificatione. 76-78. Wieclaus Lutheravorum fidem arguit, ut novam et impiam. 79-81. Michael Servetus et Joannes Campanus Trinitatis hostes. 82, 83. A multis accusatur Erasmus, ut Arianismi instaurator. 84. Joannes Eugenagus Lutheranismi propagator. 85, 86. Joannis ducis Saxoniae obitus infelix. 87, 88. Dania et Suecia hereseos præda. 89, 90. Melchior Hoffmannus Anabaptista seductus a daemone prophetam agit. 91-93. Riuis Catholicæ aboliti in Westphalia. 94-97. Minoritarum magistri litteræ de preconibus Evangelicis. 98. Congregatio nova, Strictioris Observantiae dicta, instituitur.

MDXXXIII.

1-8. Pontificis ad principes litteræ de futuri Concilii commodis et conditionibus. 9-18. Lutherani principes eludere Concilium satagunt, sed eorum argutias confutat Coelus. 19. Catholici ipsi non consentiunt inter se de congregando Concilio. 20-30. Æthiopum imperatoris legatio. 31. Ferdinandus rex Romanorum postulat auxilia contra Turcas. 32. Decumæ clero Lusitano imperante. 33, 34. Diversa federa quibus pacatur Italia. 35. Discessus Caroli in Hispaniam: Spina corona Dominicæ concessa imperatri. 36. Barnabitarum Ordo incepit. 37-41. Domus Lauretanæ origo certior effecta, necnon recentibus miraculis confirmata. 42. Apud Batavos imagines beíparæ in mediis flammis illæse. 43-56. Lutherus promulgat suam cum daemone disputationem. 57. Georgius Stifelius delusus a daemone. 58, 59. Lutheranorum mores depravati ex depravatis principiis recte deducti. 60. Joannis Matthiæ, Itarlemensis pistoris, fraudes et errores. 61. In Helvetia Zuinglianorum insidia deteguntur et ad nihilum rediguntur. 62. Camberiaci sacra sindon in mediis ignibus servata. 63. Bernardi Rotmanni et Sebastiani Franci dogmata insana et impia. 64. Prohibita versio vulgaris Scripturæ. 65-73. Henrici cum Anna Bolena incestuosæ et infanda nuptiæ. 76. Jacobus Scotia rex constitutus communis ordinum consensu fidem veterem retinuendam esse. 77-89. Clementis cum Francisco rege colloquium Massiliæ habitum, propemodum in verbis et in exterioribus amicitia signis consumptum. 90-93. Pax turpis cum Turcis conficitur. 96. Consecutanea Indorum traditio cum Ecclesia Romana de S. Thoma apostolo.

MDXXXIV.

1, 2. Argumenta Henrici VIII ex Scriptura sacra petita pro rescindendo conjugio a J. Cocleo confutantur. 3-11. Delixus anathemate rex Anglus se caput Ecclesiæ Anglicanæ profiteatur, et in Catholicos savit. 12-14. Ingentia mala oborta ex disturbato Concilio. 15-18. Franciscus Gallus, Austraciæ familiæ infensus, hereticis favebat. 19-35. Anabaptista Monasterium infestant. 36-38. Daemonis cum Lutherano ministro colloquium. 39-43. Lutheranus se ad Zuinglianos defecisse negat: Calvinismi principia. 44-46. Societas Jesu incubuenda. 47. Wittemberge Lærisis cum litteris instillata. 48-50. Melanthonis errores circa Baptisma. 51-53. Wieclaus propugnat jejunia, orationes et elemosynarum largitiones. 54-58. Grittus et Lascus rei Christianæ proditoris justas dant poenæ. 59. Coronæ Turcis dedita. 60, 61. Barbarossa ex-

cursiones in Italica litora : Ragusaorum privilegia confirmata. 62-65. Fides propagata in Mauricis insulis. 66. Neophyli Judæi venia donati a Clemente. 67-69. Clementis morbus, obitus et sepultura.

## HIC INCIPIT ANNALUM TOMUS XXI EDITIONIS ROMANÆ CUM RAYNALDI CONTINUATIONE.

1-3. Cardinalis Farnesius electus Pontifex sub Pauli III nomine statim de indicendo Concilio cogitat. 4-7. Hungaricas dissensiones extinguere satagit Paulus. 8-10. Gratulatoriae litteræ principum ad Pontificem et Pontificis ad principes. 11, 12. Lutherus contra Ecclesiasticos ritus et papam declamat. 13. In India episcopi constituantur. 14, 15. Sacramenti formula a novis cardinalibus recitanda.

MDXXXV.

1, 2. Henricus VIII se caput Ecclesiae Anglicane declarat. 3-6. Reginaldus hunc primatum adulterinum confutat et regis sevitiam in Catholicos denuntiat. 7-9. Roffensis cardinalis in morte sustinenda fortitudo et aliae preclaræ virtutes. 10-14. Pontifex, ob persecutionem Anglicanam mortore confectus, ad deturbandum regno tyrannum alios principes concitat. 15-17. Thome Mori constantia in fide, et gloriosa mors. 18. Pauli III sententia in Henricum regem Anglie. 19. Lutherus scriptis commovet populum contra archiepiscopum Moguntinum. 20-24. Calvini natales, mores, scripta et errores. 23. Geneva, pulsis episcopo et clero, a fide deficit. 26, 27. Dux Sabaudus et Helvetii Catholici ab hereticis profugati. 28. Tuenda fidei Catholica tum in Italia, tum in Polonia Paulus invigilat. 29, 30. De Concilio mox congregando agit per litteras cum imperatore Pontifice. 31-36. Vergerius in Germaniam nuntius mittitur ad preparandam viam Concilio : Protestantium insolens responsum. 37. Disciplinam Ecclesiasticam pristino splendori restituere statuit Paulus. 38-42. Monasterium sedes regni Anabaptistarum, quorum deliramenta, fraudes et turpia opera deteguntur. 43-47. Solymanni in Perside et Armenia clades. 48-54. Fausta Caroli V expeditio in Tunetum. 55, 56. Persarum contra Solymannum florentissima victoria. 57, 58. Sedandis discordiis undequaque ortis Pontifex incumbit. 59. In Congi regno et in America religio amplificata.

MDXXXVI.

1. Romæ triumphali pompa excipitur a Pontifice Carolus V. 2, 3. Coram Pontifice agitur de pace inter Cæsarem et Gallum regem necnon de causis paci obstantibus. 4, 5. Non minus a Pontifice quam a Cæsare desideratur Concilium. 6-10. Apologia Cæsaris et responsio Pontificis circa moram quæ intervenit. 11. Roma profectus imperator Florentiam peti : Franciscus ducatus Sabaudie invadit. 12, 13. Objecta sibi a Cæsare rex Gallie diluit, litteris ad Pontificem missis. 14-16. Per legatos Pontifex pacem inter Cæsarem et Franciscum regem conciliare tentat. 17-20. Cæsar in Galliam irruptit, et quidem infeliciter, nec tamen pax redintegratur. 21-23. Dum rex Gallus fedus impium cum Turcis init, Pontifex Turcicæ incursiones reprimit, et pios stimulos addit regi Polonie. 21, 25. Moritur regina Catharina non sine venene suspicione. 26. Anna Bolena ob adulterium et incestum poena capititis plectitur. 27-29. Henricus rex de nova condenda religione cogitat, monasteria exvertit et spoliat. 30-32. Monentur a Pontifice Galliæ et Scotiæ reges ne auxilia subministrant regi Anglo contra populum suum. 33-35. Paulus III Concilium OEcumenicum indicit. 36-38. Joannis Fabri libellus de his quæ tractanda sint in futuro Concilio, et Pauli animadversiones. 39. Ejusdem Fabri Epistola ad nuntium Apostolicum in Germania de necessitate Concilii. 40. Paulus ad Urbem vocal episcopos magni nominis. 41, 42. Moniti Polonie, Daniæ et Sueciæ reges de mox celebrando Concilio. 43, 44. Timent, temnunt et calumniant futurum Concilium Lutherani. 45. Italia pacificata ; Capuccinorum familia confirmata ; impuræ secte in Mediolanensi agro repressæ. 46. Zuigniani et Lutherani frustra tentant inter se concordiam inire. 47. Erasmus Roferdamus moritur Catholicus. 48. Fides propagatur in Indiis Orientalibus et Occidentalibus. 49. Cardinalium creatio.

MDXXXVII.

1, 2. Mouet Paulus Cæsarem et Gallum regem Concilium discussum iri, ni pacem inter se ineat. 3, 4. Eligitur Mantua ut sedes Concilii, et duci Mantuano, aurea rosa donato, prescribitur ut quod opus sit prepararet. 5. Lutherani Concilium columnis insequuntur. 6-11. Nuntii missi ad principes ; instructio Morono legato data. 12-19. Episcopus Aquensis, Pontificius nuntius ad Germaniam inferiorem, principes Lutheranos inventit paratiore ad certandum quam ad obediendum. 20. Mantuanus adire ad Concilium statuit Pontifex. 21-23. Dux Mantue petens militare praesidium Concilio impedimenta ponit. 24-32. Prorogatur Concilium. 33, 34. Veneti pro congregando Concilio Vicentiam concedunt. 35. Cardinalis Salisburgensis ob imprudentiam reprehensus a Pontifice. 36. Faber pro conciliandi hereticis Bohemis laborat. 37. Contra Cæsarem odio conjuncti Lutherani, licet secum ipsi discordes. 38-42. Missus in Angliam cardinalis Polus, studiis Catholicorum suffultus. 43, 44. Pia Pontificis consilia evanescent et Romanum revocatur Polus. 45. In Polonia hereticis ab episcopis reprimuntur. 46, 47. Ad Clissium clades insignis Christianorum. 48-50. Paulus laborat ut pacem inter imperatorem et regem Gallie conciliat. 51-53. Solymannus contra Venetos arma movet et rejici-

tur. 54-56. Rursus Concilium indicitur, et ad illud principes invitantur. 57-59. Pro pace legatos mittit Paulus. 60-64. Solymannus sævo bello Venetos et Hungaros vexat. 65. Christiernus rex Daniæ haeresim Lutheranam diffundit. 66. Alexandri Medicei funestissima cædes. 67. Hieronymi Aemiliani felicissimus obitus.

MDXXXVIII.

1. Plures Synodi in Germania contra haereticos collectæ. 2. Calvini audacia et pertinacia in abolendis Genevensis Ecclesiæ ritibus. 3-7. Fœdus in illo contra Turcas a principibus Christianis, et apparatus ad bellum. 8-10. Niciam, permittente Sabaudo duce, appellit Pontifex, Cæsarem et Gallorum regem inviris, et ad mutuam pacem adducturus. 11-19. Decennales tantum inducere inter utrumque principem statute. 20, 21. Composita inter Ferdinandum Bohemicum Joannemque Hungariae reges vetera dissidia. 22, 23. Conjurata classes Pontificis, Cæsaris et Venetorum; Barbarossa ex Creta repellitur. 24, 25. Paulus Cæsarem hortatur ut Constantinopolim invadat; decumas Hispano clero imponit. 26, 27. Auria ducis inertia; pars classis Barbarossæ naufragio perit. 28. Ex Moldavia Tarcarum exercitus recedit. 29. Solymannus cogitat pellere ex India Lusitanos, sed ipse profligatur. 30. Guidobaldus de Ruvere ad officium redactus. 31-36. Rogantibus principibus, Concilium tertio prorogatur ad tempus. 37. Cochleus deridet et confutat articulos quos Lutherus volebat a suis Concilio proponi. 38-40. Agitur de concordia cum Lutheranis. 41. Dissident inter se Lutherani. 42. Calvinus nec cum Lutherio nec cum Zuinglio convenit in dogmate sacratissime Eucharistie. 43. Augustinus Tarvisinus suas propositiones purgat ab haeretica suspicione. 44-46. Triginta sex Franciscani ab Henrico VIII neci traduntur; divus Thomas Cantuariensis in jus vocatur; thesauri Ecclesiæ explantur. 47. Trina cardinalium creatio. 48. Octavius Farnesius Urbis prefectus creatur. 49. Quantum sit periculum in nimia librorum Gentilium lectione.

MDXXXIX.

1-9. Timori cedentes principes Catholicæ legatos Francofordiam mittunt, qui cum Protestantibus inueni concordiam rei Catholicæ perniciossimam. 10-14. Lundensis archiepiscopi perfidiam Pontifex Cæsari detegit, consulit ordinum imperii convocationem, et de Maria regina queritur quod haeresi faveat. 15-17. Lieet monita Pontificis magni pendat, Cæsar novum colloquium in Germania proponit. 18, 19. Georgius dux Saxoniae una cum filio veneno extinguitur, et Henricus frater recipit Ducatum quem Lutherana haeresi inficit. 20, 21. Polonia rex monetor ut a finitimis haereticis se contaminari non sinat. 22. In pluia consilium mores reformati insurgunt Lutherus et Sturmius. 23, 24. Alexander cardinalis Franciscus, mandatis amplissimis instructus ad imperatorem legatur. 25, 26. Exponuntur principibus causa propter quas prorogandum sit Concilium. 27-30. In retundendis Turcis imminentibus Paulus studio indefesso laborat. 31. Barbarossa Castrum-Novum recuperat. 32. Spes concordiae inter Cæsarem et Gallum regem iterum fulget. 33, 34. Sadoletus Comitatum Venusinum ab haeretica iude vinclat, et Judæorum audaciam reprimit. 35. Henricus VIII contra Lutheri sectam leges edit. 36. In Hibernia, Armachanus archiepiscopus exauktoratus; in America nova sedes episcopalis instituta. 37, 38. Auctum cardinalium collegium. 39. Granatae Joannes Avila sanctitate floret. 40. Societatis Jesu natalitium.

MDXL.

1, 2. Frustra a legato tentata pax inter Cæsarem et Galliæ regem. 3, 4. Gandavenses ad obedientiam Cæsaris redeunt, sed haec victoria ad rem Catholicam nihil prodest. 5-8. Tristis rerum facies in Germania. 9, 10. Cæsar in Belgio prohibet libros haereticorum. 11-13. De pace inter Cæsarem et Galliæ regem iterum agitur. 14-22. De conventu Spire habendo sententia legati, et responsio imperatoris. 23-25. Cæsaris litteræ ad Protestantes pro conventu Spirensi. 26-28. Postulante Cæsare, legatus, qui jam Roman prolecturus erat, ad conventum Spirens a Pontifice mittitur. 29-31. Qui fuerint tunc temporis fidei Catholicae pugiles. 32, 33. Spira Haganœum conventus transferuntur: rerum gerendarum compendium a Pontifice legato Morono datum. 34-38. Quid agendum sit cum Lutheranis ex Joanne Fabro. 39-46. Propositiones factæ a rege Ferdinandi principibus Catholicis Haganœ congregatis, et principum responsio. 47. Scriptura exhibita Protestantibus in conventu. 48. Oratio oratoris Galli in diaœ Haganœnisi. 49. Joannis Cochlei scriptum quo singuli articuli Augustanae fidei discutiuntur. 50-52. Infelix exitus conventus Haganœensis: idem limendum de Wormatiensi. 53. Monita Joannis Fabri. 54-57. Cur nuntium miserit Pontifex, que mandata ei dederit, et quos socios ei adjunxerit. 58-60. Wormatiense colloquium sine fructu dissolvitur. 61-63. Joannis Hungarie regis morte regnum illud perturbatur. 64. Henricus VIII Angliæ rex sævit in Anglos. 65. Morum reformationi incumbit Paulus. 66. Franciscus Xaverius in Indianam mittitur. 67. Societas Jesu confirmatio.


MDXLI.

1-5. Legatio cardinalis Contarini ad dictam Ratisbonensem. 6, 7. Quinam collocutores interfuerint huic conventui. 8-10. Liber offeretur examinandus quem erroribus refertum J. Eckius demonstrat. 11, 12. Cæsar aperit suam sententiam de concordia firmando. 13, 14. Teritur tempus in controversiis inanibus. 15. Contarenus se purgat de rebus sibi calumnioso objectis. 16, 17. Ex utraque parte proponuntur argumenta coram Cæsare. 18-24. Circa tolerantiam politicam et quedam alia Pontifex gravem dat Contarenō admonitionem. 25. Exponitur

Pontifici quam luctuose res se habuerint in conventu Ratisponensi. 26-28. Non esse congregandum Concilium nationale Germanicum, nec etiam Universale in Germania consentiunt omnes orthodoxae fidei viri. 29-31. Contarenum una cum episcopis Germaniae reformationem discipline proponit imperatori. 32. Concordiae spes evanescit propter obstinationem Lutheranorum. 33-35. Dissolvitur Ratisbonensis conventus qui nec Protestantibus nec Catholicis satisfacit. 36. Calvinus ex Ratisbonensi conuento Genevam reversus sibi dominatum arrogat. 37, 38. Hæretici et quidam etiam Catholicci in Contarenum furunt. 39-41. Henricus VIII sua superbia induratus tyraannidem exercet in Hibernos. 42-44. Codurius et Salmeron decreti internuntii in Hiberniam. 45. Paulus invitat Helvetios ad militandum contra Turcas. 46, 47. Turcae Hungariam vexant. 48. Fregosius et Rinconius oratores Gallici necantur. 49-51. Luccensis congressus inter imperatorem et Pontificem. 52-62. Quænam in illo congressu agitata fuerint. 63. Calvini prefectura Genevæ. 64, 65. Infelix Caroli V expeditio Algeriana. 66. Irrexit hæresis in Navarram. 67, 68. Rex Lusitanæ imperatori Abyssinorum auxilium præstat contra Turcas. 69. In America fides propagata : templum S. Iulippi Agyrensis in Sicilia insigni miraculo illustratum.

# SUMMARIUM

TOMI XXXIII



MDXLII.

1-8. Instructio data Morono internuntio ad conventum Spirensem destinato. 9, 10. Rex Galliæ per epistolam et oratorem aperit in hoc conventu suam sententiam de præsenti statu rerum. 11, 12. Moronus ad dielam accedit, in qua Concilium Tridenti celebrandum proponitur. 13. Bulla inductionis Concilii. 14-16. Quid de hac inductione senserint principes. 17-20. Maranum occupant Galli, unde exardescit ira inter imperatorum et Gallum regem. 21, 22. Mittit Paulus Montopolitanum ad Carolum pro pace. 23-26. Mors cardinalis Contarini, cuius fama injuste læsa defenditur. 27, 28. Pontifex regem Galliæ hortatur ad pacem. 29. Quintuplici exercitu Franciseus aggreditur Carolum. 30-33. Per litteras amantissimas Pontifex utriusque principis animum flectere nititur. 36. Expeditionis Hungariæ contra Turcas infastus exitus. 37-40. Lutherani contra Catholicos bellum movet et ditiones Ecclesiasticas invadunt. 41. Livonia peste Lutherana infecta. 42. Eckius contra mendaces Lutheranos scribit. 43. Legati a latere Tridentum deputati. 44. Helvetios, etiam bæreticos, ad Concilium invitati Paulus. 45, 46. Germania præsules ignavia insignes. 47. Cardinalium Gallorum et Hispanorum segnitiem litteris Paulus perstringit. 48-50. Poloniæ episcopos monet Paulus ut haeresim in fomite prefocare studeant. 51. In Scotia res penitus labefactata morte Jacobi regis. 52-55. Haeresis Calviniana Gallianum implet suis erroribus. 56. Ochimus Capucinorum generalis ab Ecclesia deficit. 57. Armeni fidei Catholice exemplum eximium profitentur. 58. Auctus cardinalium senatus.

MDXLIII.

1-4. Imperatoris oratores coram legatis Apostolicis exponunt quibus de causis Cæsaris clientes ad Concilium se conferre non possint, et ipsi Tridento discedere cogantur. 5-10. Concilii congregandi studi strenue navata a Paulo qui Bononiæ se confert ad invisitum imperatorem. 11-16. Non Bononiæ, ad quam accedere abnuit imperator, sed in castro Buxeti tandem possunt iniri colloquia, que nihil proficiunt. 17. Concilii differt Paulus ob bella inter Cæsarem et regem Gallie. 18-20. Expositæ principibus causæ dissoluti Concilii. 21. Hermannus archiepiscopus Coloniensis in haeresim Lutheranam lapsus. 22, 23. Colonenses et Monasterienses ad fidem Catholicam hortantur Paulus. 24-28. Coloniensis constantia. 29. Pontifex archiepiscopo Coloniensi seribit ut resipiscat. 30. Commendat Paulus pietatem ducis Bavariae. 31. Claudius Jayus et Petrus Faber ex primis decem sociis S. Ignatii, pro fide laborant in Germania. 32, 33. Conventus imperialis habitus Nurembergae. 34. Solymanus Hungariam invadit. 35. Aquileiensis Ecclesia ab administris conculeata. 36-39. Glassis Turica, a rege Galliæ excitata, gravia Christianis affert damna; Nicia tamen ex Turcis recipitur. 40. Motus Tunetani. 41. Cæsari Clivensis dux se humiliat. 42-48. Conventus ordinum imperii, Norimberga primum, dein Spira coadunantur. 49, 50. Instructio data Sfondrato nuntio in Germaniam destinato. 51, 52. Per litteras et nuntios paci principum Christianorum totus est Pontifex. 53. Solemnies supplications indicta. 54, 55. Henricus Anglie rex bellum movet contra regem Scotie. 56. In Poloniam se haeretici intrudere tentant. 57, 58. Petri Vermilii defectio a fide. 59. Georgius David haeresiarcha. 60. S. Francisci Xaverii miri labores in India.

MDXLIV.

1, 2. Cæsar pacis verba respuit et ad comitia Spire cogenda se convertit. 3. Paulus ad conventus Spirense describit se defensurum Nicie arcem, et aliunde Christianitatem totam illis commendat. 4, 5. Carolus prudentia motus humanae odicit decretum cuius venenum annocationes subinxas demonstrant. 6-9. De Spirensi decreto gravissime queritur Pontifex tam apud imperatorem quam apud alios principes. 10, 11. Colonenses pro tuenda Catholica religione

ad Pontificium nuntium scribunt. 12-14. Conatus internuntii, et supplicationes cleri Coloniensis ad Caesarem, 15. Archiepiscopus Coloniensis obdurescit in haeresi. 16-18. Ardet bellum inter Caesarem et Franeiscum regem : Anglus etiam in Galliam irrumptit. 19-21. Inter ipsos bellicos motus spem pacis Pontifex non deserens duos legatos mittit ad pacem tractandam. 22-27. Fœdus pactum, ob quod gratiarum actiones persolvuntur a Pontifice utrius principi. 28-33. Paulus redintegrandi Concilii percupidus futuris providet, præsentia componit et preces solemnes indicit. 34-36. Articulos condemnantes haereses a Lovaniensi Academia editos Cæsar confirmat. 37. In Gallia haereses deprimuntur opera cardinalis Turnonii. 38. Thomas Villanovanus sanctitatem claritatem adeptus. 39. S. Francisci Xaverii opera Apostolica et miracula. 40-42. Cardinales creati. 43. Inventio cadaveris imperatricis Mariae Honorio despontatae.

MDXLV.

1-3. Deputantur iterum pro Concilio tres legati quibus data potestas etiam illud alias transferendi, si necessitas exigerit. 4-6. Legati Tridentum ingrediuntur; orationes Cesareorum nuntiorum et legati responsio. 7, 8. Diploma Pontificium quo monentur praesules ut per seipson, non per procuratores, ad Concilium accedant. 9-14. Legatorum anticipites cura de aperiendo Concilio. 15. Plures episcopi Tridentum adveniunt. 16. Regis Lusitanie ad Pontificem gratulatoriae litteræ. 17-19. Providet Pontifex ne in comitis Wormatiensibus res religionei pertractentur, sed referantur ad Concilium. 20-23. Votis Protestantium, qui repudiant Concilium et comitia reclamant, Cæsar annuit. 24-28. Articuli conclusi in dieta Posoniensi. 29, 30. Omnes episcopos, etiam in curia degentes, Pontifex jubet Concilio adesse, et regibus scribit ut sui regni praesules ad Concilium militant. 31-34. Morte ducis Aurelianensis, filii Francisci regis, pax abrupta, sed mox reparata. 35-38. Legati solemniter Concilium aperiunt. 39-42. Bulla facultatum legatis concessarum, litteræ absentium, et oratio legati praesidiis. 43. Articuli propositi circa ordinationem Concilii. 44, 45. Hieronymus Oleaster nomine regis Lusitanie perorat, et litteras sui principis legi postulat. 46. Episcopi Galli petunt ut nihil in Concilio tractetur ante adventum oratorum regis Galliae. 47. Instructio ad legatos de rebus Concilii. 48. Censuras theologorum Lovaniensium Carolus V confirmat, unde Lutheri impius furor. 49. Lutherus suo magno periculo diæmoniacam curare aggreditur, sed incassum. 50. Novos errores disseminat David Georgius. 51. Swenfeldiana haeresis propagatur. 52, 53. Haeresis repressa Mantuae et Mutinæ. 54. Paulus concedit ut clerici Siculus sobveniat imperatori de pecuniis Ecclesiasticis. 55. Carolus V cum Turciæ inducias paciscitur : Protestantium potentia amplior et gravior fit. 56, 57. Paulus curat pacem firmare inter imperatorem et regem Galliae. 58, 59. In Lusitanie contra hereticos exercita severitas, et similitates erga Pontificem depositio. 60. Paulus cardinales creat. 61. Ethiopes cum Romana Ecclesia, damnato Dioscoro, conjunguntur. 62. Singularis casus Gamratii Cracoviensis episcopi. 63. Parma Placentiaque Aloysio Farnesio traditæ. 64. Dissidia inter Lutheranos et Sacramentarios. 65. Ceilanensis reguli filius occisus ob fidem.

MDMLVI.

1-3. Controversia de titulo qui inscribendus sit Concilio, et de loco qui assignandus sit aliquibus praesulibus. 4-6. Secunda Concilii sessio in qua promulgatur decretum de vita sanctiore a clericis docenda. 7. Prohibetur ne episcopi per procuratores Concilio assistant. 8. Leguntur Bullæ facultatum legatis concessarum ut ipsi aperiant Concilium. 9. In designanda Synodo adoptantur haec voces tantum : *Œcumonica et Generalis*. 10-14. Agitur inter Patres de modo et ordine procedendi, et iterum de titulo decretorum. 15, 16. Tertia sessio in qua legitur decretum de symbolo fidei. 17, 18. Cur non fuerit adjectum decreti titulo : *Universam Ecclesiam repræsentans*, et non simul cum decretis de reformatio de reformatio de fide proposita fuerint. 19-47. Explanatio questio de Scriptura et Traditionum auctoritate, necnon de Vulgatae versionis sinceritate. 48-51. Sessio quarta in qua edita sunt decreta de canone Scripturarum, de authenticitate Vulgate et de pœnis in typographorum avaritiam et temeritatem. 52. Litteræ Caroli V procuratorem Cæsareum constitutis. 53, 54. Vulgata translatio Romæ semper in usu fuit, et nunquam in suspicionem heretici erroris adducta. 55, 56. Vera libertas et zelus sincerus in Synodo Tridentina. 57-60. Pauli ad Helvetios hereticos litteræ quibus ad officium illos reducere tentat. 61. Declamationes episcopi Fesulan contra monachos. 62-64. De episcoporum residentia agitur. 65-68. An pertineat ad legatos solos proponere quæ in Synodo tractanda sint. 69-73. Discussio de peccato originali. 74. Catalogus errorum circa peccatum originale. 75-83. Declarationes et canones de peccato originali. 84-86. Decretum de munere prædicandi. 87-93. Ratiæponense colloquium. 94, 95. Fœdus inter Pontificem et imperatorem. 96-102. Gallum regem, Polonum, Venetus et alios principes Paulus hortatur ut arma contra Lutheranos sumant. 103, 104. Hermannus Coloniensis a sede deturbatus propter apostasiam. 105-108. Insurgunt Protestantes adversus Cæsarem. 109. Edictum imperatoris contra rebelles. 110; 111. Saxo et lantgravini vici, et ad pacem nonnisi duris conditionibus admissi. 112-114. Udalricus Wittembergensis et comes Palatinus arma deponunt. 115. Concionatores Lutherani ponunt paci obicem. 116-118. Adnotiniones legatorum circa justificationis dogma et capita discutienda. 119-123. Sedatis prius dissensionibus de præcedentia, oratores regis Galli admittuntur in Concilium ; unius ex ipsis oratio, et legati responsio. 124-129. Sextæ

sessionis prorogatio : Concilii translatio agitatur. 130-133. Errores et dubia de justificatione. 139-143. Impii Lutheri mors impia. 146. Petri Fabri mors pretiosa. 147. Venetos hortatur Paulus ut Lutherana heres Vicentiam insufficiente obificant. 148. In Scotia nove circa fidem contentiones. 149. Inter Gallum et Angulum confecta pax. 150-153. Lusitani sua virtute Christi regnum explicant in Indis. 154-157. Plures archiepiscopatus constituti in America. 158. Apud Armenos archiepiscopum Nazovanensem Paulus creat. 159. Fratii Lusitanie regis ad cardinalatum electo permittitur apud regem ipsum morari.

MDXLVII.

1-5. Disputatur de decreto residentium prescribente. 6-16. Sessio sexta : decretum et canones de justificatione. 17-19. Anima-lversiones quorumdam Patrum circa titulum decreti. 20-23. Approbatur decretum de residentia, sed nonnihil emendatum. 24-34. Disponitur materia proximae sessionis, scilicet de Sacramentis et de Reformatione. 35-41. Canones de Sacramentis, et decretum spectans ad disciplinam Ecclesiasticam. 42-54. Peste Tridenti seviente, transfertur Concilium Bononiam. 55-57. Ex hac translatione gravissimae dissensiones inter imperatorem et Pontificem exorte. 58. Acta Concilii Bononiensis : articuli haereticorum de Sacramento Penitentiae. 59-61. Praelati Hispani jussu Cesaris Tridenti morantur. 62-63. Prima sessio Concilii Bononiensis : articuli haereticorum de Sacramentis Extreme-unctionis, Ordinis et Matrimonii. 66-67. Secunda sessio Concilii Bononiensis : articuli hereticorum de Purgatorio et indulgentiis. 68. Decreta de indulgentiis. 69, 70. Articuli haereticorum de missa et quibusdam aliis discutuntur. 71. Tertia sessio Concilii Bononiensis prorogatur. 72-77. Admonitiones Concilii circa abusus qui subreperant in administrandis sacramentis. 78, 79. De validitate translationis Concilii disceptatum. 80-83. Carolus V oppugnat Concilium Bononiense, cuius rex Galliae Henricus defensionem suscipit. 84, 85. Conventus Augustani postulant, sed iniquo animo, ut Concilium Tridento restitutatur. 86. Archiepiscopus Gnesnensis synodus colligit de episcopis Polonoi ad Concilium mittendis, sed anceps remanet, audita translatione Concilii. 87-90. Per cardinalem Madrarium Romanum deferuntur postulata Cesaris. 91-97. Pontifex, consultis Patribus, iudicat non obtuperandum votis Cesaris. 98-105. Cesaris et Ferdinandi fratris victorie contra Lutheranos : gratiarum actiones et gratulationes exinde prolatae. 106. Lutherani victi Concilio se submitunt. 107-114. Genua Flisci conjuratio et Parmae Aloysi Farnesii cedes; unde nova odia exorta inter Pontificem et Cesarem. 115. Scotia ab haereticis infesta libertas restituta. 116-119. Francisci Gallie regis obitus, et filii Henrici coronatio. 120-124. Henricus VIII Anglie rex moritur, non sine voto, sed equidem inani, praestandi obsequium Pontifici. 125-128. Providet Paulus rei Catholicae, tum in Hibernia tum in Scotia. 129, 130. Dux Somerseti quod reliquum erat Catholicorum dogmatum et rituum i o publicis comitiis abrogat. 131, 132. Tumultus exorti ob inquisitionem in regnis Neapolitano et Lusitano. 133. Polonie rex Sigismundus acerrimus religionis defensor. 134. Carolus de Guisa et Julius de Ruvere ad cardinalatum electi. 135. Religio propagata i lodi Orientalibus et Occidentalibus. 136. Obitus S. Cajetani Thienaei.

MDXLVIII.

1-6. Paulus, consultis praesulibus Concilii Bononiensis, respondet tum statibus imperii, tum oratoribus Cesareis circa redditum Concilii ad Tridentum. 7-13. Protestatio facta a procuratoribus imperatoris in ipso Concilio Bononiensi et responsio sacre Synodi. 14. Translatio Concilii juridice facta. 15-18. Injuste sibi arrogat Caesar potestatem statuendi de rebus religionis. 19-25. Coram ipso Pontifice protestantur Cesarei oratores. 26-30. Paulus III protestationi Caroli V respondet, consultis prius praesulibus Bononiensibus. 31-33. Ob item motam a Cesare suspenditur Concilium. 34-38. Pontifex mandat tum patribus qui Tridenti remanserant, tum iis qui Bononia, ut mittant delegatos Romani ad subsellia Apostolica. 39-41. Praesulum Hispanorum responsio fallax et de ea rectum severumque judicium Pontifici obsequentiun. 42, 43. Ex agendi modo praesulum Hispanorum et ipsius imperatoris schisma timendum. 44-48. Cesar petit ut mittantur in Germaniam nuptii Pontificii facultatibus amplissimis instructi pro conciliandis Protestantibus. 49. Rex Gallie minatur se revocaturum praesules sue ditionis, si hec concedantur. 50, 51. Cesar subornatus ab impiis decretum nefarium, *Interim* dictum, ferre meditatur. 52, 53. Articuli propositi a Protestantibus, tanquam omnino necessarii, singulatim refutantur. 54-57. Carolus V temere se immiscer rebus Ecclesiasticis tractandis, quamvis a Pontifice monitus. 58. Responsio Pauli petitionibus ini quis cuiusdam ducis Germanie. 59, 60. Deplorandum Caroli V decretum, dictum *Interim*. 61. Promulgatur sanctio inscripta : Reformatio politiae imperialis. 62-64. A viris optimis *Interim* Caroli V reprehenditur, et in conciliandis Protestantibus nequaquam proficit. 65. Caesar mitiorem se gerit erga Pontificem. 66-72. Quibus conditionibus admittendi sint in gre- mium Ecclesie heretici. 73-78. Sententia Gallorum episcoporum de reformatione morum. 79. Decretum Sorbonicum contra Calvinistas. 80. Heres in Anglia propagatur. 81-83. Sigismundus senior moritur magno Polonie damno. 84. Res Turcicae. 85. Apud Indos S. Francisci Xaverii exaltati labores. 86. Librum Exercitiorum S. Ignatii Paulus III approbat. 87. Carolus Borbonius ad dignitatem cardinalitiam electus.

MDXLIX.

1-4. Nuntri Apostolici in Germaniam missi nihil proficiunt, obdurecentibus in suis erroribus

et criminibus Lutheranis; in Brunswicensi tamen ducatu Catholica religio restituitur. 5-7. Magdeburgenses prae exteris in Cesarem audaces. 8. Difficultates in observatione decreti *Interim* nuncupati. 9-11. Cesare non solum Placentiam restituere recusat, sed et Parmam sibi arrogare affectat. 12-22. Lite rursum et acerbis agitata de translatione Concilii, Paulus pacis gratia Concilium Bononiense dissolvit. 23. Detrectatum a Pontifice fœdus cum rege Gallo: Ochini impiæ scripta et Vergerii a fide defecit. 24. Patriarcha Aquileiensis heresis suspicionem incurrit. 25, 26. Compositæ controversiae cum Hussitis. 27-31. Spes oritur redintegranda fidei in Anglia. 32. Henricus II Gallie rex hereticis regnum purgare curat. 33, 34. Calvinus ab Espencæ confutatus. 35. Armeni se Ecclesie Romanae conjungunt. 36-44. Apostolici labores S. Francisci Xaverii apud Indos et Japonenses. 45. Auctus cardinalium numeros. 46. Permititur a Pontifice ut Polonia reginae nondum coronatae porrigantur osculanda intra missarum solemnia Evangelium et patena. 47, 48. Pauli Pontificis mors et virtutes.

**MDL.** I. Cardinalis de Monte creator Pontifex nomine Julii III. 2-4. Julius notam facit suam electio-nem Cesari, Parmam Farnesio restituit, et Lutheranos principes demulcere tentat. 5, 6. Carolus V Julio pollicetur se Ecclesiam defensurum, et Julius Carolo paterna officia reppromittit. 7-11. De redintegrando Concilio Tridentino agitur, necnon de removendis impedimentis hinc redintegrationi, præsertim a Gallo rege, suscitatis. 12, 13. Scribit Julius multis principibus Germaniæ, etiam hereticis, occasione Concilii. 14, 15. Aliqui cardinales deputati ad sanctio-nem morum disciplinam restituendam. 16, 17. Henricus Gallie rex benigniorem se p̄abebt postulat. Pontificis de Concilio, et petit ut confirmantur veteres Ecclesiæ Gallicanæ immu-nitates. 18. Protestantes Concilium admittunt, modo juxta sua placita celebretur. 19-21. Bulla reassumptionis Concilii. 22-24. In Germania et Belgio contusa hereticorum tyrannis. 25-27. Joannis de Vega in Africam expeditio faustissima. 28. Absolvit Julius a censuris omnes qui sine consensu Apostolico decimas in Sicilia exegerunt, et alias exigere concedit. 29, 30. Pax inter regem Gallie et Eduardum Anglum: regina Scotie et comes Arania gratulatorias a Pontifice accipiunt litteras. 31-34. In Anglia heræses variae disseminantur, et Catholicis vexan-tur. 33, 36. Crescit et protegitur heresis Calviniana in Gallia. 37, 38. Providet Julius ne heresis in Italiani latius serpat, et condemnat judices seculares se immiscentes causis reli-gionis. 39-42. Poloniam a labo heretica purgare nititur Julius. 43-45. Fides in India propa-gatur opera Joannis regis Lusitanii. 46. Confirmatur iterum a Julio III Societas Jesu. 47-49. Annus Jubilæi a Julio III indicitur: mira charitatis opera Romæ edita erga pauperes peregrinos. 50. Pontifex memori præterita calamitatis solemnies gratiarum actiones Deo p̄aestat. 51. Joannis a Deo, conditoris Ordinis ab *Hospitalitate* nuncupati, mors pretiosissima.

**MDLI.** I-3. Sancti Carolus V ut Germani et Protestantes se Concilio submittant, sed Henricus Gallie rex favet Protestantibus. 4-6. Julius creat legatos qui solemniter Tridentum ingredintur. 7, 8. Prima sessio Concilii Tridentini sub Julio III. 9. Episcopi sollicitantur a Pontifice ut ad Concilium accedant. 10, 11. Helvetios invitati Julius, dum obsistit Henricus Gallie rex. 12. Pontifex exauktorat doctores Sorbonicos a fide deficiente. 13-17. Parmense bellum accen-ditur. 18-20. Cæsaris arma implorat Julius unde aucta dissidia inter Gallum et Pontificem. 21-23. Parmensi obsidione soluta, Julius ad pacem cum Gallo se convertit. 24-26. Cæsaris odio confirmata heresis. 27-33. Secunda Concilii sessio in qua leguntur litteræ Galli regis ad Concilium. 34-36. Responsio Concilii ad protestationem Henrici. 37. Impius agendi modus principum Concilio detrahentium. 38. Accidentibus Tridentum septemviris prelati, spes concipitur melioris exitus. 39, 40. Hereticorum articuli contra Eucharistiam discutuntur in Concilio. 41, 42. Sessione tertia: leguntur et laudantur litteræ marchionis Brandenburgensis. 43-51. Concilii decretum et canones circa Eucharistiam. 52. Decretum de reformatione circa causas Ecclesiasticas. 53-55. Discutuntur articuli hereticorum de Sacramentis Pœnitentia et Extremæ-Unionis. 56-59. Sessione quarta: declarationes et canones de Pœnitentia et Extrema-Unione. 60. Articuli hereticorum de sacrificio Missæ. 61. Insigne prodigium in Germania: vinculo sacramenti inique prestiti Brunswicenses absolvuntur. 62. Osiandri novum dogma de Justificatione. 63. Buceri mors et variae opiniones: Mauritius Saxoniae dux Cesari infidus. 64, 65. Ecclesiastici septemviri retinuntur in Concilio a Pontifice. 66-68. Exardescente iterum bello inter Carolum et Hearicum regem, Turcæ victores evadunt. 69-73. Excitati in Transyl-vania et Polonia motus. 74. Auctus cardinalium numerus. 75. Urbs graviore annona laborat. 76. Confirmata Coloniensis Ecclesie privilegia, et instaurata Academia Ingolstadiensis. 77. S. Franciscus Xaverius miraculo duobus simul in locis visus. 78. Gundisalvum Domini-canum inter beatos Julius III reponit. 79. Rex Lusitanie obedientiam Julio prestat. 80, 81. Comiti Lumensi episcopum postulanti annuit Pontifex. 82-83. In quibusdam Hispaniæ provinciis jus Ecclesiasticum ad quosdam certos limites sapienter reductum.

**MDLII.** I, 2. Trevirensis ob valetudinis incommoda Tridento discedit, et Protestantium delegati condi-tiones iniqüas ponunt in celebratione Concilii. 3-9. Proponitur discutienda formula doctrinæ de Sacrificio Missæ necnon de Sacramento Ordinis. 10-13. Oratores Protestantium postulant

ut supersedeatur promulgatione decretorum predicorum, donec admittantur in Concilium. 14-16. Non Concilium, sed colloquio inane petunt Lutherani. 17-19. Instructio Pontificis circa petitiones Protestantium. 20-22. Sessio quinta sub Julio III; salvis-conductus concessus haereticis; lis de precedencia direpta. 23, 24. Oratores Lusitani ad Concilium accedunt, et Joannis regis pietas commendatur. 25-29. Sessio sexta: cause et decretum suspensionis Concilii. 30-35. Bellum movent in Carolum V Lutherani auxilio Henrici II Galliae regis. 36, 37. Rex Lusitanie pro pace cum Octavio Farnesio scribit Julio a quo responsum benevolentiae plenum accipit. 38-41. Inducere inter Pontificem et regem Galliae opera cardinalis Turonii. 42, 43. Senenses tumultus. 44. Legati pro pace inter Carolum V et Henricum electio. 45-51. Apologia Ferdinandi regis de caeo Georgio cardinali. 52. Georgii cardinalis occisores dant penas a Deo multati. 53-55. Repressi in Polonia haeretici. 56. In Germania Zuingiani imposturæ et contradictionis convicti. 57. Ferrariae heresis excisa. 58. Fides propagata in Peruvia. 59-62. S. Franciscus Xaverius, dum Sinensibus Evangelium inferre cogitat, sanctissime moritur, et miraculis claret.

MDLIII.

1-16. Maria regina Catholica in solium Angliae evecta, Pontifex tum per litteras, tum per legationem cardinalis Poli invigilat ut religio orthodoxa in pristinum statum restituatur. 17. Carolus V bellum Senensis infert, quos Galli strenue defendunt. 18-21. Bellum Senense Julius componere tentat. 22-34. Frustra Pontifex per epistolam, nuntios et preces solemnes indictas ad concordiam Gallum et Cesarem reducere curat. 35. Turca, auxiliante Gallo, multa mala infert Christianis. 36. Michael Servetus jussu Calvinii Geneva exustus. 37. In Germania bellum civile inter praecipuos Protestantios defensores. 38. Nuntius Apostolicus ad Grisones in fide confirmandos missus. 39. Otto Augustensis cardinalis doctrina, zelo et pietate conspicuus. 40, 41. Monet Julius Polonus ne facile credant Moschovitis, et ostendit novatores non minus civili statui infestos esse quam Ecclesiastico. 42-45. Assyrii ad unitatem redeunt, misso Romam patriarcha. 46-48. Ad preparanda decreta de reformatione multi Romam acciti praesules, et auctus cardinalium senatus.

MDLIV.

1-3. Philippus Hispaniarum rex uxorem accipit Mariam Angliae reginam, quod Calvinistæ omni modo impideant conantur. 4-8. Cardinalis Polus amplissimis facultatibus munitus tam pro confirmandis episcopis haeresim ejurantibus, quam pro reditibus per nefas possessis a restitutione eximendis. 9-12. Philippus II in Angliam appellat ad nuptias cum Maria ineundas, collatis sibi prius a Pontifice iuribus regni Neapolitani. 13-17. Anglia ad fidem Catholicam reddit pietate Philippi et Marie, sed presertim opera cardinalis Poli; unde maxima in Urbe signa laetitia, et gratiarum solemnes actiones. 18. Ex Anglia exteri haeretici ejiciuntur. 19. Confirmat Julius paeta cum Germanis a Nicolao IV sancta. 20. Bellum in Belgio et Italia ab Henrico Galliae rege contra Cæsarem gestum. 21. Neapolitani tumultus componuntur. 22. Ad sepulchrum Christi reparandum Julius III pecuniam colligit. 23. Pontifex corruptelas que in cardinalium ordinem irreps erant purgat, et religiosorum quorundam ambitionem reprimit. 24-26. Spes reducendi Æthiopes ad unitatem Ecclesie affulget. 27. Pro tenua fide fortiter certant usque ad mortem Orientales Indi. 28, 29. Floret fides in insula Japonia ob miracula ibi ostensa. 30. Pro fide amplificanda in America Iohannes III religiosos eligit. 31. De morte filii consolator Pontifex Joannem Lusitanie regem. 32. Conimbricæ perditissimus peccator a tyrannide Sathanæ vindicatus.

MDLV.

1, 2. Ingenti repletus gaudio Julius ob Angliae redditum ad fidem Catholicam. 3-5. Cardinalis Moronus mittitur in Germaniam, quæ haeresi Lutherana laborat. 6, 7. Julius III in regno Neapolitano Philippum regem Hispanum confirmat et in insula Corsica libertatem Ecclesiasticam defendit. 8-11. Ecclesia Abyssina ad conjunctionem cum Ecclesia Romana revocatur per patres Societatis Jesu. 12. Julii III obitus. 13-20. Marcellus II, potius ostensus quam creatus Pontifex, morte immatura praepertus. 21-23. Pauli IV electio, patria, parentes, mores et primordia. 24. Scribit imperatori et Romanorum regi ut res Germanie collapsas restaurent. 25-28. Anglicanæ Ecclesie providerit et Philippo regi gratulatur. 29-32. Cramerus de sede Cantuariensi dejectus, et haereticorum duces capitali sententia damnati. 33, 34. De restituenda disciplina in Anglia agitur, et Synodus convocatur, 35, 36. Per cardinalem Polum instaurata pax inter Cæsarem et Galliae regem. 37, 38. Philippus rex Angliae Paulo IV obedientiam prestat pro regno Neapolitano fiduciario. 39, 40. Henricus Galliae rex, a Pontifice monitus, contra haereticos in suo regno insurgit, sed a politiceis ejus severitas reprimitur. 41. Assertum jus Pontificium in Britannia et Provincia. 42, 43. Colonienses in fide stabiles: Sacramentaria exigitati a Lutheranis. 44-46. In Augustianum conventibus Bavarus et rex Romanorum Ferdinandus rei Catholicae propugnatores fortissimi. 47-49. Ex matris obitu Carolus V nimio more confectus in filium transfert maiorem sui principatus partem. 50-53. Hec Cæsaris cessio, sicut et decretum dietæ Augustanae haereticos et Catholicos in aequalitate constitutus, rei Christianæ exultans. 54. Constitutionem edit Paulus IV ad haereticos comprehendens. 55-63. Irreperi in Poloniam haeresi obsistit Paulus tum per nuntios, tum per litteras hortatorias ad regem, praesules et magnates Polonos. 64. Antonium Navarra regem laudat

Paulus ob fidem Catholicam. 65. Mors Geraldii Russi pseudoepiscopi Olorensis. 66-69. Pia mors et canonizatio S. Thomae de Villanova. 70. Electio Danielis archiepiscopi Moguntini mira Dei providentia. 71. Cardinales creantur. 72, 73. Dux Montorii accedit inter Pontificem et Philippum II bellum, quod prius sospitum cardinalis nepos rursus inflammat.

MDLVI.

1-7. Pius ardor Pauli in exscindendis haeresibus, moribus reformandis et pace restituenda deprimitur administrisi Hispani superbia et proditio. 8-14. Gropperus primum respuit, deinde jubente Pontifice accipit cardinalatus insignia. 15, 16. Heretici inter se dissident. 17-21. Paulus ad Maximilianum et Albertum Bavariæ ducem, neconon ad episcopos Germaniae scribit ut Catholicam fidem defendant. 22-24. Lutherani Evangelii obtentu decipiunt incatos et viam praebent incursionibus Turcarum. 25. David Georgius Major haeresiarcha et impostor moritur. 26. Palatinus et Badensis dux religionem Catholicam e sua ditione evellere conantur. 27. Henricus Galliæ rex, non semper sibi constans, in haereticos sui regni severitatem exercet. 28. In Anglia religio refloret. 29. Rex Poloniae per oratorem obedientiam Pontifici præstal. 30-33. Haeticis in Polonia resistunt Andreas Cracoviensis et Iosius Warmiensis. 34, 35. Geminæ Pauli litteræ ad regem Poloniae quem hortatur ut haereticos e regno ejiciat. 36. Pauli deturpat litteras Vergerius qui refellitur ab Hosio. 37. Eucharistia a Judæis confissa sanguine manat. 38-41. Prescribit Paulus ut Synodus congregetur ad comprimendas haereticorum insidias. 42. Joannes Lusitanæ rex per oratorem obsequium præstal Pontifici. 43. Commendat Paulus regi Abyssinorum patriarcham. 44. S. Ignatius obit.

MDLVII.

1-4. Paulus instituit congregationem que terror Officialium nuncupatur, festum Cathedrae S. Petri Romæ celebrari jubet, et cardinales creat. 5-10. Hispanus Roma potiri tentat, sed celesti virtute Urbs liberatur. 11-27. Paci procurandæ inter omnes principes Christianos Paulus totis viribus incumbit. 28. Henricus rex Calvinistas perniciosa dogmata spargentes deterret. 29, 30. Paulus in Gallia constituit Inquisitionis tribunalia qua ob censorum mollietatem nocent potius quam prosunt fidei. 31-35. Dissolvitur colloquium Wormatiense, cuius inanitas innotescit sicut et cæterorum conventuum. 36. Pontifex liberaliter consulti annonæ. 37. Paulus evocat ad se presules magni nominis pro Concilio disponendo. 38-41. Usus calicis in Polonia sub obtentu fictæ religionis fovet dissidia. 42-47. Pontifex legationem Anglicanam cardinali Polo abrogat et Guillelmum sufficit, sed, reclamante regina, res in statu quo prius remanent ad tempus. 48. Varia circa collegium cardinalium Paulus disponit. 49. Mors luctuosa Joannis regis Lusitanæ. 50. Indice res Christianæ efflorescunt. 51. Sebastianus, triennis puer, salutatur Lusitanæ rex, et Catharina utrrix regni consilia salutaria accipit a Pontifice. 52. Mulierem publice prædicare vetat Pontifex.

# SUMMARIUM

## TOMI XXXIV



- MDLVIII. 4-3. De Concilio cogendo scribit Paulus tum Philippo Hispano, tum Henrico Galliarum regi, tum cardinali Caraffe legato. 4. Mors et præclara gesta cardinalis Poli. 5. Duo Pauli nepotes avaritiae et ambitioni nimis indulgent; Pontifex ipse respondit Philippo regi super negotium pacis. 6. Inter Anglos et Francos varia in Belgio certamina. 7-9. Carolus V imperium Ferdinando fratri relinquit, et mox ipse moritur. 10. Mariæ Angliae reginæ obitus. 11, 12. Elizabetha ad regnum Anglicum evehitur, et, licet hæretica, religionem Catholicam initio regni permittit. 13. Magdeburgi ritus Catholici restituti. 14. Paulus episcopos Germania hortatur ut religionem Catholicam restaurent. 15. Melchior Zobel episcopus Heripolensis trucidatur; Calvinistica pestis etiam proceres in Gallia inficit. 16-19. Providet Pontifex ut hæretici ob-sistatur in Polonia. 20. Livonia a Moschis infestata; captivi e carcereibus Turcicis liberati; Bergomensis episcopus flagitio hæresis convictus. 21. Potestatem legendi libros hæreticos rescindit Paulus. 22. Ecclesia Goana in metropolitanam erecta, suffraganeos habens episco-patus Malacensem et Cochinensem. 23. Collegio cardinalium varia mutuera oblatæ. 24. Ultio divina in Lauretani sacelli violatores.
- MDLIX. 1-8. Elisabetha Angliae regina, detracta larva, hæresim fovet, et se gubernatricem Anglicanæ Ecclesie a comitiis decerni jubet. 9, 10. Episcopi spoliantur, et sacre imagines conteruntur. 11. Pax inter Henricum Galliae regem et Philippum Hispanum firmata. 12, 13. Hæresim Calvi-nianam ad Senatum ipsum Parisiensem propagines extendenter extirpare sibi proponit Henricus, qui, morte interceptus, habet filium Franciscum successorem. 14. Pauli contra hæ-reticos et schismaticos gravissima sanctio. 15. Libros hæreticorum legere et retinere vetitum. 16. Paulus assignat stipendia pro inquisitione in Hispania. 17. Edictum adversus confessores ad turpia sollicitantes. 18-20. In Hispania hæresis suspicio attingit quosdam proceres, imo quosdam praesules. 21. Sollicitatur a Pontifice Joanna regni Ispani moderatrix ut Catholicam fidem tuteatur. 22. Hæreticorum tentamina in Italia ipsa. 23. Lutherani in multis sectas divisi, et in duram servitutem redacti. 24. Paulus non assentit duci Brunswicensi petenti ut frater tres simul episcopatus conjunctos gerat. 25, 26. Hosius demonstrat pericula emersura ex facilitate nimia in controversiis permittendis. 27-29. Regem Polonie monet Paulus ut a se removeat suspicionem nimiae facilitatis erga hæreticos. 30-32. Paulus nepotes ejicit. 33-35. In Belgio et in India plures sedes episcopales instituta, et data cardinalibus monita. 36, 37. Mor-tuo Pontifice, coorta Romæ sedition et pactiones in conclavi sanctæ a cardinalibus. 38. Crea-tio Pii IV qui promissa in conclavi firmat. 39-41. Pii IV patria, familia et virtutes. 42. Electio Ferdinandi I a Pontifice confirmatur.
- MDLX. 1, 2. Pius IV thiara Pontificia redimitur et a Ferdinando imperatore litteras gratulatorias et obsequii plenas recipit. 3, 4. Principes Christiani Concilium petunt a Pio. 5-9. Pontificis monita ad regem et episcopos Polonie circa hæreticos. 10. Lutherani et inter se et ab aliis hæreticis dissident. 11, 12. Hortatur Pius Germanie episcopos, ut cleri mores a luxuria et avaritia deturcent. 13, 14. Pontificis ad Cæsarem amantissimæ litteræ quibus suorum consiliorum rationem aperit. 15-20. Maximiliano Bohemie regi in fide fluctuant Pius IV Iosium mittit qui illum confirmet. 21. Bavaria ducem hortatur Pius ad constantiam in fide. 22, 23. Archie-piscopus Toletanus hæresis suspicione notatus. 24. Responsum datum oratori regine Scotie de periculis presentibus Ecclesiæ. 25. Itenovatur indulta concessa Gallia regibus a Pontifi-cibus precedentibus. 26-28. Calvinista conjurationem contra regem Gallia conflant. 29, 30. De expugnanda Geneva, ex qua principiom sumpsit conjuratio, cogitant Franciscus rex et Phili-bertus dux Sabaudie. 31, 32. Edictum Remorentinense quo censura sacrae fidei in Gallia

constituitur. 33-35. Quidam politici insipienter consulunt non durius agendum cum haereticis. 36-38. Armeniacus cardinalis in Galliam mittitur ad confirmandum in fide regem et reginam Navarræ. 39-41. Calvinismus in Gallia proficit et vexat regnum. 42-43. Tentat Pontifex tum per litteras, tum per diversos principes Elizabethanum veram fidem revocare. 46. Fracta in Scotia potentia Gallica. 47-54. Celebres ordinum conventus apud Fontem Bellaeaque, in quibus edictum Remorientinense funditus evertitur. 55, 56. Difficultates objectæ circa modum et locum Concilii. 57-59. Ex testimonio oratoris Venetiæ aperte constat Pontificem sibi in animum induxisse non dissolvendum, sed prorogandum Concilium. 60. Haeretici student Concilio disturbando. 61-63. Cum principibus agit Pontifex de mox cogendo Concilio. 64-66. Sacramento obstringit Pius susceptoru[m] posthac munus episcopale ad tenendum et profitendum qua haecusque decretâ fuerint contra haereticos. 67-69. Rursum indicitur Concilium Tridentinum. 70-72. Scribit Pius ad imperatorem et Gallie regem ut Concilium levaret. 73-76. Lutherani principes et magistratus invitantur ad Concilium. 77, 78. Omnem curam impedit Pontifex ut omnes principes Christiani, etiam Orientales, Concilium audeant. 79. Naubaptista flammis damnatus. 80-82. Patefacta conjuratio cuius caput et dux Condæus in vincula conjugitur. 83, 84. Condolet Pontifex de morte Francisci regis, ex qua magnum patitur damnum religio Catholica. 85, 86. Pius scribit regi Navarræ commendans ipsi Carolum puerum. 87-90. Post partam de Turcic victoriæ, Christiani mox terra marique devicti apud Tripolim, et decumæ impositæ regni Hispaniæ in auxilium contra Turcas. 91. Venetiæ archiepiscopatum Nicosiensem donat Pius IV. 92-96. S. Carolus Borromeus creatur cardinalis, eligitur archiepiscopus Mediolanensis, et constituitur protector Helvetiorum Catholicorum apud Sedem Apostolicam. 97. Proceditur contra cardinalem Caraffam et ejus fratrem ducem Palliani. 98, 99. Absoluitur cardinalis Moronus et ad maiorem dignitatem provehitur. 100. Philippi Melanthonis obitus. 101. Heidelbergæ exurgit novus haeresiarcha. 102. Congensibus Evangelium prædicatur. 103. Erectio ducatus Brachiani et marchionatus Anguillaræ pro Paulo Jordano Ursino et successoribus. 104. Veritas præsentia Christi corporis in Sacramento miraculo comprobatur<sup>(1)</sup>.

## MDLX.I.

1-4. Praesides Concilii designati a Pontifice, cardinales creati, et indulgentiæ concessæ orantibus pro felici rerum exitu. 5-9. Diversæ sanctiones quibus providet Pius libertati Concilii et successione Pontificum, durante Concilio. 10. Preces indicæ in formam Jubilei. 11-13. Statuta circa jus sententiam ferendi, sedum ordinem, et diem inchoationis Concilii. 14-18. Pellicere ad Concilium studet Pontifex regem Portugallie, Germanos principes et etiam Moschorum ducem. 19-22. Commandonus et Delphinus cardinales legati Ferdinandum imperatorem audeant, eique exponunt quo fine et quali modo cogere Concilium Pontifex statuerit. 23-29. Legatorum in conventu Nauburgensi orationes coram Lutheranis frementibus sed nil objiciuntur. 30-41. Cum duce Saxoniae et electore Brandenburgico Commandonus agit; electoribus Coloniensi et Treviriensi legationem suam exponit; Clivensem ducem, Bruxellas et Aquisgranum invisi. 42-46. In Academia Lovaniensi excitant turbas Baii et Hessel opiniones de quibus a Pontifice silentium indicitur. 47-50. Commandonus Lubecam petit et hujus civitatis statum deplorat; Daniam et Sueciam frustra tentat ingredi. 51, 52. Abbatem Martinengum ad Elizabethanum Angliæ reginam Pius legit, sed regno arctetur. 53, 54. Commandonus Romanum revocatur. 55. Canobius ad Cæsarem et in Poloniam mittitur. 56-59. Lutheranorum objectiones contra Concilium Tridentinum. 60. Sternbergerus novas haereses contra Trinitatem promulgat. 61, 62. S. Theresia reformationem Ordinis Carmelitarum aggreditur. 63, 64. Ethiopiae ad Concilium invitati. 65-67. Societatis Jesu religiosus Pius IV commendat. 68. In Belgio divina vindicta contra Calvinianum contemptorem Eucharistiae. 69. Pius IV sustollit lites ortas in Belgio circa fines incertos quarundam dioeceseon. 70. In America, Philippi Hispaniarum regis ope, multæ sedes episcopales eriguntur. 71, 72. Decimas eidem regi concedit Pius ob bellum contra Turcas. 73-75. Pontifex laudat regum Lusitanorum pro fide labores, patrum regis creat legatum a latere, et prohibet Catharinæ reginae ingressum in monasterium, publicæ utilitatis causa. 76. Maria Scotie regina rosa aurea donatur. 77. Principis Transylvanie consanguineum, in ordine diaconatus constitutum nuptias inire permittit Pontifex. 78, 79. Sabubrimæ sanctiones a Pio IV editæ. 80, 81. Pauli IV nepotes neci traduntur, et Caroli V memoria vindicatur. 82, 83. Quisnam tunc fuerit status aulae Gallice. 84-88. Cardinalis Ferrariensis in Galliam legatus mittitur a Pio qui infelicem statum religionis deplorat in illo regno. 89-100. Renitentibus licet doctoribus Sorbonicis, Calvinistæ colloquium cum Catholicis obtinent: quænam agitata fuerunt in colloquio Possiaco. 101, 102. De retinendo in vera fide Antonio Navarra rege consilia versant Catholicæ proceres. 103. Parisis tumultus ab Hugonottis concitat. 104, 105. Pestis haeretica irrepit in comitatum Vetusinum, favente Aurora principe. 106. Pius IV scribit duci Sabaudie ut religionis defensoribus auxilium præstet.

## MDLXII.

1-4. Diu multumque disceptatur inter Patres ultra istarum vocum *continuatio an nova indicatio* adhibenda sit in Actis Concilii redigendis. 5-8. Prima sessio sub Pio IV celebrata, et decreta in ea lata. 9-11. Articuli adoptati tum de admittendis in Concilium hereticis, tum de tollendis

(1) In fine voluminis, ante Indicem generalem, unum repertis brevem, anno 1560 a Pio IV datum.

dissensionibus inter oratores principum. 12-14. Oratoris regis Lusitani sermo et synodi responsio. 15-17. Articuli exhibiti ab oratoribus imperatoris et responsum legatorum. 18. Ad momentum. Patres ne divulgent quæ tractata fuerint in Concilio, antequaque firmentur. 19-21. Secunda sessio. 22, 23. Agitur de salvo conductu hereticis dando. 24-27. Prueipes et oratores Galli instanter petunt ut questiones quæ viderentur graviores ulterius tractentur. 28-31. Assyri et Jacobitæ ad unitatem redeunt. 32. Capita reformationis propoouuntur disceptationi Patrum. 33, 34. Philippus Hispanus oratorem ad Concilium mittit; responsio Concilii. 35-37. Orator ducis Florentini exhibet erga Concilium præclara propensionis signa, quæ letanter excipiuntur. 38, 39. Helvetiorum Catholicorum oratores ad Concilium accedunt et perorant. 40. Responsio Concilii data oratoribus cleri Hungarici. 41. Proponitur discutiendus articulus de residencia. 42. Venetæ reipublicæ oratoribus respondetur a Patribus: contentiones inter Bavaros et Venetos de honorificienti loco. 43. Orator Galus postulat ut Sessio proxima differatur. 44-46. Sessio tertia sub Pio IV, in qua mandata et litteræ principum recipiuntur: oratio Galli legati et Synodi responsio. 47, 48. Sessio quarta sub Pio IV et ejus Acta. 49-51. De communione sub utraque specie disputatur, et articuli propositi discutiuntur. 52-54. Auditur orator ducis Bavariæ cujus pietas a Patribus commendatur. 55-58. Caesar postulat ut tollantur jejunia, et sacerdotibus concedantur uxores: responsa ad questiones propositas. 59. Capita libelli imperatoris. 60, 61. Cur palam non fuerit lectus libellus Cæsareus exponunt legati: imperator sua conscius imprudentiæ se excusat. 62-64. Responsio Patrum ad singulos articulos petitionis Cæsareæ benigne accipitur ab ipso imperatore. 65-69. Usus calicis instanter petitur ab oratoribus Cæsareis, Gallis et Hungar. 70-72. Sessio quinta sub Pio IV, in qua statutus de communione sub utraque specie, et de reformatione cleri. 73-85. Post multas disceptationes de usu calicis, hæc controversia relinquitur Pontifici dirimenda. 86-88. Articuli Gallorum de reformatione et legatorum responsio. 89-92. Discutiuntur articuli de Sacrificio missæ et de Ordinis sacramento. 93. De auctoritate Pontificis et episcoporum controversia oritur. 94. Nuntiatur adventus Gallorum præsulum. 95. Postulat imperator ut mentio Sacrificio missæ noui fiat in Concilio, sed repulsam patitur. 96-100. Modus tractandi res Conciliares: exponuntur opinione theologorum de sacrificio Missæ. 101, 102. Sessio sexta sub Pio IV: decreta et canones de sacrificio Missæ. 103-105. Examinatur quæstio an sint juris divini et residencia et episcoporum auctoritas. 106, 107. Orator regis Poloniæ a Concilio recipitur. 108. Proponitur decretum de residencia. 109-113. Cardinalis Lotharingus, præsulibus et oratoribus Gallis stipatus, Tridentum appellat. 114-116. Querela Lotharingi cardinalis in Synodo exposita. 117-126. Successiva prorogationes septimæ sessionis ob exortas controversias tum de residencia, tum de jurisdictione episcoporum. 127. Hortatur Pius electorem Brandenburgensem ut viros piòs ad Concilium mittat. 128-133. Hugonottorum coniuratio: Hospitalis cancellarii edictum nefarium. 134-136. Cardinalis Ferrarensis, in aula Gallica nuntius, ab Ilosio reprehenditur. 137, 138. Luenses commendantur a Pontifice quod solliciti sint ne ipsorum mereatores in heresim incidant. 139, 140. Hugonottorum Condæus protector et Guisius hostes intensissimi: tumultus Vassicensus. 141-143. Dum Calvinisti laret Joanna Albrechtensis, ejus maritus Antonius Navarræ rex fœdns init cum aliis principibus Catholicis, et simul cum Catharina Galliae regina Pontificis gratulationem meretur. 144. Montmorantii præclaræ de re Catholica merita. 145-148. Aurelia capta et expilata ab Hugonottis. 149-156. Perfidia sua et feritate totum Gallia regnum conturbant Calvinista, contra quos offerunt auxilia principes Christiani. 157, 158. Hugonotti a Tolosanis magna strage proligati: Montlucii laudes. 159-162. Impia Calvinismi facinora. 163-167. Varia et irrita concordie tentamina cum Hugonottis. 168-170. Bellum instruitur contra hæreticos; urbes ab ipsis captæ plenarique recuperantur; rex Navarre vulneratus pie et catholice moritur. 171-173. Regis Navarræ mors maximam clamor affert Francie et Navarræ; cardinalis Borbonis tutor regni designatur. 174-179. Guisius præclaræ de Hugonottis victoriæ reportat prope oppidum Druidum. 180. Rex Gallie Carolus præcipit ut Avenionensis ditio ab Hugonottis defendatur. 181. Dux Sabaudie hereticorum fallacis illusus. 182, 183. Maria Scotia regina religionem Catholicam erigere curat. 184. Crux miraculosa in India Orientali detegitur. 185. Ordo S. Stephani in Etruria confirmatur. 186. Decimas imponit Pius in favorem Philippi Hispani pro bello contra Turcas. 187. Maximilianus II Romanorum rex eligitur. 188. Multæ reformationes a Pio IV constitute. 189. Thermas Diocletiani in Ecclesiam conversas Pius IV tradit Carthusianis.

1. Solemnes gratiarum actiones pro parte de Hugonottis victoria. 2. Pontificis gratulatoriae litteræ tum ad ducem Monspenserium, tum ad senatum Tolosanum. 3-11. Septima sessio iterum prorogatur, de auctoritate papæ magna ora controversia. 12. Querela cardinalis Lotharingi de creatione cardinalium, pendente Concilio. 13. De residentia oritur quæstio. 14, 15. Philiberti Sabaudie ducis recipiuntur orator, cui respondet sancta Synodus. 16. Legati Commendonum cum instructione ad imperatorem mittunt. 17, 18. Septima septimæ Sessionis prorogatio. 19-21. Articuli de sacramento Matrimonii a theologis minoris ordinis discutiuntur. 22. Hispani theologi querontur quod sibi anteponantur in ordine dicendi Sorbonici doctores. 23-26. Litteræ Galli regis, oratoris ejus allocutio, et Synodi responsio. 27. Examen quorundam abusuum circa sacramentum Ordinis aliquot Patribus committitur. 28, 29. Po-

stulata Gallorum ad Concilium referuntur. 30, 31. De congressu Cœsaris et Pontificis agitur. 32. Ferdinandi querimonia de lento gressu Concilii et responsio legatorum. 33-38. Inter imperatorem et Pontificem litteræ utrinque missæ circa ordinem Concilii. 39-42. Anxius Pontifex de quorundam, presertim Gallorum, erga se mentis affectu. 43, 44. Pius respondet postulatis Germanorum. 45, 46. De conjugio sacerdotum accrime disputatur. 47-49. Cupiditatum lenociūis affecti in hæresim dilabuntur aliqui presules, inter quos Castilianus. 50-53. Dux Guisius proditorie ab hæreticis occiditur. 54. Calvinistarum impietas et sceleræ, 55, 56. Pax cum Hugonottis firmatur in Gallia. 57. Pius IV episcopos a Concilio digressos revocat, absentes invitat. 58, 59. Duo ex Concilii presidentibus, Mantuanus et Seripandus diem obeunt supremum. 60-64. Ut legati præsidentes mittuntur a Pontifice Tridentum cardinales Moronus et Navagerius qui in Concilio per honorifice recipiuntur. 65. Discutitur an procuratores episcoporum absentium in Synodum sint admittendi. 66. Comes e Luna orator Hispanus petit ut verba : *proponentibus legatis*, e decretis Concilii tollantur. 67-70. Gravissimæ difficultates obstant congressui Pontificis et imperatoris, licet utrinque expetatur. 71. Petrus e Soto theologus apud omnes summe existimationis, Tridenti moritur. 72. Prorogatio octava Sessionis septima. 73-81. Carolus IX Synodo deoūniat et simul excusat pactiones iatas cum Hugonottis. 82-84. Responsum magna Concilii maturitate digestum datur præcedentibus litteris. 85. Arma Gallorum conversa feliciter in Anglos. 86. Restaurata religio Lugduni et Rothomagi. 87-91. Dissensiones in Concilio præsertime circa verba : *proponentibus legatis*. 92. Nona prorogatio septima Sessionis. 93-98. Contentiones de præcedentia inter oratores Gallos et Hispanos. 99, 100. De auctoritate suum Pontificis disceptatur. 101, 102. Ferdinandus imperator et Albertus dux Bavariae Pontificis dignitatem defendunt 103. Catechismorum editio a Patribus Concilii promota. 104. Prorogatio decima Sessionis septima. 105-110. Revivisit ardenter controversia de præcedentia inter oratores Gallos et Hispanos. 111, 112. Leguntur et laudantur in Concilio litteræ regne Scotie. 113. Pius IV Scotis proceribus scribit, ut eos in fide confirmet. 114-116. Libratis ulrisque partis sententiis, Synodus prudentius censet non percellendum Elisabetham Angliae reginam edictio conciliari. 117. Imperator Elisabethæ scribit pro Catholicis. 118-121. Agitur quæstiō an sit papa supra Concilium. 122-124. Adducuntur in examen quedam reformationis capita, et sedatur controversia de jurisdictione episcoporum. 123-128. Sessio septima : decretum et canones de sacramento Ordinis. 129. Renovantur antique Constitutiones de residentia. 130. Turcarum exercitum et classem delent Hispani. 131, 132. Angli e Gallia ejiciuntur; Carolus IX favet hæreticis, unde justæ querela Parisiensis senatus. 133. Pius IV Joannam Navarræ reginam ut hæreticam condemnat. 134. Nonnulli episcopi Galli infecti Calvinismo. 135. Pius IV scribit admonitorias epistolæ principi Auriacensi. 136. Offeruntur Concilio litteræ observantissime ducis Senarum et Margaritæ Austriacæ. 137. In Concilio expendit duorum præsumptuum, Toletani videlicet et Aquilegiensis doctrina, in qua nihil a fide alienum reprehenditur. 138-140. Illusus a politicis Ferdinandus postulat usum calicis et abrogationem coelibatus Ecclesiasticæ. 141, 142. Comes e Luna Concilium turbat. 143. Veneti oratores Graecos invitari posunt. 144, 145. Approbantur a Patribus litteræ Margaritæ Austriacæ. 146. Non Hispano more, sed secundum jus commune tribunalia inquisitionis Mediolanii constituntur. 147-149. Orator equitum S. Joannis Hierosolymitani ad Concilium accedit, et de tardo adventu se excusat. 150-152. De Matrimonio clandestino maxima contestatio. 153, 154. Principes protrahunt suam reformationem. 155. Prorogatio sessionis octavae. 156-160. Legali mittunt ad Pontificem internumtum qui certorum illum faciat de progressu Concilii, dum ceteroquin monent Caesarem simul et Hispanum regem ne amplius nectant moras circa absolutiōem Concilii. 161-170. Agitur de reformatione principum. 171. Cardinalis Lotharingus per honorifice Romæ exceptus. 172-179. Pius IV claudendo Concilio studebat, quamvis principes obices ponant. 180, 181. Contra fidei desertores infracto se ostendit animo Pontifex. 182. Pii IV litteræ congratulatoriae ad Nemureensem ducem. 183, 184. Aliquot principes a Sede Apostolica deficere tentant. 185-187. Varia in Polonia de religione dissidia. 188-190. Nonnullis causis pendentibus providet Pontifex. 191, 192. Concilio finis manet imponeundus, reluctante licet comite e Luna. 193, 194. Sessio octava : decreta, canones et monita de Sacramento Matrimonii. 195, 196. Decreta disciplinam Ecclesiasticam concernentiam ; Hosius æger suam sententiam scriptam mittit. 197-199. Disceptatur qua via Concilium quamprimum absolvatur. 200-204. Omnes Patres convenient ut quam citissime Concilium absolvant, frustra teniente comite e Luna. 205. Occasione morbi Pontilicis, comes e Luna a pertinacia se relaxat. 206, 208. Unanimi consensu decernitur claudendum esse Concilium. 209-214. Sessio ultima Concilii ; decreta de articulis prius examinatis, sed nondum definitis. 215. Revocantur et confirmantur decreta publicata sub Paulo III et Julio III. 216-218. Patrum acclamations et subscriptiones. 219. Cardinalis Moronus certiorem facit imperatorem de fine Concilii. 220, 221. Oratores principum pro sua quisque natione Concilium recipiunt. 222-224. Pii IV summa laetitia et litteræ gratulatoriae pro absolutione Concilii. 225. Dæmoniaca cura a sacerdotibus Catholicis, postquam Lutherani ministri nihil proficerint. 226, 227. Lusitanus fert opem Abyssinis contra Turcas. 228. Maximiliani rex Romanorum oratore ad præstantum obedientiam Pio IV mittit. 229. Oranum recuperatum.

MDLXIV.

1-3. Pius IV decretalii Tridentini a se confirmata promulgat, et prohibet ne quis supradictis decretis audeat glossas addere. 4. Carolus Borromaeus sanctioris vita disciplinam in se suaque familia instituit. 5. Congregationalis Oratori primordia. 6. Pius studet ut omnes principes Concilium recipiant. 7. Pontifex tam suo quam principum nomine legationem instituit ad Gallum regem, ut eum edocet quae agenda sint. 8, 9. Carolus IX sui regni provis, ejus lustrat. 10. Cardinalem Lotharingum occidere tentant Hugonotti. 11-13. Forma quadam reipublicae Hugonottie in Gallia constituitur a Colinio, et decreta Concilii oppugnantur. 14-23. Protestantium argutias adversus Concilium diluit Cardilius. 24, 25. Lutherani frusta tentant conciliare suas opiniones cum opinionibus Zwinglianorum et Calvinistarum. 26. Ex dissidiis novatorum reducitur junior theologus ad fidem Catholicam. 27. Electio Maximiliani in regem Romanorum a Pontifice validata. 28-32. Petitur et laicis conceditur usus calicis in Germania. 33. Legatio Germaniae cardinali Morono demandata. 34. Antistites Germaniae ad Concilium Tridentinum recipiendum exstimaluntur. 35, 36. Calicis concessio videtur dare, saltem ad tempus, aliquam spem fidei redintegranda in Germania. 37. Pius Ferdinandi obitus: turbida initia imperii Maximiliani successoris. 38, 39. Maximilianus conjugium sacerdotum petit a Pontifice, sed patitur repulsam. 40-43. Concilium Tridentinum opera cardinalium Commendoni et Hosii in Polonia recipitur. 46. Epistola regis Poloniae de Concilio admisso. 47, 48. Haeretici, et imprimis Bernardinus Ochinus Polonia ejiciuntur. 49, 50. Concilium in spe a Scottis, et reipsa ab Hispanis et Italis recipitur. 51, 52. Armeniorum patriarcha ad unitatem Ecclesiae reddit, nuntiumque Romanum mittit. 53-55. Praefocandis heresem seminibus, excindendis Simonie, vepribus et erigendis seminaris Pontifex invigilat. 56. Philippus rex Hispaniarum Turcas in Africa devincit, et Genuenses Corsicam rebellantem subdunt. 57. Pontifex curis et angustiis quamplurimis implicatus. 58. In America nova Ecclesie conditae: canonizatio B. Didaci postulata; Graecis Catholicis in Sicilia morantibus Graeci episcopi dati. 59. Tumultus in Piceno. 60, 61. Calvinus impoenitens moritur.

MDLXV.

1-3. Pius IV ostendit coelibatum sacerdotum semper in usu fuisse. 4. Gebennenses Pium IV proditione occidere tentant. 5. Per fugia et aliquo privilegio rescindit Pontifex. 6. Cardinales creatur. 7. Hugo Boncompagnus in Hispaniam legatus dirigitur. 8-12. Melitensis insula a Solimanno impetratur, sed providente Pontifice, ab invasione Turca liberatur. 13, 14. Maximilianus imperator auxilia petit contra Turcas Hungarum invasarios. 15. In Polonia haeresis grassatur. 16. Carolus IX Galliae rex sacras aedes a Calvinistis eversas restituit. 17-19. In Belgio et in Scotia haeretici seditiones movent. 20. In Anglia oritur Puritanorum haeresis. 21-23. Pontifex et S. Carolus pro sua quisque parte laborant in excindendis heresibus et corruptelis. 24. S. Carolus summus penitentiarius eligitur. 25, 26. Gesta a S. Carolo in Mediolanensi Ecclesia. 27, 28. S. Carolus Romanum reddit, et Pontifici morienti assistit.